1543

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

1543 gilt j daller

Sum Michaelis Sarton

collated A. + B.

ARISTOTELIS STA
GYRITÆ ACROASES PHYSICÆ LIBRI. VIII. IOAN. ARGY-
ROPILO INTERPRETE, ADIECTIS IOAN. ECKII AD-
notationibus & commentarijs ad illuſtriſſimum

D. ERNESTVM.

Comitem Palatinum Rheni
ac Boiorum ducem.

¶ ILLVSTRISS. PRINCEPS ERNESTVS, DVX NORICVS, BAVARICVS. MARCHIO VOHBVRGENSIS ET ABACHENSIS, COMES PALATINVS RHENI ET VVITELSPACHII, COMES IN SCHEYREN, ANDECHS. ET DACHAVV. &c.



CVM PRIVILEGIO.

H. Bebelius morbo grauatus hoc
diſtichon extorſit.
Si phyſicen hodie ſuperi tractare ſolerent
Eckius his anſam, materiamq; daret.
Ioan. Auentinus.
Nunc noua fert animus tibi dicere (ſi libet, aures
Arrige) quid tellus, æthera, pontus agant.

Soli deo gloria.
Eckius.

Loci Capucinorum Monachij

ILLVSTRISS. PRINCIPI ET DOMINO D. ERNESTO Comiti Palatino Rheni, & Noricorum duci, domino ſ. clementiſs. Eckius bene agere.

PHyſicas Ariſtotelis acroaſes excellentiſſime princeps, hac hyeme expoſitione noſtra, neſcio quã erudita/ſed profecto diligenti, breuiſſimo tempore illuſtriores reddere conati ſumus, mea enim non laudo, ſed nec vitupero. Textum ipſum primo in ſectiles partes ſuis numeris diſtinximus. Paraphraſin paulo contractiorem ſubiecimus. Adnotationes dein ex priſcis & elegantioribus autoribus addidimus, poſtremo concitamenta & quæſtiones a recentioribus philoſophis & Theologis deſumpſimus. Rem vero ita tractaui, non vt ſacrã: ſed cõmendandis calculũ albũ adieci, erronea mihi viſa, cõfutaui, non lacerandi aut inceſſendi, ſed bona ingenia iuuandi animo, vt veritatis potius amicus quam hominis reperiar. Sed hęc celſitudo tua eruditiſſime princeps ad Ariſtophanis libram aut Critolai regulã examinet. Te enim vnũ delegi, omnis nobilitatis & ſtudij decus/ cui has nugas noſtras dedicarẽ, vberrimã enim laudũ tuaꝵ materiam mihi prebuiſſent, egregia doctrina tua, prẽſtans ingenij tui dexteritas, morũꝗ feſtiuitas, nobilis ſtemmatis ſplendor, pulcherrimũꝗ virtutũ iubar. At cũ ſis laude digniſſimus, laudes tamen tuas audire verecundaris: quare niſi tuo pudori parcerem; accumulatiſſime laudibus amplitudinẽ tuam obruerem. Summorũ etenim ducum imaginibus & Imp. es clariſſimus, quod facile cuiꝗ liquet, qui diui Cęſ. MAXIMILIANI ex ſorore nepotẽ te agnoſcit. Eruditionẽ tuã in humanioribus ſtudijs totũ gymnaſiũ Ingoldſtadienſe teſtatur: quod ſuperiori anno te elegantiſſime publicitus orantẽ audiuit, Ipſe ego auritus ſum teſtis: quam expeditæ inſigniſꝗ memoriæ in Coſmographia & Geographis exiſtas: qua celeritate numeros ſonoros dimetiaris, ſyllabiſꝗ muſicis aptes, vel digitulis Monochordo decurrentibus oſtendas, vti ex Ioan. Auentino diligentiſſimo Oratore, Hyſtorico & mathematico auidiſſime didiciſti. Noui quoꝗ quo deſyderio & amore (ſtudia quæſtuoſa iuris perteſus) omnes ſimul & philoſophos & philoſophiã amplectaris, alas ingenia, ſtudiaꝗ ornes. Idcirco ego qui multis nominibus tibi debeo, vt animi tibi deditiſſimi indiciũ prẽberem ſtrenulã a me tibi mittendam non ignoraui, nihil aũt in ſupellectili mea prẽter chartulas reperi. Chartaceũ ergo offerendũ munus fuit: cõmẽtarijꝗ noſtri in phyſicas auſcultationes tibi nuncupãdi dedicãdiꝗ nõ ob aliã cauſam/niſi vt me deditiſſimũ illuſtriſ. D. T. eſſe ſemp agnoſcas. Vale & ſalue humaniſſime ac doctiſſime princeps, & hac qua cepiſti virtutũ & ſtudiorũ via inambula, adulatoribus ac vicijs æque inſenſus. Ex Ingoldſtadio. xxiiij. Ian. An. M. D. XVIII.

In noie tuo dulcis ieſu.

Laboratis diuino adiutorio dialectices cōmentarijs, naturalem adgredimur philoſophiam non contemnendam vtiq; partē: in qua & veteres & neoterici vigilantiſſima opera deſudarūt insignem vero Ariſtotelis (philoſophorum oīm vere principis) de phyſico auditu librū ab initio cōmentabimur: quod in vniuerſum principia & elementa phyſicę tradat, ideoq;. D.O.M. propicio ab eo auſpicia ſumemus. Vt aūt paratiorē faciamus ſtudioſam iuuentam, hoc dubium præambulare in primis diſcutiemus.

Ariſto.

Q. I.

An Phyſica ſit ſcientia rerum naturalium conſideratiua ab alijs diſtincta. Articulus. I.

In primis noto phyſicam fore partē philoſophię realis vt in logica fuſius declarauimus. Realis aūt dicit̄ illa ſcientia, quia eſt rerū obiectiue conſideratiua: iuniores aiunt, quia eſt de rebus tanq̄ de remotiſſimo ſcibili: nam pro ſcibili propinquo ſcientia non aliud reſpicit niſi cōcluſiones. &c̄. Vſurpatur aūt res hic non tranſcendenter vt conuertit̄ cum ente, nam ſic omne quod eſt, eſt reale vt voluit Ocham. q. xxi. quot. v. ſed hic ſtrictius capit̄ vt diſtinguitur contra ſigna ſermonis. Phyſica aūt dicit̄ ἀπὸ τῆς φύσεως .i. a natura, & in latio appellat̄ naturalis philoſophia & compendio poſſet deſcribi. Phyſica eſt ſcientia conſiderans rem naturalem ſub ratione motus & mutationis, vnde primarie tractat de rebus natura conſtantibus, ſicut ſunt cœli elementa & elementata, & homī media. ſ. mixta imperfecta. Corollariū iam ſequit̄ qui ſint termini naturales & propoſitiones phyſicę, ſunt enim hi termini Phyſici qui ſignificant rem naturalē connotando motum aut mutationē naturalē, ſicut fieri, generare, corrūpi, videre, nutrire, dormire, pluere, creſcere, tempus. &c̄. Corollariū etiā termini aliarū ſcientiarū cōmode hic pertractantur, vt materia, forma. &c̄. ſunt termini metaphyſici, etenim abſoluti, at phyſicus de illis conſiderat in ordine ad motum & mutationem.

G. Ocham

Nota. II. ſtatim liquere ex diffinitione quę ſit formalis ratio cōſiderandi in hac ſcientia, quia eſt de rebus naturalibus ſub ratione motus & mutationis. Scibilia ergo phyſicę ſunt res naturales. Dicit̄ aūt res naturalis multiuariam vt partim meminit Marſ. q. xviij ſecundi. Primo diſtinguit̄ contra artificialē. 2. diſtinguit̄ contra conſuetudinē & doctrinam, ſic virtutes non inſunt nobis a natura. 2. ethic. 3. opponit̄ violento, caſus lapidis eſt naturalis. 4. opponit̄ ſupernaturali, ſic cometes eſt naturalis. 5. opponit̄ principio motus per accidens caſui. ſ. & fortunę, ſic monſtrum dicit̄ eſſe innaturale. 6. diſtinguitur contra voluntariū, ſic fames eſt naturalis, placuit receſſere vulgatas illas vocabuli ſignificationes, vt agnoſcamus quā varie ob inopiā nominum mentis noſtrę conceptus exprimamus. Vti autem in propoſito vſurpatur ſic finiri poteſt. Res naturalis eſt natura vel res habens naturā aut tali inhęrens, ideſt eſt materia, forma, vel totū compoſitum, aut qualitas actiua ſeu paſſiua eorum: rectiꝰ ſic diffinieris. Res naturalis eſt res ſubiecta motui & mutationi. Corollariū voluntaria inquantum huiuſmodi & diuina non ſunt huius ſcientiæ: nam mouentia non mota non ſunt Phyſicæ conſiderationis ait Ariſt. non curo Vueſaliā qui hoc verum ait per poſitiones, non per negationes. Nam ſi quando de primo motore agitur in phyſica, hoc non fit de eo inquantum huiuſmodi: ſed in ordine dumtaxat rerum naturalium, vt ad motū earum pertinet. Pertinet enim aliquid ad motum triuariā ait Vſingen. ſ. effectiue vt deus forma, ſubiectiue vt mobile. Terminatiue ſicut locus, qualitas. &c̄. quæ acquiruntur in motu.

Ochā. diſ. 2. q. 4. Ochā. q. 3. tertij vide Iſenac. li. 1. c. 1. & Ioan. dullaer. q. 8. primi huius.

Vueſalia

Vſingen.

Nota. III. Liquere iam de quibus rebus tractat phyſica, tractat enim de rebus naturalibus: quarum nuncupatione ferme omnes res creatæ veniunt. Vnde etiam phyſica dicitur omnium eſſe cōſideratiua, non quod omnium ſcientiarum concluſiones complectatur: ſed quod vocabulis vtatur omnem rem mundi deſignantibus: vt ſi dixeris in mouentibus & motis non eſt proceſſus in infinitum: nullam rem mihi dabis quæ non ſit moues vel mota. Et ſi de omnibus conſideret: hoc tamen facit ſub ſpeciali ratione. ſ. ſub ratione motus & mobilitatis, abſtrahit enim metaphyſica a materia & motu, mathematica a materia ſenſibili (non intelligibili) phyſica vero vtriq; coniungitur & materiæ & motui q̄ Vſingenſis poſt Vueſaliam (quem his libris vt ducem ſequitur) aſtruit phyſicam omnium rerum conſideratiuam, & tamen nō conſideratiuam alicuius entis, diſplicet cauillus ille logicus in reali ſcientia. Logica vero ab omnibus ſcientia generalis cenſetur quod modum cōmunem procedendi omnibus ſcientijs trada. Metaphyſica vero generalis iudicatur quod de omnibus entibꝰ ratiotionet̄ ſub generali quadam ratione, quidditatū videlicet & has eſſe cōmunes ponit Ariſt. iiij, metaphyſ. quid aūt ſit ſcientia, quid ſcientia vna, & quomodo diſtinguantur cum alijs ſimilibus in logica diximus.

In logica fol, 8.

Nota. IIII. Phyſicam ſemper in honore fuiſſe habitam: quis enim rerum cauſas latentes non miraretur: qui aūt primus de ea ſcripſerit non compertum habeo: diuus tamen Auguſtinus duo genera philoſophorū facit, aliqui enim dicebantur ionici a Thalete Mileſio ortum habentes, italicæ vero ſapientię primariū conſtituit Pytagoram: & huiuſmodi tradit̄ ſcholæ huius ſucceſſio Thales Mileſius, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Diogenes ſynopeus, Archelaus alij (Cratylū ſuffecere) Socrates, Plato, Ariſtoteles, qui velut alter totius philoſophiæ parens, & hanc quoq; partem

inſignit erexit ac ſtabiliuit, & antiquorū errores extirpauit: quamuis a naſutis ob eam rem interdū male audiat, quaſi oſtentationis & glorioſę obtutu veteres momorderit, ac eorum falſo opiniones inuerterit, quod quiſquis dixerit Plutarchū legat de placitis philoſophorū, & intelliget non ab re, vt Stapulen̄ inquit, Ariſtotelē priſcorum ſententias refutaſſe: vere enim primatū inter reliquos obtinet philoſophos, etiā inuitis academicis: ſicut & Cicero eum philoſophorū principē ſtatuit, qui & ſi Platonē exceperit, eum excepit (ait Th. Gaza) quem amauit, laudauit aūt vere & ſumme laudandum, ſed de his alias, vide tamen hic Auerroim copioſiſſime Ariſt. laudantem.

Plutarchꝰ — Stapul. — Cicero — Gaza — Auerr.

Articulus.II. Reſponſiuus.

Cōcluſio phyſica eſt ſcientia ſpecialis ab aliīs diſtincta, patet nam de re naturali poſſunt ſciri ineſſe paſſiones aliquę mobilitatis & a priori, & ſic aſſenſus ille euidens certus de neceſſario per demonſtrationem erit ſcientia, & non niſi phyſica. Leuitas enim quę eſt principiū ſurſum agendi, probatur ineſſe igni per calefactiuū tanq̄ a priori quoniam ſumma caliditas eſt cauſa ſummæ leuitatis: fateor verū eſſe Alberti magni Sueuorum gloriæ dictum, rationes ſumptas ex experientia in phyſica obtinere principatum.

Albertus.

Articulus.III. Dubitatiuus.

Dubium.I. quod eſt ſubiectum primum Phyſicæ.

Prenotata habere volo omnia quæ de ſubiecto ſcientiarū diximus in dialectica.

¶ Premitto.II. diuerſas & pugnantes eſſe ſuper dubio ſententias. Primo Albertus magnus & Aegidius Ro. ponunt pro ſubiecto primo phyſicę corpus mobile, & Auguſtinus Nyphus teſtat̄ hoc voluiſſe Themiſtiū dum inquit, pręſentis operis intentio eſt ea docere quę vniuerſaliter inſunt rebꝰ naturalibꝰ q̄ naturales ſunt, idē aūt eſt & corporeas dicere & naturales. Et Auerro. 8. phyſ. poſt Alexandrum ait Ariſtotelē agere in primo de principiīs ſubiecti, ſed materia & forma, de quibus agit ſunt pricipia corpis mobilis, ergo: & hoc expreſſiꝰ dixit in ſecundo libro deſtructionis deſtructionū diſputatione prima, dubio pmo, ait enim materiam ſcientię naturalis eſſe corpus mobile. Idē ſentit Algazel in libro diuiſionis ſcientiarum, & Auicenna primo metaphyſ.

Albertus. — Aeg Ro. — Nyphus — Auer. Com.4. — Algazel — Auicenna

¶ II. diuus Thomas, Eſculanus, Albertus de Saxonia, Marſilius, Vſingen̄, Sintzelius & communis ſchola firmat ſubiectū primū phyſicę eſſe ens mobile, ita enim inquit Auer. xij. metaphyſ. ſciētiā naturalē cōſiderare de ente mobili. Et. iiij. metaphyſ. ait phyſicū cōſiderare de parte entis. ſ. de ente mobili, Ariſto. idipſum videt̄ aſtruere. xi. metaph. naturalibus quidē non inquantū entia, magis aūt inquantū motu participant, conſiderationem vtiq̄ quis diſtribuet. Has aūt ſententias aliqui in concordiam trahunt vt Lampertus & Nyphus, ſed breuitatis cauſa omitto.

S.Thom. — Eſculanus — Com. 5. — Com. 1. — Lamptus

¶ III. Scoti aſſeclę variant Ioannes canonicus ponit pro ſubiecto primo ſubſtantiā finitā limitatā ſub ratione naturalitatis, Idem poſuit Anto. Andreę remota finitate, ſic & Tartaretus poſuit ens finitū naturale pro ſubiecto. Scotus ipſe. vi. meta phyſ. minus caute pro ſubiecto primo aſſignauit ſubſtantiā corporeā. Guilhelmus de Occham in ſummulis ſuſpicit illā ſententiā ens naturale eſſe ſubiectum primū huius ſcientię. Iſtis pręmiſſis reſpondetur ad dubiū motū per propoſitiones.

Io. canonicus. — Ant. And. — G. Ocham

¶ Prima. Nec ens mobile nec corpus mobile eſt ſubiectū primū phyſicę, pbat̄ a Sanſone q̄a mobilitas nō facit vnū per ſe cū ſubiecto. vi. metaphyſ. cū ſit accidens. Tum quia per mobilitatē conſtituit̄ ens in eſſe variabili & fluxo quod opponit̄ ſcibilitati, hec non multū pugnant. Addit quia phyſica ſpeculat̄ circa ens naturale etiā ratione oppoſitam mobilitati. ſ. quietē, & non exiſtēte mobilitate adhuc remanerent paſſiones naturales entiū vt raritas grauitas &c̄. Potiſſimū moueor ex eo q̄ ſubiectum debet eſſe abſolutius paſſione: ſed hic ſubiectum formaliter exprimeret ſuā paſſionē dicendo ens vel corpus mobile, non enī video quā paſſionē poſtea vellēt aſſignare huic ſubiecto: vide Sco. vi. metaph. q. i. Et quod Ariſt. vi. phyſ. probat omne corpus eſſe mobile, id igit̄ quod probatur ineſſe in aliqua ſcientia non eſt eius ſubiectū, vt late proſequtur Nyphus poſt Eſculanū: multa ſciens prętereo.

Sanſo — Eckius

¶ II. Subſtantia finita non eſt ſubiectū primū phyſicę maxime corporea: probat̄ quoniā ſubiectū cōmuniſſimū & adęquatū debet eſſe ſcientiæ, modo in phyſica plurimorū habetur conſideratio, quæ non ſunt ſubſtantię corporeæ, vt accidentium quæ plurimum momenti in motibus & mutationibus ſortiunt̄, vt animarū quę non ſunt corporeæ, neq̄ finitū quicq̄ per ſe facit ad contractionem ſubiecti, at parum eruditionis conſiſtit in illarum opinionum prolixiori diſcuſſione.

Nyphus

¶ III. Ens naturale eſt ſubiectum primum phyſicę, illam non aliter probo niſi ex quid nominis ſubiecti primi, nam inter omnia alia illud eſt communius & principalius, & omnia alia cōplectitur, perge per omnes gradus & ita eſſe cōperies, aſſignabimus in pręſentia nouem.

1 Accidentium, qualitatū motiuarum.
2 Totū peraccidens, domus album.
3 Subſtantia ſimplex, materia, forma, cœlum, ſol venus, anima.
4 Subſtantia elementalis, ignis, aer.
5 Subſtantia mixta imperfecta, pluuia, ros.
6 Subſtantia mixta inanimis, mineralia.
7 Subſtantia animata vegetans, planta.
8 Subſtantia animata ſentiens, animal.
9 Subſtantia intellectilis.

¶ Hos gradus omnes complectitur ens naturale, vt ex ſuperiori diffinitione liquet, hæc ſententia etiam amico noſtro Iſennachio viſa eſt rectior, & idem voluit P. Pergulenſis cum affirmat mobile ſubſtractiue acceptum vt eſt primū & adęquatum ſubiectū mobilitatis & quietis, eſſe primum ſubiectum phyſicę, nam illud ſubſtractiue acceptū eſt ens naturale.

Iſennach — Pergulen.

¶ IIII. Propria paſſio ſeu ratio formalis huius ſubiecti eſt mobile, aut quod magis placuit Nypho te fragante Alberto illud diſiunctū mobilitas vel q̄eſcibilitas: quāuis enim aliq̄ poſuerit naturalitatē pro paſſione ſubiecti, quæ denotat principiū motus: tamen de mobilitate videt̄ habere maiorē euidētiā. Conuenit enim omni enti naturali, ſoli, & ſemper, & demonſtratur per diffinitionē eius, etenim natura eſt principiū mouēdi & quieſcēdi. &c̄.

Dubiū. II. An Phyſica ſit ſpeculatiua vel practica.

¶ Præmiſſio quid ſit praxis & ſpeculatio & alijs in logica declaratis.

Reſpōdet̄ Phyſicam eſſe ſpeculatiuā, nā non dirigit in operatione / neq; dictat quid faciēdum vel fugiendū. Ideoq; vere dixit Geor. Bruxellen̄ phyſicam ſpeculatiue conſiderare de entibus naturalib⁹ Ethicam practice: & ſatis liquet ex toto proceſſu Ariſtotelis. Et Auerrois hic ab initio enumerans ſcientias ſpeculatiuas, tres inducit. ſ. mathematicā, phyſicā, & metaphyſicā, verū eſt cōſummationē & perfectionē Phyſicę eſſe practicā: perfectionē eius appello Iatriā ſeu medicinā opitulatricē ſciētiam ita enim Marſil. in abbreuiatis ſuperiores ſciētias dicit eſſe perfectiones Philoſophię / Theologiā. ſ. metaphyſicę / Iuriſprudentiā Ethicę, Medicinā Phyſicę: his enī philoſophię ptib⁹ dicunt̄ ſubordinari.

Brux. Auer. Marſil.

Ocha. c. 4. Coroſ. infero, lapſum eſſe G. de Ochā in ſummulis, cū ait librū de anima eſſe practicum, quia ſit de operalibus a nobis: quāuis enim bene ſequatur, qđ ſit de praxi: ſed non infert̄ quod ſciētia ſit practica, eſto enim quod dicā quinq; eſſe ſenſus exteriores, viſionē fieri intus ſuſcipiendo, q̄ aliqua ſint noctiluca, qđ viſio fiat medio neruo optico. &c̄. illa omnia ſunt ſpeculatiua, quia nihil dirigūt in operando, ſed ſimpliciter indicant ſic fieri. At medicus q̄ dicit ſic mederi oculos lippos ſic velo obductos / viſum ſic viridi reficiendum, oculos aqua aſpergi debere. &c̄. iſte iā practicas proponit propoſitiones.

Dubitat̄. III. quot ſunt libri phyſicę?

Albertus. ¶ Phyſicā ſtatuit Albertus magnus vltimā inter partes philoſophię realis in ordine ſui quæſiti & ſcibilis, quæ tamen prima ſit in ordine doctrinæ, quod doctrina non ſemper incipiat a priori ſecundum naturā, ſed a faciliori, modo intellectus noſter cognitionē haurit ex ſenſibus, res aūt naturales & ſenſibiles ſunt iſtius artis ſecundū Auerroim proſequit̄ aūt large mateꝛiam librorū phyſicę poſt Themiſtiū, ſed rotundius enarrat Marſil. illā phyſicæ diſtributionē octoparritam.

Themiſt. Marſil.

Phyſicoꝝ. 1. tractat de principijs rerū naturaliū & eorū connexis in generali.

De cœlo. 2. agit de ſpecie motus. ſ. in loco, vel agit de ſimplicibus principiatis. ſ. cœlo & elementis ſecundum Themiſt.

De generatione. 3. declarat ſpecies mobilis ad formā in gignendis & interituris.

De methe oris. 4. tradit mobile ad formam miſti imperfecti, in regione ſupra nos.

De mineralibus. 5. docet mobile ad formā miſti homogenei, infra nos generati.

De ania. 6. animæ explicat operatiōes & paſſiones.

7. operationes paſſioneſq; animatorū diſquirit vt corporeæ ſunt. Parua naturalia.

8. motum explicat in ſpeciali animantiū, & vegetabiliū, ferme in quendā hyſtoriæ modū ait Themiſtius. De plātis. De aniālibus.

Liber aūt de mineralibus, quod ego viderim nōdum eſt e greco in latiū tranſlatus: Albert⁹ ſueuus neſcio ex quo autore aliqua de his in noſtrā retulit linguā Card. Cameracen̄ in meteoris aliqua de his ſicut cæteri addidit, quod & nos facturi ſumus, Reliqui libri phyſici ad hos octo reducuntur, ſicut ſunt libri de motibus animaliū, de inſpiratione, de iuuenta, de cauſis elementorum. Albertus. Camera cen̄.

Dubitatur. IIII. de librorum phyſicorum partitione?

Rn̄det̄ omiſſa Adraſti ſententia quod quinq; primi libri ſint de principijs reliqui tres de motu, dicamus ad Auerrois mentem octo eſſe Ariſtotelis libros. In primo agitur de rerū naturaliū principiis conſtitutionis. In ſcđo vero libro de cōcauſis & cauſis agit, tam per ſe quā per accidēs. In tertio cū natura ſit principium motus, inquiritur quid ſit motus, & quod ſit finitus. In quarto cum corpora loco egeant, de loco diſputat & vacuo, & menſura motus. ſ. de tempore. In quinto partes ſubiectiuas motus enucleat, ac motuum contrarietatē ac vnitatē. In ſexto partes quantitatiuas motus diſquirit. Septimus omniū mobiliū ordinē in vnum motorē cōnectit. Octauus primū motū ac eius ꝓprietates explanat: hæc paucula ſufficiant. Adraſtus. Auer.

Dubiū. V. de vtilitate phyſicæ.

¶ Reſponſio dubij eſt clara ex Auerroe hic. & vtilitates ab eo dinumeratas breuiter renarremus, & obſcuras faciamus manifeſtas. Auer.

¶ I. vtilitas phyſicę eſt pars vtilitatis ſcientię ſpeculatiuę (liquet Com. ponere Phyſicā ſpeculatiuā) vtilitas aūt ſcientiæ ſpeculatiuę iuuamento formæ eſt quod eſſe hominis ſecundū vltimā perfectionem ipſius eſt ipſum eſſe perfectū ſcientia ſpeculatiua ſicut. x. ethic. delcaratur. Preterea iſta diſpoſitio. ſ. ſcientiæ ſpeculatiuę eſt ſibi fœlicitas vltima & vita ſempiterna, & ita proderit ad vltimū finem ſcientia ſpeculatiua. Porro magnū oportet eſſe quod æquiuocationē hominis inducit, ſed homo dicitur æquiuoce de indocto & docto ſpeculatiue vt Alexander teſtatur, & in ſimili Ariſtoteles. iij. politi. bonos viros dicit differre a malis, ſicut picta per artem a veris. &c̄. Et nota hominem hic non abſolute vſurpari, ſed vt includit perfectionem in actu ſecūdo, ſic Themiſtius ait, homo eſt quaſi deus / & Ariſt. 10. eth. homo eſt deo finitim⁹ & poeta, homo non eſt minor / niſi ſolo Ioue. Alexan. Themiſt.

¶ II. vtilitas conſequens eſt q̄m ex ſcientia illa ſpeculatiua oēs in nos proficiſcuntur virtutes, quoniam ſcientes iſtam ſcientiā, quū erunt ſecundū ordinem naturalē, oportet eos eſſe virtuoſos in omnibus ſpeciebus virtutum moralium. Hoc declarat Aphrodiſ. in fortitudine: nam nouit phyſicus hominem vix eſſe portiunculā ſenſilem reſpectu vniuerſi: & viuendi ſpacium vix eſſe totius temporis momentū. Nouit quoq; neceſſariā eſſe homini corruptionem propter materiā. Et ex his fit homo fortis contra metū mortis, ſicut illis duabus rationi- Alexan.

Sylla. bus Sylla ſuaſit fortitudinē filio:dum per exerci-
Saluſtius tum Iugurthę erant tranſituri vt Saluſtius narrat.
Socrates. Com.probat hoc in Socrate/quem tamen ait non fuiſſe doctū in cōmunibus diſciplinis.ſ.logica & metaphyſica, ſed de fuga mortis latius dicemus in ethicis. ℂ Declarat dein in iuſticia/quoniā phyſicus nouit iuſticiā in natura,elementa enī & partes vniuerſi ſibi inuicē cedunt: & quæq; ſuū amāt ordinē & æquabilitatē:quare & iuſticiā ſeruare debet Phyſicus.Idem poſtea oſtendit continentiam, liberalitatē & oēm religionē ex philoſophia ortā, qua inſtruimur ſeruare leges diuinas imitando ordines naturales.Ob quā rem & verax & veri amās efficitur ſapiens.

Auerro. Opponit Auerrois qm̄ multi philoſophi ſint mali & voluptatibus dediti.Reſpondet quod ſecundum naturā ſcientię eos ſequitur virtus, ſed vicia ſequuntur philoſophos ſecundū accidens propter ſocietatē hominū temporis huius. Nam philoſophi vilipenduntur a primatibus, quod non accipiuntur in regentes,conſiliarios, aut ſecretarios,& potiſſimū dialectici,quare ſe etiā conformant opinioni hominū / & ad voluptates declinant. Hæc oīa prudens bene applicabit noſtro ſeculo, in quo verę ſcientiæ contemnunt ab indoctis/& corrumpuntur argutijs inutilibus a doctis. Omnes virtu-
Themiſt. tes a philoſophia proficiſci Themiſtius ante Auerroim hic explicat.

ℂ III.utilitas philoſophiæ eſt naturali rationis du-
Plato. ctu agnoſcere vnā primā omniū cauſam:quā & Pla-
Themiſt. to conſecutus eſt & Ariſtoteles.vij. huius vt Themiſtius oſtendit. Cognitis enim his quę deus fecit in admiratione & cōmendatione ſui omniū animos conuertit.

ℂ IIII.vtilitas phyſicæ eſt precipua quod ſaluberrimæ medicinarū arti principia prebeat,& mecha-
In medi- nicis artib⁹ non pauca cōmoda ſubminiſtret. Qui
cos igna- enim arte ſine Phyſica ratiōe mederi conatur, ait
ros. alius,ſeipſum fallit, & alios perdit.

Articulus.IIII. Argumentatiuus.

Heraclit⁹ Ratio.I. Heracliti Metapontini:q etſi in vniuerſum negaret aliqd poſſe ſciri:tn̄ hoc maxime verū eſſe dixit de phyſicis:& hoc tali ratiōe qm̄ res non vere ſciunt,niſi ſciant ſcd̓m qd̓ ſunt,āt phyſica ſecundū qd̓ ſunt, infinitas habēt differētias:intellectus aūt refugit īfinitū. Cōfirmabat prīo qa ī phyſicis non poteſt dari mediū demonſtrationis.Pręterea ſcietia eſt verorū incorruptibiliū ac impoſſibiliter aliter ſe habentiū.i.poſteriorū,ſed res naturales ſunt inſtabiles, fluxę & caducæ ac corrup-
Ptolomæ tibiles.Et ob eandē rationē Ptolomęus negauit de
us. naturis haberi ſcietiā certā propter ſui mutabilitatem,ſed opinionē:cuius ſignū eſt quod philoſophi diuerſa opinati ſunt in phyſica/ in mathematicis vero omnes conueniunt.

Ratio.II.Nullū ens naturale eſt a nobis cognoſcibile,igitur de nullo tali poſſumus habere ſcientiam:probatur qa vel primo cognoſcerent cognitione vniuerſali/& hoc non quia illa preſupponit ſingularē,quia ſenſitiuā ex.i.poſt.nec cognitione ſingulari/quia vniuerſalia ſunt nobis notiora ſingularibus.i.phyſ.Confirmatur quia de ſingularibus non eſt ſcientia: res naturales ſunt ſingulares. Preterea nullum ſenſibile eſt intelligibile:ergo res naturalis non eſt intelligibilis, & antecedens probatur quia nulla ſenſatio eſt intellectio ergo nullum ſenſibile eſt intelligibile/per regulā ſi abſtractum de abſtracto,concretū de cōcreto.Accedit qd̓ nulla eſt proportio inter res naturales quę ſunt materiales & intellectū immaterialem.

ℂ III.Ens naturale non eſt ſubiectū phyſicæ/ ergo &c̄.probat̄ quia eſt ſubiectū partis.ſ.librorū phyſ. ergo nō eſt ſubiectū toti⁹:tenet cōſequētia qa nihil poteſt adequari parti & toti cū omne totū ſit maius ſua parte. Confirmatur per Vſingeū quia ſubiectū debet eſſe primo notū,ſed motus eſt notior in phyſica quā natura,ergo natura non eſt ſubiectum.Minor probatur/ quia natura diffinitur per notū tanq̄ p notius/ quoniā ignorato motu neceſſe eſt ignorare naturā.iij.phyſ.Confirmatur ſecundo / qm̄ ens naturale non exprimit propriam rationē conſiderandi naturalis philoſophiæ ſicut ens mobile/& hęc eſt potiſſima ratio ait Vſingeū quare ens naturale non ponitur ſubiectum. Vſingeū.

ℂ IIII. Motus eſt ſubiectū primū phyſicæ:ergo nō ens naturale probatur quia omnia in hac ſcientia conſiderata habent ordinē ad motū.Item oportet ſubiectū phyſicæ eſſe tranſcendens/ cū ipſa ſit omniū entiū conſideratiua. Primus quoq; motor eſt immobilis:igitur mobile non eſt paſſio adæquata huius ſcientiæ.

Reſpondetur.

Ad.I.quāuis ſingularie ꝓſequēdo ſint infinitę.ſ. indeterminatę differētię entiū/ſecus in vniuerſali. Modo ſciens,de rebus determinat ſecūdū notiones vniuerſales,vt in vniuerſali cōcludit phyſicus tria eſſe rerū naturaliū principia, quattuor cauſas.&c̄. Quare negamus non dari mediū demonſtratiuū in phyſica,nā materia eſt aptū mediū demonſtrādi de ente naturali generabilitatē & corruptibilitatē/ forma actiuitatis.&c̄.Ad cōfirmationē reſpondēt oēs iuniores,ſcientiā eſſe incorruptibiliū neceſſariorū.&c̄.verū eſt quo ad ꝓpoſitiōes ſcibiles/quę debent eſſe neceſſarię nō cōtingentes.Sed non intelligit quo ad res ſignificatas:nā illę ſunt interiturę & fluxę,corruptiōi obnoxię.Vnde de re corruptibili poſſunt formari propoſitiones neceſſariæ, & illę poſſunt ſciri,& in hoc etiā negamus Platonē/ Plato.
qui de ſenſibilibus negabat ſcientiā: & eam tantū dedit ideis rerū.Hauſerat hoc ex Heraclito quia in Heraclit⁹
opiniōibus eius ab adoleſcētia verſat⁹ eſt ait Ariſt. 1.metaph.vide de hoc G.Ochā diſ.2.q.4.primi poſt G.Ocham
Sco.q.4.ꝓlogi.Scibile enī ꝓpinquū debet eſſe neceſſariū non remotū.Ad Ptolomęū habet aliqd apparētię:ſed dico bene probat multa tradita eſſe in Ptolom.
phyſica ab Ariſtotele & alijs topice & ꝓbabiliter, non demonſtratiue: fateor in hac totali ſcietia nō oīa eſſe demonſtrata ab Ariſtotele: ſed aliqua autoritate credita, aliq experiētia cognita, aliqua probabiliter pſuaſa & probata:pauca aūt, immo pauciſſima demonſtratiue ſcita. Nam Petrus Aliacen̄ Card.Cameracen̄ teſtatur paucas aut nullas in Ari Aliacen̄.

porphiri⁹ ſtotele reperiri demonſtratiões;plus dixit Porphyrius ad Berythrũ, nullũ philoſophię locũ nõ dubitabilẽ fore:& ad Anabonẽ ſcripſit multa de philoſophicis reb⁹ a gręcis perſcripta/ſed ex cõiectura oĩa, ſed de his plura in oratione noſtra aduerſus ethnicos philoſophos.

Ad:II. negato antecedente dico ad probationem ens naturale cognoſci & cognitione vniuerſali & ſingulari,& de ſingulari bene probatur, & quod de vniuerſali improbat dico ad Ari.vniuerſalia eſſe notiora non primitate generationis,ſed in ſcientia cõmunitati tradẽda de quo ſtatim. Ad confirmationẽ de ſingularibus ſcibilibus propinquis non eſſe ſcientiã/ſed bene tanq̃ de ſcibilibus remotiſſimis.Ad illud quod additur de ſenſibili, patet ex logica.Locũ a cõiugatis non tenere/niſi in eſſentialibus:modo illa non eſt eſſentialis ſenſibile eſt intelligibile. Dullaert. Ad annexũ dicit Ioan.Dullaert qd̕ int̕ obiectũ & potẽtiã debeat eſſe ꝓportio, nõ magnitudinis.ſed vitalis immutatiõis:ideſt q̕ intellectus poteſt immutari ab obiecto, ſicut obiectum poteſt immutare.Sed quid de deo.

In logica fol.xi. Ad.III. Negando cõſequentiã,qm̃ non ſic oportet adęquari ſubiectũ ſcientię / vt in ꝓlogo cõtra cõmunẽ docuimus:nam idẽ poſſet eſſe ſubiectũ diuerſarũ ſciẽtiarũ.Hoc tñ eſt verũ ens naturale aliter cõſiderari vt eſt ſubiectũ primũ totius phyſicæ & partis.Nam ens naturale ſimpliciter cõſideratũ eſt ſubiectũ librorꝝ phyſicorꝝ,ſed cõſideratũ vt cõtrahibile per diuerſas paſſiões ſpeciuocãtes eſt ſubiectũ totius phyſicę. Coñ.com munem. Non valet modus loquẽdi cõmunis de cõtracto & incontracto/qm̃ vbiq; ſumitur incontracte ens naturale:ſed non ſumit̕ incõtrahibiliter:vnde vt eſt ſubiectũ primũ totius phyſicę,diuerſimode cõtrahi poteſt vt in ſubiecta formula intueri licet.

		Liber.
Ens naturale	mobile	Phyſicorum
	Ad locum	De cœlo.
	Ad formã	De generatiõe
	Ad formã imꝑfectã	De metheoris
	immutabile vitalit̕	De anima.
	guſtabile vl̕ tãgibile	De ſenſu.

Ad cõfirmationẽ dico non debere eſſe ſubiectũ notius ſimpliciter oĩbus in illa ſciẽtia cõſideratis qa ſua paſſio plerũq; eſt notior ſubiecto : ſed ſolũ debet eſſe notius alijs ſubiectis huius ſciẽtię:nõ ergo inconuenit motũ q̃ in paſſiõe includit̕ eſſe notiorẽ ente naturali. Ad aliã cõfirmationẽ quã ita põderat d.Vſingeñ dico ſubiectũ nõ oportere exprimere propriã & formalẽ rationẽ cõſiderãdi in illa ſciẽtia/ſed paſſionẽ. Vſingeñ. Nã vniuerſale in quinq; vocibus Porphyrij non exprimit ꝓpriã rationem cõſiderandi illius libri/ſed ꝓpria paſſio.ſ.p̃dicabile. Ob eã rẽ in vnaquaq; ſciẽtia inuento ſubiecto primo, inquirit̕ ſub qua ratiõe formali ſuſcepta ſit eius conſideratio in tali libro.

Ad.IIII. de motu,quamuis Ioan. de Vueſalia & poſt eũ Vſingius negent motũ eſſe primo notũ in phyſica/ſed mobile:de q̃bus plurimũ miror cũ mobile in cõceptu ſuo concretiuo includat motũ:& viſo eo qd̕ ſint moderni miror quomodo cõnotatiuũ notius dicãt eſſe ſuo ſignificato formali. Vueſalia. Aliter dico negãdo motũ eſſe ſubiectũ, qa habet aliq̃d prius cui attribuit̕.ſ.ens naturale:motus aũt in ratiõe paſſiõis includit̕ nõ ſubiecti. Ad annexũ nego ſubiectũ hic debere eſſe tranſcendẽs. De primo motore dico ſufficere qd̕ cõſideret̕ ſub ratiõe motiuitatis,& nõ mobilitatis. Si vnus terminus vniuoce motionẽ actiuã & paſſiuã ſignificaret ille eſſet accommodatior hæc ſatis ſint.

ARISTOTELIS STAGYRITAE PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBER primus de principijs rerum naturalium. Proemium. Cap.I.

1 CVM circa oẽs doctrinas,quarũ ſunt principia vel cauſę vel elementa, ex horum 1
perceptione cognitio fiat atq; ſcientia.Tunc enim vnãquamq; rem ſcire putamus Cõcluſio.
cum cauſas primas,principiaq; prima,& vſq; ad elemẽta cognoſcimus,patet & ea
quę ad principia naturalis ſcientiæ pertinent, enitendũ eſſe prius determinare.
2 ¶ Hæc aũt inſita natura nobis eſt via, vt e notioribus nobis magiſq; manifeſtis,ad notiora 2
naturę magiſq; manifeſta proficiſcamur.Non enim ſunt eadem nobis atq; ſimpliciter nota: Cõcluſio.
quapropter hoc modo ex hiſce quæ naturę quidem minus ſunt manifeſta,nobis aũt notiora/
3 ad ea quæ dilucidiora ſunt, magiſq; nota naturæ proficiſcamur neceſſe eſt.At confuſa pri-
mo nota nobis ſunt magis ac manifeſta : elementa vero principiaq; poſterius ex hiſce nota 3
4 per ipſorum diuiſionẽ fieri ſolent. ¶ Icc irco ex vniuerſalibus ad ſingularia proficiſcamur Cõcluſio.
oportet,ipſum namq; totũ ſenſu notius eſt:vniuerſale vero quoddã totũ eſt: quippe cũ multa
5 complectatur vt partes,Sic etiã & nomina quodãmodo ſeſe habent ad diffinitionem: totum
enim quoddã indiſtinctumq; ſignificant,ceu circulus:at ipſius diffinitio in partes ſingulas
diuidit.Pueri quoq; primũ quidẽ viros oẽs patres, mulieres q̃ſuis matres appellãt, poſterius
autem horum vtrumq; diſcernere diſtinguereq; videntur.

Explanatio textus.

¶ In iſto primo libro phyſicorũ agit P. de principijs rerũ naturaliũ: & primo quidẽ capite diſquirit modũ procedendi in phyſica.

Cõcluſio. I. In phyſica procedendũ eſt a principijs cauſis & elementis ad effectus: ꝓbatur quia tũc vnũquodq; cognoſcimus cum cauſas eius cognoſcimus.

II. In phyſica procedendũ eſt a totis ſeu cõpoſitis ad ſimplicia & partes: quia procedendũ eſt a notioribus nobis ad notiora naturę ; modo effectus Cõcluſio.

ſunt nobis notiores.
Cõcluſio III.In phyſica procedendum eſt ab vniuerſalibus ad ſingularia, patet quia vniuerſalia ſunt nobis notiora/vt liquet ex tribus, primo quia totũ ſenſibile vt domus eſt notius ſuis partib⁹, & vniuerſale eſt quoddã totũ, prius quis videt domũ quam ianuã.Secũdo quia diffinitũ eſt notius ſuis partibus diffinientibus, confuſe enim ſignificat,partibus diſtincte ſignificantibus.Tertio quia infantes oẽs viros ab initio patres ſignificant, & dein primo agnoſcunt patrẽ ex alijs viris,ſic ergo procedunt a noticia vniuerſali viri ad diſtinctã cognitionem patris.

Annotatio textus.

¶Iſte eſt liber Ariſtotelis phyſicarũ acroaſum,hoc eſt naturaliũ auſcultationũ, nã & de phyſico auditu prętitulat̃,cuius varia ratio prodit ab eruditis
Gelius. A.Gelius in noctibus atticis teſtat̃ Ariſtotelẽ artium duas ſpecies habuiſſe,alia erant quę nominabat ἐξοτέρικα .i. extraria, alia quæ appellabat ἀκροαματικα .i. auſcultatoria : primi ordinis erant,rhetoricę meditationes.argutiarũ facultates,& ciuiliũ rerũ noticia, in ſecundo ordine erat philoſophia remotior ac ſubtilior,& quæ ad naturę cõtemplationes pertinebat . Auſcultatorias
Them. vero artes ſeu dilucularias paucis tradebat. Themiſtius Ariſt.paraphraſtes ait auſcultationẽ inſcribi librũ,ac ſi ad eum mdoũ elaboratũ exactũq; ſit opus,vt in auditionẽ pręceptionẽq; alijs ſit ꝓpo
Albertus. ſitum.Albertus magnus Sueuus arbitrat̃ inſcriptum librũ de auditu phyſico,quoniã in eo traduntur quę auditu plus quã demonſtratione ſciuntur de rebus naturalibus . Verũ illã rationẽ nõ laudo cum fortiores & plus vrgentes rationes hoc libro adducat/quã in pleriſq; alijs,inſcriptionẽ illã non
Cornell. habentibus.Sic nec rationẽ Ludouici Cornell.hiſpani alioquin doctiſſimi acceptamus, exiſtimat enim hos libros nõ ab Ariſtotele ſcriptos,ſed dũtaxat a ſuis diſcipulis auditos,quorũ aliqui poſtea eum litteris mandarunt.Aduerſatur enim huic ra
Them. tioni Themiſtius dicẽs, quã Ariſtotelicũ opus hoc ſit,ſuperuacaneũ eſt inueſtigare,quũ res cõtrouerſa non ſit,preſertim cum in his libris,quorũ autorem fuiſſe Ariſtotelẽ nemini dubium eſt, ipſemet Ariſtoteles opus hoc videat̃ agnoſcere,hęc The.
¶Cum aũt Grece ſcripſerit Ariſt. latio a plurib⁹ eſt donatus,Vetus enim circũfert tranſlatio, quæ
Boeotius Boeotij eſſe famat̃ / quãuis Nyphus id non credat,
Nyphus. alia itẽ habet̃ incerto autore tranſlatio:nouiſſime
Argyropilus. Argyropolus Nyphus,& Aretinus aliquos trãſtulerunt. Vetus aũt tranſlatio diſplicere incipit do
Aretinus. ctis/quaſi nimis verborũ curioſa, & perperã aliqũ reddens:ordit̃ enim hic. Quoniãquidẽ intelligere
Eraſmus &c.quod primũ verbũ Eraſmus carpit a principio lucæ in annotationibus ceu minus latinũ.Placuit non nihil A.Nyphi tranſlatio : verũ oportebat cõmunitati cõſulere:& Argiropoli tranſlatio iam frequens eſt in vſu:ideo eam ex alijs delegimus.
¶Recenſet hic P.tres modos procedendi phyſicę ſ.a cauſis ad effectus,ab effectibus ad cauſas, a generalioribus ad ſpecialia,de quibus in explicatiõe ſcholaſtica . Doctrinas,melius ita legi quam ſicut
Nyphus. in veteri legebatur,ſciẽtias Nyphus teſtat̃:quoniã Grece ſit μέθοδος, quod magis ſonet doctrinam quã ſcientiã.Eſſe enim ſciẽtię eſt eſſe quietũ.Sed eſſe doctrinę eſt in motu & in fieri,vnde alia tranſlatio legit vias pro ſcientias.
¶Intelligere & ſcire qđ legit antiquus interpres, Auerroys non vult eſſe multiuoca: quod huiuſmo Auerr.
di incongruãt ſcientię demonſtratiuę : eius tamen differentia non laudat̃:placet vt cognitionẽ appellet in preſentia eam quę habet̃ per diffinitionẽ,Scientia quę acquiritur per demonſtrationem.
¶Puer primo appellat oẽs viros patres: nã imperfectus eſt primo intellectus eius, & dein vigorat̃ in intelligentia:quod non eſt intelligendũ de intellectu per ſe quoniã ille non ſeneſcit nec vigorat̃, ſed ſolũ per accidẽs,qm̃ vt Plato ait,ſedatis puerimo- Plato
tibus,& ſenſibus vigoratis,per hoc quod humor recedit:intellectus quo ad ſuã operationẽ vigoratur. Eſt enim de puero ſicut de muſto/quod poſtq̃ eferbuit,ſuũ habet ſaporẽ vini, ita intellectus pueri eſt in humoribus velut in muſto.Ideo Ariſt.ait anima Ariſt.
ſedando fit prudens, reliqua textus annotamenta in explicatione ſcholaſtica non obmittemus.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. II.

An ſcientia fiat ex cognitione principiorũ, cauſarum, & elementorum?

Articulus.I.

Nota.I. quod non abs re Ariſt. horũ triũ meminit ſ.principij, cauſę & elementi, quę generaliter vſurpata ſępe cõuerti putant̃, quãuis ſpeciatim plurimum in his interſit . Non enim attinet hic dicere quomodo principiũ apud Theologos ſit latius quã cauſa:pater enim eſt principium filij in diuinis/ſed non cauſa:quoniã non diſtinguuntur eſſentialiter. Pręterea elementa dicimus cuiuſq; rei principia vel realia aut intẽtionalia,ſicut in grãmatica litterę dicuntur elementa / in mathematica propoſitiones p ſe notę.&c.Itẽ corpora ſimplicia mixtorũ cauſę dicunt̃ elementa.At in propoſito per principiũ intelligit̃ cauſa efficiens ſcdm Aphro. quia illa eſt vnde motus ꝓprie:per cauſam intelligit finẽ per excellẽtiam/qa finis eſt cauſa cauſarũ: per elementa intelligit principia intrinſeca.ſ.materiã & formã. Diſiũxit aũt iſta Ariſt.quod non oĩs ſcientia per oĩa cauſarum genera demonſtrat. Nam mathematica frequenter per formã (quia per diffinitionẽ) demonſtrat:metaphyſicus per formam,finẽ,& efficiens demonſtrat:materia enim non eſt cauſa cõmunis ſubſtantijs materialibus & ſeperatis.Phyſicus vero per oĩa genera cauſarũ ſolet demonſtrare, & ſcias iſta nomina non ęquiuocari cũ in probatiõe reſumunt̃ contra Auerroym: quoniã in tam breui narratione non cõgruit terminos æquiuocari.

Nota.II. prędictis tribus nominibus non res ipſas deſignari/ſed notiões rerũ,vt cũ phyſicus dicit̃ incedere per cauſas,intelligamus eum vti notionibus cauſarũ, & ita incedit per cauſas obiectiue.Hoc adde quod ex cauſis non acquirit̃ noticia incõplexa cauſati,nam illa in demonſtratione precognoſcuntur.i.poſt.nam veriſſima eſt G. de Ocham regula.
Nunquam noticia incõplexa vnius rei eſt cauſa ſuf G.Ocham
ficiens etiam cum intellectu reſpectu primę & proprię notitiæ incomplexe alterius rei.q.9.prologi,

Arim. ob id ipſe & Arimiū negant ſubiectū virtualiter
continere noticiā paſſionis de quo in logica, aut
cauſam noticiā incōplexā cauſati. Ergo preſens cō
cluſio Ariſt. intelligēda eſt de noticia diſcurſiua &
cōplexa/que ſyllogiſmo acquirit. Poteſt tamen (vt
hoc obiter tangamus) vna noticia ex alia quadri-
Marſil. uariam generari ſcdm Marſil. primo intuitiue ſi-
cut intellectiua ex ſenſitiua, ſcdo abſtractiue ſicut
ex noticia huius hominis abſtraho conceptū homi
nis in cōmuni, tertio elicitiue, ſicut ouis ex figu-
ra lupi elicit inimiciciā a fortiori hoc poteſt intel
lectus, quarto cōpoſitiue ſicut ex duobus cōcepti-
bus rerū poſſibiliū intellectus cōponit conceptum
rei impoſſibilis. Et de nullo illorū modorū hic lo-
quimur, ſed vt diximus, de noticia diſcurſiua ac-
cipitur propoſitio.

Nota. III. quod duplex eſt proceſſus doctrinæ in
naturalibus. Vnus eſt ab effectibus ad inuentionē
cauſe: & vocat proceſſus quia eſt. Alter eſt a cauſa
inuenta ad effectū: & eſt ꝓceſſus demonſtrationis
propter quid vt patet. i. poſt. Et hos duos ꝓceſſus
Themiſt. approbat Themiſtius hic cū inquit. Quū igit cō-
poſitorū rationē exquirimus/ ea ex nature priori
bus indicare oportebit: quū vero de principijs agi
mus, ex his que priora ſunt nobis: & eſt illa quidē
propria demonſtratio: hec vero quanꝗ nō ꝓpria:
ſufficiens tamen ad demonſtranda ea que volum⁹
ſatis luculenter duos aſtruit proceſſus, & eoſdē de
monſtratiuos. Marſilius in abbreuiatis addit ter-
Marſil. tium proceſſum qn̄ premiſſe naturali ordine cog-
noſcendi ſunt priores & notiores cōcluſione, & ta
men non important cauſam cōcluſionis/vt in ma
thematica frequēter fieri ſolet. Et ita cōcluſio pri
ma textus & ſecunda non inuicē pugnant/cū pri-
ma & potior procedat in demonſtratione ꝓpter
quid/altera in demonſtratiōe quia eſt. Vtraqꝫ ta-
mē eſt phyſica cōtra Marſil. vt liquet ex Themiſtio

Nota. IIII. quod forte illū duplicē proceſſum vo
Auerro. luit Auerroys cū poſuit ſcientiā aliā eſſe perfectā,
aliam imperfectā, demonſtratio enim propter qd
eſt potiſſima. i. poſt. Non obſtante tamen illa per-
fectione, proceſſus quia eſt fuit prior apud phyſi-
cos, ſic Ari. ex mouentibus & motis probat vnū
Aegyptij. motorē primum: & ſacerdotes Aegyptij acquiſitis
vite neceſſarijs propter admirari/ceperunt philo-
ſophari, ſed admirabant effectus: quare demonſtra
tione quia eſt venerūt ab effectibus in cognitionē
cauſarū. Aliam aūt eſſe perfectiorē viā ex eo liquet
quod cognita cauſa ceſſat admiratio de effectu.
Laicus enim videns ecclipſim ſolis vel lune, admi-
ratur, ſciens aūt cauſam, ceſſat admirari.

Articulus. II.

Cōcluſio Scientia naturalis propter quid & po
tiſſima fit ex cognitione principiorū, cauſarū &
elementorū, patet ex Ariſt. hic &. i. poſteriorū. Sci
re enim eſt per cauſam cognoſcere/& qm̄ illius eſt
cauſa, quāuis enim a poſteriori & demonſtratiōe
quia eſt, ſit inuenta materie cognitio. ſ. per viam
tranſmutationis, in qua eſt ſubiectū cōmune. Re-
perta aūt materia a poſteriori, phyſicus multa in-
quirit demonſtratione propter quid: quoniā om-
ne quod fit fit ex ſubiecto preſuppoſito, qꝛ omne
quod cōponit ex materia eſt corruptibile, qꝛ ipſa
eſt ꝑpetua & īcorruptibilis/nulli⁹ actiuitatis. &c.

Articulus. III.

Dubiū. I. an ad perfectā rei noticiā requiratur omnium cauſarum cognitio?

¶ Premitto. I. quod loquimur de re habente cau-
ſas per ſe: nam cognitio de deo perfectiſſima eſt:
& tamen nullius cauſe cognitio intercedit.

¶ Premitto. II. noticiā dici cōplexā & perfectam
dupliciter vno modo ſimpliciter, quando res cog
noſcitur quo ad oīa predicata de ipſa ſcibilia, &
quia infinita ſunt de qualibet re ſcibilia, ideo ait
Albertus Saxo, ex quo intellectus noſter eſt finitæ Saxo
capacitatis. & infinita ſunt ſcibilia de re, quare nō
poteſt rem cognoſcere quantū ipſa eſt cognoſcibi
lis vide Cam. q. 3. primi. Scdo dicit noticia perfe- Camerac.
cta in genere, ideſt in genere ſciētie: que aūt requi
rant ad perfectionē ſcientie diximus in logica, pri
mam vocat Sanſo extra genus: & ſumit illa diſtin Sanſo
ctio ex Ari. v. metaph. perfectū dicit dupliciter. ſ.
ſimpliciter & in genere, quibus premiſſis reſpon-
detur per propoſitiōes ad mentē Alberti & Marſ. Albertus.

¶ Prima ad perfectā cognitionē rei non requirit
noticia omniū cauſarū per accidēs: patet ille ſunt
infinite: modo infinitū eſt nobis ignotum.

II. Ad perfectā noticiā incōplexā rei, non oportet
omnes cauſas cognoſcere: patet habeā noticiā in-
complexam albedinis & tamen laicus non cog-
noſcit cauſas eius.

III. Ad perfectā noticiā rei ſimpliciter ad modū ex
poſitū requirit omniū cauſarū cognitio: & ita fa
tetur Marſ. illā noticiā nobis non fore poſſibilem Marſil.
ſaltē in hac vita: ſola anima Chriſti inter creata eſt
omniſciens.

IIII. ad perfectā noticiā rerum diffinitiuā oportet
omnes cauſas intrinſecas cognoſcere: nam hec cau
ſæ explicant per diffinitionem.

V. Ad perfectā noticiā demonſtratiuā de re haben
dam in genere ſcientie, ſufficit vnius cauſe ꝓpin-
que cognitio: nam cauſa remota habet ſe ferme vt
cauſa per accidens ad effectū: & igit ſolū facit de-
monſtrationē quia eſt, probat quia ſcire eſt rem ꝑ
cauſam cognoſcere: & hec ſunt dicta ad mentē re-
centiorum Saxonis, Vueſalie. &c. Saxo.

VI. Nullus modus ex aſſignatis aſſequit mentem Cōtra iu-
Ariſto. Non enim loquit de noticia perfecta ſim- niores.
pliciter/quoniā illa nō eſt nobis poſſibilis: nec de
perfecta ſolūmodo in genere ſicut fuit deſcriptū:
quia ſic vna cauſa ſufficeret, vbi Ari. omnes exiſti
mat neceſſarias. ¶ Eſt ergo mens P. ad perfectā cog
nitionē de re habendā, que excludat queſtiones cō-
munes de re formabiles & dubitationes, oportet
cauſas eius omnes, hoc eſt quattuor genera cauſarū
de re cognoſcere: quoniā oportet cognoſcere cau-
ſas eius vſqꝫ ad elementa: tunc enim ceſſant dubi/
tationes per demonſtrationē terminabiles, om-
nibus cauſis rei cognitis, ideo dicitur tunc perfe-
cte cognoſci. Sic Ariſt. perfecte diffiniuit tonitru Ariſt.
um eſt ſonus extenſionis exalationis in nubibus,
vt expurgetur pluuia, vbi ſonus habet ſe per mo-
dum formæ, extenſio per modum efficientis, exa
latio in nubibus materiam, expurgatio finem in-
dicat.

Dubium.II.an aliqua eadem ſint nobis nota & naturæ ſeu ſimpliciter?

¶ Premitto.I.quod interpretes non oẽs conueniunt/quid ſignificet hic per naturã.Primo aliqui p naturam intelligunt deũ qui eſt natura naturans, ſic Themiſt.1.de anima ait opus naturæ eſſe opus intelligentiæ non errantis, & tunc eſt ordo inter cognita non ex parte dei/ ſed ex modo noſtro cõſiderandi reperto in rebus.Secundo Auer.per naturam intellexit vim productiuã rerũ & operationum ſenſibiliũ ſecluſis intelligentijs.Et tunc dicit aliquid eſſe notũ naturę cõditionaliter.i. ſi natura cognoſceret aut ageret per cognitionẽ, tunc illa eſſent ſibi prius nota alijs. Tertio Lampertus de monte dicit aliqua eſſe notiora naturæ / quia ſuapte natura ſunt magis intelligibilia:nã quantum res habet de entitate, tantũ habet de intelligibilitate:& ita perfectiora ſunt notiora, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatę:quę tamen a nobis min⁹ intelliguntur, & ſic ait P.9. metaphyſ. Vnũquodq; eſt cognoſcibile ſecundũ quod eſt in actu.

Them. 1 · Auer. 2 · Lamptus 3 · Ariſtot.

¶ Premitto.II.per hoc varie explicatur quid ſit notius naturę Notiora enim naturę ſecundum Themiſt.ſunt ſimpliciora, illa enim ſunt priora natura/ſicut litterę ſunt priores dictionibus:& notiora nobis ſunt cõpoſitiora. Ergo proceſſu naturæ itur à ſimplicibus ad compoſita, nos contra a cõpoſitis ad ſimplicia proficiſcimur. ¶ Notiora naturę ſecundũ Auer.ſunt cauſę/qm̃ ſi natura ageret per cognitionẽ prius noſceret cauſas quã effectus. Cõtra nobis effectus ſunt cognoſcibiliores ĩ naturalibus/ſecus in artificialibus.¶ Notiora naturæ ſcdm Lamp.ſunt perfectiora, ſenſibilia vero nobis ſunt notiora.¶ Secundũ Stapul.notiora naturæ ſunt remotiora a ſenſib⁹ vt vniuerſalia & cauſæ, notiora nobis ſunt propinquiora ſenſibus vt effectus & minus cõmunia.

Them. · Auer. · Lamptus. · Stapulen.

Sed illud Stapul.Ariſtoteli non conuenit,quoniam Ariſt.dicit confuſa eſſe nobis notiora:& ne cõfuſionis nomine euadat, videamus contextũ: cum enim decreuiſſet procedendũ fore à notiorib⁹ nobis ad notiora naturę,ſubinfert.Igitur procedendum ab vniuerſalibus ad ſingularia. ¶ Saxo vult eſſe notius naturę in proceſſu demonſtratiuo ꝑpterquid:quia in ea ſeruamus talem ordinẽ qualẽ tenet natura in ſuis operationibus. Et ideo notiora naturę dicuntur notiora ſimpliciter/ quia ſciuntur demonſtratione propter quid. Vnde oẽs ferme in hoc concordant quod notiora nobis ſunt effectus ſenſibiles,notiora naturę ſunt cauſę rerũ. Cur aũt intellectus noſter incipiat a ſenſu diximus in Categorijs.

Stapulen. · Ariſtot. · Saxo

¶ Premitto.III.quod cũ Ari. ait Non eadem.&c. pure negantur & vniuerſaliter eſt a pleriſq; acceptum,vt nulla eadem ſint nobis nota & naturę:id quod Nyphus aliqñ cum Grecis arbitratus eſt, & Sintzelius eam vniuerſalẽ facit cum addito ſic.ſ. Nulla eadẽ entia ſunt nobis & naturæ æqualiter nota,procedendo ab effectu ad cauſam.At ita vniuerſaliter legenti ſtatim oppono, aliqua eadẽ eſſe nota naturę & nobis etiã procedẽdo ab effectu ad cauſam contra Sintzeliũ noſtrũ,patet de ſpecieb⁹ albedinis & albedine: vbi procedendo ab effectu ad cauſam,albedo eſt notior naturę/quia eſt cauſa:eſt etiam nobis notior quã ſpecies eius, vt nouit oĩs homo qui ſpirat. Vnde Auerroys bene exiſtimauit enunciatũ Ariſt.eſſe legendũ indefinite, non vniuerſaliter:in quam ſententiam.

Ariſtot. · Nyphus. · Sintzeli⁹ · Auerr. · Ariſt.

Reſpondetur ad dubiũ. Aliqua non æqualiter eſſe nota naturę & nobis: aliqua vero æqualiter eſſe nota nobis & naturę.Prior pars patet ferme vbiq; in phyſicis,etſi loquatur Ari.de ente naturali cõpoſito/vniuerſaliter eſſet verũ,quoniã illud eſt nobis notius,ſuis partibus intrinſecis: ſicut in ſimili videns eminus rem fabre ſculptã & exaratã,ſtatim primo obtutu,aſpicit ipſum totũ:ſed dein ſigillatim aſpicit ſectiones, particulas, emblemata.&c. Altera pars patet in mathematicis vbi eadem ſunt nota nobis & naturæ:quoniam in demonſtratiõe mathematica frequenter mediũ eſt cauſa: & eatenus eſt notum naturę:& cũ hoc vt cõmuniter eſt accidens ſenſibile per ſe:ideo & apud nos notius eſt. Quod Buridanus & nonnulli alij:naturã ad intellectũ noſtrũ referre volunt, & noſcibilitates illas ex diuerſitate proceſſuũ perpendere/minus placet: quod litterę minus conſonet: nec ſum neſcius qua arte Venetus, Nyphus Burleus & alij hunc locum Ari.tractent,an videlicet ſubſumat Ariſt.ex prima concluſione,an potius augeat in latus: ſed nos cõmunem ſecuti ſententiã textum ipſum tribus cõcluſionibus explicauimus.

Ariſtot. · Buridan⁹ · Venetus · Nyphus. · Burleus. · Ariſtot.

Dubium.III.an vniuerſalia ſint priora ſingularibus?

¶ Premitto.I.quomodo triplex eſt vniuerſale.ſ.in eſſendo, cauſando,& cognoſcendo vide in logica. Et quod ſingulare hic non ſtricte vſurpatur/ſed largius pro minus cõmuni.

¶ Prẽmitto.II.Omnia quę diximus in prędicabilibus de cognitione vniuerſali,& de abſtractione.

¶ Premitto.III.quod nõn eſt idẽ confuſum & vniuerſale,diſtinctũ & ſingulare:ſed non proſequor iã illam materiam,ſed alio loco oportuno, ſume tñ exemplũ videndo eminus hominẽ ſtantẽ, quẽ præ diſtantia neſcias dijudicare quid ſit,potes de eo primo formare conceptũ entis & huius entis: & cum incipit ſe motitare,formas conceptũ huius animalis.Ad propoſitũ conceptus huius animalis eſt ſingularis/ſed non diſtinctus:quoniã illo cõceptu ſingulari non diſtincte poſſem ſegregare hoc animal ab alijs/quia ſolũ eſt conceptus confuſus licet ſingularis,licet ſit magis indifferens.Contra ſi quæſieris quid eſt Ioannes, & reſpondeo, eſt homo, animal, corpus, ſubſtantia, ibi omnes conceptus ſunt communes/& tamen diſtincti.

Corol. Quo fit vt contrarius ſit ordo in cognitione confuſa & diſtincta, vt Albertus hic teſtatur, qm̃ in diſtincta cognitiõe indiuidui ſpeciei ſuccedit genus,& poſtremo genus generũ locatur.Contra vero in cognitione confuſa, intellectus a cõmuniſſimo orditur,& ordinate deſcendit vſq; ad indiuiduum.Et in hac ordinatione verum eſt/quod Auicenna ait.Ens prima impreſſione imprimitur in anima & quamuis primus modus ſit magis affinis intellectui, tamen ſecundus eſt familiarior intellectui cognoſcenti opitulamine ſenſus, ſed de priori intellectu adhuc.

Albertus. · Auicenna

¶ Premitto.IIII. aliqd eſſe primo cognitū poteſt multifariā intelligi primo primitate generatiōis, & ſic ſingulare eſt prio cognitū ſcd̄m Ochā Arim. & cōmune diſ.3.q.v.Nyphus multū reluctatur huic ſentētię, cuius tñ rationes non ſunt nervoſę, eo qđ autoritatibus innitant̄ non cogētibus. Scd̄o eſt aliqđ primo cognitū primitate adęquationis, ſic ens eſt primū obiectū intellectus vide Sco.diſ.3.q.2. & 3.primi. Tertio eſt primo cognitū primitate pfe-ctionis, & ſic deus eſt primo cognitū. Quarto addunt aliq primitatē excluſionis ab alia potētia, & ſic vniuerſale eſt prio cognitū ab itellectu, qm̄ ab intellectu & nulla alia poña cognoſcit̄ vniuerſale.

Ocham. Arim. Nyphus. Scotus.

¶ Premitto.V. varie intelligi proceſſum ab vniuerſalibus ad ſingularia. Prio qđ ille pceſſus ſit paratior cuilibet addiſcēti, & ſic nō in vniuerſum recipit̄, qm̄ exiſtēti in Germania, minus vniuerſalia aliquoꝝ animaliū illius regionis ſunt notiora magis vniuerſalibus cōceptibus animaliū, & laic⁹ nouit hoc ens naturale.ſ.hominē, eſſe cōpoſitū ex materia & forma, & tñ nō ſic nouit, omne ens naturale cōponi ex materia & forma & de via doctrię exhibenda vide Paul. Riciū, de ordine doctrinaꝝ. offendes aliq pulchra. Scd̄o itelligit̄ de ſciētia alicui cōmunitati tradēda, & ſic cōuenit ab vniuerſalib⁹ ad ſingularia.i.min⁹ vniuerſalia pcedere, ſic Ariſt. ī phyſicis agit in cōmuni de ente naturali & ī ſeqn-tib⁹ libris agit min⁹ vniuerſalit̄ de ente naturali, qa de cœlo, de aīa de plantis.&c̄. Iſtis pmiſſis

Paul⁹ ric. Ariſtot.

Reſpondet̄ quāuis poſſit cōtingere vt minus vniuerſalia ſint notiora vniuerſalibus cōplexe & incōplexe, at tñ in ſciētia cōmunitati tradēda pcedendum eſt ab vniuerſalibus ad ſingularia tanq̄ a prioribus quo ad facilitatē perceptioni & notioribus & ſic voluit Ariſt. vt lati⁹ declarat Ochā diſ.3.q.vi.

Ariſto. Ocham.

Articulus.IIII.

Ratio.I. Si in phyſica pcedendū eſt a cauſis.elementis & principijs, iā non pcederet̄ a notioribus nobis ad notiora naturę, ſed hoc eſt cōtra ſcd̄am cōcluſionē, ergo vna illarū cōcluſionū tanq̄ alteri repugnans erit falſa. Si dicit̄ ſicut fieri ſolet, primā concluſionē verā eſſe in proceſſu, ppter qđ, ſecundā in proceſſu qa eſt. ¶ Cōtra hoc adduco ipſum Themiſtiū.1.po.adiuncto textu, qm̄ non contingit circulariter ſyllogiſare, & Themiſt. ait c.xxx. Nullū incōmodī ſuſcipit̄ ſi talis cauſa cū ſua cōcluſiōe retorquet̄, nec em̄ eadē vtrinq̄ ratio eſt, ſed cū ab euētis ad cauſam ſubit̄, ſyllogiſmus tm̄ vocat̄, cū econtrario eſt, abſoluta demonſtratio dicit̄. Si ergo eſt ſyllogiſmus tm̄, ergo nō eſt ſcietificus pceſſus, igit̄ in phyſica non eſt obſeruandus. Adde qđ alioquin principia demonſtrarent̄ in demonſtratiōe quia.

Themiſt. Themiſt.

Secunda ſi eſſet procedendū a principijs & cauſis. ad principiata & cauſata ſequerent̄ multa incōuenientia Primo minus notū induceret̄ ad cognitionē magis noti. principiū pro noticia effectus. Secundo quia alicuius rei cauſę ſunt infinitę.2. phyſ. ſed infinitū eſt nobis ignotū primo huius. Tertio qa cōcluſio ſcit̄, effectus non eſt cōcluſio, ergo effectus non ſcit̄ per cauſam. Quarto qa materia eſt indeterminata, ſed ſciens debet ſcire cauſam determinatā rei, primū patet qa materia eſt indifferens ad oēm formā. Pręterea materia machinat̄ ad corrupti onē primo huius, & q̄ res poteſt non eſſe, ergo non poteſt eſſe mediū aliqd demōſtrādi neceſſario eſſe.

¶ Tertia. Nulla eadē pñt nobis nota eſſe & naturę ergo enūciatū illud vniuerſalit̄ eſt accipiēdū, & nō indefinite, pbat̄ qa pceſſus cōtrarij nō pñt ſimul cōcurrere, ſed pceſſus nr̄ & naturæ ſunt cōtrarij ſcd̄m Them. ergo non pñt cōcurrere, patet ex eo qa alias idē eſſet ſimplex & cōpoſitū. Nā ſcd̄m Them. nos īcipius a cōpoſito, natura a ſimplici. Pręterea natura nihil cognoſcit ergo nihil eſt ei noti⁹. ¶ Si dicis ppoſitionē accipiēdā hypothetice. Cōtra ſic vis eā eſſe cōditionalē ſed cōditionalis nihil ponit. Cōfirmat̄ qa oīa ſunt nobis nota & ſubſtātias ſeparatas pfecti⁹ cognoſcim⁹ q̄ mathemata, immo oīa ſunt ęque intelligibilia, qa infinite, modo vnum infinitum non eſt maius alio.

Themiſt. Themiſt.

¶ Quarta. Singularia ſunt pri⁹ a nobis ītellecta q̄ vniuerſalia, ergo docēdo a ſingularibus debet fieri pceſſus, pbat̄ qa nihil eſt in intellectu, qn prius fuerit in ſenſu, de ſenſu & ſen. Sed ſenſus eſt ſingulariū prio hui⁹, ergo ſingulare eſt notius. Itē oportet intelligentē phantaſmata ſpeculari.3.de aīa, at illa ſunt ſingulariū. Cōfirmat̄ qa vniuerſalia ſunt elōgata a ſingularibus.1.poſt. ergo ſunt nobis ignotiora. Pręterea ex multis autoritatibus & rōnibus liquet, nos prius formare cōceptus minus vniuerſales. Poſſent rōes ſupra modū multiplicari p cuiuſq̄ ingenio & exercitio, nō em̄ eſſet operoſum centū cōgerere rōes. At qa rōibus nimiū inhęrentes oppugnatiuis, ſupficiales fiūt, & medullā nō attingunt ſed in rōibus paſſim preteruolāt & vagant̄, ideo p inſtituēda adoleſcētia melius agit̄, fundū rei enucleando, & paucis rōibus in exercitiū adductis, vtcunq̄ ingēia acuere. Vñ extrēa vicioſa arbitror & oīno aſpernari rōes, aut cōtra, oēs ſchedas argutijs rōnū opplere, medio tutiſſim⁹ ibis, ſciēs hęc ſcribo

Stapulen. Vſingius

Reſpondet̄ ad.I. ſolutionē datā eſſe bonā. Ad replicas dico ſicut Philopon⁹, duplex eſt effectus, vn⁹ pſe q eſſentialit̄ ſeqtur cauſam, alius p accidēs quē Them. appellat euentū, modo in effectibus pſe bene eſt regreſſus ad cauſam ſicut hic, ſed nō in euentibus & ita loqtur Them. in analyticis, pone rem ante oculos homo morit̄, at qđ decapitet̄ eſt euentus, bene tñ ſequit̄ decapitat̄, ergo morit̄, at nō licet regredi moritur, ergo decapitat̄, ſed vtrinq̄ valide argumentat̄. Luna interponit̄ Diametralit̄.&c̄. ergo ſol eclypſat̄, & vertēdo ſol eclypſat̄, ergo luna diametralit̄ interponit̄.&c̄. Et ita cōcordabis dicta Them. hic & in Analyticis, alioqn pugnātia. Ad illud qđ addit̄ fieri circulū in demonſtratiōe, de hoc diximus in poſterioribus Analyticis qñ liceat. Ad aliud qđ tūc pricipia demonſtrarent̄. reſpōdet The. c.2. quod ea quę ſunt principia, bene poſſunt demōſtrari, & ita eſſe principiata quo ad nos.

Philopo. Themiſt. Themiſt. Themiſt. Themiſt.

Ad.II. negādo, ad primā pbationē rñdet Tartaretus, cauſas eſſe nobis minus notas q̄ ad qa eſt, ſed tñ eſſe notiores q̄ ad ppt̄ qđ eſt, nondū habes. Sintzelius ait. Sicut effectus ducūt nos in cognitionē cauſę, ita cauſa ducit in cognitionē effectus, Sed oppoſiti ei, quō cauſa pōt te ducere ī cognitionē effect⁹ prius cogniti & notioris q̄ cauſa, ſic nō euacuas argumētū vñ eas ad fundamētū & dicas, q̄uis effectū eſſe ſit noti⁹ nobis q̄ cauſā eſſe qa ideo fit demōſtratio qa eſt, tñ effectū eſſe ppt̄ illā cauſam non eſt

Tartare. Sintzdi⁹.

notius ipſa cauſa,qm̄ ipſius cauſę cognitio includitur.& ſi acute hoc videris,ſtatim apertū eſt tibi cur non ſit ibi proprie circulatio. Pone ante oculos etiā ruſtici⁹, videt laicus ſolem eclypſari, videt q̄a ita eſt quod ſol eclypſat̄,ductus admiratione accedit Eckiū,& q̄rit vnde hoc eueniat,iſte ab effectu ducit eum in cauſam.ſ.interpoſitionis diametralis lunę int̄ ſolē & lunā.& eſt demōſtratio q̄a eſt.Quo habito laicus ille ingenio viuax poteſt facere demonſtrationē ,ppter q̄d: nō p̄ciſe a cauſa ad effectū qm̄ ſic cōſequēs eſſet ſibi notius antecedēte, nouit eīm cōſequēs.ſ.ſolem eclypſari,anteq̄ acceſſit Eckiū ſed ab eſſe cauſę ad eſſe effectū ,ppter hanc cauſam, quā iā ab Eckio didicit,& ibi cauſam eſſe eſt noti⁹ quā effectū eſſe ,ppter hanc cauſam.Ni fallar iā clare vt eſt rē ītelligis.Ad ſcd̄m loqmur hic de cauſis p ſe,ſed cauſę p accidēs ſunt infinitę. Ad tertiū fateor ſolū cōcluſionē ſciri vt ſcibile ,ppinquum, effectus ſcit̄ vt ſcibile remotū ſeu remotiſſimū. Ad quartū dico materiā eſſe indeterminatā quo ad formā, tn̄ habet certos effectus eā cōſequentes. Itē habet effectus vniuerſales & particulares.Ad q̄ntū dico materiā primā in ſe nō laborare ,p corruptiōe,ſed materiā affectā q̄litatibus formę repugnantibus.

Ad tertiā negādo antecedēs, ad primā ,pbationē reſpondet Nyphus q̄d̄ illi ,pceſſus non ſunt cōtrarij in mathematicis, vt patet ex puero Platonis de q̄ in.1.poſt.ſed bene ſunt cōtrarij in phyſicis vt communiter,& ſic loq̄tur Themiſtius, p idē reſpondet̄ ad ſcd̄m.ad tertiū placet ſolutio Auer. Ad replicā dico licet cōditionalis nihil ponat eſſe vel nō eſſe, tn̄ ponit aliq̄d ſequi vel non ſequi, quod hic ſufficit.Ad quartū cōcedo oīa nobis eſſe nota in communi,& in confuſo.ſed paucula ſunt quę vere ſcimus,quidditates rerū latent.vij.metaphyſ. Noſcimus ergo plura,ſed imp̄fecte & obſcure.Subſtanti as etiā ſeparatas perfectius cognoſcimus,ſed nō cer tius. Aut dicas nos perfectius cognoſcere intelligentias quantum eſt ex parte rei cognite,ſed non quantum eſt ex parte modi cognoſcēdi. De infini to dicturi ſumus alias in tertio.

Nyphus

Themiſt.

Auer.

Philoſophus.

Ad quartā concedendo ſingularia prius eſſe a no bis cognita primitate generationis, & hoc probāt pleraq̄ adducta, adhuc tamen vniuerſalia ſunt pri ora primitate noſcibilitatis, in ſcientia cōmunita ti tradenda. Quod aſſumit vniuerſalia eſſe remota a ſenſu, plerumq̄ intelligitur.1. metaph. de vniuerſalibus in cauſando,ſicut eſt deus intelligentiæ, cœlū, influētię.&c. illę eīm cauſę vniuerſales ſunt a ſenſu remotiores.Alia in hāc fere formulā diluant.

De improbatione philoſophorū non naturaliter loquentium. Cap. II.

1 Quæſtio. NECESSE eſt itaq̄ aut vnū eſſe principiū,aut plura,& ſi ſit vnū, aut īmobile vt 6
1 Parmenides Meliſſuſq̄ dicit,aut mobile eſſe oportet:vt naturales cenſere vidē
2 tur,quidā aerē,quidā aquā primū principiū eſſe dicentes. Si plura ſint, aut fini
3 ta,aut infinita eſſe neceſſe eſt.Et ſi finita ſint pluraq̄ vno,duo vel tria, vel quat
4 tuor,vel in alio quodā numero eſſe oportet.Si infinita, aut genere quidē vnū,
5 figura vero vel forma diuerſa,perinde atq̄ Democritus aſſerebat, aut cōtraria etiā neceſſe
6 eſt eſſe.Pari modo quęrere videnť,& ij qui quęrunt quot nam ſint ea quæ ſunt.Nam ea pri 7
mum quęrunt ex quibus conſtant ea quæ ſunt vtrū vnū an plura ſint, & ſi ſint plura, vtrum
2 ſint finita an infinita.Quare principiū quęrunt ac elementū,vtrū ſit vnū an plura. ¶ Conſi 8
Cōcluſio. derare igitur ſi id quod eſt,vnū ſit,atq̄ immobile non ad naturalē phyſicū pertinet.Nam vt
Probatur primo. geometrę non eſt ad eum ratio qui geometriæ principia tollit, ſed aut ad aliā ſcientiā atti
Autoritas net,aut ad cōmunē oīm facultatē,ſic & illi nulla eſt ad eum ratio qui principia tollit.Nō eſt
enim principiū,ſi vnū eſt tantū,atq̄ vnū hoc modo.Principiū enim alicuius, aut aliquorum
Secundo. principiū eſſe conſtat.Simile eſt itaq̄ ſi hoc modo ſit vnū cōſiderare,& de alia quauis poſi 9
tione diſſerere,quę ſermonis cauſa dicit̄ qualis eſt heracliti,vel quiſpiā id quod eſt vnū ho
3 minem eſſe dixerit.¶Aut contentioſam ſoluere rationē, quod quidē ambę rationes habēt & 10
Cōcluſio. parmenidis & meliſſi.Nam falſa ſumunt,& forma ſunt vitioſę.Inepta aūt magis eſt ratio ip
Probatur primo. ſius Meliſſi nec dubitationē habet,ſed vno abſurdo dato,cętera accidūt,hoc vero nullā ha
Autoritas bet difficultatē.At nobis ea quę natura conſtant,aut oīa,aut aliqua moueri ſubijciat̄, quod 11
Secundo. quidē patet inductione.Et inſuper nec oīa ſunt ſoluenda. Sed ea tantū quę quiſpiā ex principijs oſtendit falſa.Quæ vero hanc cōditionē egrediunť,non ſunt ſoluēda. Veluti quadrationē eā quidē quę per partes extruit̄,ad geometrā diſſoluere pertinet Antiphontis aūt non
4 Cōcluſio. ad geometrā redarguere ſpectat.¶ Verū cū non de natura quidē,naturales aūt dubitatiōes 12
ipſos accidat dicere,bene res ſeſe habēbit fortaſſe, ſi parū de ipſis diſſeruerimus, hæc enim
5 conſideratio philoſophiā nimirū habet. ¶ Atq̄ vt a principio oīm accōmodatiſſime noſtra 13
Cōcluſio. hæc proficiſcatur oratio,cū id quod eſt pluribus modis dicat̄. Quoniā modo dicunt vnum
Probatur primo ex p̄te entis. omnia eſſe,vtrū vt ſubſtantiā cūcta, an vt quantitatē, an qualitatē. Et rurſus vtrū ſubſtantiā
quidē,vnā aūt eſſe cuncta,velut hominē vnū,aut equū vnū,aut animā vnā.An qualitatē, &
Autoritas hanc identidē vnā,vt albedinē,aut caliditatē,aut aliquid tale. Hæc enim oīa inter ſe nimiū
differunt,vt dici non poſſunt.Nam ſi eſt ſubſtantia,& qualitas,atq̄ quātitas, ſiue ſeparata ſe 14
iunctaq̄ ſint ea quę ſunt,non vnū ſed plura profecto ſunt. Sin vero qualitas ſint vniuerſa

vel quantitas ſiue ſit ſubſtantia, ſiue non ſit, abſurdũ eſt ſane, id quod eſſe non poteſt abſurdum oporteat appellare. Nihil enim ceterorũ preter ſubſtantiam ſeparatã per ſe eſſe poteſt.
15 Vniuerſa enim hec de ſubiecto dicunt, de ſubſtantia quidem ipſa. At qui Meliſſus id quod eſt infinitũ aſſerit eſſe. Id ergo quod eſt, quantitas eſt quedã. Infinitũ enim in quantitate nimirum eſt. Subſtantia aũt infinita, aut qualitas: aut effectus infinitus eſſe non poteſt: niſi per accidens: ſi ſimul & quanta ſit quedã. Infiniti nanq; ratio quantitate vtitur, non ſubſtantia, non qualitate. Si igit̃ & ſubſtantia ſit & quantitas: id quod eſt non vnũ, ſed duo eſſe videtũ. Sin vero ſit ſolũ ſubſtantia, infinitũ ſane nõ eſt: neq; magnitudinẽ vllam habebit, erit enim *autoritas*
16 quantitas quedã. Preterea cũ multipliciter & ipſum vnũ: ſicut & id quod dici ſoleat: conſiderandũ eſt quo nam modo ipſum vniuerſum vnũ aſſerunt eſſe. Atq; vnũ dicit̃, partim continuũ ipſum, partim indiuiſibile, partim ea quorũ eadẽ atq; vna eſt ratio, vt temetũ ac vinũ. *Scdã ratio ex pte vnius autorita. 6*
17 Si igit̃ eſt cõtinuũ ipſum vnũ, multa profecto eſt. Continuũ enim in infinitũ eſt diuiſibile.
¶ Exiſtit aũt dubitatio de parte ac toto non ad ſermonẽ fortaſſis accomodata, ſed per ipſam conſideranda. Vtrũ vnũ an plura ſint pars atq; totũ: & quo pacto ſint vnũ vel plura, & ſi ſint plura: quo nam modo ſint plura, & de partibus non cõtinuis eadẽ ſunt querenda. Et ſi vtraq; pars & ipſum totũ ſint vnũ perinde atq; indiuiſibile. Et ipſe profecto partes vnũ identidem *Dubium* *Reſpõſio.*
18 erunt. ¶ At qui ſi vnũ eſt vt indiuiſibile: nulla ſane quantitas: nulla qualitas erit. Neq; igit̃ infinitũ eſt id quod eſt vt dicit Meliſſus: neq; finitũ: vt Parmenides aſſerit. Ipſe nanq; finis *Cõtinuatio ſcdẽ rationis.*
19 eſt vt patet indiuiſibile, non ipſum finitũ. At vero ſi omnia quæ ſunt ratione ſunt vnũ vt veſtimentũ, ac tunica, ſit & heracliti ſententiã dicant. Eadẽ enim erit boni maliq; ratio, & nõ boni ac boni. Quare idẽ erit bonũ atq; non bonũ, & homo ac equus idem, & homo atq; non homo. At ſermo ipſorũ, non vnũ ea quæ ſunt, ſed nihil aſſeret eſſe, & eadẽ inſuper ratio qua-
20 litatis ac quantitatis erit. At enim poſteri quoq; perinde atq; veteres turbabant̃ ne ipſis eueniat: vt res eedẽ ſimul ſint vnũ & plura. Quapropter: alij eſt ipſum auferebãt: vti lycophron, alij dictionẽ transformabant/hominẽ non albũ eſſe dicentes, ſed albere: neq; ambulantẽ eſſe: *Improbatio iũiorꝝ*
21 ſed ambulare: ne ipſum eſt adiungentes: id quod eſt vnũ, aut id quod eſt vnice diceret. Multa vero ſunt ea quæ ſunt. Aut ratione, nam aliud eſt albũ, aliud muſicũ ratione, idem aũt eſt vtrũq;: ipſum igit̃ vnũ plura nimirũ eſt, aut diuiſione, vt totũ ac partes. Sed hoc loco iã heſitabant: atq; ipſum vnũ multa eſſe iam fatebantur: proinde quaſi non poſſet vnũ ac plura eſſe: non tamen ea quæ opponunt̃. Eſt enim ipſum vnũ & potẽtia & etiã actu. Hoc igitur modo nobis aduerſus hanc ſantentiã proferentibus, ea quæ ſunt nõ poſſe vnũ eſſe videntur. *Epilogus.*

Explanatio textus.

¶ I. Queſtiones plures ſunt de principio rerũ naturaliũ. 1. an ſit tm̃ vnũ pricipiũ rerũ naturaliũ an plura. 2. & ſi eſt vnũ, an illud ſit mobile vel immobile. 3. ſi eſt mobile vel eſt aq̃, aer aut ignis. 4. ſi ſunt plura principia, aut ſunt finita aut infinita. 5. ſi finita, aut ſunt duo, tria, aut quattuor. 6. ſi ſint infinita, aut ſunt eiuſdem rationis, aut diuerſarũ. Similiter querunt de his quæ ſunt.

II. Contra philoſophos nõ naturalit̃ loquẽtes, vt q̃ ponunt tm̃ vnũ eſſe, phyſicus non debet diſputare ꝓbat̃ prĩo q2 nõ ꝑtinet ad eũ arguere cõtra negantes pricipia, ſicut geometra nõ diſputat cõtra negãtem ſua pricipia, ſed iſti negarũt pricipia phyſicę. ſ. pluralitatẽ entiũ & motũ ergo. Scđo q2 phyſic⁹ nõ magis debet diſputare cõtra tales, quã cõtra aliã extrariam poſitionem, puta Heracliti, ſed illud facere non debet. *Heraclit⁹.*

III. Ad phyſicũ nõ ꝑtinet ſoluere rõnes philoſophorũ nõ naturalit̃ loquentiũ, ꝓbat̃ prĩo q2 rõnes eorũ ſunt litigioſę & ſophiſticę, & rõ Meliſſi eſt magis inepta, q2 peccat in materia & forma. Scđo ꝓbat̃ q2 phyſicus nõ debet ſoluere rationes negantiũ ſua principia, ſicut Geometra ſoluit rationem Hippocratis, non aũt Antiphontis. *Meliſſus.* *Hippocra. Antiphon i. metaphiſicam.*

IIII. Nõ incõuenit tñ diſputare contra eos, patet q2 illud põteſt fieri per philoſophiã cõmunẽ, & dubitationes ſunt naturales.

V. Parmenides & Meliſſus non recte dicũt tm̃ vnũ eſſe ens immobile, ille finitũ, hic infinitũ, ꝓbat̃ primo q̃m ſi eſſet tm̃ vnũ ens vel illud eſſet ſubſtantia tm̃, vel q̃ntitas tm̃, aut q̃litas tm̃. &c̃. aut ex his aggregatũ ſi ens dicat̃ multiplicit̃ de ijs: iã erunt multa, ſi vniuoce, & eſt ſubſtãtia tm̃, tũc aut erit equus aut homo. &c̃. aut ſi eſſet genus vel ſpecies, tũc eſſet multa, ſi aũt ſit q̃litas vel q̃ntitas tm̃, iã accidẽs eſſet ſine ſubiecto, ſi aũt ſit aggregatũ ex his, tũc erit multa, q̃m ſi ſubſtãtia & q̃ntitas ſunt, plura ſunt, & ſi ſola ſubſtãtia vel q̃litas eſſet, tũc nec eſſet finita, nec infinita, q2 rõ finiti & ĩfiniti ſoli q̃ntitati cõgruit: Scđo ꝓbat̃ ex rõe vnius, q̃m ſi eſt vnũ vel eſt vnũ cõtinuitate, & ſic erit multa, vel eſt vnũ impartibilitate, & ſic nec eſſet finitũ nec infinitũ. Vel eſt vnũ rõe, & ſic boni & mali, hoĩs & eq̃ q̃ntitatis & q̃litatis eadẽ eſſet ratio, vel eſt vnũ actu & potẽtia/ quoniam iam eſſet multa. *Parmeni. Meliſſus* 1 2 3 4 5 6


VI. Dubitat̃ an totũ ſit ſuę partes. Rñdet̃ ſi vtraq; pars eſſet toti vnũ, iã partes int̃ ſe eſſent vnũ & idẽ

VII. Poſteriores volentes defendere tantum vnum eſſe, auferentes propterea verba ſubſtantiua ex orationibus, aut mutantes in verba adiectiua, inconuenienter fecerunt. Non enim dixerunt homo eſt albus, ſed homo albus, vel homo albatur,

ppter qa illud vnū ſubiectū poteſt multa eſſe, ſicut
ſi dixero Socrates albus & muſicus, & vnū cōtinuū
eſt multa, & vnū actu eſt multa in potētia, ergo nō
oportebat eos copulas auferre, cū æque plura im-
portent dicendo, homo albus, & homo eſt albus, &
vnum actu & multa potentia non opponu..t. &c.


Annotatio in textum.

¶ Primo oīm taxat Ariſt. philoſophos nō natura-
liter loquētes, quales fuere Parmenides & Meliſſus.
Ariſtot. Non naturales dicti, quod motū negent, quos Pla
to Theologos vocat in Parmenide.
Parmeni. ¶ Anaxagoras & Democritus poſuerunt infinitas
Meliſ. atomos. i. indiuiſibilia eſſe principia, dicit enim
Plato. ἄτομος. i. indiuiſibile, & τόμος ſectio vel diui-
Anaxag. ſio. Hinc homiomeriç. i. ſimilares partes Anaxago
Democri. ræ vt atomi carnis de quibus infra.
Anaxag. Contra principia negantē nō eſt diſputandū ex il-
la ſcientia, ſed alia. Itaq; hic poterit vti ſciētia cō-
2 muni. i. logica vel metaphyſica, ſicut duç rationes
contra Parmenidē & Meliſſum, ſunt deſumptç ex
metaphyſica. Ratio huius liquet ex Auer. qm nul-
Parmeni. lus rationis capax, poterit negare omnia princi-
Meliſſus pia dialecticç & metaphyſicæ.
Auerro. Cum ppoſitū eſſet ab Ariſt. plura eſſe prīcipia, nō
queſiuit an illa eſſent mobilia vel immobilia. Ea
quidē ratiōe ſcdm Auer. quod nullus veterū plura
Ariſtot. poſuerit principia quieſcentia, at opponit Nyph⁹
Auerr. ei Zenonē Eliatē, q plura poſuit principia immo-
Nyphus bilia vt patet. 6. & 8. phyſ. At vna diuiſio bene in/
Zeno nuit p aliā. Aequiparat Ariſt. queſita philoſophorū
Eliates per ὄν & p ἀρχή, qn̄ de entibus aut principiis inue
Ariſt. 1. ſtigabant. Bene ait Ariſt. ſi tm̄ vnum eſt, iā ſublatū
eſſe principiū, nā ſi principiū eſt, etiā principiatū eſt
Ariſt. 2. ait Them. aut eodē autore, prīcipiū referas ſublatū
eſſe phyſicç. ſ. motū, p quo ſcias triplicia eſſe prīci-
Them. pia ſcdm Ganden. ſ. doctrinç vel cognitionis, Eſſe,
cognitiōis & eſſe ſimul. Doctrinç ſunt ppōnes in-
Ganden mediatç ī al iq̄ ſciētia. i. poſt. & ſunt vt fores domus
2. metaph. in ppoſito ſunt mot⁹ eſt, plura entia ſūt:
Eſſe ſeu prīcipia eſſendi ſunt cauſç rerū, vt materia
& forma. Eſſendi & cognoſcēdi ſimul, vt ſi dixeris
entia naturalia eſſe illa q̄ habēt in ſe principiū mo
tus & qetis, ibi diffinitio eſt principiū cognoſcen
di, & explicat formā, q̄ eſt cauſa eſſendi. vide Auer.
Com. 8. ¶ 2. De quouis cōtrariū pferente ſollicita-
ri ſtultū eſt. 1. Top. ¶ 3. Antiq conati ſunt quadrare
Auer. circulū, vide in logica, & plures fuerūt decepti Hip
pocrates Chi⁹ & Antiphon, Hippocratis ratio erat
Hippocr. iſta oēs lineç ductç ab eodē puncto ad idē ſunt çq-
Antiphō les, ſed conſtituto quadrato. ſ. a b c d in circulo.




Argyrop. Hippocratis Chij Tetragoniſmus ſecundum Argy
Stapul. ropolum & Stap.

arcus circumferentiæ a b & coſta quadrati a b
egrediuntur ab eodem puncto a ad idem b ergo
ſunt æquales, ita de aliis lateribus egit, quare
totū quadratū erit çquale toti circulo, qm̄ quorum
termini ſunt çquales, figurç ſunt çquales. ¶ Geome
ter aūt ſoluit illā ratiōnē, qa procedit ex principio
male intellecto. ſ. quod oēs lineç. &c. quia hoc eſt ve
rum in lineis rectis, non in obliquis, vt patet ex di
uerſitate lunularū, nam
hæ quamuis ab eiſdem
punctis trahanī, tamen
ſunt inçquales. Vide tn̄
Alexandrū Ratiſpōn in



ſuo mathemalogio ſup primo Elenchorū, qui eru- Alexan.
dite has rationes pponit & diluit, vt ibidē memi
nimus, Verū nos delibaſſe iſta ſufficiat.
¶ Antiphōtis ratio ad idē erat iſta, vt Stapul. poſt
Themiſt. renarrat. Primo cōſtituit Iſopleurū in cir Antiphō.
culo, dein in quolibet latere Iſocelen, atq; deinceps Stapulen.
identidē faciebat, quouſq; nullo amplius interce- Them.
pto ſpacio inter Iſochelis latus parti circūferentiæ
æquet, immo ſit ipſius circūferentiç pars, vt hac li-
quet formula.



In elenchis cal
cographus no-
mina autorum
perperam figu
ris applicuit.

¶ Geometer aūt nō ſoluit hāc ratiōnē, tanq̄ prīci-
pia ſua negantē, nā cū inqt demū nihil claudi inter
lat⁹ iſoſcelis vltimi, & partē circūferētiç, pſuppōit
ſupficiē nō diuidi ī infinitū, qđ eſt ploquiū & cō-
munis notio apud Geometras. Adde qđ antiphon
lineā curuā. ſ. circūferētiç partē facit çq̄lē lineç rectç
ſ. lateri iſoſcelis, qđ iterū eſt ipoſſibile inī eadē pun
cta, nā quecūq; minima portio lineç curuç eſt curua
5. Temetū & vinū, antiquus interpres legit vappa
eſt aūt vappa vt cōmētarij in Oratiū explicāt, vinū
qđ ſpōte deferbuit, & ſic ſaporē perdit, qđ & Plini Oratius
us teſtaī. Orati⁹ ait Qui veiētanū feſtis potare die Plinius
bus Cāpana ſolitus trulla, vappāq; profeſtis.
7. Licophrō ỽba ſubſtātia auferebat, Plato ỽo mu Licophrō
tabat orōnē, & loco hui⁹ qđ can⁹ ē dicebat īcanuit Plato.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. III.

An tantū ſit vnum ens immobile, ſicut poſu= erunt Parmenides & Meliſſus.

Articulus. I.

Nota prīo qđ cū Parmenides excellēs fuerit phūs Parmeni.
vt ex Sophiſta & Parmenide Platōis liquet, nō eſt Plato
arbitrandū eum oīa poſuiſſe eſſe vnū, ſic quod la-
pis eſſet aurum, & homo equus. &c. at quç eius fue
rit intentio, varie declaraī. Ioan. Dullaert hic de- Dullaert.
clarat ex Auer. in hunc modū, quoniam multitudo Auerr.

entiũ poteſt tripliciter imaginari primo ſcd'm for
mam tantũ quę ſunt diuerſa ſpecie eiuſdem tñ quan
titatis; vt dulcedo & albedo in lacte. Scd'o ſecundũ
quantitatẽ tñ, quę ſunt duę res eiuſdẽ ſpeciei, diuer
ſarũ tñ quantitatũ vt Golias & Dauid. Tertio ſcd'm
quantitatẽ & formã ſimul vt vulpes & elephas. Re
Parmeni. lictis aũt duobus modis, Parmenides & Meliſſus
Meliſſus. tantũ affirmabant multitudinẽ entium ſecundum
quantitatẽ, ita quod omnia erant vnum non aggre
gatione, ſed cõtinuitate, ita quod Socrates continu
atur aeri cõtinenti, aer parieti, &c. & ita de omnib⁹
Orbellis. & per cõſequẽs omnia erant vnum. ¶ Nico. de Or-
bell. hic in eandẽ ferme ſententiã Parmenidẽ decla
rat eum .ſ. voluiſſe affirmare tantum vnum princi-
pium materiale, & nullũ formale rerũ, & huiuſmo-
di principiũ materiale dixit eſſe corpus & ſemper
in actu, & quia materia ſemper manet ĩ actu, ipſum
principiũ erit immobile/ita quod omnis tranſmu-
tatio eius ſolũ erit alteratio, & ita materia erat to
ta ſubſtãtia rei, accidẽtia vero dixit ſolũ eſſe q̃ſdam
apparẽtias & exiſtimatiões quantũ ad ſenſum, & ni
hil erãt ex parte rei, & ſic nihil poterat moueri, niſi
apparenter, & ſic dicebãt oĩa eſſe vnũ ens immo-
Ariſt. bile, vnde & Ariſt. poſtea ei imponit quod ponat
duo principia .ſ. ignẽ & terrã/qđ eſt verũ ſcd'm ap-
Albertus parentiã. Eodẽ modo declarauit Albertus Sueuus,
Burleus quod voluerint materiam eſſe totam eſſentiã rei,
Ariſtot. ſubſcripſit Burleus.

¶ Nota. II. male hic audire Ariſto. quod forte non
Reiſchius tam ſcite quã arrogãter/nõ reipſa/ſed verborũ cor-
tice philoſophos carpit, ait Greg. Reiſchius Chartu
ſian⁹ pceptor noſter in Margarita. Superiores enĩ
diuinari videnẽ de Parmenidis poſitiõe, & vitili-
tigatoris eſt veterẽ alioquin philoſophũ, tanta rerũ
inſcitia laboraſſe exiſtimare, aut tã ſtupidũ eũ fuiſ-
ſe, vt ignoraret ſiſtendis accidentibus ſubiecto op⁹
Parmeni. eſſe. Itaq; melius de Parmenide ſentiẽtes, affirmãt
Parmenidẽ intellexiſſe p vnũ, vere ens, & maxime
Anaxag. ens, & vt more Platonico loquar, ipſiſſimũ ens, nã
etiã Anaxagoras vnũ vocabat deũ, cũ inqt, vnum
Beſſario melius eſſe quã oĩa ſimul. Et ita defendit Parmeni-
Cuſa. et li. dem Beſſario in apologia Platonis li. 2. Et Nicola.
quarto. Cuſanus Germanus li. excitationũ primo, & alias
ſepe. Vnde hęc ferme credit̃ fuiſſe Parmenidis opi-
nio. Quod qa non negauit diuiſionẽ ac multitudi
nem entiũ quã carminibus aperte ꝓfitet̃, at quia
mente inuenit vnũ eſſe quod ſit per ſe & a ſe ens,
cui entis appellatio maxime cõueniat, igitur dixit
tm̃ vnum illud eſſe ens, cętera vero non debeãt dici
ſimpliciter eſſe, ſed aliquid eſſe, q̃m oĩa ab illo vno
participãt, ipſo exiſtẽte vno ſuperexaltato, nõ ſunt
igit̃ multa entia, niſi vno ente pticipẽt. Vidit enĩ
in vno ente, oẽm multitudinẽ cõplicari, qa vnitas
eſt cauſa multitudinis, ſine qua multitudo eſſe ne
Plato. quit. ¶ Paulo diuerſius ſenſit Plato, vt in Parme-
Themiſt. nide liquet, & hic in Themiſtio, qa .ſ. deus ſit ſim-
plex eſſentia & pura, & ens ſit cõcretũ, ideo negat
deum eſſe ens, non qđ non ſit/ſed qa excellentiori
ratione ens eſt, qa eſſentia ipſa: ſicut candorẽ nega
mus eſſe candidũ, non qđ ſit niger, ſed qa excellen
tiori ratione candorẽ habet, vt qa ipſe candor eſt.
Plato. Sic Plato poſuit deũ eſſe ſupra ens, & eſſe vnũ, &
Plato illud tantũ vnũ poſuit deũ. Vnde in ſumma Plato
appellauit ens, id qđ eſſet ens per participatiõem,

illud aũt vocauit vnũ/qđ eſſet ens per eſſentiã. Par Parmeni.
menides vero voluit ens eſſe illud qđ p eſſentiã eſt
tale, & ꝓpterea tm̃ vnũ eſſe ens aſſeruit. Vide de
hoc doctiſſimũ comitẽ Mirandulanũ ĩ tractatu de Picus
ente & vno, vbi quã latiſſime iſta cõtrouertit. Stã
tibus illis ſupra dictis ſatis liqueret Ari. ad nomen Ariſto.
& non ad rem aut hominẽ Parmenidẽ reph̃endiſſe,
qđ non facile admiſerim. Themiſtius adhuc tñ re- Themiſt.
fellit Platonẽ etiã iam auditũ. Prę cęteris aũt Sim- Simplici
plicius Parmenidẽ defendit egregie, vt teſtis eſt Ny Nyphus.
phus & Picus, Auerrois tñ & Aegidius cõſtanter di Picus.
cunt eos poſuiſſe oĩa eſſe vnum numero. Auer.

Nota. III. circa queſitũ vnum numerare oĩa entia, Aegidius
q̃m quodlibet iſtorũ eſt indiuiſum a ſe, & diuiſum
a quolibet alio, poteſt aũt excluſio eſſe ratiõe alie-
tatis, & tũc verũ eſt, tm̃ vnũ eſſe ens, q̃m omne ens
eſt vnũ, ab vniuerſali affirmatiua ad excluſiuã ter-
minis tranſpoſitis, ens enim & vnũ cõuertunt̃. iiij.
metaphyſ. ſed in illo ſenſu ab Ariſt. non improbat̃. Ariſtot.
Rurſus poteſt excluſio denotari gratia pluralitatis
vt ſit mens quęrentis an vnum ens ſit & non plura
quã vnũ. Et in hoc ſenſu reprobat̃ ab Ariſt. q̃m duo Ariſt.
ſint, & tria entia, quę ſint plura duobus, aliq ſorti-
colę perperã conant̃ eã ĩ illo ſenſu ſaluare, ſed nihil
moror. Non tñ credimus ꝓpterea cõcedendũ, mul-
ta entia ſeparata eſſe vnũ ens, aut plures homines
eſſe vnũ hominẽ, vt Nyphus captioſe argutatur. Nyphus

Nota. IIII. Ariſt cõtendere nõ argumentandũ cõ- Ariſtot.
tra Parmenidẽ ex illa ſciẽtia cum negent principia
ipſius, ſed ex cõmunibus ſciẽtijs, quod quomodo ve
rũ ſit hic preſupponimus. Tres eſſe ſciẽtias cõmunes
ſcd'm Ariſt. iiij metaph. vide logicã. Scd'o ſcias prin Ariſtot.
cipia eſſe alia cõmunia, alia ſpecialia, & ſpecialia Eckius
alia ſunt nota ex termĩs, alia p experiẽtiã vide. 1.
poſt. Tertio ſcias aliã eſſe ſciẽtiã ſubalternãtẽ, aliã Eckius
ſubalternatã 1. poſt. Itẽ aliquis poteſt negare omnia
principia alicuius ſciẽtię aut ſolũ aliqua. Iuxta hęc
dico primo Cõtra negantẽ principia ſciẽtię ſubal-
ternatę, diſputet̃ per ſciẽtiã ſubalternantẽ. Secundo
cõtra negantẽ aliq ſolũ pricipia, diſputet̃ p alia prin
cipia eiuſdẽ ſciẽtię. Tertio ſi oĩa pricipia iſtius ſci-
entię negent̃, tũc diſputet̃ cõtra negantẽ p ſciẽtias
cõmunes. Ratio eſt qa illarũ pricipia, ita naturaliter
ſunt inſerta mẽti, quod nõ poſſunt oĩa negari. Ideo
Ariſt. q̃rto metaphyſ. cõtra antiquos negãtes pri- Ariſtot.
mum principiũ ait, qđ ore nõ corde negarẽt. Quar
to dico licet ratiões friuolę & temerarię nõ ſint ſol
uẽdę corã eruditis, tñ in genere ſunt diluendę, ne illa
ſciẽtia videat̃ redargui, & vt vitent̃ deceptiones.

Articulus. II.

Cõcluſio. Nõ eſt tm̃ vnũ ens, neq; ĩ numero neq; Parmeni.
in ſpecie, vtcũq; Parmenides & Meliſſus poſuerunt. Meliſſus.
Nam non eſt veriſimile Parmenidẽ negaſſe plurali
tatẽ numeralẽ entiũ, cũ bene ſciuerit ſe habere duos
pedes, & plures auditores, non enim eſt probabile Ariſtot.
Ariſt. improbaſſe tam friuolã opinionẽ, qđ oĩa eſ-
ſent vnũ numero, cũ talia velle improbare proueni
at ex debilitate intellectus ait ipſe. 8. phyſ. Immo
non fuiſſet honorificũ Ariſt. contra tam friuolam Ariſtot.
opinionẽ diſputare. Si aũt poſuit omnia eſſe vnũ
ĩ ſpecie/qa materiã, ſicut Sco. diſ 12. ſcd'i opinionẽ Scotus
huic affinem imponit Aegidio & Alberto magno Egidius
merito Ariſt: eos improbauit. Albertus
Ariſtot.

Articulus. III.
Dubium.I. An quantitas diſtinguatur a re quanta?

¶ Premitto.I. Suppoſitis his quę de quantitate di-
ximus in Categoriis / de quęſito ſunt duę ſenten-
tię in magnitudine. ¶ Prior eſt cõmunis antiquo
rum quantitatẽ eſſe rem diſtinctã a quanto, vnde
1 ferme hęc eſt eorũ mens. Primo aiũt quantitatẽ eſſe
accidens reale inhęrens ſubſtantię, a quo ſubſtantia
2 formaliter dicit͛ q̃nta, ſicut ab albedine alba. Scḋo
dicũt, illud accidẽs facere ſubiectũ extenſum.i.qḋ
habet partẽ extra partẽ, & partẽ diſtantẽ a parte,
nam ſecluſa q̃ntitate ſubſtãtia eſt diuiſibilis ĩ par-
3 tes entitatiuas, ſed nõ extenſiuas. Tertio dicũt q̃n
titatẽ eſſe primũ accidẽs ſubſtãtię materialis (ide-
oq; reponit͛ ſcḋo loco inter p̄dicamẽta) alia vero
accidẽtia inſunt ſubſtantię p̄ q̃ntitatẽ, tm̃ enim eſt
albũ/q̃nta fuerit ſupficies P. in p̄dicamẽtis, & ita
eſt quaſi pellicula media int͛ accidẽtia & ſubſtãtiã.
4 Quarto dicũt aliq̄ p̄ viã ſequelę, duplex eſſe ſubie-
ctum q̃litatis.ſ.ſubiectũ qḋ, & illud ſit ſubſtantia,
5 aliud ſit ſubiectũ quo, & illud eſt quãtitas. Quinto
dicunt q̃ntitatis multiplices eſſe dimenſiones. Nã
prima eſt vna extenſio quę dicit͛ longitudo, penes
latitudinẽ & p̄funditatẽ omnino indiuiſibilis &
6 ſic de aliis duabus dimenſionibus. Sexto dicũt ſup
illo abſoluto fundari reſpectũ ſitus & locabilitatis
Nam qḋ res eſt circũſcriptiue in loco, hoc eſt ex il-
7 la quantitate dimenſiua. Corollariũ ſeparata q̃nti
tate a ſubſtãtia, ipſa nõ erit magna vel parua / nec
habebit partẽ extra partẽ, nec erit in aliquo loco
circũſcriptiue, nec habebit partes quantas, qm̃ ſola
8 quãtitas p̄ ſe extendit͛, ſubſtãtia vero p̄ accidẽs. Se-
Sintzeli9 quit͛ ex dictis Sintzeliũ fruſtra timere hic Theolo
gos, cũ eis imponit ꝙ dicãt rem magnã, quę habe-
at partes extenſiue, ſicut Chriſtus in ſacramẽto al-
taris, qḋ quã bene dixerit, in Theologia cenſuram
ſubeat diſ.ix.quarti, nolo excedere metas illi9 ſci-
entiæ. Rationes illius opinionis articulo quarto
partim annotabimus.

¶ II. opinio Recentiorũ eſt quãtitatẽ nõ diſtingui
a re quãta, quã ego ſolitus fui.17. anno ætatis meę
1 & deinceps in hũc modũ explicare primo quãtitas.ſ.
cõtinua (nã de illa hic loq̄mur) eſt res habẽs partem
extra partẽ & partẽ diſtantẽ a parte, nã hę ſunt par
tes extenſiue. Satis iam liquet ex qd nõis, Corpus
Chriſti nõ habere partes extenſiue in ſacramento
2 cõtra Sintzeliũ. Dico ſcḋo rem nõ eſſe quantã per
aliquod accidẽs ſupadditũ realiter ab ea diſtinctũ,
ſed quęlibet talis eſt quanta ſeipſa, hoc eſt ſuis par-
tib9 a ſeinuicẽ diſtantib9, ſicut Eckebertus eo ipſo
qḋ habet manus & pedes diſtãtes a ſeinuicẽ dicit͛ eſ
3 ſe quantus. Tertio dico qḋ nulla res eſt intrinſece
quanta formalit͛, nec tñ p̄ accidẽs inhęrens, ſed mere
cõtingẽter eſt quãta, patet nã accipio corpus Eckar
di qḋ eſt quantũ, nã vbi pes eſt, ibi caput nõ eſt.&c̃
ſed illud nõ eſt formalit͛ tale, qm̃ ſtat ipſum eſſe, &
nõ eſſe quantũ, ſi deus faceret ipſum diffinitiue in
loco, & ergo cõtingent͛ eſt quãtũ, ſed nõ formalit͛.
Illud enĩ eſt formalit͛ tale, qḋ non ſtat illud eſſe &
Camera. nõ eſſe tale ſcḋm Card.Cam.q.3.art.1. primi, quã-
4 uis ego alit͛ ſoleã dicere, ſed p̄ter p̄poſitũ. Quarto
cũ tam ſubſtãtia quã q̃litas materialis habeat partẽ
extra partẽ, & partẽ diſtantẽ a parte ideo tã ſubſtan
tia quã q̃litas eſt ſua quantitas, & ab ea nõ diſtin-
guunt͛. Quinto dico, quãuis ſcḋm dicta quãtitas a 5
re quãta diſtingui nõ poſſit in ſenſu cõpoſito, tñ
quantitas diſtinguit͛ a ſubſtantia, patet nã q̃ntitas
ſemp eſt ipſa res ſic extenſa, ideo nunq̃ diſtinguun 6
tur. Sexto dico nõ oĩs quãtitas eſt ſubſtantia, patet
de quantitate quę eſt qualitas, nec oĩs ſubſtãtia eſt
quãtitas, patet de angelo, nec oĩs quãtitas eſt quali
tas patet de magnitudine Atlãtis, nec oĩs qualitas
eſt quantitas, patet de ſciẽtia, gratia.&c̃. Corollari 7
um diſputando ſis cautus, ne vniuerſales admittas
quę ſunt falſę ſed indefinitas eſſe veras tã affirma-
tiuas quã negatiuas, q͛a ſubcõtrarię poſſunt eſſe ſi-
mul verę. Caue aũt ne opponens ſe transferat a ſub
ſtrato ad formale.i. a ſubſtantia aut qualitate ad
rem quantã, vt ſi clamoſus quiſpiã cauillet, q̃ntitas
eſt accidẽs (eſt indefinita vera) & omne accidẽs di-
ſtinguit͛ a ſubſtãtia, ergo q̃ntitas diſtinguit͛ a ſub
ſtantia (quoq; vera indefinita) & p̄ cõſequens male
dicitis q̃ntitatẽ nõ diſtingui a re quãta, hic male ſe
trãſfert a ſubſtãtia ad rẽ quantã, qm̃ quãtitas quę eſt
accidẽs, puta albedo eſt qualitas, & ita adhuc eſt ſua
res quanta & nõ ſubſtantia. In illato aũt quantũ di
ſtribuit͛ p̄ omni quanto tam ſubſtantia quã quali
tate, ideo infirma eſt cõſequẽtia a nõ diſtributo ad
diſtributũ, audiui ego ſępe ex hoc infantili cauillo
magnas agi tragœdias ac ſi Achillẽ induxiſſent. Se 8
ptimo dico qḋ vniuerſa attributa q̃tiãtati, reperi
unt͛ in ſubſtãtia aut qualitate, ſed nõ quatenus illa
ſed eatenus quo quãtitas ſunt, pharmacũ illud c.me
det autoritatibus. Octauo dico quãuis G. Ochã in Ocham.
logica admittat quãtum & quantitatẽ eſſe penitus 9
ſynonima. Vnde admittit longitudinẽ diſputare,
latitudinẽ currere.&c̃. tñ probabiliter & ne modo
poſſet dici oppoſitũ, primũ habet iſtũ colorem, qm̃
ſicut materia & forma vnitę ſunt q̃ntũ, ita etiam
ſunt quãtitas ad mentẽ eiuſdẽ & cõmunis ſectę iſti9
At aliã partẽ noue ita p̄ſuadeo (quamq; reputo in-
dubie veram, niſi aliter fuerim reſolutus) quoni-
am abſtracta ſignificant ex modo abſtractionis,
cum quadam intraneitate, vt ſi rem penitus dicere
voluerimus, abſtractis vtimur, omnibus numeris
auarum, dicimus eſſe auariciam. Concretiua autem
liberiorem habent ſignificantiam, etiam ex vici-
nia vt ita loquar aliquando deſumptam, ad propo
ſitum quantitas abſtractum eſt, ideo non videtur
aliquid ſignificare, niſi quod in ſe & ſecundum ſe
ſit quantitas, quare materia hominis vere dicitur
quantitas, at homo ſecundum ſe non eſt quantus
ſed ratione corporis ſeu materię, ideo non arbitror
hominem vero dici quantitatem / ſed rectius quan
tum denominatione concretiua, ſicut ab intelli-
gendo denominatur intelligens. Vnde ſecundum
hoc noue poſſet in ſecta Neotericorum concedi,
quantum diſtingui a quantitate, quamuis quanti-
tas nunquam diſtingueretur a re quanta. Nono hoc 10
addo ratione dicti præcedentis, partes eſſentiales
communicare toti denominationes concretiuas
mere affirmatiuas, ſed negatiuas non communica-
ri niſi cũ addito, & nõ ſimplicit͛, puta homo dicit͛
materialis a materia, & tñ nõ denominat͛ immate
rialis ab aĩa, quę tñ eſt multo p̄fectior, ſimiliter in-

tel lectus eſt perpetuus, & tamen homo non deno-
minatur perpetuus, qm̄ perpetuū non eſt mere affir
10 matiuū, nam dicit incorruptibilitatē. Decimo ſcias
illam ſententiā fuiſſe magnorū virorū, Sintzelius
aſcribit primatibus philoſophię Pythagorę & Pla
toni G. Occhā qui eam proſequit̄ in quarto. q. 4. in
Sintzeli9 aurea logica, in tractatu de venerabili ſacramento
Pythago. altaris, dicit illā fuiſſe Ariſtotelis, Boetij, Damaſce-
Plato ni, & archiepi, Lugdunē. & aliorū magnorū viro-
G. Ocham rum, tenuit eā Adam Anglicus, Card. Cam̄. q. 5. q̄rti
Ariſto. Albertus Saxo, Georgius Bruxell. cum tota cohor-
Boetius. te iuniorū, in quorū numero eſt etiā Ioan. Gerſon.
Damaſce. Canc. Vueſalia, Ioan. Maioris, Nyphus, amicus no
Archiepi. ſter Iſennachius, & Vſingius, Scotus reputat ꝓba-
Adam. bilem diſ. 12. q. 2. quarti. Idem facit Marſil. in abbre
Camerac. uiatis, quāuis idem concedat. q. 9 art. 2. quarti albe-
Albertus. dinem in ſacramento altaris eſſe quantitatē conti
Saxo nuam, ita quod ſua eſſentia ſit continuitas. Tenu-
Brux. ere Hen. de Oyta. M. Gabriel, Dullaert, Gandauus
Gerſon & alij innumeri, ad quorū ſententiam.

Maioris Reſpondet̄ ad dubiū negatiue, quantitatē non
Nyphus. diſtingui a re quanta, ſed quantitatē ſubſtantię eſſe
Iſennach ſubſtantiā, & qualitatis quantitatē eſſe qualitatē,
Vſingeñ. probat̄ primo autoritate Ariſt. iiij. phyſ. in rarefa-
Scotus ctione nihil noui aduenit: modo ſi quātitas diſtin
Marſil. gueret̄ a re quanta: tūc ſemper acquireret̄ noua quā
Oita titas partialis. Scd'o quia in eodē. iiij ait, ſi remoue-
Biel. antur termini & paſſiones ſubſtantię / nihil rema-
Dullaert. net niſi materia: & tamen extenſio etiā maneret,
Gandau9. ergo illa eſſet materia. Tertio Com. ait de ſubſtātia
1 orbis dimenſiones ſunt æternę in materia, ſed nihil
Ariſtot. diſtinctū a materia eſt eternū in ea, ergo dimenſi-
2 ones ſunt ipſa materia, quarto dicit P. in categorijs
3 maxime propriū eſt ſubſtantię eſſe ſuſceptiuā cōtra
Auerr. riorū ſecundū ſui mutationē, ſed quantitas ſuſcipit
4 contraria, cum ſuperficies iam ſit alba, iam nigra,
Philoſo- ergo quātitas eſt ſubſtantia, & illud ponderat Ochā
phus. in aurea logica. Quinto Ariſto. iij. metaphyſ. ſcribit.
Ocham. Nec enim ſenſibiles lineę ſunt, quales dicit Geome
5 tra, ſed Geometra dicit lineā eſſe longitudinē ſine
Ariſt. latitudine & ꝓfunditate, ergo nulla talis linea ſen-
ſibilis eſt, & hoc expreſſius voluit A. Auguſtinus in
Categorijs (& ibi eum citauimus) inquiens. Nullam
Auguſtin. eſſe longitudinē latitudine carentē, ſed ſolam quis
longitudinem metiens, lineā dicitur metiri.

¶ Rationib9 vero eadē reſpōſio ꝓbat̄, & qm̄ eſt du
bitatio ſabathāria, ideo copioſiorē exercitum ra-
tionum inducam.

Ratio. I. Aer poteſt cōdenſari ſine mutatiōe q̄lita
tum. iiij. phyſ. ergo q̄ntitas nō diſtinguit̄ a re q̄nta,
Cōſequētia ſic oſtēdit̄, qm̄ i cōdenſatiōe aut manet
tota q̄ntitas p̄cedēs, & tūc eadē q̄ntitas eſſet iā mi-
nor, iam maior, ſi non / ſicut apte aduerſante cōmu
nit̄ dicit̄, ergo etiā aliq̄ pars q̄litatis. ſ. inherēs q̄ntita
ti corruptę deperdit̄ ad corruptionē ſubiecti imedi
ati. ſ. q̄ntitatis, qd' eſt cōtra dictum Ariſt. aſſumptū,
& ita vel oportet q̄litatē corrūpi, aut q̄ntitas non
extendet ſubiectum / cum per ſe ipſam partes iā re-
Ariſtot. motius, iam propinquius iaceant.

¶ II. aer poteſt rarefieri, vel ergo fit ibi noua q̄nti
tas, vel nō, ſi nō acq̄rit̄ noua q̄ntitas, ergo eadē q̄n-
titas reddere poſſet corpus magis extēſum vno tpe
quā alio formalit̄, qd' eſt inconueniēs ſicut vna cali
ditas formalit̄ nō plus facit eſſe calidū vno tpe ꝙ̄
alio, ſi ſic (fuerit exēpli gratia denſum pedale, & iā
rarefactū bipedale) vel ergo addita eſt vna pedali-
tas pręciſe, quę quidē pedalitas habet ſe penetratiue
cū prima & ſic eſſet penetratio dimenſionū, ſi aūt
eſſet diſtincta a prima, tūc in rarefactiōe cōtinue in
finitę ꝓducerent̄ q̄ntitates. Confirmat̄ qa vel illa
pedalitas prior, informabit totā ſubſtantiā quā pri
us aut ſolā medietatē. Non totā / qa cū ſit iam poſt
rarefactionē bipedalis, tunc q̄ntitas illa eſſet bipe-
dalis, non medietatē / qa iam migraret de ſubiecto
in ſubiectū, cū non informaret partē ſubſtantię quā
prius informauerat. ¶ Propter iſtud argumentum
Marſil. primo de generatiōe cōcedit ī corpore den Marſil.
ſo eſſe plures materias ſub eadē quātitate, ſed q̄nti-
tas illa non toti materię inhereat, ſed contra iā das
extenſum ſine quantitate, & non eſt ratio cur plus
inhereat vni quā alteri, & pars non informata q̄n-
titate ab alio corpore poſſet penetrari, quę oīa ſunt
abſurda. Non enim poſſet dici quanta illa medie-
tas ex eo qa coexiſteret parti q̄ntę, ſicut nec corpus
Chriſti eſt quantum & extenſum ob id ꝙ coexiſtit
hoſtiæ extenſæ.

¶ III. Aliqua res eſt ſua quātitas cōtinua, ergo non
quęlibet quātitas diſtinguit̄ a re quanta, antecedēs
probo quia quantitas (loquor de illo accidente a te
dato & conceſſo) eſt q̄nta, & tñ non diſtinguit̄ a re
q̄nta, Quod ſit quanta ꝓbat̄ a ſimili magnitudo
eſt magna. Itē omē illud ꝙ habet partē extra partē
& partē diſtantē a parte eſt quantū, ſed quantitas
eſt huiuſmodi, ergo eſt q̄nta. Quod non diſtinguat̄
a re quanta, patet alioquin diſtingueret̄ a ſeipſa, ſi
ſuper addis quantitatē q̄ntitati, facies ꝓceſſum in
infinitum. ¶ Non valet euaſio Sintzelij noſtri, di Sintzeli9
centis magnitudinē eſſe magnā, qa illa ſit eſſentia
liter & itrinſece magna, & alia cōcreta diffiniant̄
p inheſionē, & non quantū, primo enī petit princi
piū, q̄re enī magnitudo eſt magna / & albedo nō eſt
alba. Scd'o tacite admittit ꝓpoſitū, qa albū defini
tur p inheſionē, quia albū eſt albū p albedinē ſupad
ditā. Sed quantū non poteſt ſic diffiniri, qm̄ q̄ntū
nō ſit accidēs inherens, a quo res denominat̄ q̄nta,
aliogn nō video cur fiat denominatio ī vno & nō
ī alio, cū ambo vt denomiatiua habeāt ſcd'm diuer-
ſam viā, appellationē ab abſtracto a quo ſolo caſu
differūt. Tertio nō euacuat argumentū, qm̄ adhuc
ſtat aliquā magnitudinē nō diſtingui a re magna.
Et idē habet concedere Paul. Venetus, quia admit-
tit, quantitatē eſſe quantam. Venetus

¶ IIII. Si poneret̄ q̄ntitas accidēs mediū, hoc fieret
ꝓpter extenſionē. i. ꝙ faceret rē habere partē extra
partē, ſed hoc nullū accidēs facit, ergo fruſtra & in
anit̄ ponit̄. Sed qd' non faciat, ego ꝓbo qa accipio
Eckardū cū illa tua q̄ntitate ſexiupedali, & volo
qd' de9 vtrūq ponat eſſe diffinitiue ī loco, tūc Eck
ard9 habebit ſuā q̄ntitatē cōtinuā, & tñ nō erit q̄n
t9 vl' extēſus / qd' iſtud repugnet exiſtēti diffinitiue
ī loco, & ita abſtractū ſufficiēs & iherēs nō denomi
nabit ſubiectū. ¶ Nō valet euaſio recurrēdo ad im
poſſibilitatē caſus, nā Eckardū facere diffinitiue in
loco nō repugnat deo, ſimilit̄ nō repugnat quan-
titati, qd' ego ꝓbo, qm̄ partes q̄ntitatis poſſunt ſe
viciſſim penetrare, ergo tota q̄ntitas pōt eſſe diffi
nitiue ī loco, tenet cōſequētia p q̄d nōis diffinitiue

eſſe in loco:& antecedens patet quando Chriſtus intrauit clauſis ianuis: vbi duę quantitates ſe penetrarunt, eadem ratione.xx. potuiſſent ſe diuina potentia penetraſſe.

V, ratio & Theologica ſit iſta (quãuis non libenter terminos diſciplinę noſtrę tranſgrediamur) omnem rem abſolutã priorẽ alia re abſolutã poteſt deus cõſeruare ſine mutatione locali eius, & poſteriorem annihilare, vt eſt articulus Parrhiſieñ. Annihiletur ergo ſecundũ formam articuli quantitas Eckeboldi, & tunc quęro an Eckeboldus ſit adhuc extenſus vel non: ſi eſt extenſus: igit̃ quantitas ſuperaddita fuit ſuperuacanea. Si non eſt extenſus, ergo partes ſunt localiter mutatę contra caſum & formam articuli. ¶ Non valet euaſio Tartareti quod non mutet locũ poſitiue, ſed negatiue/ qa prius erat in loco circumſcriptiue, iam eſt in loco diffinitiue. Sed hoc parũ diluit/ quoniã per te pedes poſitiue mutarent̃ localiter, quia venirent ad locũ pectoris & capitis, & ita poſitiue partes mutarent locũ, quãuis totũ non mutaret locũ. Preterea deus poteſt partes ſic diſtantes conſeruare ſine penetratione, & ita tunc erit extenſus Eckeboldus nec eſt aliqua alia cauſa aſſignabilis/ cur nõ ſit extenſus, nam partes ſunt adhuc continuę: & vna eſt extra aliam: & quęlibet eſt diuiſibilis (ſaltẽ entitatiue vt tibi cõſentiã) in ſemper diuiſibilia. Illa eſt ratio G. de Ochã de qua dixit Vſingeñ licet multi conati ſint eam ſoluere: ipſa tamẽ inſtar rupis marinæ, quę procellis ſemper exponit̃, perdurauit,

Tartaret.

G. Ocham

Vſingeñ.

¶ Fortificando illã rationẽ pro ſeparatione quantitatis a ſubſtantia ſic accipe maiorẽ. Quãdo ſunt duę res realiter diſtinctę/ quarũ neutra eſt deus, nec vna eſt pars alterius, deus poteſt quãcunq; earũ deſtruere altera remanente, ſic eſt per te de quantitate & re quanta, ergo, facta ergo ſeparatione: adhuc eſt extenſum probat̃, quoniã accipio duas medietates quanti illius, vel ſunt continuę vel non. Si dicis quod ſunt diuiſę: idẽ dicã de tribus tertijs iiij. quartis, & ſic ꝓcedendo in infinitũ, quod ſi concedes, iam continuũ eſſet actu diuiſum/ ꝙ eſt impoſſibile. vi. phyſ. Si aũt partes ſunt cõtinuę, & de⁹ poteſt vnã cõſeruare extra aliã, ergo adhuc erit extenſum ſine illa tua cõmenticia quantitate. Non curo quomodo ſit in loco, qm̃ hoc nihil facit ad extenſionẽ, ſi poneret deus Eckardũ extra cœlũ ſine loco, adhuc eſſet octupedalis. ¶ Non valet fuga quod partes cõfluerent ad mediũ punctuale, qa quãuis hoc confutabit̃ in. vi. phyſ. tamen iam pręcludimus per hoc quod deus debet cõſeruare in eodem loco. Nec valet fuga Pauli Soncinãtis, q. xix quinti metaphyſ. quod quantitas faciat rem habere partes eiuſdẽ rationis, quoniã partes ſunt ſubſtãtiæ, & ita natura prius ſunt eiuſdẽ rationis/ quã a quantitate, & ſcđo quia in corpore Chriſti adhuc caro eſt eiuſdẽ rationis cum carne. Et mirũ eſt quod illud accidens realiũ eſt tam peſtiferũ/ quod nobis mortem inferat, cũ multi dicant vt teſtatur Ioan. Dullaert Gandauus, ſeparata quantitate Socratis a ſocrate, ipſe eſſet perpetuus, & hoc dicit tenere Paulũ Venetũ. xij. metaphyſ. Non vidi in eo loco Venetũ, tamẽ in primo phyſ. tex. Cõm. 15. videtur ſimile dicere, quoniã dicit ſicut deus poſſet facere de homine quanto non quantum, ita poſſet facere de non quanto, quantũ qui poſſet tunc corrumpi: ergo innuit tacite eum manentẽ non quantũ non poſſe corrũpi. Aeque ridiculũ eſt quod ſeparata q̃ntitate ab homine/ quod deinceps nec habeat cor, vel cerebrum, vel epar. Et tm̃ de iſto ꝓlixo dubio.

Paul. Ve.

Dullaert. Gandau⁹.

Paul. Ve,

Dubitatur. II. An totũ diſtinguatur a ſuis partibus ſimul vnitis?

¶ Pręmitto. I. quomodo totũ multiuariã accipiat̃ de quo in logica. Item quomodo totũ ratiõis ſeu totum logicum diuidatur in totum vniuerſale, totum in modo. &c̃.

¶ Pręmitto. II. quod totũ reale eſt ſeptuplex. ſ. integrale, quantitatiuũ, intentionale, poteſtatiuũ, aliquottũ, eſſentiale & accidentale ſeu per accidẽs. Totum integrale eſt quod fit ex partibus ipſum eſſentialiter integrantibus: ſicut domus integrat̃ tecto, fundamento, & parietibus. Homo capite pectore. &c̃. Corollariũ non oportet partes integrãtes eſſe eiuſdẽ rationis cõtra Sũmerhardũ patet in excẽplis: & miror vnde hoc Sũmerh. venerit ĩ mentem. ¶ Totũ quantitatiuũ eſt quod fit ex partib⁹ quantitatiuis, pars quantitatiua eſt pars continui quæ cũ alia parte facit totũ eſſe maius extenſiue, ſicut pedalitas materię meę. Corollarium materia Eckardi eſt pars quanta Eckardi, ſed non quantitatiua, quoniã cum forma non facit maius. Corollarium non ſunt adequate idẽ totũ integrale & quãtitatiuũ, patet de B. Corpore Chriſti ſub ſacramento, & ſimiliter ſi deus faceret domũ diffinitiue in loco. Corollariũ de illo toto eſt maxime verum ꝙ dicit̃ omne totũ eſt maius ſua parte ait Venetus.

Sũmerhar q. 37. Primi alber.

Venetus,

¶ Intentionale totũ eſt quod fit ex partibus gradualibus, ſicut calor in aqua fit ab igne gradualiter, partes huius totius vocant̃ gradus. ¶ Poteſtatiuum totũ eſt quod in virtute & poteſtate ſua aliqua multa cõplectit̃, ſicut anima dicit̃ eſſe totũ poteſtatiuũ/ & potentię eius dicunt̃ partes poteſtatiuæ. ¶ Totũ aliquottũ eſt quod fit partib⁹ aliquottis, pars aliquotta eſt quę aliquoties ſumpta cõſtituit totũ, vt. 2. eſt pars aliquotta ſenarij, replicando enim ter. 2. fiunt ſex, ter, 4. faciunt. 12. ¶ Totũ eſſentiale eſt cõpoſitũ ex materia & forma, vel eſt quod fit ex partibus eſſentialiter & penetratiue ad eius conſtitutionẽ cõcurrentibus. vt homo, aqua. Corrolariũ idem poteſt cõtingere eſſe totũ eſſentiale, integrale & quantitatiuũ vt Eckardus. ¶ Totum peraccidens eſt aggregatũ ex ſubſtãtia & accidente vt homo albus.

¶ Pręmitto. III. Circa dubium motũ diuerſas eſſe magiſtrorũ ſententias quas breui recenſebo.

III.adhuc peccat Meliſſus in alijs rõnibus primo qa non ſequit̃ totũ eſt immobile,ergo nulla pars mouet̃,totũ itẽ poteſt quieſcere. & moueri alteratiõe. Scdo qa non ſeqtur eſt infinitũ,ergo eſt vnũ ſcdm formã,qa adhuc homo & equus differunt ſpecie,bene probaret q eſſent oĩa vnũ ſcdm materiam,ſicut plures naturales dixerunt.
Parmeni. 4.Rationes Parmenidis peccant in materia & forma,qm̃ inquit ens ſimpliciter dici q dicit̃ multipliciter,in forma peccat quia non valet cõſequentia ſi loco entis ponat̃ albũ, qa adhuc ſemper ſunt plura alba,& alia eſt ratio albi & ſubiecti eius.
5.Parmenides non poteſt capere ens pro ſubſtantia tm̃,nec pro accidente tm̃,non pro accidente tm̃,qa ſubſtantia ,pprie & vere eſt ens,& oportet accidẽs dici de aliquo,ſic diceret̃ de non ente.Nõ erit ſubſtantia tm̃,qm̃ dũ accidẽs dicit̃ de ſubſtãtia ,nõ ens diceret̃ de entẹ,itaq; oportet ens multipliciter dici, alias albũ eſſet non ens,niſi ens plura ſignificaret.
6.Contra vtrũq; ratio talis format̃. Si eſt tm̃ vnũ ens,illud non erit magnitudo, qm̃ illa habet partes Confirmat:Si eſt vnũ ens, tunc illud poteſt definiri,ſed quod definit̃ habet partes & vere entia, quia non poſſunt eſſe accidẽtia,quod probat ſupponẽdo duo primo q aliquod eſt accidẽs ſeparabilẹ, aliud inſeparabile.Scdo q diffinitũ non ponit̃ in diffinitione eius q ipſum diffinit.
7.Probat iam aſſumptũ in cõfirmatiõe, qa anĩal & bipes nõ ſint accidẽtia hoĩs,& tñ diffiniũt hominẽ patet qa vel eſſent accidẽtia ſepabilia, & ſic hõ poſſet eſſe nõ bipes,aut ſunt accidẽtia inſepabilia, tũc viciſſim diffinirent̃ p hominẽ cõtra ſcdam ſuppoſitionẽ,ergo nõ poſſunt accidere homini.Nec alteri accidũt,qa alioqn hõ alteri accideret,eo q diffiniõ & diffinitũ habẽt eũdẽ modũ eſſendi,ſed quõ illud q ,pprie eſt ens poteſt alicui accidere,igit̃ ptes diffinitiõis ſunt proprie entia & plura.
Plato Ariſto. Xenocra. Democr. 8.Duo admiſerũt abſurda ab Ariſt.illata,prĩo Plato cõcedit nõ ens eſſe(q ,p abſurdo habuit Ariſto. ſupra.v.ſcdo Xenocrates admiſit cũ Democrito indiuiduas magnitudines ex atomis cõpoſitas, & cõtra Platonẽ argumẽtat̃ prĩo qm̃ pſpicuũ eſt ſi vnũ ſit ens,nihil eſt nõ ens ,cũ cõtradictoria nõ poſſint eſſe ſimul vera.Scdo qa dicere ipſum ens nõ eſſe aliud pter ſe,& ita oĩa ſint vnũ non proderit, qa etſi tm̃ eſſet ſubſtantia,adhuc tamẽ multa eſſent,vt patet ex ratione de diffinitione.

Annotatio in textum.

Meliſſus Parmeni. ¶ Meliſſus & Parmenides vterq; cõtendẽdo rõtionat̃.Cõtẽdendo intelligas captioſe,grẹce & ſophiſtice,latine vitioſe cõtẽtioſe,litigioſe,nã ασυλλογιστωσ.i.ſyllogiſmo vicia cõmittũt.Diluit Ariſt. rões Parmenidis & Meliſſi.In forma aũt ratio ſua fuit iſta,vt eam poſuit Alexander.
Ariſtot. Alexan.
Si aliquid eſt factũ ipſum habet principiũ, igitur ſi non eſt factum,non habet principiũ.Et ens non eſt factum,ergo non habet principium.

2 At quicquid non habet principiū/non habet finem
ipſum igitur eſt infinitum.
3 Sed extra infinitū nihil eſt, ergo eſt tm̄ vnum.
4 Et quod eſt infinitū non habet locū extra ſe, in quē
poſſit moueri ergo eſt immobile.
Sic cenſuit ens eſſe vnū infinitum. immobile.
5 ¶ Quod non ſit factū probat quia aut fieret ex en
te, & ſic eſſet antequā fieret, aut ex non ente, quod
eſt cōtra omnes, ex nihilo nihil fit. Themiſtius pau
Them. lo diuerſius collegit.
1 ¶ Diluitur iſta ratio captioſa, vulgaris enim eſt ca
uillus, cum connectit illationē ex oppoſito antece-
dentis ad oppoſitū conſequentis, nam cōtra potius
valet argumentū vide in logica.
2 In æquiuoco deinde laborat, quia tranſfert ſe a pri
cipio temporis, ad principiū magnitudinis. Sic &
finis æquiuocat, cœlum habet principiū magnitu-
dinis, ſed non temporis ſecundū Ari.
3 Sic igitur non cōceſſo eo, quod ſit ens infinitum
tertius cauillus nō habet locū, nec quartus, nō enim
ſequitur non poteſt moueri in aliū locū, ergo eſt im
mobile, quia adhuc partes poſſunt moueri in eodē
loco manente toto, vt cœlum. Item adhuc poſſet
moueri motu alterationis.
4 Quintus cauillus diluitur, quoniam ens fit ex ente
in potentia, & non ente in actu. Subſtantia vere
eſt, nam ipſa eſt per ſe, & ex ſubſtantijs fit vnum per
ſe, ſed ex accidentibus non fit vnū per ſe, nec vnū
per accidens fit ex accidentibus niſi ratione ſubſtā
Paul. Ve. tię ait Paul. Venetus. Vnde per illud quod vere eſt Ari
Stapulen. ſto. ſubſtantiā deſignauit ſecundū Stapul.
1 4. Parmenidis argutia fuit huiuſmodi. Quicquid
eſt pręter ens eſt non ens, ſed non ens eſt nihil, igitur
quicquid eſt pręter ens eſt nihil.
2 Sed ens & vnū conuertunt, ergo quicquid eſt præ-
ter vnum eſt nihil, eſt ergo tm̄ vnum.
3 Sed illud quod diuidi poteſt: non eſt proprie vnū,
nam eius ſectio in infinitū abiret, eſt ergo imobile.
1 ¶ Sed ad eam reſpondet, primā illationē non te-
nere ob multiplicitatē entis. eſt enim multiplex ei-
us ſignificatus ait Themiſt. & accidens eſt ens præ-
Themiſt. ter ens ſubſtantiā, & tamen non eſt nihil. & nihil
prohibet adhuc multa eſſe, probat Ariſt. in ſimili de
albo. Porro ab eo quod ens & vnū conuertunt nō
2 recte infert tm̄ vnum eſſe, iam enim excludit plura
litatē. cuius nulla in antecedente facta eſt mentio.
Rurſus non idonee affert illud eſſe indiuiſibile, cui
3 us oppoſitum. vi. phyſ. demonſtrabit. Formauimus
enim rationem ad mentem Auerroys, licet Themi
Auer. ſtius ſecus faciat.
Them. 4. Parmenides non vidit diuerſam eſſe rationē al-
Parme. bi & eius ſubiecti, ait hic Lampertus de monte mo
Lamptus derni nondum cognoſcentes diſtinctionē pręlica-
mentorum, adhuc ſunt in ignorantia Parmenidis,
at ego acute arbitror neotericos vidiſſe pręlicamē
torū diſtinctionē per rationes diuerſas vt Ariſt. hic
innuit. & errores multifidos antiquorū deprendiſ-
ſe. pręlicamenta per res diſtinguētes, ait enim Ny
Nyphus phus. Eſſe peripatheticū pręlicamenta ſubiecto eſſe
Themiſt. eadē & diuerſa ratione vt Themiſt. Auer. & Ariſto.
Auerroys aſſerunt, qui vero pręlicamēta aſſerunt differre re-
Aristo. aliter aut formaliter, non peripatetice loquuntur.
5. quod proprie eſt ens & vnū, verbū illud περι licet
Nyphus latine ſonet quidē (ait Nyphus, tamen hic ponitur
pro vere, proprie ſeu maxime, nam ſic Themiſtius Themiſt.
hic inquit apud Ariſt. dici vere & maxīe ens, quod
apud Platonē dicitur ipſiſſimū ens. Plato.
5. Quod vere eſt nulli accidit legit antiquus inter-
pres, nouus habet. Si illud quod proprie eſt ens, nō
accidit cuiquā, at ens proprie & maxime eſt ſubſtan
tia vt iam diximus, gręce legitur ὄν.
8. Non reprobat hic Ariſt. Xenocratē, ſed eius ſen- Ariſto.
tentiā li. vi. retundit, & ibi latius, Platonicos tamē
reprehendit, quorū ſentētia ſane ex Parmenide Pla Plato.
tonis deprendit, in eo enim opinabat etiam nō en-
tia quodāmodo eſſe, & conſtituit ipſum vere ens
eſſe ideā & vnū, materiā aūt informē dixit eſſe, ſed
non habere rationē entis, quare conceſſit res ex du-
obus conſtare. ſ. ex ente idea, & non ente materia,
vide Platonem.
8. Albertus denuo explicat mentē Parmenidis, qui Albertus.
non negauerit plura eſſe, ſed materiā dixerit totā
ſubſtantiā rei, formas vero tam accidentales quā ſub
ſtantiales eſſe ſolū apparētias rei & exiſtimatiões
noſtras, ſed de hoc in ſuperioribus Dein dicit quo-
rundam iuniorū fuiſſe errorē omnia eſſe vnū, & di-
uerſitatē ſolū eſſe in apparentia, cuius erroris pa-
trem dicit Alexandrū, & Dauid de diuinato ſit eū Alexan.
ſecutus. in libro thomorum, neſcio quis ſit ille Alex- Dauid.
ander. Cuſanus in apologia doctę ignorantię bene
citat quendā Dauid Dynanto in Tomis, qui dixit Cuſanus
omnia eſſe vnum ſicut M. Eccardus & alij dixerunt
at non eo modo quo Albertus huic imponit, ſed
quoniā omnia ſunt vnū in deo cōplicatiue ſeu im-
plicite, ſed ſunt plura explicite in propria ſubſiſtē
tia, qm̄ creatura nihil aliud eſt quā explicatio crea-
toris, de quo in noſtris Cōmentarijs ſuper myſtica Eckius
Theologia B. Dionyſij.

Explicatio ſcholaſtica.


Q. IIII.

An toto quieſcēte poſſit illius pars moueri?

Articulus. I.

Nota. I. aliquos admittere parte mota poſſe qui-
eſcere totū, poteſt enim vna pars aeris quieſcere al-
tera rarefacta, & ſic mota, ſed totū non poſſit qui-
eſcere aliqua parte mota, ratio huius argutiolę eſt,
qm̄ totū a parte ſubiecti accipit diſtributiue pro quo-
libet parte eius, ſed a pręlicato ſumit pro ente ha-
bente partes, & ita indefinite, vt docet Ammonius Ammo.
li. de interpretatione, quē citat Eutycus. Eutycus

Nota. II. quod alij ponunt. quolibet parte mota, mo
tu non pure locali, poſſe totum quieſcere, ita enim
inquit Auer. hic, aliquid qui-
eſcere ſecundum totum & Auer.
moueri ſecundum partes &
pro eis adducit Venetus Venetus.
talē rationē ponat a ſit
vnū corpus orbiculare
cuius nulla pars extrema
rarefiat, vel cōdenſet
nec omnino aliquo motu
moueat, quelibet aūt
pars a inter ſuperficiē cōca



uam & cōuexā rarefiat vel cōdenſet. Iam quelibet
pars a mouet localiter, qm̄ rarefactio & cōdenſatio nō
fiunt ſine motu locali, & tamen totū quieſcit, quia
nulla eius pars quieſcit.

Nota.III. Forte non admittendum eſſe caſum, nã cum ſuperficies nõ diſtinguatur a re cuius eſt, ideo partes terminatę ad ſuperficiem concauam vel cõuexam non poſſunt ſecundũ ſe totas moueri, ideo ratio nõn cogit, & videtur cum Ariſto. ſentiendũ motis partibus totum non quieſcere. Impoſſibile enim eſt cœlum moueri ſecundũ partes, & quieſcere ſecundum totum ait Com.vi.phyſ. Ariſto.

Nota.IIII. quod Nyphus nitiť illa diuerſa concordare: quoniã poſſimus dicere q̃mlibet partẽ moueri & quieſcere ſuo modo, moueať enim ſecundũ ſe motũ proprio, & quieſcat quiete totius, nam totũ eſt ſuę partes collectiue loquendo vt diximus. Vnde in caſu.21. notabilis vere ſunt infinitę partes quieſcentes .ſ. terminatę ad ſuperficies, & ſimiliter infinitę ſunt partes motę intra illas ſuperficies, ſed vtcumq; ſit ad mentẽ Ariſt. reſpondeamus quęſito. Nyphus

Articulus. II.

Concluſio. Qualibet parte mota totũ nõ poteſt quieſcere, probatur quoniã ſi alicuius quęlibet pars augeť, totũ augeť, ergo idem erit de motu.

Articulus. III.

Dubium. I. An partes diffinitionis ſint ſubſtantiæ?

Reſpõdeť omiſſa illorũ opinione qui idẽ ex diffinito & diffinitione faciunt, cum ſupponant pro eodẽ, partes diffinitionis ſunt ſubſtantię, quia ſignificãt ſubſtantiã ſecundũ G. Ocham li.i. diſ.ij.q. iiij. Et apertius hoc teſtať.q.vij. non enim ſunt diffinitiones ſubſtantię rerũ, ſed ſignificant ſubſtantias rerũ, ſimile dicit diſ.viij.q.iij. quod partes diffinitionis ſignificant partes rei ſignificatę per diffinitũ, fateor ſi definitio acciperet pro rei diffinibilis eſſentia, tunc haberet partes quę eſſent rei, vt videť Auer. dicere. 7. metaphyſ. ſed tunc plurimę oriuntur dubitationes quas euitaſſe ſatius eſt, cum via plana habeať & expedita: ſed de hoc alibi. Ex induſtria aliqua dubia prioris q. in pręſentẽ locum reiecimus, ne in libellũ prior quęſtio euaderet, & hæc iuſtam acquireret quantitatem. G.Ocham Auer.

Dubiũ. II. An verũ ſit illud Ariſt. ſi illud ens eſſet ſubſtantia ſolum tunc non eſſet quantũ.

¶ Pręmitto Georgiũ Bruxel. & alios illã propoſitionẽ excluſiuã dicere verã, ex eo quia antecedens ſit impoſſibile, at ad impoſſibile quodlibet ſequatur, ita ſicco pede pertranſeunt. Brux.

¶ Pręmitto. II. Illum modũ quo ſepe recentiores (quos modernos dicimus) vtunť in ſcientijs nullibi valere, vt ĩ ſimili Lichetus declarat li.1. diſ.11. poſt. Scotũ contra Gotfridũ de fontibus, quod vt capias notato iſta. 1. Ad impoſſibile ſequiť quodlibet illatiue, non probatiue vide in logica. 2. falſum nihil probat habitũ pro falſo. 3. falſum aliquid reprobat. 4. poſito aliquo falſo vel impoſſibili, vt reprobet, non oportet quęcunq; ſine delectu inferre, ſed ea dũtaxat quę naturali cõſequentia inferunť. Sic Ochã concedit c.xxx. tertię partis logicę per artem obligationum poſſe poni propoſitionem impoſſibilem. 5. Ratio huius eſt quia antecedens etſi ſit impoſſibile, tamen poteſt apparere non impoſſibile aduerſario, qui ex conſequentia videt inferri aliquid/quod ſibi apparet impoſſibile, & tunc agnoſcet ſe prius male conceſſiſſe antecedens impoſſibile. 6. hoc apparet ĩ pręſenti dubio, nam ſi Ariſt. eo obtutu voluerit illam conſequentiã valere, quoniam antecedens reputaſſet impoſſibile, iam in nullo reprobaſſet antiquos, nam æque alias intuliſſet oppoſitum. Lichet⁹ 1 2 3 4 Ocham. 5 6 Ariſto.

¶ Pręmitto. III. in ſcientijs (vt ſępe monuimus) nõ conſiderari accidentaria, ſed ea quę per ſe inſunt, & ſunt de formali ratione conſiderati veniunt ad rationẽ ſcientię. Itaq; dum hic Ariſt. ſubſtantię meminit, excludit non ſolum ea quę non ſunt ſubſtãtia, ſed excludit etiam ea quæ non ſunt de formali & propria ratione ſubſtantię, vnde licet quantũ ſit ſubſtantia, at hoc non eſt de ratione propria ſubſtantię, ſic & de alijs rationibus accidentarijs & contingentibus cenſeo, & iuxta hoc. Ariſto.

Reſpondetur ad dubiũ. Si ſolum ſubſtantia eſſet, vt ſolum excludit quamcunq; aliam extrariam rationem, tunc illud ens non eſſet quantum.

Dubium. III. An ſubſtantia ſecluſa quantitate ſit diuiſibilis.

¶ Pręmitto. I. ſubſtantiã per ſe eſſe diuiſibilem bifariam intelligi. Vno modo quod ſit per ſe .i. per eſſentiam ſuam diuiſibilis, & ſic ſecundum pręmiſſa, ſubſtantia eſt per ſe diuiſibilis. Alio modo poteſt intelligi ꝙ ſit per ſe .i. in ratione ſua intrinſeca & Propria diuiſibilis. Hoc alij dicunt ſubſtantia eſt per ſe diuiſibilis .i. illa propoſitio, ſubſtantia eſt diuiſibilis, eſt per ſe. Propoſitio aũt dicitur eſſe per ſe quando nihil connotatur per pręducatũ, quin aliquid conſimili modo connoteť per ſubiectum vt quantũ eſt diuiſibile. Et ſic ſatis liquet quãtitatem non eſſe per ſe diuiſibilem.

¶ Pręmitto. II. an ſubſtantia ſecluſa quantitate ſit diuiſibilis, varia huiuſce rei eſt ſententia. Nam diuus Tho. aquinas ſecluſa quantitate materiã reputat futuram indiuiſibilem ſicut angelum. Sed Albrechtus magnus Sueuorũ gloria cũ Scoto & alijs cõmuniter arbitranť, ſecluſa quantitate accidente, adhuc ſubſtantiã diuiſibilẽ fore, non quidẽ in partes quantitatiuas, ſed entitatiuas ſeu ſubſtantiales. Quid vero neotericorũ turba ſentiat ex reſponſione iam patebit. poſſet tamen quiſpiam ſententiã Ioan. Gandauẽ afferre & Nyphi, ſed ſtudemus compendio. S.Thom. Albrecht⁹ Io.Gand. Nyphus

Reſpondeť ad dubium per duo dicta, Primum ſi intelligas ſecluſionẽ .i. accidentis quantitatis ſeparationẽ a ſubſtantia, ſicut albedo per ſe ſtat in ſacramento altaris, ſic nulla poteſt fieri ſecluſio, & per conſequens nec poteſt dein diuiſibilis eſſe aut indiuiſibilis, patet quia quantitas eſt ipſa ſubſtantia, ſed nihil ſeparatur aut ſeduditur a ſe ipſo. Secundum dictum ſi intelligatur ſecluſio quantitatis ſic ꝙ ſubſtantia deſinat eſſe ſub modo quantitatiuo/ſicut ſi deus Eckardũ faceret iam eſſe diffinitiue in loco, tunc adhuc eſſet diuiſibilis in partes entitatiue, ſed non quantitatiue, quoniam adhuc haberet duos oculos, geminos pedes, &c̃. Et hęc de illa quęſtione ſine argumentis.

Improbatio philoſophorũ naturaliter loquentiũ de principijs. Cap. IIII.

32 Vt naturales aũt dicunt, duo ſunt modi, quidã enim id quod eſt vnum ſubiectum 1
corpus ſecerunt, aut triũ vnũ, aut aliud, quod igne quidẽ ſpiſſius, aere vero ſubti Opinio
lius eſt. Cętera aũt generari dicũt dẽſitate, raritateq;, multa faciẽtes. Hęc aũt ſũt antiq̃rum
cõtraria, & vniuerſalit̃ exceſſus atq; defectus, quẽadmodũ Plato magnũ dicit & Prima
paruũ. Verũ hic q̃dẽ hęc materiã facit, ipſum aũt vnũ formã. Illi vero vnũ q̃dẽ Secunda
ipſum inq; ſubiectũ materiã, contraria vero differẽtias atq; formas. Quidã aũt ex ipſo vno Tertia
cõtrarietates/quæ quidẽ in ipſo ſunt, ſequeſtrari dicũt, vt Anaximander. Et q̃ vnũ & plura Quarta
principia inquiũt eſſe, vt Empedocles & Anaxagoras. Ex ipſa nãq; cõgerie cętera ſegregãt. Quinta
Differũt tñ, alter enim cõuerſionẽ horũ, alter ſemel ſegregationis principiũ facit. Et alter Sexta
infinita ea quę ſunt ſimiliũ partiũ atq; cõtraria: alter ea quę vocant̃ elementa tantũmodo 2
33 ſumit. ¶ Videt̃ aũt Anaxagoras ſic infinita eſſe putaſſe, q̃a cõmunẽ illã naturaliũ opinionũ Differũt
veram eſſe exiſtimabat. Nihil inq; ex eo q̃ non eſt, fieri atq; oriri, qua propter hoc dicũt mo Emped. &
do:erant oĩa ſimul, & generationẽ: alterationẽ inquiunt eſſe, quidã vero congregationẽ ac Anax.
34 ſegregationẽ. Inſuper ex eo q̃a cõtraria ex ſeſe mutuo fiant, inerãt ergo. Nã ſi omne quidẽ Primo
quod ſit, aut ex entibus, aut ex non entibꝰ fieri neceſſe eſt atq; oriri, ex non entibus aũt nihil Secundo
fieri poteſt. De hac enim opinione naturales omnes conſentiunt: reliquũ iam accidere ne= 3 Suppoſi-
ceſſario putauerunt. ¶ Ex entibus quidẽ, atq; ex hiſce quæ inſunt fieri quodq; atq; oriri, ex tio Anax.
inſenſibilibus vero nobis ob paruitatem modis, vt dicunt. Qua propter inquiunt quodq; in Scda ſup 4
quolibet eſſe mixtum, quia quodlibet ex quouis oriri videbant. Videri vero atq; dici diuer Rõ anax.
ſa ex eo plane, quod in miſtione infinitorum maxime ob multitudinẽ ſuã excedit. Nam to= 5
tum albũ, aut nigrũ, aut dulce, aut os aut carnem ſincere non eſſe quicq;, ſed cuius plurimum Rñdet a-
habet quodq;, id ipſius rei videri naturã eſſe dicebant. ¶ Si infinitũ igit̃ quo infinitũ eſt, co nax. obie
35 eſt ignotũ. Infinitũ quidẽ multitudine aut magnitudine quantũ quoddã ignotũ erit. Infini= ctioni ta-
tũ forma, quale quoddã ignotũ. Cũ igit̃ principia rerũ tam multitudine quã ſpecie ſunt infi citæ.
nita, fieri profecto nequit, vt ea quæ ex hiſce cõſtant ſciant̃. Nondũ enim cõpoſitũ ſcire pu= Alteri re-
36 tamus, cũ ex quibus & quot ipſum conſtat haud cognoſcimus. ¶ Preterea ſi neceſſe eſt ipſum ſpondet.
mole quantũuis eſſe poſſe, cuius pars magnitudine paruitateq; q̃ntauis eſſe poteſt, dico aũt 6 Cõcluſio
aliquã taliũ partiũ quę inſunt, & in quas totũ ipſum diuidit̃. Eſſe vero non poteſt planta vel probatur.
anĩal dicto modo quantũuis mole, patet neq; partiũ vllã identidẽ mole quãtauis eſſe poſſe. autoritas
Erit enim & totũ quantũuis ſimili modo, ac os & caro & iſtiuſmodi cętera partes ſunt anima autoritas
37 lium, & fructus plantarũ. Patet igit̃ neq; os neq; carnẽ neq; aliud quicq; eodẽ modo quem Scda ꝓ-
diximus mole quantũuis eſſe. ¶ Preterea ſi talia oĩa in cunctis inſunt, neq; generat̃ quicq; batio con
ſed ineſt ac ſegregatur, atq; appellatur ab eo, quod in ipſo magis abundat, ex quouis deniq; cluſionis. 7
fit quodlibet ſegregatione velut aqua ex carne, & caro ex aqua. Cum omne corpus finitum Narrat o-
ablatione finiti corporis cõſumatur atq; tollatur, conſtat non poſſe in vnoquoq;, quodq; pi. Anax.
ineſſe. ¶ Ablata enim ex aqua carne, rurſuſq; ex aqua reliqua ſegregata, & ſi ſemper minor Ratio cõ
ea quę ſecernitur erit, non tamen omni magnitudine minor euadet. Quare ſi ſegregatio ſta= tra Anax.
bit, non in quolibet quoduis erit, in reliqua enim aqua nihil inerit carnis. Sin vero nullus 8
ſegregationis exitus erit, ſed ſemper ſequeſtratio fiet, finita in magnitudine ſane æqualia Cõcluſio.
38 finita erunt, multitudine infinita, quod quidem eſt impoſſibile. Præterea ſi corpus omne
parte aliqua ab eo ſublata, fieri ſe minus neceſſe eſt, carnis autem quantitas definita eſt ad Cõfirma-
molem vtramq;, patet minima ex carne nullum omnino corpus ſecerni poſſe, alioquin mi= tio. 1.
nima minor erit. Inſuper in infinitis corporibus caro iam infinita, ſanguis, cerebrumq; in= Cõfirma-
eſſet. Vnum quodq; tamẽ eſſet ab alijs ſeparatũ. & nihilominus infinitũ, hoc aũt metas egre tio. 2.
39 ditur rationis. ¶ Id vero quod aſſerit, nunq; ſegregata fore omnia, non ſcienter quidẽ dicit̃ 9 Cõtra mo
recte tamen. Affectus enim inſeparabiles ſunt. Cũ igit̃ colores atq; habitus miſti ſint, ſi ſuc= dĩponẽdi
rint ſegregati, erit quippiã albũ aut ſanũ profecto, quod non aliud quicq; erit, nec in ſubic= Anaxag.
cto. ¶ Quare ipſa mens abſurda eſt ſane, ea q̃rens, q̃ fieri nequeũt, ſi ſeparata quicẽ reddere 10
vult, hoc aũt efficere neq̃t tã q̃ntitatis, q̃ q̃litatis etiã rõe. Quantitatis q̃dẽ, q̃a nõ eſt mini Cõtra in-
40 ma magnitudo. Qualitatis aũt, q̃a affectus ĩſeparabiles ſunt. ¶ Neq; etiã recte generationẽ tellectum
eoꝝ, q̃ partiũ ſunt cõformiũ, capit. Lutũ nãq; tum in luta, tum nõ in luta diuidit̃. Nec vt la= Anaxag.
41 teres ex domo & domus ex lateribus ſit, ſic aqua aer ex ſeſe mutuo ſunt & fiunt. Melius aũt 11 Improba
eſt pauciora principia, finitaq; ſumere, quod quidem Empedocles facit. tio Anax.
12 Corollar.

Explanatio textus.

¶ Philoſophos naturaliẽ loquẽtes refert ac ꝓbat.

Anax. I. Sex ſunt opiniones antiquorũ de phyſicis princi pijs, prima poſuit ignẽ, ſcḋa aerẽ, tertia Anaximandri ponentis corpus mediũ inter ignẽ & aerẽ denſum & rarũ formaliter, Quarta Platonis ponentis

Plato magnũ & paruũ pro materiali & vnũ ideã ꝓ formali, quinta Empedoclis ponẽtis quatuor elemen-

Empedo. ta pro materiali principio, & litẽ & amicitiã pro

Anaxag. formali, ſexta Anaxagorę ponentis infinitas atomos eiuſdẽ ſpeciei eſſe principia materialia, & intellectũ ſegregantẽ poſuit cauſam efficientem.

II. Differũt Anaxagoras & Empedocles prio ꝙa empedocles dixit mundũ infinities generari & corrũpi per ſeparationẽ & cõgregationẽ principiorũ in vno cõfuſo chaos. Anaxagoras dixit ſemel mũdum generari, & nunq̃ corrũpi, ſcḋo differũt ꝙa Anaxagoras poſuit infinitas partes eiuſdẽ ratiõis eſſe pri

Empedo. cipia rerũ. Contra Empedocles tantũ q̃tuor poſuit.

III. In duobus fundabat ſe Anaxagoras prio ꝙa ex nihilo nihil fit, ſcḋo ꝙa cõtraria fiunt ex alterutris

IIII. Anaxagoras probat ſententiã ſuã, ꝓbatio eſt iſta. Omne quod fit, aut fit ex ente aut nõ ente, non ex non ente per primã ſuppoſitionẽ, ergo ex ente. & ſic erat anteq̃ fieret, ſed non erat niſi latens, ergo quodlibet eſt in quolibet.

V. Si quis obijciebat Anaxagorę, ſi in aere eſt caro cur non videmus. Rñdet hoc eſſe ꝓpter eius paruitatem. Si rurſus quis diceret, cur tũc magis dicimus illud eſſe aerẽ quã carnem. Rñdet quia plus abundat de aere quam carne, ideo aer nominatur.

VI. Principia rerũ naturaliũ nõ ſunt infinita, probatᷓ ꝙa infinitũ ſcḋm qḋ infinitũ eſt nobis ignotũ, ſed principia ſunt infinita ſcḋm Anaxagorã, ergo ſunt ignota, & per cõſequẽs etiã res naturalis ex principijs infinitis compoſita eſt ignota, quia tũc cõpoſitũ ſcimus qñ ſcimus principia quę & quot ſint, ſecundo ꝓbat quia ſi partes non ſunt determinatæ magnitudinis, nec totũ erit, ſed quodlibet totũ eſt determinatę magnitudinis, ergo & q̃libet pars.

VII. Non quodlibet eſt in quolibet, probatᷓ primo recitatis dictis Anaxagorę, ꝙa omne finitũ ablatione tandẽ finiti conſumetᷓ, ergo tm̃ poteſt auferri carnis ex aere, quod nulla caro remanebit in eo.

VIII. Non quodlibet eſt ſegregabile a quolibet, ꝓbatur ꝙa facta ſegregatione carnis ab aere, aut ſtabit ſegregatio, & tunc non poteſt amplius ſegregari caro, aut non ſtabit, tunc ſemper ꝓcedendo per ſegregationẽ, finita in magnitudine, æqualia finita erunt infinita multitudine. ꝙ eſt impoſſibile. Cõfirmatur quia data minima carne actu, ex illa nihil poteſt ſegregari, qm̃ corpus ablatiõe fit minus, mõ minima carne non datᷓ minor. Confirmatᷓ ſcḋo ꝙa ſcḋm dicta Anaxagorę, tunc infinita eſſent ĩ infinitis infinities, & ſeparabilia interᷓ ſe, ꝙ rõ non capit.

IX. Vere dixit Anaxagoras, ſed non ſapienᷓ ad ſu

Anaxag. um ꝓpoſitũ, non oĩa eſſe ſegregata, qḋ ſit vere dictum patet de paſſionibus inſeparabilibus, ſed non ſapienᷓ, qm̃ ſi colores ſint mixti, ergo data ſegregatione nõ erũt mixti, ſed erit qḋ albũ ſine admixto.

X. Corollariũ ſequitᷓ qḋ ille intellectus eſſet inſipidus qui aggrederetᷓ impoſſibilia factu, ſicut hic qui vellet ſeparare inſeparabilia tam in quantitate q̃ qualitate.

XI. Anaxagoras non recte dixit, oĩa fieri ex ſimilibus, ꝓbatᷓ ꝙa lutũ non fit ex luto, ſed etiã ex aq̃ & terra, ſic dom⁹ ex lateribꝰ & aer ex aq̃ nõ ex aere

XII. Corollariũ melius eſt finita principia accipere quã infinita.

Annotatio in textum.

¶ Philoſophos naturaliter loquẽtes taxat, & duas ſectas conſtituit ſecundũ Themiſtiũ, prima aliqḋ ele

Themiſt. mentorꝫ conſtituit principiũ materiale, ſcḋa alia ponit principia materialia. In formalibus etiã non

Anaxi. conueniunt. In ſcḋa ſecta ſunt Anaximander q̃ non

Anaxag. στοιχεῖον idest elementũ, ſed mediũ quoddã po-

Empedo. ſuit, Anaxagoras cõfuſum poſuit chaos, qḋ μίγμα idest mixturã ſeu miſcellã dixit, Empedocles itidẽ vt Anaxagoras ſegregatione oĩa ex elementis producit, de quorũ opinionibus in .q. ſeq.

¶ Potiſſimũ aũt improbat Anaxagorã, qḋ oĩm ſpecierũ motus cauſam aſſignare videbatᷓ, & quod magni noĩs erat prę ceteris antiquis, primus enim intellectuale vidit principiũ vt Ariſt. teſtis eſt. Plato quoq̃ eum extulit & libros eius frequẽter legit ꝙa viſum fuit ipſi, quod magiſtrũ inueniſſet. Vnde &

Cuſanus Cuſanus de Beryllo ait Anaxagorã & Platoni & Ariſtoteli oculos aperuiſſe.

VIII. Finita in magnitudine ęqualia finita, infinita erunt magnitudine. Aequalia adiecit Ariſt. qm̃ finita inęqualia ꝓportionaliᷓ multitudine infinita eſſe in aliquo nihil prohibet, ſunt etenim infinitę partes eiuſdẽ proportionis in continuo, ſed non eiuſdem quantitatis.

Anaxa. X. Quoniã Anaxagoras poſuit mentem diuinã ſeu intellectũ efficientẽ, oĩa ab illa miſcella ſiue chaos

Ariſtot. ſeparare volentẽ. Ariſt. cõtendit fruſtra talẽ intellectum impoſſibile adgredi. Intellectũ enim creatorem fecit Anax. ſeu cõditorẽ a quo oĩa prodeunt, quod Platonici poſtea quoq̃ vſurparunt, intelle-

Albertus. ctum quoq̃ dñm vniuerſorũ ſtatuunt. Albertus tñ refert dictũ Ariſt. ad intellectũ Anax.

Empedo. XII. Empedoclis ſententiã pręfert, eam tamen hic non improbat, ſed libro de generatione.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. V.

An quodlibet ſit in quolibet vt Anax. autumauit.

Articulus. I.

Anaxag. Nota. I. hanc fuiſſe Anaxagorę ſententiã, quoniã non videbatᷓ ei poſſe aliquid oriri, ex eo, ꝙ nuſq̃ eſſet, nec interire in id ꝙ nullibi eſſet. Oĩa ergo prius latentia per intellectũ opificẽ ait educi & edi, & ſic dici generari, nã cuiuſq̃ rei ſparſim infinitas atomos eſſe poſuit, quę ſi ab alijs ſegregarentᷓ & in vnũ coirent. tũc quidẽ apparere. Vnde appellabat homiomerias. i. partes ſimilares, ſicut caro carni eſt

Plutarch. ſimilis naturę & os oſſi. Sic aũt pſuadebat vt Plutarchus refert. Cibũ ſumimus ſimplicẽ, ſed qui carnem oſſa & omnia membra nutriat, ac augeat, ergo in huiuſmodi alimento ſunt procreatrices carnis partes, oſſis, ſanguinis. &c. ita vt ſimiles partes ſimilibus procreentur. Citat verba eius Plutarchus Vna inquit res oẽs erant, mens vero diſtraxit illas decenterq̃ cõpoſuit, & q̃uis atomi non vbiq̃ viderentᷓ, attamen quodlibet eſſet in quolibet, ſic ex lapide excuditᷓ ignis prius latens, ex grano ar-

Nic. Cuſ. bor. &c̄. Verū eſt quod Nico. Cuſanus altius attollit ſententiā Anaxagorę, quomodo quodlibet ſit in quolibet li. ij. de docta ignorātia, ſed hęc ad Theologiā, & ſimilit̄ Picus in heptaplo de tribus mundis, verū hęc Anaxagoras non intendebat. Sed mitigatur adhuc a quibuſdā Anaxagore poſitio phyſice, q̄m per Chaos illud confuſum, materiā intellexit indifferentē ad oīa, ſicut Theologi abyſſum & Plato omnicapax. Homiomerię aūt in illo Chaos confuſo cōtentę ſunt inchoationes formarum, quas quidā vetuſtiſſimus Symeon tenebras abyſſi appellauit. Cum aūt in qualibet re naturali ſit materia, & in qualibet materia oīm formarū inchoationes, ideo dixit Anax. quodlibet eſſe in quolibet. & rem naturalē generari, eſſe formā eius ab aliis excernere atq; apparere, hęc fucū habent, at inchoatio formarū in fine huius primi reprobabit. Educunt aūt formę e materia, a mente diuina vt eſt motrix cœli, hęc eſt benigna ꝓ Anaxagora interpretatio.

Picus.

Nota ſecundo quod pugnantes antiquorū ſententias ex Ariſt. hic & in metaphyſica, ac ex Plutarcho & Lactantio ſub hac formula colligere potes.

- Philoſophi poſuerunt
  - Vnum principium.
    - Mobile materiale.
      - Ignem — Heraclitus, Hippaſus
      - 2 Aerem — Diogenes, Anaximenes (humidum / ſiccum)
      - 3 Aquam — Thales, Homerus
      - 4 Terram — Heſiodus ſolus, cuius oblitus Ariſt.
      - 5 Mediū inter ignem & aerem. — Anaximander.
      - 6 hi communiter rarum & denſum poſuerunt formalia.
    - 7 Vnum formale ideam poſuit Plato materialia. (paruum / magnum)
    - Immobile (Infinitū / Finitum) vt poſuit (Meliſſus. / Parmenides.) 8
  - Plura principia.
    - 9 Infinita (Diuerſarū ſpecierum. / Eiuſdē ſpeciei atomos.) Poſuit (Democritus / Epicurus / Anaxagoras) Plenum & ꝓ formali vacuum (magnitudinē. / Formam / Pondus) 10
    - Finita.
      - 11 Duo (ignem / terram) Parmenides ſecundum noſtram apparentiam
      - 12 Tria (ignem / aerem / aquam) Critias, Hyppon, Appollodorus. 13
      - Quatuor elementa Empedocles, ſed formalia poſuit (amicitiam / litem) 14
      - 15 Quattuor numeros & eorū ſymetrias poſuit Pythagoras (par. / impar.)
    - Mobilia oīa / Immobilia oīa 16 Sicut (Heraclitus / Zeno Eliates.)

17

Nota. III. breuiuſculas horū opinionū explicationes. 1. Ignē poſuit q; vi calida cuncta fierēt, & vniuerſum ipſum conflagratione aliqñ ſoluendū eſſet, vnde hoc ethnico, mundū igne periturū: ſed verū eſt q; Euſebius ſenſit. plura ab hebreis acceperūt gręci, veluta ſenioribus vt A. Auguſtinus de ciuitate dei probat, quę deteriora fecerūt. 2. aerem: poſuit q; ſpiritus & aer oīa cōtinere vident̄. 3. aquā p. quod oim animantiū genitura ex humido ſit, & ſtirpes humido alunt̄, ſed humoris expertia areſcūt, ſic Homerus ex oceano ait oīa nata. 4. Heſiodus terrā poſuit vt Nyphus narrat, qui primus apud grecos nos in cinerē verti meminit, huius oblitus Ariſt. 1. metaphyſ. ait nemo eorū qui vnū poſuerunt, terrā principiū dixerunt ꝓpter eius groſſiciē, at forte Ariſt. ad eius formale. ſ. amorē dumtaxat aſpexit, nā eius ſic meminit. 1. metaphyſ. 5. Mediū poſuit craſſius igne & ſubtilius aere Anaximander, vt in textu meminimus. 6. Plato tria poſuit ſecundū Plutarchum ſ. deum, materiā & Ideam Vnū enim eſt formale. ſ. idea, ſed in magno & paruo idea imprimit̄ a mēte diuina. 7. Infinitas atomos poſuit Democritus diuerſarum figurarū coeuntiū ad generationē. Et cū duo poſuiſſet formalia Epicurus eius aſſecla adiecit tertiū. ſ. pondus, nam ponderis pulſu mouentur corpora. De Anaxagora, Parmenide, & Meliſſo iā plura, Pytagorę opinionē alibi & copioſius recitabimus, ita & Heracliti & Zenonis, vide tamē Plutarchum ſi placet.

Auguſt. lib. 8. Homerus. Heſiodus Anaxim. Plato. Democri. Epicurus.

Nota. IIII. Segregationē dici apud Anaxagoram, rerū prius latentiū extractionē, ſicut diſtillantes faciunt, & lachrymiſtę (hui alchimiſtę dicere volui) ſe facturos pollicent̄. Congregatio vero eſt rerū prius ſegregatarū in Chao cōfuſa conmiſtio. De minima vero carne ambigunt hic phyſici quomodo ſit dabile maximū, & minimū. &c̄. at illud explicabim⁹ libro de cœlo & mundo, in pręſentia pro explanatione textus hoc adnotaſſe ſufficiat, quamuis caro vt corpus dimenſum poſſit in infinitū diuidi. vi. phyſ. & ita nunq; deueniret ad minimā carnē. Vt tū caro actu non poteſt ſemper diuidi in partes minores, quarū quęlibet maneat caro actu, deueniret eni

Ocham. q. 8. 21.

ad tam paruā materiæ particulā/ vt ſub ea ſepatim
nō eſſet nata forma carnis cōſeruari, hęc ſatis ſint ꝓ
intellectu literæ, at dubia quæ imbibit, alibi diſq-
rito. Albertus ait Caro corpus mathematicū nō hēt
Albertus. minimū: ſed dabilis ē mīma caro vt corp⁹ phyſicū.

Articulus. II.

Cōcluſio. Non quodlibet eſt in quolibet: ꝓbatur
per Ariſto. in textu & eius rōnibus, eſt em̄ effectus a
certo efficiēte in certa materia Ocham. q. 15. ſecūdi.

Articulus. III.

Dubium. I. An infinitum ſecundū quod infi nitum ſit nobis ignotum?

¶ Pręmitto. I. Infinitū variam accipi vide in logi-
ca & 3. phyſ. hic vſurpat̄ mere categoreumatice/ ſiue
ſit in multitudine, magnitudine, intēſiue vel exten
ſiue, Ponderet̄ tamen deſcriptio Ariſtō. Infinitū eſt
cuius quantitatē accipiētibus, ſemꝑ eſt aliqd extra
accipere, Deus aūt eſt infinitus ꝟtute & eſſentia.

¶ Pręmitto. II. Cum ambigitur infinitū cognoſci,
poteſt quęri de notitia in vniuerſali ſeu cōi / poteſt
item eſſe q̄ſtio de notitia ſeu cognitione ꝓpria: &
vtrūqꝫ bifariam: aut em̄ loqmur de cōceptu poſitio
aut poſſumus loqui de cōceptu priuatiuo ſeu nega
tiuo: q̊ cognoſcimus quid nō eſt. Tertio item dubiū
eſt an poſſit cognoſci cōceptu poſitiuo ſimplici vel
cōpoſito, quæ oīa ſunt obuia logico: veluti & hāc
Auerr. rationē logicā dicit Auerr. & hic declarat quō diale-
ctica vti poſſumus in aliꝭ ſciētiꝭ. non moror: legant
hi qui inerudite calūniantur dari ſolutiones logicas
in ſcientiꝭ realibus, quāuis importune logicam af-
ferre vt ſorticolę faciunt, nō ſit laudandum.

Bruxel. ¶ Pręmitto. III. Bruxell. hic diſtinguere titulū dubiꝭ
an intelligat̄ cathegorice: & ſic ait eſſe falſum: qm̄
ſubiectū pro nullo ſupponat; ſi vero hypothetice in
telligatur & cōditionaliter/ ſi. ſ. infinitū eſſet an eēt
notum: at fruſtra hic laborat, cum nō ſit neceſſe eſſe
infinitum / ſufficit ꝙ ſit in eſſe intentionali: & ꝙ
Georg. Brux. me intelligat/ dico ſubiectū ſuppone-
re etiam in cathegorica/ ratione ampliationis: cum
ignotum dicat actum animę.

¶ Pręmitto IIII. Scd̄m quod hic nō capi reduplica
tiue/ ſed ſpeciuocatiue vide in logica, iſtis præmiſ-
ſis reſpondetur per dicta

¶ Primū. Infinitum poteſt a nobis cognoſci in vni
uerſali. patet iuxta cōem, quoniā intelligendo ens,
tam finitum quā infinitū intelligitur: ad mentem
Auerr. Auer. 2. metaphyſ. poteſt infinitum cognoſci in po-
tentia, nam intelligēdo in vniuerſali: oīs ignis cale-
facit, intelligunt̄ infiniti ignes in potentia.

¶. Secundū Infinitū poteſt intelligi a nobis qd nō
eſt/ quod iuniores aiunt, cōceptu negatiuo ſeu poſi-
tiuo. patet em̄ ex ipſa vocula infinitū/ immēſum, eſt
em̄ in, particula priuatiua: ſic enim intelligimus ali
quid non eſſe terminatū aut non habere finem/ ne-
mo in hoc heſitat.


¶ Tertiū infinitum ſcd̄m eſſentiā eſt a nobis cog-
noſcibile cōceptu poſitiuo & ꝓprio, patet qa deus
qui eſt infinitus ſcd̄m eſſentiā ſuam eſt a nobis cog-
noſcibilis conceptu ꝓprio poſitiuo & ſimplici: &
ſi ſaltem negas ꝓ ſtatu iſto, tamē verum eſt ꝓ beatis
loquor ſcd̄m cōmunē mens eſt Marſil. q. 4. pri, ſentē-
Marſil. tiarū. Quid autē in Theologia negatiua ſit ſentien-
dum qm̄ oculus finitus lineā infinitā videre nequit
in Cōmentariꝭ ſuper myſtica theologia diximus. Eckius.

¶ Quartū, Infinitum ſcd̄m quantitatē poteſt eē no
bis notū conceptu ꝓprio, poſitiuo, & ſimplici. pro
bat̄ accipio bipedale latum quod ſit infinitæ mag
nitudinis: illud poteſt eſſe nobis notū ſub cōceptu
ſimplici huius bipedalis: quāuis hoc non eſſet ſcd̄m
ꝙ infinitum/ ſed ſecundū ꝙ finitum.


¶ Quintū, Quāuis infinitum ſcd̄m ꝙ infinitum ab ſco. diſt. 2.
intellectu infinito plene cognoſci poſſit: tamē infi q. 1. primi
nitum ſecundū quantitatē non poteſt conceptu ꝓ-
prio poſitiuo & ſimplici cognoſci ab intellectu fi-
nito ſcd̄m modum ſuę infinitatis: patet hoc ex dif-
finitione infiniti, nā ſi intellect⁹ accipiet eius quan
titatē, ſemper finitā accipiet / quoniam ſemꝑ eſt ex Ariſtot.
tra accipere, & ita arbitramur voluiſſe Ariſto. ¶ Ad
uerte ad duo. primū ꝙ hoc ē vna radix p̄cipua theo-
logiæ negatiuę: ſecundū ꝙ infinitū non eſt nobis
notum/ nō eſt ratione impoſſibilitatis cōtra Buri-
danū: cum deus poſſit facere infinitū actu ſecūdum
Grego. Arim. diſ. 43. primi: ſed tota ratio eſt. Infini- Burida.
tatis modus ex parte obiecti & finitatis ex ꝑte po Grego.
tentiæ, excedit em̄ ꝓportionē potentiæ / ſicut lux Arim.
ſolis excedit oculos nycticoracis. 2. metaphyſ. & per
iſta eſt ſatiſſactum dubio. Ariſt.

¶ Dubium II. An ad cognitionē totius requi ratur cognitio omniū partium?

¶ Pręmitto I. De ꝑtibus eſſentialibus & quātitati
uis ex q. de toto, hoc addito quod ꝑtes eiuſdē quan
titatis ſunt abinuicē ex toto diſtinctę/ vt duę peda-
litates bipedalis: & illę partes aliq̊ties ſumptę con-
ſtituūt totū, at partes eiuſdē ꝓportionis ſunt infi-
nitę in continuo: poſſunt autē ſic definiri ſcd̄m Bu
ridanū/ ꝙ ſunt ꝑtes q̄ ſic ſe hn̄t/ q̄lis eſt ꝓportio to Burida.
ti⁹ ad partē, talis vnius ꝑtis ad aliā in infinitū vt hic.



& ſic diuidēdo in infinitū in ſubdupla ꝓportione,
manifeſtius conſpice hac figura.



eadem quātitas. eadem proportio.

Ad mentem Themiſtiꝭ.

¶ Pręmitto. II. Quō pro illo ſtatu nulla ſubſtantia
in ſe a nobis cognoſci poſſit, vide in logica.

Reſpōdet̄ ad dubiū ꝙ ad perfecte cognoſcēdum
totum oportet oēs eius partes principales & eſ-
ſentiales cognoſcere: & cum hoc partes eiuſdē quan
titatis/ quamuis nō partes eiuſdem ꝓportionis: pa-
tet per Ariſto. dicentem nos debere cognoſcere quæ
& quot ſint partes: inſinuat ergo duplices partes de Ariſto.
bere aliquē nouiſſe. ¶ Adde tamen illud G. de Ochā Ocham.
licet totum nō poſſit perfecte cognoſci ſine cogni
tione partiū, tamen totū poteſt confuſe cognoſci ſi
ne confuſa cognitione partiū, puta quis videt aliqd
affabre ſculptū, primo obtutu plures partes oīno
non videt ſed dein ſigillatim perquirit: & tamen
ſtatim confuſe cognoſcit totum. vide eum diſtin. 3.
queſtio. prima primi.

¶ Articulus IIII.

¶ Ratio .I. Quodlibet fit ex quolibet ergo: antece-
Anaxag. dens patet per ratione͂ Anaxagorȩ in textu.
¶ II. Om͂e continuu͂ eſt a nobis cognoſcibile. & om
Co͂firma ne tale eſt infinitu͂ ſcd͂m diuiſionem ergo co͂firma
tio. tur nos negamꝰ infinitu͂ eſſe nobis notum ſcd͂m ꝙ
infinitu͂: ergo intelligimus infinitum ſcd͂m quod in
finitum, alioquin no͂ intelligeremus qd negaremus
Ariſto. more picæ aut pſitaci, Et de infinito habetur etiam
ſcientia diffinitiua. 3. phyſicoꝝ.
Ariſto. ¶ III. Intellectus noſter poſitiue infinita cognoſcit
ergo ꝓbatur. 3, de anima. Intellectus in ꝓpoſitione
vniuerſali infinita cognoſcit. Co͂firmatur qa fini-
tum eſt nobis notum/ergo & infinitu͂/ tenet illa-
tio quia oppoſitoꝝ eadem eſt diſciplina.
¶ IIII. Alicuius totius partes ſunt infinitæ: ſed infi
nitum eſt nobis ignotu͂: ergo illæ partes eru͂t nobis
ignotæ: & ſic earum cognitio no͂ eſt neceſſaria ad
cognitione͂ totius. Ite͂ ſi finitu͂ per ablatione͂ finiti
co͂ſumitur, iam continuu͂ non eſt diuiſibile in ſem-
per diuiſibilia.
Respondet ad. I. Quod om͂e quod fit / fit ex non
ente in actu/& ente in pote͂tia. ſ. ex materia. cum di
cis ergo fuit antequa͂ generabat: dico quod verum
eſt: erat in pote͂tia/ſed no͂ in actu, puta ignis fit ex
ligno/ignis no͂ erat prius in actu in ligno ꝑ homio
Anaxag. merias vt voluit Anax. ſed ſolu͂ in pote͂tia. Et ſic ne
go vltima͂ co͂ſeq͂ntia͂/quod ergo q̊dlibet fiat ex q̊lli
bet, quin potius quodlibet fit a determinato agen-
te, & ex determinata materia ꝓxima, nam ex gra-
no piri fit determinate pirus & non nux &c͂. No͂ er
go conſentiendu͂ Anaxagoræ.
¶ Ad. II. Concedo Infinitu͂ eſſe a nobis cognoſci-
bile ſcd͂m ꝙ finitum/ſed non ſecundu͂ ꝙ infinitum
& ita continuu͂ ſub ratione finiti a nobis cogno͂ſcit
ſed non ſub ratio͂e diuiſibilitatis in infinitu͂ poſiti
ue, Ad confirmatione͂ concedo. Infinitu͂ ſecundum
quod infinitu͂ eſſe nobis notum/ſcd͂m quod no͂ eſt/
ſed no͂ quid eſt: hoc eſt conceptu abnegatiuo / non
proprio ſimplici. Ad alia͂ confirmatione͂ dico quod
de infinito habet͂ ſcie͂tia ꝑ ꝓpoſitiones negatiuas,
no͂ affirmatias i͂ q͂ntu͂ huiuſmo͂i, Si dicis ꝙ diffinit͂/
diffinit͂ poſitiue / veru͂ e͂ de diffinito diffinitio͂e qd
rei/no͂ quid nominis/ſicut eſt diffinitio infiniti.
¶ Ad. III. Intellectus intelligit infinita confuſe in
vniuerſali, no͂ diſtincte. Ad confirmatione͂ dico am
bo oppoſita eſſe nota/ſed no͂ eodem modo: qa vnu͂
poſitiue, aliud priuatiue.
¶ Ad. IIII. Partes eiuſde͂ ꝓportionis ſunt infini-
tæ/ſed no͂ partes eiuſdem qua͂titatis. Ad additum di
co ꝙ Ariſto. intelligit finitu͂ per ablatione͂ partium
ſ. eiuſdem qua͂titatis. tandem co͂ſumitur: & non in- Ariſto.
telligit de partibus eiuſdem ꝓportionis/ in quas
diuiditur co͂tinuum.

Principia rerum naturalium eſſe contraria. Cap. V.

41 OMnes igitur co͂traria principia faciu͂t: & q vniuerſum vnu͂ eſſe atq; immobile
dicunt: Parmenides em͂ calidu͂ frigidumq; principia facit: atq; hȩc igne͂ terram-
q; appellat: & qui rarum & de͂ſum principia inquiu͂t eſſe. Democritus quoq; ple
num ipſa atq; vacuu͂ aſſerit eſſe: quoru͂ alterum vt ens, alteru͂ vt no͂ ens, eſſe dicit.
Inſuꝑ & haſce differe͂tias affert poſitione͂ inquam figura͂ ac ordine͂: hæc autem
contrarioru͂ genera ſunt. Poſitionis em͂ ſupra: & infra: ante & retro: figure ꝟo: angulis con-
42 ſtans atq; non co͂ſtans: rectu͂ & circumflexu͂ ſpecies ſunt. Patet igit͂ omnes co͂traria quoda͂mo- 2
do pri͂cipia facere rerum. ¶ Idq; no͂ ſine ratio͂e. Principia namq; neq; ex ſeſe mutuo: neq; ex Co͂cluſio.
alijs: & ex ipſis oi͂a eſſe oportet: co͂trarijs aute͂ primis hȩc inſunt. Quia nanq; ſunt prima: ideo
43 non ex alijs ſunt: quia ꝟo co͂traria ſunt: ideo no͂ ex ſeſe mutuo fiunt. ¶ Veru͂ idipſum quo pa-
cto fit & ratione co͂ſideremus oportet. Sumendu͂ eſt igitur primu͂: non qduis eorum q͂ ſunt in 3 Inq͂ſitio
quoduis agere: neq; quoduis pati a quouis aptu͂ eſſe. ¶ Neq; ex qbuſcunq; quiduis fieri: niſi ꝓbatio͂is
quis ꝑ accide͂s ſumpſerit. Quo nanq; pacto fiet album vel nigrum ex muſico: niſi albo vel ni- Suppo͂. 1.
gro ſit accide͂s muſicu͂. Sed album qdem fit e non albo. atq; ex hoc no͂ quouis: ſed e nigro vel 2
aliquo medioru͂. Muſicum aute͂ e non muſico: atq; ex hoc no͂ quouis: ſed ex i͂muſico vel e me-
44 dio: ſi aliqd inter ipſa medium eſt. ¶ Neq; rurſus in q̊duis primu͂ vnu͂quodq; corru͂pitur. ve-
lut album in non muſicu͂: niſi id ipſum no͂ nunq; accidat: ſed in no͂ album corru͂pitur: atq; in 3 In accide͂-
hoc non quoduis: ſed in nigrum: aut in mediu͂. Eode͂ modo muſicu͂ etiam in non muſicu͂: atq; tibus.
in hoc no͂ quoduis: ſed immuſicu͂ vel in medium: ſi qd inter ipſa mediu͂ ſit corrumpit͂. Simili
45 ter fit & in cȩteris. Na͂ & ea quæ no͂ ſimplicia ſed co͂poſita ſunt: eande͂ ſubeunt ratione͂. Sed
latet id ipſum ex eo quia diſpoſitio͂es oppoſite nomibus carent. Etenim omne conſtructum In mixtis
ex inco͂ſtructo: atq; inconſtructu͂ e conſtructo fiat neceſſe eſt. Co͂ſtructu͂ etia͂ in inconſtructu͂:
46 & in ipſum no͂ quoduis: ſed in oppoſitu͂ neceſſe eſt corru͂patur. Nihil au͂t intereſt: ſiue in con- In artifi-
ſtructio͂e ſiue in ordine ſiue in co͂poſitione hæc ipſa dicant͂. Patet em͂ eandem ratione͂ in cun cialibus.
ctis eſſe: atq; domu͂ ſtatuam: & q̊duis aliud ſimiliter fieri. Domus em͂ ex no͂ co͂poſitis ſed hoc
modo diuiſis: & ſtatua figuratorumq; q̊duis e non ſic figurato co͂fici fieriq; videt͂. Atq; hȩc
47 partim ordine: partim co͂poſitione conſta͂t. ¶ Si igitur hȩc vera ſunt: om͂e quod fit e co͂trario 4
profecto aut e medio fit & om͂e quod corru͂pitur in contrariu͂, corrumpit͂ vel in mediu͂. Me- Ro͂ iq͂ſita
dia vero ſunt ex co͂trarijs: ceu colores ex albo & nigro. Quare oi͂a quæ natura fiu͂t aut co͂tra

5 Couenientia átiqꝝ. ria aut ex contrarijs ſunt.¶Plurimi igit̃ & ceterorũ hucuſq; profecti pœne cõſentiunt: quẽ- 48
admodũ diximus antea.Nã oẽs elementa & ea quę ab ipſis prĩcipia nũcupant: quanq; ſine
rõne tamẽ contraria ponũt: q̃ſi ab ipſa veritate cõpulſi.¶Differunt tñ quia q̃dem priora: q-
differẽtia prima. dam poſteriora:& alij rõne:alij ſenſu notiora accipiũt.Quidam em̃ calidũ frigidũq;.Quidã
humidũ atq; ſiccum.Alij par & impar.Nõnulli concordiã diſcordiãue cauſas generatiõis eẽ 49
2 6 dixerũt.Hęc aũt inter ſeſe dicto differũt modo.¶Quare eadẽ quodãmodo diuerſa quoq; di-
Idem cunt.diuerſa q̃dem:ſicut & plurimis videt̃.Eadem aũt: ſilĩtudine ratiõis:ex eadẽ nanq; ſerie
Couenientia. ſumũt.Contrarioꝝ enim alia cõtinent:alia cõtinent:hoc igitur pacto eodẽ modo diuerſoq;:
& deterius ac melius dicũt.Et q̃dam ratiõe:quidã ſenſu notiora ſumũt:vt antea diximus. Ete
differẽtia Autoritas nim vniuerſale quiddã notius eſt ratiõe.Singulare aũt ſenſu.Rõ nanq; ipſius eſt vniuerſalis:
ſenſus ꝟo pticularis.Veluti magnũ quidẽ & paruũ ratiõe.Rarũ autem & denſum ſenſu ſunt 50
notiora.Patet igitur oportere cõtraria principia rerum eſſe.

Explanatio textus.

¶ Sicut cõmuniter antiqui-ſic & Ariſto.approbat principia eſſe contraria.

¶ I.Principia rerum naturaliũ ſunt cõtraria probatur autoritate antiquoꝝ quorum aliqui frigidũ & calidum/alij par & impar/ alij magnũ & paruũ/ alij litem & amicitiã/ alij plenũ & inane / alij rarum & denſum &c̃.principia ſtatuũt. [Antiqui.]

¶ II.Rõnabilit̃ ita poſuerũt :probat̃ q̃a ſic ſe hñtia q; non fiunt ex alijs nec ex alterutris / & oĩa alia ex ipſis/illa ſunt principia:ſed talia ſunt prima cõtraria.ergo minorẽ probat quia em̃ ſunt prima nõ fiunt ex alijs.& q̃a ſunt cõtraria vnũ nõ fit ex alio.

¶ .III.Quõ fiant oĩa ex contrarijs ratiõe ſcrutandum/& ſupponendo tria primũ.Nam q̃dlibet agit in quodlibet aut patitur. Secundũ non q̃dlibet fit ex quolibet niſi forte peraccidẽs. Tertiũ nõ quodlibet corrũpitur in q̃dlibet niſi per accidens: hoc ꝓbat primo in accidẽtibus, ſcd̃o in mixtis, tertio in artificialibus.

¶ .IIII.Tunc talẽ format rationẽ q; oĩa fiant ex contrarijs/quia oẽ q; fit,fit ex cõtrarijs aut medijs & ſimiliter quod corrũpitur ergo oĩa fiunt ex cõtrarijs,tenet cõſequentia/ q̃a etiã media fiũt ex cõtrarijs.

¶ V.Antiqui philoſophi cõueniũt & differunt.patet q; cõueniunt/q̃a oẽs ponunt principia eſſe cõtraria,q; differãt patet primo q̃a alij poſuerũt principia priora ſcd̃m ſenſum, vt calidum dẽſum/alij ſcd̃m intellectũ vt litem & amicitiã.Secundo quia alij poſuerũt contraria pticularia,vt ſequẽtes ſenſum/alij vniuerſalia vt ſequẽtes intellectũ. [Antiqui.]


¶ VI.Antiqui q̃ſi idem dicũt & quaſi diuerſa,.patet q̃a oẽs volũt principia eſſe cõtraria/& vnũ cõtrariũ melius alio,item q; ſint priora a'ijs.itẽ q; aliq̃ ſint cõtinentia.i.determinãtia/aliqua ꝟo determinata.ideſt cõtenta Sed in hoc differunt q; aliqui ſumunt notiora ſecundũ ſenſum/alij ſcd̃m intellectũ, nam vniuerſale itellectu/ ſingulare ſenſu eſt noti⁹.

Annotatio in textũ.

Antiqui. ¶ Oẽs antiq poſuerũt principia eſſe cõtraria,quãuis hic excipiẽdus Anaxagoras: q res naturales ex ſimilibus nõ ex cõtrarijs conſtituit,vñ ob id eũ reprobat.11.primę philoſophię vt hic meminit Alb. verũ dicere potes ipſum formalia quoq; cõtraria poſuiſſe ſ.cõgregationem & ſegregationẽ. [Anaxag. Ariſto. Albertus]

Auerr. ¶ .I.Obijcit Auerr.quõ Parmenides principia contraria dixerit/cum tñ dixerit vnũ eſſe,ſed ens verũ vnũ poſuit/apparentia plura.Simplicius tñ.3.cœli. refert eũ per vnũ intellexiſſe deũ vt ſup̃ meminim⁹ [Parmeni. Simplici⁹]

¶ I. Democriti ſñiam explicat de atomis ſuis quas & figuratas cõſtituit.cuius differẽtias cõtrarias aſſignat ſ.angulare eſſe & inangulare hoc eſt carẽs angulo ſicut dixit antiquus interpres & Argyrop.trãſtulit angulis conſtans & non conſtans. [Democri. Antiqu⁹ interpres. Argyrop.]



¶ I.Obijcit cõtra Ariſt.Auerroys & dein Venetus, quia rarũ & denſum nõ ſunt contraria cũ coincidãt reſpectu diuerſoꝝ, nec plenũ & vacuũ / quia ſi vnũ cõtrariorum eſt in natura & reliquũ.Reſpondet̃ hic vſurpat cõtrarietatẽ large/non ſtricte/ de q̃ in qõe. [Auerr. Venetus.]

¶ III.Illum textũ cõiter faciũt ꝓbantem tertiã ptẽ minoris ſ.q; oĩa fiant ex ipſis, ſic Burleus.Bruxell. Alber.& alij faciũt,nos ꝟo Themiſtiũ ſecuti p ſuppoſitiones digeſſimus. [Burleus Brux. Albertus Themiſt.]

¶ III.Pro tertia ſuppõe adnotat Com.Corrũpi aliq̃d in aliud primo p ſe/& ſcd̃m accidẽns. primo in ſuã priuationẽ.p ſe i ſuũ cõtrariũ. p accñs in q̃cunq;. [Auerr.]

¶ III.In mixtis ait nos latere noĩa oppoſitoꝝ.Nyphus incõſonans poſuit Argyrop.inconſtructũ,Alia eſt incõuenientia hoĩs / alia leonis nec hñt noĩa ĩpoſita/vtraq; tñ eſt ſui cõtrarij corruptia. (obuia. [Nyphus Argyrop.]

¶ VI.Colligit hic vulgatũ dictum ſenſus eſt ſingularium/Intellectus vniuerſaliũ,ex q̃ diuus Tho. Nyphus & alij eliciũt/nos nõ poſſe intelligere ſingulare,deq̃bus alibi.Cõtra quos tamen facetũ cauillum ꝓferre potes,non em̃ mirũ q; hi alios nõ intelligũt cum nec ſeipſos intelligãt, nam ſi ſeipſos intelligerent/ſingularia intelligerent. [S.Tho. Nyphus]

Explicatio ſcholaſtica.

Q.VI.

An principia rerum naturaliũ ſint cõtraria?

Articulus.I.

¶ Nota.I.Quod p̃ter acceptiones q.1.dinumeratas Ens naturale poteſt adhuc multipl̃r vſurpari.Primo identice ſicut materia & forma, ſunt etem̃ identice natura. Scd̃o Cõtentiue, ſic totũ cõpoſitum dr̃ ens naturale cõtinet em̃ naturas.Tertio Inheſiue,ſic q̃litates rem naturalẽ cõſeruantes ſunt entia naturalia. Quarto Diſpoſitiue,ſic q̃litates preuiæ diſponẽtes materiã ſunt entia naturalia, porro deus & intelligẽtię ac cœlum poſſunt dici entia naturalia effectiue, ſunt etem̃ naturæ naturãtes vt in ſcd̃o dicet̃. Hic loq̃mur de re naturali ſcd̃o mõ et id q̃dem bifariã fieri põt,poteſt em̃ conſiderari vt in fieri/ hoc eſt vt ſtat ſub mutatiõe,alio modo vt in facto eſſe/hoc eſt in-

eſſe conſtituto & quieto.
¶ Nota.II.Principiū ſumit varie, eſt enim aliquod
principiū duratiōis vt in tēpore/ aliud principium
magnitudinis vt in limite, aliud eſt principium
diffiniēdi/aliud eſt principiū doctrinæ vt dignita-
tes/aliud ē principiū cognoſcēdi vt p̄dicamēta &c̄,
Aliud eſt principiū eſſendi aut tranſmutādi: & de il
lo eſt ad ꝓpoſitū,ſed tale principiū quoddā eſt acci
dentale/quoddā ſubſtātiale/& inter ſubſtātialia q̊d
dam eſt intrinſecū/quoddā extrinſecū.de q̄bus lib.2.
hic tm̄ loquimur de principio intrinſeco.Principiū
intrinſecū tamē adhuc eſt duplex,quoddā eſt ꝑ ſe pri-
cipiū/aliud eſt principiū per accn̄s.principiū per ſe ē
quod eſſentiaľr & penetratiue cōcurrit ad conſtitu
tionē rei naturalis, Vn̄ tria requiruntur ad hoc quod
ſint ꝑtes eſſentiales.primo q̊d ipſis circūſcriptis im-
poſſibile ſit totū eſſe.ſecūdo quod ſe penetrēt. id eſt
ſint in eodē loco. eſt em̄ penetratio duorꝫ exiſtentiū
in eodē loco mathematico poſitio. Tertio q̊d vnū
informet aliud, nam quantūcunqꝫ ania mea & cor-
pus eſſent ſimul, & ania nō informaret corpus, tunc
ego non cōſtituerer ex eis.Principiū per accidēs, eſt
quod ita facit ad conſtitutionē intrinſecā rei/quod
eo nō abiecto, totū non fieret: volo dicere in ligno
eſt forma ligni.Ignis cōtendit facere ignem, iā for-
ma ligni eſt principiū peraccidens ignis, niſi em̄ for
ma ligni abijceret a materia ligni, ignis forma non
poſſet introduci,ratio eſt q̄a duę formę ſubſtantia-
les ſpeciuocę nō poſſunt ſe cōpati in eadem materia
Corrolariū,illa eſt diuiſio analogi in ſua analoga-
ta/qm̄ principiū peraccidēs nō eſt principiū intrin-
ſecū.Et ita principiū peraccidens principiat / quādo
deſinit eſſe. Subdiſtinguit poſtea principiū in acti-
uum & paſſiuū &c̄.Sume hanc formulam.

- Principium
  - Rōnis
    - cognitionis.
    - diffinitionis.
    - doctrinæ.
    - probationis.
  - Rei
    - duratione.
    - magnitudie
    - in eſſendo
      - Eſſentiale
        - extrinſecum
          - efficiens.
          - finis.
        - intrinſecū.
¶ Ad.IIII. concedo primũ illatũ, & ad improbationem dico ꝙ principia non fiunt ex alterutris ſicut ex partibus eſſentialibus. Ad confirmationẽ nego animã Eckardi eductã de potentia materię. Ad Ariſt. dico forte ita credidit & falſo, qa cõmuni ſententia negauit creationem, de quo alibi fuſius, aut homo generat.ſ. quo ad ſeminis adminiſtrationem & diſpoſitionẽ, ſed non quo ad formę productionẽ qm̃ illã non generat, ſed creat. Ad aliud dico quod creatio animę reqrit materiã diſpoſitã nõ ſicut cauſam materialẽ animę, ſed hoĩs. Vel melius dic ꝙ requirit materiã non vt cauſam, ſed vt cauſam ſine q̃ non, de quo in ſcdo phyſ. Ad duo ſequẽtia reſpondebimus li.2. de aĩa. Ad aliud dico qꝺ bene locuti ſunt in lumine naturali, ſed non ſunt aſſecuti veritatem luminis naturalis. Vnde in hoc verũ dixerunt naturaliter ꝙ omne quod fit, fit ex ſubiecto preſuppoſito, ſed non dixerunt in hoc verũ in lumine naturali. Ad aliud nego qꝺ intellectio nõ fit ex ſubiecto preſuppoſito, quia fit ex aĩa, quę eſt ſubiectũ intellectionis. De hoſtia cõſecrata Theologi negãt ꝙ ignis ibi ꝓducat calorẽ ſed deus, & ille nõ reqrit ſubiectũ, vide diſ.xij. quarti, eſt vltra crepidã. Ad vltimũ dico vel dicis materiã fieri ſubiectiue, ſ c non requirit ſubiectũ aliud, vt patet ex reſponſione ad dubiũ, quia dubiũ reſtringit̃ ad factionẽ terminatiuam aut totalitatiuã, aut intelligis materiã fieri terminatiue, & tunc nego qꝺ naturalit̃ fieri poſſit, qm̃ ipſa eſt ingenerabilis. Sed bene poteſt fieri ſupernaturaliter, ſicut etiã factũ eſt ab initio mũdi, ſed tũc deus non fecit eam ex ſubiecto preſuppoſito. Ariſto.

De materia & priuatione in ſpeciali & errore antiquorum. Cap.VII.

69 Natura aũt ea que ſubijcit̃, ſimilitudine ratiõis ſub ſcientiã cadit, nam vt ad ſtatuã æs aut ad lecticã lignũ, aut ad aliquid aliud eorũ que formã habent materies atq; informe ſeſe habet anteq̃ ſuſcipiat formã, ſic ad ſubſtantiã, & hoc aliquid atq; id quod eſt hec ſeſe habere videt̃, vnũ igit̃ hec principiũ eſt. ¶ Non tamen eſt vnũ, neq; ens, perinde atq; hoc aliquid. Vnũ etiã principiũ eſt ratio & inſuper id, qꝺ 1 Cõcluſio. 2 Cõcluſio

70 eſt cõtrariũ huic ipſa inq̃ priuatio. ¶ Hec aũt quo nã pacto duo ſint atq; plura, paulo antea diximus. Primũ igit̃ dictũ eſt, cõtraria ſolũ principia eſſe, deinde neceſſariũ eſſe quoddã etiam aliud ſubijci, triaq; eſſe. Ex ijſce vero que nũc diximus patet quenã eſt differentia cõtrariorũ, & quomodo principia ſe habẽt, & qd eſt ipſum ſubiectũ. Sed vtrũ forma ſubſtantia ſit an ſubiectũ, nondũ emerſit. Patet tñ tria principia rerũ eſſe, & quo nã pacto, atq; quis ipſorũ 3 Epilogus

71 ſit modus. Quot igit̃ & quę ſint prĩcipia rerũ ex ijſce quas diximus ſit perſpectũ. ¶ Poſt hęc aũt & dubitationẽ veterũ vnice hoc pacto ſolui dicamus. Primi nanq; philoſophi veritatem atq; naturam eorum quę ſunt querentes, exorbitarunt quaſi ad aliam viam quandam a ruditate depulſi. Atq; aſſerunt, neq; fieri quicquam eorum quæ ſunt, neq; corrumpi, propterea quod neceſſe eſt quidẽ omne quod fit, aut ex ente aut e non ente fieri generariq;. Neutrum autem eſſe poteſt: Neq; enim fit id quod eſt. Iam enim eſt, & ex non ente nihil fieri poteſt. Aliquid enim ſubijciatur oportet, Atq; hoc pacto id qꝺ deinceps accidit augentes: neq; 4 Ratio antiquorũ. Auxeſis rationis.

72 multa inquiũt eſſe: Sed ſolũ ipſum quod eſt, Illa igitur ob ea quę dicta ſunt: hãc habuerũt opi

73 nionem. ¶ Nos aũt vno qdẽ modo: nihil inter hęc dicimus intereſſe: ex ente inquã aut e nõ ente fieri: & id quod nõ eſt aut quod eſt agere quippiam aut pati: aut quoduis hoc fieri: & me 5 Simile Diſtinctio

74 dicum agere quippiam aut pati: aut e medico aliquid eſſe aut oriri. Quare cum id dicatur dupliciter: patet & ex ente fieri: aut id quod eſt agere: aut pati: duobus modis identidem dici. Ædificat igitur medicus: nõ vt eſt medicus: ſed vt ędificator. & albus fit: non hoc ſane quo medicus eſt: ſed quo niger. Medetur aũt & medicinam amittit: quo medicus eſt, Atq; cum ma

xime ipſum medicũ agere qppiã:aut pati dicamus:vel e medico fieri,ſi illud agat vel patiaꝛ
vt medicus:patet & hoc,e nõ ente inq; fieri id ſignificare vt nõ ens eſt.Qd' qdẽ cũ nõ diſtin
6 xiſſent illi,longe a veritate ſemoti ſunt,& ob ignoratiõnẽ hãc adeo inſuper ignorarũt,vt ni
Solutio hil fieri ꝓrſus,neq; ceterorũ qcq; eſſe arbitrarenꝛ,ſed oẽm tollerent generationẽ.¶Nos aũt 75
prima & ipſi dicim⁹ nihil qdẽ fieri ſimpliciꝛ ex nõ ente tñ ex nõ ente ꝑ accidẽs fieri.Ex priuatiõe
membrũ enĩ q̃ eſt ꝑ ſe nõ ens:& q̃ nõ ineſt fieri dicimus.Afficiꝛ itaq; id admiratiõe.Ac ĩpoſſibile eſſe
primum. Membrũ videꝛ:ex nõ ente fieri.Similiꝛ aũt neq; ex eo qd' eſt,neq; id qd' eſt fieri niſi ꝑ accidẽs.Sic aũt 76
ſecundũ. & hoc fieri dicim⁹ eodẽ mõ:ceu ſi animal ex animali fieret,& aliqd' animal ex qpiã aĩali:vt
ſi canis ex quo fieret.Etenim canis nõ ſolum ex animali quodam ſed ex animali etiam fieret.
Sed nõ vt eſt aĩal:iã em̃ idipm eſt.Si vo qppiã emerſum eſt aĩal:nõ ꝑ accidẽs:nõ erit ex aĩali
Cõcluſio Et ſi qd ens orieꝛ:nõ ex ente:neq; e nõ ente fiet dictũ eſt em̃ qd ſignificat e nõ ente fieri eo 77
illius ſolu nãq; pacto q̃ eſt nõ ens.Inſup neq; hoc eſſe inq; oĩe aut nõ eſſe tollim⁹.Is igiꝛ vn⁹ eſt modus
tionis 7 ſolutiõis.¶Alius aũt eſt ꝑ potẽtiã atq; actũ.Dici aũt hęc pñt potẽtia atq; actu:hoc aũt aliis in 78
Solutio locis exacte magis determinauimus.Quare vt dicebam⁹ dubitatiões illę ſoluunꝛ,ob q̃s q̃dã
ſecunda. eoꝝ q̃ dicta ſunt cõpulſi tollũt antiq,ob hoc em̃ tm̃ exorbitarũt:ab ea via: q̃ ad generationẽ
corruptionẽue atq; oĩno mutationẽ accedeꝛ, hęc enĩ natura ſi viſa fuiſſet: oẽm hanc ipſoꝝ
8 ignorationẽ vtiq; diſſoluiſſet.¶Ipſam igiꝛ & alii qdã ſed nõ ſufficienꝛ vtiq; tetigere.Primũ 79
Error antiquorũ. em̃ ex non ente ſimpliciter aliquid fieri atq; oriri fatenꝛ,ea ſane ratiõe qua parmenidẽ recte
Primus. dicere arbitranꝛ.Deinde ſi eſt vna numero:& vna ſolum potentia ipſis eſſe videtur.Hoc aũt
Secundus plurimũ ſane differt.Nos em̃ materiam priuationemue,diuerſa dicimus eſſe:atq; materiam
Differentia prima quidem:non ens eſſe per accidens priuationem vero per ſe cenſemus.Et illam quidem:pro-
pe atq; quodammodo ſubſtantiam:priuationẽ vero ſubſtantiam nullo modo eſſe aſſerimus. 80
Differentia ſcda. ¶At illi,id quod non eſt:magnũ paruũq; ſimiliter inquiunt eſſe:aut vtrumq; ſimul:aut vtrũ-
9 q; ſeorſum.Quare modus hic trinitatis diuerſus ab illo penitus eſt:hucuſq; nanq; progreſ-
Platonis ſi ſunt:vt aliquã naturam oportere ſubiici dicant:hanc tamen vnam faciunt.Nam & ſi quidã
trinitas. dualitatem facit:magnũ & paruũ ipſam appellans:nihilominus tamen idem facit:alteram de
Materia ſpexit,Etenim materies quidem permanẽs:vna cũ forma cauſa eſt eorũ quę em̃ fiunt perinde
Platonis. ac mater.At cõtrarietatis altera pars:nec eſſe omnino perſępe ei videbiꝛ:qui mente ipſius ma
Rõ mouens Platonem. leficiũ intueꝛ.¶Nam cum ſit quoddam diuinũ & bonũ ac appetibile:alterum ipſi cõtrariũ 81
eſſe dicimus:alterũ ſuapte natura affectat:atq; appetit ipſum.Illis aũt euenit vt contrariũ in-
10 teritum appetat ſuũ:& tamen fieri nequit vt aut forma ſeipſam appetat:quippe cũ non indi-
Cõcluſio geat ſui:aut contrariũ:cum contraria mutuo ſeipſa corrumpant:Sed hoc eſt materia:perinde
cõtra Platonem appetens illud:atq; ſi fœmina marem & turpe appetat pulchrũ.Verũ nõ eſt per ſe ſed per ac-
Forma cidens turpe nec per ſe fœmina ſed per accidens.¶At vero tum corrumpiꝛ atq; gignitur: 82
autoritas tum neq; fit neq; corrumpiꝛ.Nam vt eſt quidem id in quo:per ſe corrumpiꝛ.Id em̃ quod cor-
11 rumpitur in hoc eſt:ipſa inquã priuatio.At ſuapte potentia:nõ per ſe Sed nec occidat nec ori
Cõcluſio. atur neceſſe eſt.Nam ſi gignitur ſubiiciaꝛ aliquid primum oportet.Ex quo hoc pacto naſce-
tur vt inſit in ipſa hoc aũt eſt ipſius natura.Quare fit vt ſit antea q; ſit orta.¶Etenim materiã
12 id dico:quod primum eſt vniuſcuiuſq; ſubiectũ e quo quippiam eo ſit pacto:vt non per acci
Diffinitio materiæ. dens inſit.Si corrumpitur:ad hoc vltimũ ſane proficiſceꝛ.Quare erit corrupta ante q; ſit cor-
rupta.¶De principio vero formali:Vtrũ vnũ ſit an plura:& quodnam ſit:aut quę ſint primę 83
Corolm. philoſophię diligenter exquiſiteq; officiũ eſt determinare ac pertractare.Quare hęc cõtem
platio illo in tempore reſerueꝛ.De naturalibus vero formis quę oriunꝛ ac occidunt:in hiſce
13 quę poſteri⁹ oſtendenꝛ dicem⁹ ac pertractabimus.Hoc igiꝛ pacto ſunt hęc a nobis determi-
Remiſſio nata prĩcipia inquã eſſe:& quę nã:& q̃t nũero ſint.Rurſus aũt alio principio ſumpto dicam⁹.
Epilogus,

Explanatio textus.

¶Tollit ſentẽtias erroneas cũ rõib⁹ antiquoꝝ,& qd de priuatiõe & materia ſentiendũ ꝓponit.

I.Materia prĩa eſt ſcibilis ſcdm ꝓportionẽ ad formã & tranſmutationẽ artificialẽ declarat exemplis

II.Materia prima nõ eſt ens vt hoc aliqd,i.ſicut totũ cõpoſitũ,ſed eſt principiũ entis & eſt vnũ,ſicut forma eſt vna & priuatio eſt vna,ſeqtur q; differt a materia artificialiũ,quę eſt hoc aliquid.

III.Epilogum facit dictorũ de principiis

IIII.Antiq dicentes materiã ſolũ eſſe,errabãt & negabant generationẽ,huic innixi rõni,qa ſi aliqd fieret ſimpliciter,aut fieret ex ente aut nõ ex ente,Nõ ex ente,qa ſic eſſet antequã fieret,nec ex ente qa ex nihilo nihil fit,Ex quo ſequitur tantũ vnum eſſe,& nõ multa.¶V.Sicut diſtinguimus medicũ aliqd facere,ita etiã diſtinguam⁹ aliqd fieri ex ente vel nõ ente,Sed medic⁹ aliqd facit per ſe,vt medicus per ſe medeꝛ,aliqd facit per accidens,vt medic⁹ ꝑ accidens ędificat,Siꝛ diſtinguatur aliqd fieri ex nõ ente,q; antiq ignorauerũt iõ gñatõem negauerũt

VI, Ratio antiquorũ ſoluit̃ primo q̃a ex nõ ente ſimpliciter nihil fit.ſed ex non ente per accidens fit aliquid ex materia, Et etiam non ex ente per ſe fit aliquid: nõ ſicut ex ſubiecto,ſed ſicut e termino a quo: Similiter ex ente p ſe nõ fit ens,ſed ex ente p accidens ,ſ.materia: ſicut ſi animal ex animali fieret &c̃ .et ita docet diſtinguere de ente et non ente addit tñ ſe per hoc nõ tollere an aliquid fieri poſſit ex omni ente: aut ex omni non ente.

VII.Solutio ſcd̃a eſt q aliq̃d fit ex nõ ente in actu & ente in potẽtia vt in metaphyſ.patet antiqui negabant ſuperiora: quia neſcierunt diſtinguere inter actum & potentiã: & ſic deuiabant a via generationis rerũ: quia ignorarunt ens in actu & potentia.

VIII.Antiqui qui materiam tetigerunt: fuerunt inſufficientes in duobus: primo quia propter rõnem parmenidis conceſſerunt aliquid fieri ex non ente ſcd̃o quia nõ diſtinguebant inter materiam & priuationem: Contra Ariſt.dixit materiã nõ ens eſſe p accidens: priuationẽ per ſe: Materiã quodãmodo ſubſtantiam ſed priuationem nullatenus,

Parmen. Ariſto.

VIIII, Plato etiã aliam poſuit trinitatem principiorũ quã Ariſt.poſuit em̃ magnum & paruũ p materia: & ideam pro forma: tñ deſpexit priuationem quod propterea fecit quia materia maneret in genito: priuatio nõ: quę in maleficiũ machinatur,

Plato. Ariſto.

X, Priuatio nõ eſt extra principia rerũ: pbat̃: Nam inter principia eſt quoddam diuinũ appetibile & optimũ & aliud eſt q appetit: & aliud: primo contrarium: & cũ forma nõ appetat ſeipſam: nec appetat cõtrariũ: ſequit̃ q materia appetat formã ſicut fœmina virũ: nõ em̃ poteſt materia eſſe ſine forma: ergo appetit eam: ſi ea priuatur,

XI.Quamuis materia ſit generabilis & corruptibilis per accidens: tñ neutrũ horum eſt per ſe : pbatur quia per accidẽs corrumpitur quatenus priuatio in ea corrumpitur: ſcd̃a pars pbat̃ quia ſi generaretur materia: ergo fieret ex ſubiecto & materia: ſed haec eſt eius natura: ergo eſſet antequam eſſet,

XII, Materia eſt ſubiectũ primũ ex quo aliquid fit cum inſit non ſecundũ accidens: & ſi aliquid corrũpitur in hoc abibit vltimũ: Corollariũ ergo materia eſt incorruptibilis : qm̃ quod corrumpitur: corrumpitur in materiã: ergo ipſa corrupta corrumperetur in ſe ipſam.

XIII ,De forma dicturi ſumus in metaphyſica , & de formis rerum naturaliũ in libris ſequẽtibus, De principijs hactenus dixiſſe ſufficiat.

Annotatio in textum.

Ariſto. ¶ Vbique Ariſt.mirificũ ſuum ingenium declarat: Genus em̃ philoſophandi ei⁹ peculiare fuit (vt Themiſtius teſtatur:) quo antiquorũ obſcuritates in pſpicuam quandã tranſtulit & propriã expoſitionẽ Vim quoq probationibus ac ſyllogiſmis adiecit: hoc Platone excellentior, q rationes apertius illuſtriuſq inducit,quodq earum principia a ſenſu & euidẽtib⁹ rõnib⁹ ſumit.Quod etſi vbique declaret, ſed & hoc quoq loco perſpicuũ facit vbi rõnem,in qua tot annis antiqui laborarũt,& quę in tot errores eos impulit tã breuibus & rotundis verbis euidentiſſime diluit. ac ad ſolutiones datas. exemplis familiaribus manuducit.

Themiſti Plato

Gellius. Argyrop. I.Materia per analogiam eſt ſcibilis Gellius interpretatus eſt ανάλογιαν. id eſt proportionẽ, Argyropilus ſimilitudinẽ rationis,eſt em̃ aliqua ſimilitudo materię in artificiali generatiõe & naturali.

Auerr. 4.Auerr.ſubfulciendo rationem antiquorũ,eam inſtruxit contra Chriſtianos,quibus fuit inimiciſſimus, Mahumeticus em̃ fuit vt paſſim apud eũ reperies: maxime ſcd̃o cœli quã diu ſecta illa floruerit meminit, Ratiotionabat̃ autẽ ſic.Si ex nihilo ſimpliciter aliquid fieret, tũc aliquid poſſet habere diſpoſitionẽ quã pri⁹ nõ habuit nec actu nec potẽtia ſed hoc eſt impoſſibile ergo.At reſpondent catholici,illud quod creatur prius fuiſſe in potentia,non poſſibilitate materię,ſed poſſibilitate agẽtis, quod quia virtualiter continet omnẽ creaturã poſſibilem: ideo potens eſt eã pducere, nullo pſuppoſito.

6.Materia dicitur nõ ens per accidẽs.i.ex adiuncto ſ.ex priuatione: quę eſt non ens per ſe,& ſic etiã dicit̃ corrũpi p accidens.i.ex adiuncta priuatiõe :quę adueniente forma corrũpitur per ſe, Parrh. ſic amphora dicit̃ corrumpi pter vinũ putre ait, Them.

Themiſt. 6. Themiſt.ait ex priuatiõe quę eſt per ſe nõ ens nõ fieri aliquid quatenus ſubſiſtit,quod intellige quatenus ſubiectũ,qm̃ ipſa nõ eſt priuatio, ſed terminus equo.

Plato 9.Plato poſuit aliã trinitatem quã Ariſt.ſ.magnum paruũ & ideam,quamuis dixerit magnũ & paruũ eſſe idem in re.

Explicatio ſcholaſtica.

Q.VIII.

An materia ſit ens: in actu vel potentia: a forma & priuatione diſtinctum.

Nota primo: Materiam accipi plurib⁹ modis. Primo capitur pro omni ſubiecto, & ſic anima eſt materia.i.ſubiectum ſcientię, & dicit̃ materia in qua, ſcd̃o vſurpatur pro omni eo quod obijcitur alicui: ſic dicimus illa eſt materia pñtis libri, illa eſt materia pro martialibus, & dicit̃ materia circa quã. Tertio dicitur materia res circa quã artifex operat̃ , vt aurũ materia cyphi.lignum parietis, Quarto vſurpatur pro principio eſſentiali rei naturalis paſſiuo & ſubiectiuo, Et de illa loquimur hic, ¶ Ea autem eſt duplex, Prima.ſ.et ſecunda.Prima eſt materia in ſe nude & abſolute cõſiderata in eſſentia ſua,ea tũc in pdicamẽto ſubſtantię collocat̃, Scd̃a materia eſt eadem materia cũ qualitatibus aut formis conſiderata, vnde ſic materia eſt quaſi veſtita, & terminus eam repreſentans eſt in ſcd̃a ſpecie qualitatis,Corollarium in re eadẽ eſt materia prima & ſecũda diuerſimode cõſiderata vt bñ adnotauit Vueſalia.Corollarium ea quę attribuunt̃ materię ſunt frequẽter intelligenda de materia prima.ſ.quod ſit indifferens ad omnem formã,quod ſit ſubiectum primũ vniuſcuiuſq,quod ſit ens in potentia &c̃.Corollariũ nõ fruſtratoria eſt illa poſitio,qm̃ multa attribuuntur materię,quę nõ competunt ei vt eſt qualitatibus affecta: ideo ad materiã primã recurrendũ eſt.Corollarium non ergo laudandus eſt Vſingius,qui nõdum inuenit ad quid haec diuiſio conducat, ita ait in ſuo paruulo.Corollariũ neq noſtrũ Sintzelium, dicentem in veritate nullã materiam primã exiſtere.Corollarium Nõ ergo accipimus quod ipſi materiam naturaliũ vocant primã, & artificialiũ ſecundam.

Vſingẽ.

¶ Adde poſtremo quod intellectus intelligens materiam primã nõ eſt falſus,licet em̃ ipſam ſine for

mis eſſe ſit impoſſibile natura:tñ intellectus intelli
gens eã ſine formis nõ falſe intelligit,ſecus ſi intel
ligeret eã eſſe ſine formis:rõnem vide in logica.
Nota ſecundo.Materię diffinitionẽ ſic intelligi,
Materia,ſ. prima eſt ſubiectum primũ.ſ. originale
vniuſcuiuſq̧.ſ.forme p̱ ĩdifferentiã:ex quo.ſ.tanq̃
ex ſubiecto:aliquid.ſ.totũ vel forma:fit per ſe.i.tan
quã ex parte eſſentiali:Et nõ ſecundũ accidens. poni
tur declaratiue.Et ſi quid corrumpit̃ &c̃.i.corrum-
pendũ corrumpit̃ in materiã ſicut fit ex ea: & ma-
teria eſt vltimũ in reſolutione:ſicut eſt primũ in cõ
poſitiõe,Vnde ſubiectũ phyſice eſt illud qđ aliquid
in ſe recipit,Subiectũ vero primũ eſt quod in ſe ali-
quid recipit & a nullo recipitur:ita diffiniebat. M.
Bñdict⁹ farner. Benedictus mihi adhuc puero: quãuis non ignorem
alios interpretari principiũ,i.principale: Iſenachi-
Iſenachi. us & Vſingius ambo interpretantur ex pro in: at
Vſinger. plus aliquid denotari illa vocula ex quã in:ſatis ex
dubio de ſubiecto pręſuppoſito patuit.¶Vnde ma
terię ſic ſumptę plures aſſignant̃ conditiones.
Auguſt. libro cõfeſſionum I.Eſt ens poſitiuũ:licet em̃ ſit ꝓpe nihil vt ait Au-
guſti.in genere ſubſtantiarũ:tñ plus habet de entita
te quã nullũ accidens vt arti.3.
Sco. diſt. 12.ſecundi II. Materia eſt in potentia ſubiectiua: quia recipit
formam & eam ſuſtentat.
III.Materia eſt appetitiua formę ſicut fœmina vi-
ri de quo arti.3.
IIII. Eadem eſt materia in oĩbus generabilibus &
corruptibilibus:nõ quidẽ in numero,ſed in ſpecie.
V, Materia nõ poteſt ſtare nuda Intellige natura-
liter:cum em̃ in ſe rudis ſit & informis, per formã
perficitur,diſtinguitur, & in varias figuras format̃,
VI. Materia eſt Mater formarũ, ex ipſa em̃ tanq̃
ex vtero omnes formę naturales prodeunt.
VII. Materia nullius eſt actiuitatis:quia vt videbi
tur eſt pura potentia:bene tñ aliquid cauſat vt pri
cipium paſſiuum.
VIII. Materia eſt minimę entitatis.ſ.inter ſubſtan
Auguſt. tias Auguſt.materia eſt prope nihil.
VIIII . Materia eſt ingñabilis & incorruptibilis,
Ariſto. & ita ſcđm Ariſt.ęterna:apđ catholicos ꝟo eſt crea
ta:eſt em̃ vnũ đ quattuor coęqueuis:quę ſunt ſcđm
Damaſce. Damaſ.Angelus,cœlũ:Materia:Tempus:vt eſt du-
ratio.Quõ ſit pura potentia poſterius videbitur.
Albertus Nota.III.Materiam varia ſortiri noĩa apud ethni-
Sanſo cos & catholicos, Nam vt Hiero. Super epiſtolã ad
de ſenis. Hebręos ait, in formem materiã quam gręci hylen
Hieroni. chaoſq̧ vocauerunt, Moyſes abyſſum dicit,habet
Greci. ergo tria noĩa Gen̄.1.appellat̃ em̃ primo terra, quę
Moyſes erat inanis & vacua,i, informis:dein appellat̃ abyſ
ſus,tertio aqua:ſunt etenim tres cõditiones mate-
rię in ſe.ſ.informitas,confuſio,fluxibilitas ſub di-
uerſis formis.rõe primi terra,ſcđi abyſſus, tertij aq̃
Moſes nominat̃, Priuationẽ Moſes dixit tenebras,formã
Picus. lucẽ,vide elegantiſſime Picũ in Heptaplo, ¶Apud
ethnicos dicit̃ Materia.Hyle chaos:Maſſa: Sylua.ele
mentũ &c̃.vt Albert⁹ poſt Auicennã in ſufficiẽtia
Albertus. ſua exponit.ὕλη.dicitur.i. ſylua qm̃ vt Platonici
Auicenna dicunt ipſa indeterminata exiſtens eſt dolabilis per
qualitatiuas diſpoſitiones ad omne artificiũ natu-
rale, Sic Empedocles vocauit mixtũ in quo eſſent
Empedo. capita ſine ceruice:qm̃ formę ſunt in potentia ma-
terię,ad quas nondũ habet diſpoſitiões introducto

rias.Subiectũ dicitur qm̃ ſubſtat vel ſubijcitur For-
mę,Fundamentũ naturę:quia accidentia partim in
forma:forma aũt & accidentia in materia ſuſten-
tantur,χάοσ chaos a cõfuſione & indeterminatiõe
dicit̃, qm̃ indifferẽs ſit ad illam vel aliam formam:
Sicut Maſſa Figuli in varias deducitur formas , Sic
& elementũ dicitur qa eſt primũ in cõpoſitiõne &
vltimũ in reſolutione:Mater formarũ dicit̃ & fœ-
mina per metaphorã: Indiget em̃ fœmina maſculo
mouente vt pariat, Sic materia nõ gignit totũ,niſi
prius fuerit fœcunda forma.
Nota.IIII. Potentiã eſſe duplicem .ſ. Subiectiuã
& obiectiuã, & dimittendo eo modo quo diffinit.
Sco . diſ.12.ſecundi dicamus cũ lichero ibi, & Gra- Scotus.
tiano.Potentia obiectiua eſt res quę non eſt, & po Licherus.
teſt eſſe ſicut anima antichriſti potentia appellabã Gratian⁹
ego illam potentiã:potentiã eſſendi ſeu potentiam
ad eſſe , qua aliquid nõ eſt, ſed habet poſſibile eſſe,
Dicit̃ aũt obiectiua qđ obijcitur actiõi per q̃ de po
tentia producitur ad eſſe . ¶ Potentia ſubiectiua
eſt qua aliquid natum eſt ſubijci et recipere aliquid
Sic anima infantis eſt in potentia ſubiectiua ad ſci
entiam ipſa vero ſcientia eſt in potentia obiectiua,
Iõ Ni.de orbellis primã potentiã appellat id ꝙ po- Orbellis.
tentia:& ſecundã nominat ſubiectũ potentię. Ter-
tio dicitur aliquid eſſe in potentia ſcđm Saxonẽ:
quia eſt pars alicuius qđ eſt per ſe hoc aliquid: & p̱
ſeparationẽ ab eo fit hoc aliqd p̱ ſe, ſicut partes cõ-
tinui, quę ſeparatę per ſe ſunt hoc aliquid, ¶ Per op Saxo.
poſitũ ens in actu dicitur bifariam. Vnomodo vt
actus diuidit ens.ix.metaph. Bruxel.dicit actũ enti
tatiuũ, & ſic om̄e quod eſt extra cãm ſuã dicit̃ act⁹: Bruxell.
quia actu eſt, ita qđ nõ eſt nihil, Recentiores appel- Ocham.c.
lant actũ pręſentię.Secũdo aliquid dicit̃ eſſe in actu 14. prime
formali,ſi tanquã actus recept⁹, diſtinguens, & actu partis.
ans ſicut loquit̃ p.vij,metaph.Iuniores dicunt, aliqd
eſſe in actu formali: quia ſit forma, vel ens habens Ariſto.
formã tanquã partem eſſentialẽ rei, Et ſic materia
nõ eſt ens in actu, vide Vſingiũ Vueſaliã & Sintze
lium, Sed hoc pacto deus nõ eſſet ens in actu, Meli⁹ Vſinger.
ego dicere ſolitus erã, cũ phyſica traderẽ, Act⁹ vſur- Vueſalia
patur vnomodo pro eo qđ actu eſt, & ſic omnis res Sintzel.
mundi eſt actus, Scđo pro eo quod actuat forman-
do vel informando ſeu efficiendo, & ex oppoſito,
ens in potẽtia dicitur primo ꝙ nõ eſt, vt nihil, ſcđo
quod eſt formabile dixi tunc Materia prima eſt ens
in pura potentia ſcđo modo, quia recipit & a nul- 1
lo recipitur, eſt etenim ſubiectũ primũ, Deus aũt eſt 2
puriſſimus actus, quia cũ om̃ia formet vt efficiens,
nihil omnino tñ recipit in ſe quod ipſum formet.
Anima aũt eſt act⁹ & potentia, & neutrũ pure, actu
at em̃ & format materiã & totũ cõpoſitũ, ſed rur-
ſus actuatur & formatur accidentibus.

Actus	purus	deus
	mixtim	anima
Potentia	pura	materia.

Articulus,II.

Concluſio.I.Materia quę actu eſt, actu pręſentiæ
eſt in pura potentia ſubiectiua & recipiendi, primũ
deducit Saxo per plures cõcluſiones, Buridanus af- Saxo.
fectant̃ logice probat, oſtenditur cõpendio p̱ Sco. Buridan⁹
quia materia eſt principium rei naturalis.1.phyſ.& Scotus.
eſt cauſa per ſe .2.phyſ.&.5. Metaph.eſt pars alicui⁹ Ariſto.

compoſiti.6. metaphyſ.eſt fundamentũ formarũ.i.
Auguſti. metaphyſ.eſt per ſe ſubiectũ mutationũ ſubſtantia-
lium.5.phyſ.Et eſt terminus creatiõis ſecundũ Aug.
fecisti vnũ prope nihil.ergo eſt ens in actu,ita ꝙ nõ
eſt in potentia obiectiua.Scđa pars ꝓbaꝉ q̃a quan-
to aliquid habet minus de actu,tanto magis eſt in
potentia.& quia materia eſt receptiua oĩm forma-
rũ tam ſubſtantialiũ quã accidentalium mediate vel
Ariſtot. immediate: ideo maxime eſt in potentia reſpectu
earũ:quare & per Ariſto.7.metaphyſ.diffinitur per
Aegidius eſſe in potentia.

Concluſio.II.Materia intrinſece abſolute & per
ſe eſt talis entitas, quare illud eſſe qđ abſolute eſt
non accipit a forma,ſed accepit a deo per creatio-
nem,ꝓbatur quia materia eſt ſubſtantia.2. de ani-
Themiſt. ma,& ita ẽ ꝓpria entitas abſoluta ſcđo ꝑ Themiſ.
primo huius in quadam digreſſione dicentẽ,mate-
riam poſſe cõſiderari in ſe, aut in comparatione ad
aliud, Materia in ſe ad ſuã eſſentiam conſtituendã
nõ indiget potentia,nec potentia in ſimplici ratio
ne materię includiꝉ:ſed primũ res quędam eſt in ſe,
& exiſtit in actu,Sed cõparata ad formam includit
potentiam,vide totã digreſſionẽ quę huc conducit
Cõment. poſita poſt Com,numero.61. Ratione illud proba
tur,quia tunc ſequereꝉ nõ eſſe eandem materiã nu-
mero in genito & corrupto, quod eſt contra omẽs
peripatheticos,nõ enim eſſet idem ſubiectũ ante &
poſt tranſmutationẽ,Sequela probaꝉ, quia mate-
ria ſecundũ diuerſarios opinatores habet eſſe a for-
ma,ideo alia forma dat aliud eſſe ſaltem numerale,
& ita forma precedens dedit eſſe materię,& forma
ſequens dabit aliud eſſe,& ita nõ erit eadem mate
ria numero.Preterea ſequereꝉ materiam eſſe corru-
ptibilem,probaꝉ quia ab illa forma habet eſſe:& ea
corrupta nõ habet eſſe ab ea,ſed perdit illud eſſe, er
go corrumpitur, Item materia eſt prior forma ſe-
cundũ peripatheticos,ergo nõ accipit eſſe a forma,
tenet cõſequentia quia imaginatio nõ capit,ꝙ ali-
quid capiat eſſe ab eo quo eſt prius,vide alias ratio
Scotus nes per doct.Scotũ.Bach.Arim.Gabriel,& alios,di.
Bacho: xij.ſcđi Contra Thomam,
Arim.
Gabriel. Cõcluſio.III.In philoſophia naturę materia nõ
poteſt eſſe ſine forma,In philoſophia vero fidei de
us poteſt ſeparare omnẽ formam a materia, ita qđ
Ariſto. materia ſtet nuda,prior pars patet vbiqꝫ apud Ari-
ſto.corruptio enim vnius eſt generatio alterius,al-
tera pars patet de materia illa informi creata ab in
Auguſt. itio mundi,quę fuit informis,adhuc tamen ſubſi-
ſtebat:& ita Auguſt.ait vtiqꝫ aliquid nõ formatum
Moyſes eſſe põt,hoc deſignauit Moyſes Gẽ.1.terra erat in
Auguſt. anis & vacua,aut vt alia tranſlatio habet,inuiſibi
lis & incompoſita/quid ſenſerit A.Auguſt.vide li-
Thomas bro de Geneſi con.Manich.&.12.Confeſſionum Ra
Tho.Anglicus. tiones non adduco,q̃a ſunt theologicę,deus poteſt
abſoluta diſtincta ſeparare & ſeparatim cõſeruare
Sueſſa. vide eas in prẽnominatis doctoribus, verũ eſt diu⁹
Caieta. Tho.tenet oppoſitũ par.1.q.66.art.1.& quidã Tho.
Lichetus Anglicus, Ratiões Sueſſę. & Caietani amarulentas
Trombe. diluit Lichet⁹ diſt.12.ſecundi vbi Trombettam cõ
Eckius tra illos defendit. ¶ Conducit iſta concluſio,quõ
Thom.de Corpus chriſti in triduo nullã formã ſubſtantialem
Argent. habuerit,de quo in ſingularibus Theologię,Moti-
Marſi. ua Thomę de Argentina in cõtrariũ ſoluit Marſi-

q.8.ſecundi.

Articulus.III.

Dubiũ.I.An materia ſit in potẽtia ad formã.

¶ Premitto.I. Formã multifariam accipi (vt hinc
ordiamur) etiam in phyſica, Primo forma capiꝉ ꝓ
cuiuſqꝫ rei habitudine ſeu quidditate,hoc metaphy
ſicũ ſapit, Scđo pro re quę poſt tranſmutationẽ eſt
talis q̃lis prius nõ fuit, Sic dicimus figurã ſtatuę vel
domus eſſe formã artificialem, Tertio vſurpaꝉ gene
ratim pro ente diſtincto a materia & toto cõpo-
ſito:& tunc duplex eſt.ſ.Aſſiſtens & informans. Aſ
ſiſtẽs quę nõ facit cũ materia vnũ ꝑ ſe, ſed ei aſſiſtit
ſicut motor mobili, Sic intelligentię dicunꝉ for- Ariſto.
mę quia aſſiſtũt orbibus,credidit em̃ Ariſto.cœlos
moueri ab intelligentijs quas nos angelos dicimus
ſic deus eſt forma formarũ,vide in noſtra Theolo
gia negatiua,Illa eſt forma foris manẽs. Informãs Eckius
forma quę actuat ſubiectum, quarũ vna eſt ſubſtan
tialis,alia accidentalis, Subſtantialis dat eſſe ſim-
pliciter,Accidentalis dat eſſe ſecundũ quid.Subſtã-
tialis facit vnũ per ſe,accidentalis vnũ per accidens
vt anima,facit,vnũ per ſe cũ corpore, & facit vnũ
per accidens cũ ſcientia.vide de his Saxonẽ pulchre Saxo.
q,xvij.primi.

Forma 1 { Naturalis 2 { Aſſiſtens / Informãs 3 { Subſtantialis / Accidentalis } } / Artificialis }

¶ Premitto.II.Ariſt.hic nõ ꝓſequi determinatio Ariſto.
nem de forma,Eam tamen circũloquitur ꝑ aliquid
quod loco diffinitionis vſurpatum eſt.ſ.Forma eſt
quoddã diuinũ optimũ & appetibile. Eſt enim for
ma altera pars cõpoſiti,quoddã diuinũ per aſſimila
tionem,eſt etenim actus, quorũ omniũ puriſſimus
eſt deus.Eſt & optimũ inter principia rerum natu-
ralium,& eſt appetibile a materia,ſicut perfectio a
ſuo perfectibili. Putatur quoqꝫ illam diffiniuiſſe
Ariſt.in ſcđo phyſ.dum ait forma eſt quę dat eſſe rei Ariſto.
quã ſic accipimus,Forma.ſ.ſubſtantialis informans
eſt quę dat eſſe.ſ.formale & ſpeciuocũ,rei.ſ. toto cõ
poſito,nam per formã ponit res in certa ſpecie, hęc
mente tene,q̃m in ſcđo nõ repetemus.

¶ Premitto.III.Quod potentia eſt duplex.ſ.actiua
& paſſiua: & vtraqꝫ eſt aut principalis aut inſtru-
mentalis de quib⁹.primo cœli,hic loquimur de po
tentia paſſiua principali.

¶ Premitto.IIII. Quod ponũt duplicem potentiã
materię,vnã habitualem,quę cõuenit materię nude
& in ſe cõſideratę, & ſic materia eſt in potentia ad
omnẽ formã,Aliam dicunt actualem quę eſt mate-
rię cõſideratę cũ qualitatiuis diſpoſitionibus,& ſic
eſt in potentia ad certam formam ꝙ habet.ſicut in
grano materia eſt in potentia actuali ſubiectiua gra
ni,& dum emoritur eſt in potentia ſubiectiua ſe- Vſinger
minis:dein in Potentia ſubiectiua ſegetis &c̃. De
materia cœli immiſcet Vſing, at hęc ſuo loco tra-
ctabimus,verũ vt hęc e fundo intelligas

¶ Premitto. V. quod preter hoc quod aliqđ eſt in
potentia ad eſſe,ad agere,ad recipere,aliquid tripli
citer dicitur eſſe in potentia.ſ.Naturali violenta et
Neutra, Eſſe in potẽtia naturali eſt habere inclina
tionẽ naturalem ad illud ad quod eſt in potentia,
Eſſe in potentia violenta eſt habere inclinationem

naturalem in contrariū, Eſſe in potentia neutra eſt, qn̄ aliquid nec inclinat ad hoc nec ad oppoſitū eiꝰ: de hoc alibi, ſufficiat hic digito monſtraſſe, Scias tn̄ Ocham ad mentem G. de Ocham inclinationē non eſſe ſine actiuitate & quicquid dixerit in ſententijs, hoc certum eſt apud eū.q.vltima quot, tertij vbi dicit inclinare eſſe agere, & ꝙ omnis inclinatio diſtinguatur ab eo cuiꝰ eſt: patet experientia (.qm̄ illę rōnes pręſtant alijs apud peripatheticos ait Themi. Themiſt. & poſt Albertus eū Alb.) lapide poſito ſurſum ſupra aſſerem, primo inclinatio debilitat reſiſtentiā aſſeris: dein eam debilitatam corrūpit, frangendo ſic aſſerem, quod nō poſſet eſſe, niſi inclinatio eſſet actiua. Quibus pręmiſſis

Reſpondetur ad dubiū Materia de ſe & abſolute cōſiderata eſt in potentia ad quālibet formā indifferenter: & hoc loquendo de potentia paſſiua principali & neutra, Dico ſcd'o quod talis potentia nō diſtinguit ab ipſa materia, prior pars manifeſtior erit ex dubio ſcd'o, Altera aūt pars ꝓbatur quia ſi potētia materię eſſet diſtincta a materia: iam eſſent infinitę potentię in materia: quia materia appetit Scotus infinitas formas, vt Sco, dat diſt.1.q.1.primi Tot em̄ ſunt appetitꝰ materię ad formas, quot ſunt formę receptibiles, & ſic eſſet infinitū actu, Item talis potentia eſt accidens: ergo inhęret materię, & per cōſequens materia eſt in potentia ad tale accidens: & tūc quero aut ſeipſa, & ſic potentia materię eſſet materia, ꝙ eſt ꝓpoſitū, & eadē facilitate dixiſſem materiā eſſe ī potētia ſeipſa ad formā, Qd' ſi dixeris eſſe ī potētia p aliā potētiā, ſimilit' qrā de illa, & ita erit ꝓceſſus ī infinitū, Prẹterea deus abſoluta pōt ſeparare, ergo & potentiā illā, qd' natura rei nō patit' Dicamus ergo materiā eſſe talem in eſſentia ſua, qd' ſeipſa potēs eſt recipere formā, ſicut eſſentia ſua eſt priuata forma quā nō habet, &c̄. vt ſupra admonuimus Corollariū ſequit' contra Scotiſ. regentes olim Parrhiſi. Parrhiſius & cōtra Tartaretū ꝙ potentia materię Tartare. formalis nō diſtinguit' a materia, ſicut nec aptitudi- Sanſo. nalis, Corollariū nec etiā F. Sanſonē audimus qui hic q.xvij. ponit triplicē potentiā, vnā q potens eſt ſubiectū, illā dicit ſubſtantiā, aliā quę ſit Idoneitas paſſiua materię ad formā: Illa ſit paſſio materię, realiter eadem ipſi & diſtincta formaliter, Tertiā potentiā ponit reſpectiuā materię ad determinatā formā: & illā ponit realiter diſtingui a Materia: patet qm̄ prima potentia ſufficiat, & alię ſunt cōmenticię.

Dubium.II. An materia appetat formam?

Premitto.I. quod appetitus eſt inclinatio ad aliqd ꝓſequendū fugiendū aut patiendū tanquā verū bo- Bruxel: nū vel apparens. Sic Bruxel. & Vſingius aiunt, Ap- Vſinger. petitus eſt tendentia rei in ſuū bonū apparēs vel exiſtens. Habet em̄ ſe appetitꝰ vt potentiā, & bonū vt Ariſtot. obiectū eius, quare ait Ariſt.1.ethicoꝝ, bonū eſt qd' omnia appetunt.

Pręmitto.II. quod oēs ferme in hoc cōueniūt qd' triplex eſt appetitus naturalis, animalis ſeu ſenſitiuus, & intellectiuus, Naturalis eſt inclinatio rei ad verū bonū, ſine cognitiōe pręuia particulariter appetentis, vt quod lapis appetit eſſe deorſum, qd' arbor appetit cōſtringi tēpore frigoris. Dico ſine cognitione particulariter appetētis: qa ſemper fit appetitus cū cognitiōe cauſę vniuerſalis, Vnde etiam ſemp appetitus naturalis ad verū bonū tēdit, qm̄ dirigit' ab agente infallibili. ſ. a deo. ¶ Senſitiuꝰ appetitus eſt inclinatio rei in ſuū bonū apparēs vel exiſtens eiꝰ cognitōe ſenſitiua pręuia, exiſtēs bonū: vt equus famelicꝰ auenā appetit: apparens, vt canis q appetit vmbrā carnis in aqua. ¶ Senſualis alius eſt iraſcibilis, & ē repulſiuꝰ illiꝰ qd' ꝓhibet cōſequi bonū aut fugere malū, Cōcupiſcibilis alius eſt ſecūdū quē animal ꝓſequit' bonū vel fugit malū, vt aſinus cōcupiſcit cardines & tribulos, refugit pontē ſup quo cecidit, vnde canis cōcupiſcit cibū, ꝙ ſi qs ꝓhibeat eū a cibo, Iraſcit' ei. ¶ Intellectiuus appetitꝰ eſt voluntas, fert' in ſuū obiectū intellectiua cognitiōe pręuia Voluntas em̄ eſt de ſe cęca, ait Marſil. in ſcd'o Marſilius habet ductorē intellectū, videas eū de appetitibꝰ.q. xxij. ſecūdi. ¶ Adde hic verbū G. de Ocham diſt, 1.q. Ocham iij primi. qd' nec ſenſitiuus nec intellectiuꝰ appetitꝰ cauſant' ab obiecto / ſed a potentia & cognitōe pręuia, in q relucet obiectū: & in hoc ſentit cōtra Sco. Scotus

Appetitus.
- Naturalis
- Animalis
  - Senſitiuus
    - Cōcupiſcibilis
    - Iraſcibilis
  - Intellectiuꝰ

¶ Pręmitto.III. Appetitū naturalē bifariā accipi: primo ꝓprie qn̄ appetēs actiue inclinat' ad illud qd' appetit, ſicut patet de lapide petente deorſum, ſcd'o improprie qn̄ actiue inclinat' ſeu indifferenter ſe habet ad illud quod appetit. Volo dicere quia regulariter inclinatio eſt actus elicitꝰ ab eo ꝙ inclinat', & realiter ab eo diſtinguit': ideo vbi nō reperit' talis qlitas elicita nō debemꝰ dicere, qd' ſit ꝓprie inclinatio, ſed pōt dici appetitꝰ naturalis, ip̄rope, ſicut ꝙ oēs hoies naturaliter ſcire deſiderant, hoc nō eſt per actū elicitū, ſed quia ois homo habet animā docibilem, & quę nō cōtrariat' ſcientię: Ideo improprie dicitur appetere naturaliter ſcientiā. ¶ Cauſa omniū dictorū eſt qa inclinare eſt actū elicere, iō ait Ocham Ocham q.iij.diſ.1, primi appetitus naturalis ſemper eſt actiuus reſpectu actus quē elicit &.q.iij.tertij ait Inclinatio naturalis nō eſt niſi quidā motus: q nō eſt ſine actiuitate &.q.iiij. Inclinare eſt actū elicere: & hoc clarius dicit.q.xix.quot, tertij. Verū eſt ꝙ Sco.diſt. Scotus: iij.q.vij.ſecundi negat inclinationē eſſe rem abſolutam, ſed nihil moror.

¶ Pręmitto.IIII. duplicē eſſe appetitū. ſ. Carentię et eſt reſpectu nō habiti, & Cōplacentię eſt reſpectu habiti, Item alius eſt appetitus ꝓſecutiuus, alius fugitiuus. Proſecutiuus eſt appetitꝰ qui fertur in bonū ad ipſum habendū, ſic ouis appetit herbā roridā, fugitiuus eſt quo refugit obiectū tanquā malū, nā tūc fugā eius iudicat bonā, ſicut ouis fugiendo lupum. Iſtis ſic pręguſtatis

Reſpondetur ad dubiū. Materia abſolute & nude cōſiderata nō appetit formā naturali appetitu ꝓprio: ſed improprio, quia eſt in potentia neutra ad formā, Quāuis materia ſcd'a rōne diſpoſitionū qualitatiuarū poſſit dici appetere naturaliter & ꝓprie formā, Prima pars probat' per Ocham in locis allegatis, quia naturaliter appetens agit & elicit, vt pa- Ocham tet in lapide ſuper aſſere, ſed materia nullius eſt actiuitatis ergo, Altera pars patet qa qualitates diſpoſitiuę agūt elicitiue & actiue ꝓ itroductiōe formę, ideo appetūt naturalit' formā, & materia rōe iſtorū, Et bene perpende illā declarationem de appetitu

naturali, qa pauci ad radicē tetigerūt neruū huius rei, ſed enatant in ſupficie. Adde hoc vnum, quod vulgus appellat appetitum naturalē etiā intellectiuum, qui eſt conformis naturę.

Dubiū.III. An generatio ſubſtātialis ſit materia, forma, totū cōpoſitū, vel accidens?

¶ Pręmitto.I. quod duplex eſt generatio.ſ. ſubſtantialis & accidētalis. Accidētalis eſt q̄ producit accidens aut accidētalis habitudo rei vt albefactio, ſtatuę factio. Subſtātialis q̄ ſubſtātia pducit, de qua iam loquimur. Supponimus hic quō triplex eſt generatio.ſ. ſubiectiua, terminatiua, & totalitatiua vide ſupra.q.vi. Supponimus itē radicalit pendere ſolutionē dubij ex q. an motus diſtinguat a mobili quā cōmunē q. cū cōmunibus argumentis tractabimus in tertio phyſ.

¶ Pręmitto.II. quod differt generatio formę a generatione totius, primo qa forma generat ſcdm ſe totā. Totū ſcdm partem, ſcdo qa forma generat ex materia, ſicut ex ſubiecto, totū generat ex materia ſicut ex parte eſſentiali.

¶ Pręmitto.III. Eſſe cōmunē antiquoꝝ ſententiā, ꝙ iſta noīa mutationū importēt rē ſucceſſiuā mediam inter mobile, & per motū acqſitū, & ſic generatio eſt via quedā media & fluxus aliqͥs quo forma generatur. Sed huic iuniores obſtrepūnt Arim. Marſil. Saxo Burid. G. de Ochā & alij, qm̄ nulla talis res ſucceſſiua ſit, ad quorū mentem (Iuniores Marſil.q.xvi.primi Ocham de ſacramen to altaris)

Reſpondet ad dubiū ꝙ generatio ſubſtātialis nō eſt tale accidens ſucceſſiuū, ſed generatio ſubiectiua eſt materia, Terminatiua eſt forma, Totalitatiua eſt totū cōpoſitū, & pro illa reſponſione faciūt rationes inducendę quod motus nō diſtinguatur a mobili, ideo magis nō inſiſto, niſi qd & iſta pro ſolutione argumentoꝝ notaueris primū, forma nō dicit abſolute generatio, ſed cōnotatiue tūc videlicet qn̄ acqrit partē poſt partē ex materia. Cum ergo forma eſt acqſita, iam nō dicit generari. Et hoc per Aureā regulā G. de Ochā q.2. ſecūdi ſen. Quando nomē ſignificat vnū principaliter, & aliud cōſignificat, tūc deſtructo cōnotato aut aliter ſe habēte ꝙ terminus cōſignificet, nullo alio in principali deſtructo, adhuc nomē nec pricipale denominabit, exemplū creare ſignificat deū vt deus creat, cōnotat creaturā quā pducit, ceſſante pductione creaturę, deus non dicitur creare, quātūcūq; in deo nihil ſit mutatū. Et ſi iſtā regulā aduerteret plurales, tūc non ita multiplicarēt res ppter inceptionē aut deſitionē predicandi iſta nomina cōnotatiua de aliquo, tene hoc fundamentum. (Aurea regula Ocham)

II. quod alit & aliter ſe habere eſt cauſa ſufficiens tranſitus de cōtradictorio in contradictoriū, vt patet in ære & ſtatua.

III. quod forma eſt generatio & terminus generationis, at differēter, qm̄ eſt generatio cū eſt in fieri, & eſt terminus generatiōis cū iā eſt in facto eſſe, ſic etiā generatio dicit via media, qa eſt rei tendentis in cōpletū eſſe, Ocham q.ix. ſecundi. (Ocham.)

IIII. Mirificū modū loquēdi ipſius G. Ocham conſidera q.1. de ſacramēto altaris in ſolutione primi argumenti, de quo alias & plura. (Ocham.)

Dubium.IIII. An forma ante ſui generationem habeat eſſe inchoatū in materia a materia diſtinctum.

¶ Pręmitto.I. Supra ętatē Ariſt. duas fuiſſe de formis opiniōes. Prima Anaxagorę qd oēs formę naturales actu eſſent in materia, qa q̄dlibet eſſet in q̄libet, & ex q̄libet fieret quodlibet, q̄uis dixerit ſolum vnā formā apparere reliqs latere, veluti picturą obductas. (Ariſto. Anaxag.) ¶ Alit dixit Plato oēs formas venire ab extra, non qd forma habuerit prius eſſe reale extra materiā, ſed habuit tm̄ eſſe intentionale in lumine intelligētię ſeu luce appropriata Ideę, vlterius dixit entia fieri p diuerſam participationē luminis intelligētię, & ita poſuit tria principia.ſ. magnum paruū & ideā.i. maiorē & minorē participationē ipſius ideę. (Plato.) ¶ Ariſt. mediā incedēs via, nō dixit formas eſſe actu in materia, ſed in potētia, & ſunt ab extra, inquantū pducunt ab agēte extrinſeco. (Ariſto.) Sed hoc peripatetici nō ęqualit capiūt, ſed dimiſſis opinionibus Rob. Lincon & Aegidij, vnā Albrechti magni Sueuoꝝ & in cōmuni Germanorū philoſophi ſententiam aperiamus. (Lincon. Aegidius Albrecht.)

¶ Pręmitto.II. qd Albrechtus magnꝰ poſuit inchoationē formarū in materia, ſententiā ſuā his dictis cōplectimur.1. Cuiuſlibet formę inchoatiōem materia habet ſibi cōcreatā, Corollariū tot ſunt inchoatiōes, qt ſunt formę ſpeciuoce diſtictę. 2. ichoatio formę nō dicit eſſe cōpletū formę, ſed incōpletū, nō eſſe formatū ſed formabile, nō eſſe actuale ſed potētiale diminutū cōfuſum & impfectū. 3. Illud eſſe ichoatiuū ſeu formabile iuuat gn̄ationē, vt de impfecto pueniat ad pfectū, iuuat ꝑterea ad gn̄ationē vt ſit naturalis & forma nō fiat de nihilo, iuuat ꝑterea qa eſt priuatio, & ita vnū de principijs intrinſecis rerum naturalium. 4. Quare ante generationē fuit in materia aliqua realitas formę generādę, & q̄ſi vna portiūcula eadē tm̄ eſſētialit & ſcdm ſpeciem formę generādę. 5. Cū aūt agens naturale ducit ſeu extrahit formā de eſſe formabili ad eſſe formatum, tūc dicit generari, eſt em̄ illa ductio, generatio. Corollariū ideo ſignate exprimēdo formā generari, dicimus eā educi de potētia materię. (Albrechtꝰ Adde Po nauen. li. 2. diſ. 18. q. 1. art. 3. & Iacobū de viterbio.)

¶ Pręmitto.III. quod tria ſunt pręcipua quę mouerunt adſertores huius ſentētię. Primū. Si formę nō pfuiſſet eſſe formabile, tūc generatio nō differret a creatione, qa vtrobiq; nihil prefuiſſet. Nec eſſet differentia inter pductionē anię rationalis & leonis cū neutrius aliqd pfuiſſet. ¶ Scdm qa nō apparet cur iā plus illa forma educeret de potētia materię, ꝙ alia, niſi eſſet eſſe formabile vniꝰ potētiꝰ eſſe formabili alterius. Et qa materia eſt i potētia ad formā hoc dici nō poteſt, niſi ppter eſſe potētiale. ¶ Tertiū qa aliogn gn̄atio oīs eſſet violēta, cū paſſum.i. materia nō cōferet vi nō ſufficit materia cōfert vi, qa apta nata eſt recipere formā, qm̄ ſic materia i aq̄ nata eſt recipere calidıtatē, ꝙ tm̄ violēter fit Nō euadis p hoc, qd alibi frigiditas reſiſtit, qm̄ hic pari ratione forma precedens reſiſtit.

¶ Pręmitto.IIII. Qd alia eſt opinio cōmunis peripateticoꝝ, qd nulla realitas formę ante eius generationē prefuit in materia, ſed ſic pducit forma ex materia qd nihil eius eſſentię pfuit, fatent tm̄ pcedere bene aliqd inchoatiuū accidētale ſicut ſunt qlitatiuę diſpoſitiōes & vis ſeminalis, aut etiā inchoatiuū ſubſtantiale, ſed quod nihil ſit ipſius formę generandæ vt forma ſeminis. (S.Tho. Ocham. Saxo. Scot. diſ. 18. ſecūdi. Tho.Arg.)

¶ Præmitto. V. Quod hi leuicula alterius opiniōis motiua repellūt. Primū qm̄ adhuc eſt differētia, qm̄ generatio fit ſubiecto p̄ſuppoſito, creatio non, vt patuit dubio prioris q̄ſtiōis. In generatiōe agentia naturalia attingūt formā, in creatiōe aīæ intellectiuę licet agētia naturalia diſponāt, tn̄ non attingunt aīam intellectiuā. Marſ. poſt alios q. 1. ſcd̄i & q. 1. quarti. (Marſil.) ¶ Scd̄m repellit, imo eſt cauſa. ſ. q̄litatū diſpoſitiuarū laborantiū ꝓ vna forma, & ſimilit agētis extrinſeci introducentis vnam & non aliā. Præterea materia fuit in potētia ad formā, nō ſcd̄m realitatē potētialē formę, ſed qa ex potētia ſubiectiua materię agens creatum poteſt educere formā. Corollariū nō aſſentimur Sūmerhardo concedenti (Summer.) animā rōnalē eque fuiſſe añ ſui generationē in materia ſcd̄m potētiā, ſicut alias formas. Nā ſi eſt ī potentia materię poſſet educi de potētia materię, qd catholici negāt, & vidimus ſupra in dubio. 1. q. pręced. (Ludouic⁹ Cornel.) ¶ Tertiū motiuū diluit M. Ludouic⁹ Cornell. acerrimi ingenij diſputator bifariā. Prīo ꝓbabilit cōcedēdo qd oīs generatio ſubſtantialis ſit violēta de q̄ ſuo loco. Scd̄o negādo hoc, qa generatio eſt naturalis, paſſum em̄ id eſt materia cōfert vim ꝓpter q̄litatiuas diſpoſitiōes q̄ licet violēter expellāt formā priorē, noua tn̄ forma abſq̧ violentia inducit. Quibus ſic præmiſſis

Reſpondet ad dubiū formā ſubſtantialē ante ſui generationē nō habere eſſe preuium inchoatiuū vel formabile. (Buridan⁹) Iſtud ꝓbo p rōnē Buridani Picardi in q. 1. ſcd̄i ethic. Quoniā illud eſſe preuiū eſt ſubſtātia vel accidēs, nō accidēs qa tūc nō plus faceret ad formā q̄ qualitatiuę diſpoſitiōes, nec eſt ſubſtātia, qm̄ vel manet, vel corrūpit in generatiōe, ſi corrūpitur tunc ageret ad ſuā corruptiōnē, ſi manet vel eſt eiuſdem rōis vel alterius, ſi eiuſdē, iā forma ſubſtātialis intenderet cōtra peripatheticos, qm̄ ſubſtātia non ſuſcipit magis & minus gradualit. Si vero eſt alterius rōis, prīo non videt quō faciat ad ꝓductionē illius formę ſpecie differētis ab ea, ſcd̄o qa tūc ex illo eſſe preuio & forma fieret cōpoſitū ex materia & forma, p maximā peripateticorū, q̄ncūq̧ aliq̄ diuerſarū rōnū faciūt vnū p ſe, vnū habet ſe vt actus, aliud vt potētia. Cōfirmat qa ſi eſt ſubſtātia, ergo vel eſt materia forma vel totū cōpoſitū, quorꝫ nullū dici poteſt, nō forma qm̄ ſic plumbū eſſet aurū. qm̄ in ſe haberet formā auri. Scd̄o ab abſurdo, qm̄ abſurdū eſt dicere, qd in materia milij ſint infinitæ realitates a ſe inuicē realit ſpecie & numero diſtinctę, quarū quęlibet informet materiā milij. Sed hoc oportet dicere ſcd̄m Alber. (Albertus) ꝙ q̄libet forma habeat vnā realitatē diſtinctā ab alia realit in materia. &c. Itē alias iā exiſtēs generaret, vide rōes doct. in diſ. xviij. ſecundi & p̄cipue doctorē ſubtilē Ioan. Scotum & Marſ. q. xi. ſecundi. (Scotus. Marſilius)

Articulus. IIII.

Ratio. I. (omittēdo rōes Nyphi ꝓbātis ex Ariſt. (Nyphus. Ariſto.) ſicut forma nō poteſt eſſe ſine materia, ita nec materia ſine forma, damus enim ei illa apud Ariſto.) (Ariſto.) Materia habet oēm entitatē a forma, ergo non eſt ꝓpria & abſoluta entitas, añcedēs ꝓbo per Com. (Auerroys) xij metaph. Sunt igit materia & forma ſibi inuicē cauſę & ſcd̄m eſſe & ſcd̄m cauſalitatē. Scd̄m eſſe, qa materia nō poteſt habere eſſe qn depēdeat a forma.

¶ Pręterea Auer. 1. phyſ. Com. 65. Recitat inter errores Platonis qd materia prima ſit corpus p eſſentiā. (Auer. Plato.) ¶ Confirmat primo qa ſi materia eſt ens & ſimilit forma eſt ens in actu, ergo ex duobus entib⁹ in actu fieret tertiū cōtra Porph. (Porphyr.) Itē ꝙ aduenit enti in actu eſt accidēs, & materia p te eſt ens in actu, ergo forma ei aduenīēs eſſet accidēs.

Secunda qd materia non poſſit eſſe ſine forma. Probat qa tunc materia eſſet actus contra Ariſt. 7. (Ariſt.) metaph. forma eſt actus, materia potētia. Itē Boeotius. (Boeotius) Oīe eſſe eſt a forma, ergo ſi materia nō habet formā, non habet eſſe. Itē peritiſſimi doct. dicunt deus non poſſit habere propriā actiōnē in materia ergo nō habet ꝓpriū eſſe, preterea in eodē cōpoſito eſſent duo eſſe. ſ. eſſe materię & eſſe formę. Item materia nec eſt qd nec q̄le nec quantū. 7. metaph. (Ariſtot.)

Tertia potētia materię nō eſt materia, ꝓbat per Auer. 1. phyſ. (Auer.) potētia materię non eſt eadē cū ſubſtātia materię & li. de ſubſtātia orbis, poſſe q̄ ſuſtentatur hoc ſubiectū differt a natura ſubiecti, rōe ꝓbat qa adueniēte forma manet materia, & potētia nō, ergo diſtinguunt. Itē potētia multiplicat ad multiplicationē formarū, materia nō, ergo diſtinguunt. Confirmat qa fruſtra eſt potētia quę non reducitur ad actū. i. cœli. Sed potentia materię ad oēs formas nunq̧ reducit ad actū, qm̄ nunq̧ ſtat ſub oībus formis, ergo illa potētia eſt fruſtra, ſed nihil eſt fruſtra in natura. Itē ſic materia eſſet in potentia ad formā quam habet.

Quarta Materia prima non cognoſcit formā, ergo non appetit, tenet illatio qm̄ appetitus ſectat cōprehenſionē ſicut vmbra corpus. 12. metaph. & ſecūdo de aīa. Itē vel appetit habitā, & hoc nō, quia appetitus eſt rōe caretię. 1. phyſ. non quā nō habet, qa illa eſt nihil. Confirmat prīo autoritate Auicennę negātis materiā appetere formā, (Auicenna) ſcd̄o per Auer. (Auerroys) dicentē. 1. phyſ. qa oīs appetitus ſeqtur aliqd quod eſt forma aut ſe habens vt forma, ideo materia nō p ſuā naturā appetit formā, ſed p illud ꝙ habet de motu ad formā, clare videt ꝙ materia per eſſentiam non appetat formā, & quęro de illo motu materię ad formā vnde cauſet, non niſi a forma, ergo preter formā non appetit. Nota illud argumentū quia eſt difficile poſſet extendi per folium recitando expoſitiones Thomę & aliorum. (Thomas.) ¶ Adde ꝙ materia fruſtra appeteret formā, quia non perficit eā, cum materia perficiatur a propria eſſentia. Item videtur ꝙ appetitu animali materia appetit formā, quia appetit eam ſicut fœmina virum, ſed fœmina appetit virū appetitu animali, ergo & materia

Reſpondet ad primā negādo añcedēs, ad Com. dico qd voluit exprimere mutuā depēdentiā in eſſendo vnius ab alio qa materia nō poteſt eſſe ſine forma, nec forma ſine materia, non aūt intendebat ꝙ vnū daret eſſe alteri. (Auerroys) De Platone dicimus ſicut patet. 2. de generatiōe ꝙ poſuit materiā eſſe corpus p aliquā formā, nos dicimus materiā non eſſe corpus ſubſtantiale, ſed partem eius ſubſtantialem, bene eſt corpus q̄ntitatiue, vide in logica. (Plato.) ¶ Ad confirmationem primam reſpondet Sco. diſ. 12. ſecundi ꝙ falſum eſt ex duobus entibus in actu non fieri tertiū, quando vnū eſt in potētia ad aliud. (Scotus.) Ad mentem Porphyrij ex duobus entib⁹ in actu. ſ. ſpeciuo- (Porphy.)

co non fit tertiũ,ſicut ex equo & leone. Ad aliã di co ſimilit, qcquid aduenit enti in actu formali & ſpeciuoco eſt accidẽs, ſed materia non eſt in actu formali,ſed ſolum entitatiuo.

Ad.II. diſtinguẽdo de actu ſicut articulo primo diximus,eſt em̃ actus entitatiuus ſed non formans vel informans.Ad Boetiũ dicit omne eſſe formale eſt a forma,ſed non eſſe materiale.Melius dic oẽ eſſe ſpeciuocũ eſt a forma in generabilibus,leo em̃ & pauo formis non materijs diſtinguunt.De peritiſſimis,dicit Sco. quãuis ſint in alijs peritiſſimi, tñ in hoc non ſunt periti, ita tu generalit vtere hac ſolutione,qñ aliqs extollit in vno vel altero,tamẽ propoſito tuo cõtrariat dic cũ apoſtolo, q Corinthijs dixit,in alijs laudo,in hoc nõ laudo.Nego ergo q deus non habet ꝓpriã actionẽ in materiã, qa habet creationẽ ſcd̃m Auguſt. Ad aliud fateor eſſe duo eſſe partialia,q faciũt per ſe vnũ eſſe totale.Ad Ariſt.reſpondet Sco.qd Ariſt.non dixit illã ꝓpoſitionẽ ex intentione,ſed ſolũ arguẽdo ad partẽ falſam ꝑ antiqs.Iuniores dicunt qd non ſit qd qualis vel qnta.ſ.determinate, nõ em̃ determinat ſibi certam ſubſtantiã, quia poteſt eſſe ſub alia ſpecie, nec certã quãtitatẽ,qa poteſt eſſe maior.&c.ſic de alijs.

Ad.III. negando aſſumptũ, ad ꝓbationẽ nõ curo Auer.potuit eſſe illius intẽtionis,vel loqtur de potentia propinq materiæ ad formã.i. de qlitatiuis diſpoſitionibus, qbus materia potẽs eſt acqrere formam.De rõe dictũ fuit in dubio de qntitate,idem de multiplicatione,qa non ſunt plures potẽtię realiter in materia,ſed ſolũ terminatiue. ¶Ad cõfirmationẽ reſpondeo quod fruſtra eſt potẽtia quę nõ reducit ad actũ.ſ.a tota ſpecie, ſed hic non fruſtrat a tota ſpecie, qm̃ ſi illa materia formã alicq̃ nõ habuit, tñ habuit eã alia materia eiuſdẽ rõis, & in natura bene aliqua potẽtia eſt fruſtra in numero, ſed non a tota ſpecie. Pręterea ad vltimũ fateor materiam eſſe in potentia ſubiectiua ad formam quam habet,nec hoc inconuenit.

Auerroys dic Motum eſſe in pluribus prædicamentis poteſt intelligi aut ſecundum rem ſignificatam.ſ. quæ per ſe mouetur, & ſic eſt in quattuor generibus, vel quo ad modum ſignificandi, & ſic eſt in prædicamento paſſionis, quia motus dicitur de re ꝙ mouetur moueri autem eſt pati, modo nihil prohibet idem eſſe in pluribus prędicamentis, tanq̃ ſignificatum, ſed ſolum ſicut ſignificans vt hæc in logica. Ad illud quod poſtremo additur reſpondet Auerr. diffinitiones analogas bene conuenire doctrinis, ſed non æquiuocas. Verū hæc in Categorijs diſcutiunt. (Auerroys)

Ad ſecundam nego animam eſſe actum entis in potentia, inquantum huiuſmodi.i. in quantum eſt in vlteriori tendentia ad perfectionem ſuipſius, ſicut eſt in motu.¶ Ad aliud dico quod illa non referuntur ad idem. ¶Ad annexum dico quod regula p.ītelligit, qñ ſignū importat alietatē, ſed hic nō īportat alietatē vide in ſummulis.¶Ad illud de pfectiōe, dico ſicut eſt actꝰ, ita eſt pfectio, eſt aūt actꝰ incompletus, ita eſt perfectio incompleta.¶ Ad vltimum dico quod motus eſt actus primus reſpectiue, eſt & actus ſecundus reſpectu mouentis. Eſt enim motus localis prior alijs motibus, eſt tamen poſterior ſuo mouente.

Ad tertiam cum inquis, Motus eſt actus entis in actu vel ſubſtantiali, ſic concedo, aut in actu diſpoſitionis accidentalis acquirendę, ſic nego. Similiter reſpondetur ad confirmationem, quia ſubiectum motus non eſt ens in pura potentia, ſed eſt ens in actu ſubſtantiali, at ille actus eſt permixtus potentiæ, quod poteſt nouam formam vel vbi, acquirere aut amittere. ¶Ad annexum fateor motum eſſe mouentis vt principij, eſt tamen mobilis vt ſubiecti ſeu denominati.

Saxo. Ad quartam reſpondet Saxo, Ariſt. nō voluiſſe ꝙ eſſe naturam ſit per ſe notum, ſed quia facilis eſt inueſtigationis. At tu dic vt ſupra in ſecundo monuimus, quicquid controuertant. Primo inquam non eſt per ſe notum naturam eſſe, patet quia accipitur ſenſu & experientia etiam ſecundum tales, ergo nō eſt per ſe nota, quia per ſe nota dicitur eſſe nota ex terminis.1.poſt. alioquin quęcunq; propoſitio contingens per notitiam intuitiuam eſſet per ſe nota. Secundo dic ꝙ veritas eius reſpectu rerum naturalium accipitur ſenſu, ſed reſpectu motus & quietis
Ariſtot. per quid nominis, dic tertio ꝙ Ariſt. non negat naturam eſſe, non poſſe demonſtrari, ſed quod ridiculum ſit phyſico, quoniam artifex non debet demonſtrare materiam ſuam an ſit, ſed eam pręſupponere, dic quarto ꝙ per hoc non precludiť quin poſſit demonſtrari a metaphyſico, quamuis multi dubi-
Nyphus. tent, Nyphus dixit naturā eſſe eſt ſyllogiſabile, ſed non demonſtrabile, habes pro argumento, ꝙ nō eſt per ſe notum. ¶Ad aliud concedo ꝙ natura poteſt prius cognoſci motu, verum eſt abſolute, ſed non diffinitiue vel reſpectiue, per idem reſpondetur ad vltimum.

Q.II.


An motus diſtinguatur a mobili?

Articulus.I.

Recitat opiniones diuerſas ſuper quęſito.

Opinio prima quam plures qui gaudent dici reales amplectuntur, qui etſi non per om̄ia concordēt, vt liquet ex Burleo, Veneto, Lamperto Colonien. &c̄. tamen pro maiori parte in his conueniūt, nam ſtudebimus faberrime illorum ſententiam recenſe- Burleus
re, vt nec clarius vnq̃ apud eos legeris qui eam eti- Venetus.
am profitentur, vide tamen per omnia Sco. in ſe- Lamptus
cundo diſ.2.q.ix.&.x.ac ibi Lychetū & Gratianum Coloni.
plura etiam habet q.v.diſ.1. Scotus
1. in motu concurrunt plures res abſolute hoc patet Lychetus
in motu locali quia ibi eſt res mota, & eſt locus quē Gratianꝰ
acquirit, & quem deperdit, ſimiliter in calefactione aquę eſt aqua, ignis, & calor, addunt alij & fluxum illius formæ, qui nihil aliud eſt quam ſucceſſio partiū formæ ſecundum prius & poſterius. 2. plures quoq; ſunt res relatiuę in motu alicuius, patet in priori exemplo de ignē, ibi eſt relatio producentis in igne reſpectu caloris, in calore eſt relatio producti, rurſus in igne eſt relatio tranſmutantis reſpectu aquæ, & in aqua eſt reſpectus tranſmutati, eſt item reſpectus in aqua reſpectu caloris, tanq̃ receptiui, & caloris contra ad aquam, quibus omnibus accedit fluxus caloris ſucceſſiue acquiſiti, vide formulam.

Reſpectus



Fluxus caloris

3. Sequitur cum tot entitates concurrant in motu, non mirum fore, quod adeo digladiantur phyſici, quę illarum ſit motus, cum ferme quælibet illarum dempto agente, habuerit philoſophum, qui defende-
rit eam eſſe motum, hęc Sūmerh. 4. Aliqua res eſt ſuc- Summer.
ceſſiua dupliciter, vno modo in fieri tantum, ſicut calor eſt res ſucceſſiua in fieri, quia acquiritur per partem poſt partem. Alio modo dicitur res ſucceſſiua in eſſe & fieri, quę.ſ. incipit eſſe p partē poſt partem, & ita eſt per partē poſt partē. Et tūc diciť quod ſucceſſiuum eſt cuius partibus repugnat eſſe ſimul. 5. Dicūt motū eſſe talē rē ſucceſſiuā ab omni re permanente diſtinctā, & ita motus in ſua natura intrinſece eſt accidens adeo fluxibile, quod eius partibus repugnat eſſe ſimul, hinc fit qd' Eckardo moto per horam, deus non poſſet motū primæ quartę conſeruare cū motu vltime q̃rtæ. 6. habet tūc motus aliqd' ſui eſſe cōtinuatiuū.ſ. mutatū eſſe, ſicut linea cōtinuať & terminať punctis, & ſicut tēpus habet nūc cōtinuans ipſum, ſic & motꝰ habet mutatū eſſe. 7. Illud mutatum eſſe eſt vnum accidens indiuiſibile ad diuiſionem temporis, licet ſit diuiſibile ad diuiſionem ſubiecti, hoc ſic intellige, quia cum mutatū eſſe non duret per tempus, non poteſt diuidi ad diuiſionem temporis, Sed quia eſt vnum accidens adeo exten-

ſum, ſicut ipſum mobile, ideo quãtitatiue diuiſibi-
le eſt ad diuiſionem & extenſionem ſui ſubiecti.
8. Licet motus duret per tempus & diuidatur ad
diuiſionem temporis, tamen illud eſſe muta-
tum præciſe durat per inſtans, ita quod primum in-
ſtans eſſe ipſius eſt vltimum inſtans eius eſſe. 9. Ad
duo confert illud mutatum eſſe, primo enim con-
tinuat, alioquin non eſſet vnus motus, ſicut nunc
continuat tempus præteritum & futurum, ſecun-
do facit motum eſſe, nam cum partibus motus
repugnat eſſe ſimul, ſicut præterito & futu-
ro in tempore, ideo non poteſt dici motus eſſe ab
illis quæ nõ ſunt, dicitur ergo motus eſſe ab aliquo
eius. ſ. a mutato eſſe. 10. Sicut de tẽpore non habe-
mus niſi nunc, ita de motu non habemus niſi muta
tum eſſe. Ratiõe tamen huius cõtinuatiui ꝙ eſt fi-
nis vnius & alterius principiũ, motus dicitᷣ eſſe. Nã
licet res permanẽs non ſit niſi partibus eius princi-
palibus extantibus, ſecus eſt tamen de re ſucceſſiua,
quę dicitᷣ eſſe, ꝓpter ſolã exiſtentiã, huius continua
tiui. 11. Ab hac ergo entitate realiter in mobili per
ſucceſſionẽ exiſtentẽ, res formaliter dicitᷣ moueri; ſi
cut ab albedine eſſe alba, & eſt verũ & reale acci-
dens a ſubſtantia diſtinctum, diuiſibile ac extenſum
ad extenſionẽ mobilis vel ſpacij, & etiã ſcđm ptes in
tenſiuas. Cum vero diuiditᷣ ſcđm partes temporis.
tunc nunq̃ duę partes poſſunt eſſe ſimul vt ſupra di
ximus. 12 Forma tamen fluens vel mobile poteſt di-
Auerroys — ci motus materialiter, et ſic intelligendus eſt Auer.
& alij quando dicunt motũ eſſe eiuſdẽ eſſentię cum
termino ad quẽ. ſ. materialiter, ſed ꝓprie cum talis
forma ſit qualitas, non eſt formalitᷣ motus. 13. Actio
Sic poſu- — ipſius mouẽtis non eſt motus formalitᷣ, poteſt tamẽ
it ſimpli- — dici motus terminatiue, probatur quia ab actione
ci⁹ motũ — agens non dicitᷣ moueri, ſed agere, at qa actio agen-
eſſe actio — tis tranſit ſuper paſſum, quod mouetᷣ, ideo actio eſt
nem, vt re — motus cõcedi poteſt, qa terminatur ad motũ. 14. Si-
fert Alb. — cut motus formalitᷣ non eſt actio, nec forma fluens,
aut terminus ad quẽ, ita etiã non eſt formaliter flux-
us (aduerte in hoc tamen non omnes concordant, ta
men erat Scoti ſectator Friburgi in Chartuſia ſcri-
ptus, qui pluribus hoc contendebat) hoc declaratur
quia fluxus nihil aliud eſt quam quod pars poſterior
dicitur aduenire parti priori cui ſuccedit, ſed prius
& poſterius non ſunt motus, ſed ſunt in motu, quia
ille fluxus ſeu ſucceſſio eſt ſolum vna relatio priori-
tatis vnius partis ad aliã, quare a tali fluxu formalitᷣ
res non dicitur moueri, ſed partes ſibi ſuccedere. 15.
Denominatiue tamẽ motus dicitur eſſe fluxus, quo
niam ex tali fluxu ſeu ſucceſſione ſaluatur quiddi-
Sũmerh. — tas motus, quæ eſt ſucceſſiua; Chun. Sũmerhard. po-
nit illum fluxum eſſe quantitatẽ & tempus, ſed hoc
non videtur, poſſet enim eſſe motus ſine tempore.
16. Motus autem formaliter eſt tranſmutatio paſſi-
ua ipſius mobilis, & ſolum talis formaliter, ratiões
huius opinionis articulo. iiij. proferemus in mediũ.
Venetus — Adde primo ꝙ Paul. Venetus ponit motũ eſſe ens
Bachonis — abſolutum ſucceſſiuum & ſic poſuit Bachonis diſ. 1.
ſecundi q. 3. Alijs ponentibus ipſum eſſe ens reſpe-
ctiuum. ¶ Adde ſecundo non omnes conuenire in
fluxu vt meminimus, quibuſdam fluxum a motu di-
ſtinguentibus, alijs fluxum diſtingui negantibus, qđ
Sintzeli⁹ — & Sintzelio noſtro placuit, naturalis enim harmo-
nia ſiue concordia quam habent res fluxibiles inter
ſe, ipſas res fluere atq; ſuccedere facit. ¶ Adde tertio
quod Marſil. hic in abbreuiatis & Burid. q. vi. tertij — Marſil.
phyſ. tenent cum pręcedentibus motũ localẽ diſtin- — Buridan⁹
gui a mobili, quamuis hoc negent de alijs ſpeciebus
motus, ſed tunc quia non ponunt indiuiſibilia ha-
bent alium modum continuitatis motus, ſed omit
to eum gratia breuitatis, eum reperies apud ſubti-
liſſimum Ludouicum Coronellum hoc. iij. explica- — Lud. Cor.
tum, Londorius ſequitur Buridanum, & oſtẽdit in — Londo.
quo differat ab antiquis. — Buridan⁹

Secunda opinio Guilh. de Ockam q. 9. ſecundi, & — Ockam
in tractatu de ſacramento altaris, quę quamuis con-
ſentiat recentioribus, attamen propter eius negati-
ones, non erit inane eam recenſere, nam modum lo
quendi mihi minus placentem multi ſequuntur. D.
Iſennachius amicus noſter ſequitur Guilhelm. Cape — Iſennach.
eius mentem. 1. Motus nihil ſignificat poſitiue vel
affirmatiue, vltra mobile & terminũ ad quẽ, vnde
concludit motum nec quid abſolutum, nec quid re
ſpectiuum dicere vltra mobile & terminũ ad quem
& in hoc concordat cum ſententia neotericorum.
2. Motus vltra mobile & terminum ad quem dicit
plures negationes, ita quod motus eſt quid compo-
ſitum ex pluribus affirmationibus & negationi-
bus, quod intellige quo ad quid nominis, non ad
quid rei. 3. Tales negationes poſſunt ſtare cum affir
mationibus, ſed non cum affirmationibus ſibi op-
poſitis, nam vna parte caliditatis producta, altera
nondum eſt producta, & ita ſtat affirmatio vnius
partis cum negatione alterius. 4. Antequam pona-
tur aliqua affirmatio termini ad quem non eſt mo
tus, nulla enim parte ipſius acquiſita motus non-
dum incepit. 5. Cum quibuſlibet affirmatiõibus mo-
tus ſtant infinitę negationes eiuſdem proportionis
Tot enim ſunt negationes quot partes adhuc ſunt
acquirendæ, hæ autem eiuſdem proportionis ſunt
infinitæ, cum continuum ſit diuiſibile in ſem-
per diuiſibilia. 6. Motus non eſt per ſe in prædica-
mento, ſed ſolum reductiue, quia vt ſic componi-
tur ex affirmatione & negatione, ſed negatio non
eſt per ſe in prædicamento. Sed reducitur ad genus
in quo eſt affirmatio per ſe negati. 7. Motus ſicut &
ſimilia, generatio, alteratio. &c̃. non habent quid
rei, ſed ſolum quid nominis. Nam talis dictio ſup-
plet vicem vnius orationis cui æquiualet, & vnica
dictione exprimimus cauſa ornatus aut breuiloquij
hoc vltimum longiuſcule declaratũ reperies apud
eum q. illa. 1. de ſacra. altaris. Et frequenter prorum-
pit G. de Ockam in hoc. Iſte terminus non habet — Ockam
quid rei, ſed ſolum quid nominis.

Tertia opinio neotericorum, qui prioribus con- — Ockam
tradicunt, nam quamuis ante Ocham pauci in du-
bium vertiſſent de diſtinctione motus & mobilis,
ſed omnes eodem itinere fuiſſent ingreſſi. Ipſe in-
cepit inueſtigare an neceſſe eſſet tantam entium po-
nere multiplicitatem, maxime quæ ſenſu dinoſci
nequeant, & rationes antiquorum ſophiſticas de-
prendit. Igitur cum non ſit ponenda pluralitas
apud philoſophum, vbi ſenſus non conuincit aut

ratio vrget, ideo omnem talium entium pluralitatem abſtulit.ſ. quantitatis, longitudinis, temporis, totius, numeri, relationis per omnes ſpecies & modos relatiuorum (quatuor vnionibus demptis) humanitatis, differentiæ, proprię paſſionis, figuræ, formæ artificialis, motus generationis, alterationis, actionis, paſſionis, loci, quando, habitus, ſitus, vt hæc vbiq; obuiam occurrunt. Sicq; planum & intelligibilem reddidit philoſophiam, vt vel analphabeticus intelligeret, quæ alioquin tot formis, compoſitionibus, reſpectibus, indiuiſibilibus omnino ſcotica & tenebroſa erat.

¶ Vtraq; ſententia male audit ab aduerſarijs, Greg. Arim. dicit opinionē de motibus eſſe fictionē, ita & alij dicūt eſſe mera figmēta ponere tot realitates & continuā entiū inceptionē & deſitionē in motu vnius muſcę, D. Iſennachius anilē dicit, d. quoq; Coronellus Iuniores nō nominales debere appellari a noīe, ſed numinatos a numine affirmat ob hoc pclarū inuentū, nā ait eos fictoribus nō realibus cōtradicere. ¶ Qui ſunt de alia hęreſi, paria cōuicia eiaculantur, Gualterus Burleus inqt neotericorū opinionē incōſuetā & erroneā, & qđ deſtruat naturā & principia naturalia, & ideo cū tali hoīe naturalis nō debeat diſputare. ¶ Chun. Sūmerhardus totus in fermento eſt, q ait recētiores nedū loq cōtra rōem, ſed cōtra ſenſum quoq;, & q dent cauillātes ſolutiones. Sic alij alijs vtunt̄ Ledorijs, qđ inq; tolerabile eſſet in doctis, ſi nō & indocti quoq; plura pfunderent, vti Hemericus de Campo cū omnitate ſua in pbleumatibus ſuis p Alberto magno, temere pleraq; modernorū carpſit, quorū intelligentiā nondū fuerat aſſecutus, at iam ſubtilē & ingenioſam ſententiā explicemus breuibus, qm̄ ipſa non vult entia multiplicari abſq; ſenſu vel ratione. 1. Quāuis aliq res ſit ſucceſſiua, cuius pars acqrat̄ poſt partē, tn̄ nulla eſt res ſucceſſiua in vniuerſo ſic ſucceſſiua qđ partibus ei9 repugnet eſſe ſimul, vide q̄ntā difficultatē abſtuleris dictorū realiū. ſ. a quarto vſq; ad. 11. 2. Motus nullā entitatē reſpectiuā importat a rebus abſolutis diſtinctā nā ponūt oēm rē mundi eſſe abſolutā & reſpectiuā vt leges in Greg. diſ. 28. primi nō allego alios, q ſi ſcribā in metaphyſica, locuplete tangam. 3. Motus nullā rē abſolutā pricipalr̄ importat a termino ad quē & mobili realiter diſtinctā, vn̄ cū alij in alteratiōe ad minus neceſſario ponūt. x. entitates iſti ſunt tribus cōtenti, nā ponūt ignē, calorem, aquā dico ad minus, q nō loqmur iā de reſpectu diſtinctionis, diſtantię, reactionis. &c. 4. Motus non ſignificat abſolute terminū ad quē vel mobile, ſed tunc quando acquiritur vna pars formę vel vbi aut deperditur poſt aliam. Non enim caliditas eſt motus abſolute, alioquin eſſet motus, quādo ſtaret ſub eſſe quieto, ſed dicit̄ motus qn̄ iam partibilr̄ acqrit̄ in aqua qđ aliqd eius eſt acqſitū, & aliqd acqrendū. 5. Sequr̄ qđ ppt̄ magis reale illi dicunt aliqd moueri, quā primi: patet, q ipſi dixerūt aliqd moueri formaliter ab illo diminuto ente ſucceſſiuo cuius nihil eſſet pñter quam mutatū eſſe. Iſti vero iuniores dicunt aliqd moueri ſcđm reales ptes formæ aut vbi acquirēdas aut deperdēdas. 6. Cōtrouertūt tn̄ q illorum ſit motus. Greg. de Arim. diſ. 1. q. 4. ſcđi aſtruēte formā acqrendā eſſe motū, aut ſpaciū ſup q̄ mobile mouet̄, hanc dicit d. Vſing. eſſe cōmunis ſcholæ. Georgius Bruxel. dicit ipſum mobile ſeu ſubiectū eſſe motū, & illā dicit Coronel. & Dullaert eſſe cōmunis vię neotericorū, q eſt verū; at tu diſtinguito ad huc acutius qm̄ motus cōcretiue eſt mobile, abſtractiue eſt forma vel vbi. &c. Reperies iſtam ſententiā apud prenominatos & ioan. Maioris amœni ingenij doct. diſ. 2. q. 2. ſecundi, Gab. ibi q. 1. Capreolū lib. 2. diſ. 1. q. 2. cōcluſiōe. 2. qui hoc loco deſciuit a cōmuni ſuorū affeclarū ſentētia, tenuit eā Saxo, & Vueſalia, Petrus Camerac. Super ſphera Sueſſa ad quorū ſententiam reſpondetur ad quęſitum

Margin: Arim. — Iſennach. — Coronel. — Gualter9 — Sūmerh. — Hemeric9 — Greg. — Arim. — Vſingi9 — Bruxel. — Coronel. — Dullaert — Io. Maio. — Gabriel. — Capreol9 — Saxo — Vueſalia — Camerac. — Sueſſa

Articulus. II.

Concluſio. I. Non eſt ponēda aliq res ſucceſſiua diſtincta a rebus permanentibus; illa cōcluſio probat̄ per Greg. Arim. quia ſi motus eſſet talis res ſucceſſiua ſequeret̄ aliquid eſſe dū fieret, & fieri dū eſſet ſed hoc eſt contra Ariſt. 1. perihermenias q fit nō eſt, & Auer. 5. phyſ. dicit eſſe euidēs Com. 15. ¶ Si ſoluis dictū Ariſt. verū de permanentibus nō ſucceſſiuis, cōtra hoc eſt Ariſt. qui vbi ſupra. 5. phyſ. pbat q generatio nō generat̄, quia generaret̄ dū eſſet & ſic ſimul eſſet & fieret. Modo generatio ſcđm diuerſarios eſt ſucceſſiuū, ergo Ariſt. etiā in ſucceſſiuis habuit pro inconuenieti aliquid fieri dum eſſet. ¶ Secūdo quia nihil cōponit̄ ex non entibus. ſed pars prior & poſterior rei ſucceſſiue ſunt non entia, ergo ex eis non cōponit̄ motus. Immo ſic motus eſſet Chymera, q componeretur ex incomponibilibus; quoniam dum illę partes non poſſunt ſimul eſſe non poſſunt etiam ſimul componere, tenet conſequentia quia actus ſecundus q eſt cōponere preſupponit actū primū qui eſt eſſe. ¶ Confirmat̄ q ſecundū te, pars prior amplius non eſt, ergo non poteſt copulari p mutatū eſſe ad partē poſteriorē, nā ſic non ens cōtinuaretur alteri. Diuidatur motus illius horę in duas medietates cōtinuatas per mutatū eſſe mediū, tūc enim neutra medietate exiſtēte, quō poteſt totū eſſe plura inferius de tempore in quarto.

Concluſio. II. Motus non diſtingui̅t a mobili, pbatur q alias ſubiectū pro eodē tēpore acqreret acci dens & perderet. ſ. illud mutatū eſſe ipſius motus, ſed hoc eſt cōtra Ariſt. 8. phyſ. tex. com. 62. vbi aſſumit p impoſſibili ſimul eſſe generationē & corruptionē eiuſdē, ſed tēpus mediet inter eas. Incōueniens videbit̄, ait, ſi factū mox neceſſe eſt corrūpi & nullo tēpore permanere, & Auer. ait oē generatū habet eſſe in actu, & exiſtēs in actu eſt in tēpore demonſtrato, alias natura ageret ocioſe, deducit late Arim. diſ. xvij. q. ij. art. 2. primi, alias etiā corrueret ratio Ariſt. in. 5. phyſ. qn̄ probat motū nō generari. ¶ Confirmat̄ q ſic dicēdo motus non eſſet motus, pbatur q motus eſt actus entis in potentia, ſed nec pars prior eſt actus eius, nec pars poſterior, quia neutra eſt, & igitur neutra poteſt eſſe actus, & nullam aliam partem habet motus, quia mutatū eſſe non eſt ps eius, ſed ſolum terminus, ergo nec ſecundum ſe, nec ſecundum aliquam partem eſſet actus entis: Confirmatur q non poſſit dici actus ratione mutati eſſe, quoniam actus ibi eſt perfectio & non reperitur in generatione, quoniam eſt forma diuiſibilis, eſt expreſſa ſententia Auer. 5. phyſ. Com. xxi. vbi ſatis liquet ratione indiuiſibilis non poſſe dici eſſe actum. Rationes iſtæ ſunt Grego. partim.

Margin: Arim. — Ariſtot. — Auerroys — Ariſtot. — Nullus ſanæ mētis admittit ait Greg. — Ariſtot. — Auerroys — Arim. — Ariſtot. — Auerroys — Greg.

Concluſio.III.Motus localis non diſtinguitur a mobili, ꝓbat̃ qa oĩs actus ſeribilis inquantũ huiuſmodi eſt latio, ſed aliq̃ res permanens eſt huiuſmodi ergo eſt latio, maior eſt diffinitio eius hoc tertio minor patet de mobili quod actu acquirit partẽ loci poſt aliã.&c̃.Manifeſtat̃ hoc etiã in angelo, q mouetur localiter, & tñ cũ ſit indiuiſibilis,non poteſt in ſe recipere tale accidẽs extenſum ſicut eſt motus per alios.¶Cõfirmat̃ motus localis eſt primus motus.8.phyſ.tex.Com.54.ſed ſi motus diſtingueret̃ a mobili,iam motus localis non eſſet primus,nã anteꝙ moueret̃ localit̃,tunc moueret̃ ad illud accidẽs ſucceſſiuũ.Preterea motũ localit̃ per ſe non mutat aliqđ eſſe,per Ariſt.ibi,dicit em̃ ibi. Secundũ hunc

Ariſto. ſolũ motũ,nihil mutat̃ in eſſe qđ mouet̃,ſed ſi motus eſſet diſtinctus a mobili iam p̃ter mutationẽ ad vbi mutaret̃ etiã mobile ad illud accidẽs ſucceſſiuũ.

Ariſtot. ¶Dicta ſatis etiã ꝓbant̃ p Ariſt. q hoc.iij. ait &.xi. metaphyſ.Nõ eſt vllus mot⁹ p̃ter res ipſas, & Auer.

iij.phyſ. Com.4. ait motus non differt a perfectiõe ad quam eſt,niſi ſecundũ maius & minus,&.v. huius id ad quod eſt

Com.vi. motus,eſt de natura motus.

Cõcluſio.IIII.Alteratio nõ eſt fluxus aut ens ſucceſſiuũ ab alterabili & alteratione diſtinctũ, ꝓbat̃ qa oĩa poſſunt ſaluari ponẽdo ꝙ alteratio ſit qualitas illa fluens,ergo eſt debilitas ingenij non poſſe rationes non nodoſas hoc apparent̃ tantũ ꝓbantes diluere,qđ aũt ſit alteratio patet qa eſt actus alterabilis in q̃ntũ huiuſmodi,ergo eſt alteratio,a diffinitione ad diffinitũ. Et quod ſic debeat accipi actus,

Com. oſtẽditur per Com.5.phyſ.Com.21.qui dicit ꝙ diffinitio motus in tertio non cõueniat generationi, quia in ea non ſit actus diminutus de genere eius ad quod eſt motus, & cauſa in hoc eſt, qm̃ forma eſt indiuiſibilis.Vides ꝙ p actũ motus intelligit terminum ad quẽ diminutũ per motũ cõplendũ.Ideo di-

Com. cit Com.ꝙ eſt actus permiſtus potẽtię.¶Confirmat̃

Com. per allegata priori cõcluſione &ꝙ com. ait.8. phyſ. Com,xvij.Subſtãtia motus eſt de natura eius ad qđ

Tartaret. eſt,idẽ dicit Com.xxi.& Com.xxxi.Tartaretus ſuis diffidens facit problema neutrum.

Concluſio.V.Generatio nõ diſtinguit̃ a forma, quę tali generatiõe acq̃rit̃, ꝓbat̃ illa concluſio p allegata & declarata in fi. primi phyſicorum.

Concluſio.VI.Augmentatio non diſtinguit̃ ab augmentato,nec diminutio a diminuto, ꝓbat̃ illud quo poſito ponit̃ effectus, & non poſito oĩbus etiam alijs poſitis,illud eſt cauſa eius ſufficiens. Sed ſi animatũ ſolã quantitatẽ maiorẽ acq̃reret,ſine tali ſucceſſiuo,ipſum augmentaret̃, ergo ſola q̃ntitas maior adueniens auget animatũ, & non ille fluxus qm̃ ille fluxus,non augeret.

Concluſio.VII.Motus non cõponit̃ ex negationibus patet qa actio eſt motus, & tñ eſt prędica-

Ariſt. mentũ,ſimilit̃ Ariſt.ponit motũ in p̃dicamẽto paſſionis & ſic de ceteris.Vnde motus habet quid rei, qa verũ eſt dicere de caliditate quę iam ꝓducit̃, hęc res eſt motus,ꝓbat̃ qa eſt actus entis in potẽtia. &c̃.

Ocham vnde vbi G. de Ocham negat aliqua habere qd rei,

Burleus ipſa vere habent, & in hoc Burleus bene improbat

Coronel. Ocham hic Decreueram plura afferre ex Coronello

Dullaert. Ioan,Dullaert,Saxone & alijs, verũ ne in immen-

Saxo ſum creſceret quęſtio,hęc reſecanda erant.

Articulus.III.

Dubium.I.an actio ſit paſſio.

¶Pręmitto.I.actionem capi multifariã.1. pro actu formali actuante,vt ſunt formę.2.pro ipſo agente principali.3.pro eo quo agens agit in paſſum,& ſic eſt res acta.4.pro operatiõe noſtra qua ceſſante nullus effectus remanet, & ſic agere diſtinguit̃ contra facere.vi.ethic.

¶Pręmitto.II.paſſionẽ ſimiliter multifariã vſurpari.1.pro eo ꝙ affici t ſubiectũ.2.ꝓ propria paſſione. 3.pro q̃litate quę titillat appetitũ ſenſitiuũ.4. pro eo qđ patitur.5.pro eo ratione cuius paſſum dicitur Arim̃ diſ.

pati.6.pro q̃litate inferente paſſionẽ ſenſui.Et quã i.q.5.ſcđi

uis hic aliq magna faciant feſtã, at vt nos breuibus nos abſoluamus ita reſpondẽdo dubiũ enodamus.

Actio tertio modo vſurpata eſt paſſio,q̃nto modo vſurpata,nã eadẽ caliditate qua ignis agit,aqua patitur,& ſic eadẽ caliditas eſt actio & paſſio, non me fugit etiã aliter poſſe dici, at aduerte non ſequi actio eſt paſſio,ergo agere eſt pati,qm̃ vt in ſummulis docuimus, iſte locus a cõiugatis nõ tenet,niſi in

eſſentialibus,vt voluit Marſ. in primo q.vi. Marſil.

Articulus. IIII.

Rationes quia ſunt plurimę,ego vtcũꝙ cõglome- Arim.

rabo,quod plures in idẽ recidant.Vnde volo p or- Venetus.

dinẽ accipere illas,quas cõtra ſe format Greg.Arim. Burleus.

poſtmodũ alias cõiungam⁹ ex Veneto,Burleo,Au- Aurelius.

reolo,Coronello & alijs.Primo oĩs res quæ poteſt Coronel.

manere,motu nõ manente diſtinguit̃ realiter a motu,& ſic eſt de mobili ergo maior videt̃ eſſe primũ Scotus.

principiũ quodlibet eſt vel non eſt & ſub vrgentiori forma aſſumit Sco.diſ.1.q.v,Nihil eſt idẽ realit̃ a,ſine quo a poteſt eſſe realit̃ ſine cõtradictione,ſed mobile poteſt eſſe ſine cõtradictione abſꝙ motu,ergo diſtinguunt̃,maior probat̃ qa qđ idem realiter

ſit & non ſit eſt oppoſitũ primi principij. Et nega- Ariſt.

ta illa maiore non poſſit probari diſtinctio entium Alphonſ.

Iſta enim eſt via qua Ariſt,probat.4.phyſ.T. Com. Auguſti.

3.locũ diſtingui a locato, & Alphonſus ait eſſe viã Auguſtini de virtutibus animę. Scđo.Res permanẽtes habẽt oẽs partes ſimul.Motus non habet oẽs partes ſimul,ſed eis repugnat eſſe ſimul. ergo non ſunt idem. Tertio.Nullus motus poteſt eſſe in inſtanti, quęlibet res permanens poteſt eſſe in inſtanti, ergo motus non eſt res permanens. Similit̃ deus poteſt creare mobile,& non poteſt creare motũ,ergo motus diſtinguit̃ a mobili.Quarto.Nihil eſt mediũ acquirendi ſeipſum,ſed motus eſt mediũ acq̃rendi formam,ergo motus non eſt forma,qa acq̃ſitio rei diſtinguitur a re. Quinto. Calor diſtinguit̃ ab aqua,

& aqua eſt mobile,& calor ſcđm te eſt motus ergo Sũmerh.

motus diſtinguit̃ a mobili,ita ratiotinat̃ Sũmerh.

Sexto.Si motus non diſtingueret̃ a mobili,iam nõ Ariſtot.

eſſent quinꝙ ſenſibilia cõmunia, contra Ariſt.2.de anima.vbi enumerat motũ.Septimo.Oĩs motus eſt tardus vel velox, nulla res permanens eſt tarda vel velox, ergo nulla res permanens eſt motus,in cameſtres.Octauo.Motus eſt in mobili,mobile nõ eſt in mobili,ergo motus non eſt mobile.Item motus terminat̃ ad formã,forma non terminat̃ ad formã,

ergo motus ſimiliter non erit forma, hæc eſt ratio Burleus

Burlei.

Secundo pricipalit̄ rões fiūt, q̄ forma acq̄ſita aut
deperdita nō ſit motus. Prio ad q̄litatē eſt motus p
ſe, ad motū nō eſt motus. v. phyſ. ergo q̄litas non eſt
motus Scd̄o albedo nō eſt motus, ſed albefactio. v.
Auicenn. phyſ. t. cō. 10. & Auicēna in ſcd̄o tractatu ſufficiētię
ſuę ait abſurdū eſt dicere q̄ nigreſcere ſit nigredo
Auer. & alibi. Abhorreo dicere ꝙ nigreſcere ſit nigredo.
Tertio oīs via ad rē diſtīguit̄ ab illa re Auer. 3. phyſ.
Com. 4. Sed motus eſt via ad rē. 1. cœli Com. primo
ergo motus nō eſt illa res ad quā eſt. Quarto ſeq̄ret̄
q̄ motus de cōtraria q̄litate in cōtrariā, non eſſet
vnus numero, ꝓbat̄ q̄a ibi ſunt duę formę, q̄rū vna
cōtinue acq̄rit̄ alia cōtinue dep̄dit̄, ergo etiā eſſent
duo motus, tenet cōſequētia, q̄m q̄libet illarū forma
rū eſſet motus. Quinto nullū ſucceſſiuū eſt res p̄ma
Auerroys nēs, mot⁹ eſt ſucceſſiuū, ergo nō eſt res p̄manēs. Sex
to Auer. hic diſtinguit de motu q̄a prio ſit forma ad
quā eſt motus, ſcd̄o ſit via vel fluxus ad iſtā formā,
ergo eſt de intētiōe eius ponere fluxū diſtinctū a for
ma ad q̄ eſt mot⁹. Septio tali formæ nō cōtrariat̄
q̄es, & motui oppōit̄ q̄es, ergo mot⁹ nō ē talis forma
Buridan. Tertio principaliter contra motū localē, & prio
Marſil. rōe Buridani & Marſ. hic. Supponūt duo. Primū ꝙ
moueri localit̄ eſt alit̄ & alit̄ ſe habere ſcd̄m pri⁹ &
poſterius. Scd̄m q̄ ſi eſſet ſolus lapis cū deo, adhuc
deus ſine alia ſubſtātia creāda poſſet mouere lapidē
ꝓbat̄ q̄a nō īplicat cōtradictionē, ſcd̄o q̄a eſt articu
lus Parrhiſ. deū poſſe mouere mūdū motu recto, ter
tio q̄a nō eſt curandū ꝙ illa ſuppoſitio obuiat natu
ralibus, q̄a in inq̄ſitiōe veritatis licet oēm veritatē,
p ſe autoritate vel rōe notā ſupponere, eo ꝙ oīe ve
rū vero cōſonat, tūc talē rationē inſtruūt. Lapis in
caſu dicto moueret̄, ergo alit̄ & alit̄ ſe haberet & nō
ad aliq̄d extrinſecū, q̄a p caſum nullū eſſet niſi de
us, ergo alit̄ ſe habet reſpectu intrinſeci & nō reſpe
ctu ſuę eſſentię, ergo reſpectu mot⁹ ſeu flux⁹ ſupad
diti. Et tū iſte mot⁹ lapidis eſſet eſſentialit̄ ſi ſis mo
tui locali. Scd̄o mobile mouet̄ localit̄, mot⁹ vō nō,
ergo mobile nō ē mot⁹. Tertio eſſe terrā ē naturale
terrę, moueri ſurſum eſt violētū terrę, ergo moueri
ſurſū nō ē terra. Quarto mot⁹ de nouo p̄ducit̄, mo
bile nō de nouo p̄ducit̄, ergo mobile nō eſt motus.
Quarto principaliter ſic quis argumentat̄. Primo
motus diuidit̄ ad diuiſionē mobilis, ſimiliter ante
omnē motū fuit motus, & ante omne mobile non
eſt motus, ergo mobile non eſt motus. Scd̄o motus
eſt diuiſibilis, & aliquod mobile vt angelus eſt in
diuiſibile, ergo motus non eſt mobile. Tertio Eck
ardus iam mouetur, & ante horā non mouebat̄, er
go in iſta hora acquiſiuit entitatē à qua dicit̄ moue
ri. Quarto motus eſt cauſa caloris. 1. Methereoꝝ, vbi
tū nullū mobile eſt cauſa caloris, ſed potius frigidi
tatis, vt patet ſi lapis lapide aut ferro fricetur, ergo
eſt aliqua alia entitas, quæ eſt cauſa caliditatis, & il
la eſt motus. Quinto quia ſepe & multū ſcribens eſt
aptior ad ſcribendū, ergo videt̄ ꝙ ex pluribus moti
bus actualibus, generet̄ vnus motus habitualis, ergo
mot⁹ diſtinguit̄ a mobili. Sexto impet⁹ diſtinguit̄
a mobili, ergo & motus a ſimili. Septimo ſi quęret̄
eundē eſſe motū circularē & rectū ꝓbat̄ in p̄iectiōe
ſphęre vel troci. Octauo ſeq̄ret̄ q̄ materia eſſet act⁹
patet q̄a eſt mobile, igit̄ etiā motus per te, ergo &
actus, a diffinitiōe ad diffinitū. Nono Eckardo mo
to ſurſum, & Eckeberto deorſum, ibi ſunt motus
cōtrarij, & tū mobilia non ſunt contraria

Reſpondet ad illa, hoc ſolo p̄miſſo, quod mot⁹
nō ſignificet abſolute, ſed connotatiue, nō em̄ ſi
gnificat rē vt eſt ſub termino ad quē totali, ſed q̄n
iam eſt in via ad acq̄rendū vel deperdēdū, & ita nō
ſignificat q̄d, ſed aliq̄lit̄ ſe habēs, vnde tūc reſpōdet̄
Ad primū q̄ eſt Achilles, ſed eneruatus aduerſari
orū, reſpōſum fuit q. de q̄ntitate ratiōe tertia prin
cipali, & in Elench. q. 2. notabili. 4. vbi oſtēdim⁹ q̄n
illa via ſit bona & q̄n non, vnde nō nego maiorē q̄
eſt principiū ꝓbandi vnā rē differre ab alia, ſed cō
ſequētiā. ¶ Vnde fateor q̄ in abſolutis aut abſolu
te demōſtratis ꝓbat diſtinctionē realē, tū in alijs nō
ꝓbat niſi diſtinctionē rōis vt expreſſe voluit Ariſt. Ariſt.
1. phyſ. & hoc textu tertij phyſ. numero. 19. quō alij di F. Marcus
luant F. Marcus, Vſing. & G. Arim. fuit alias dictū, Vſing.
reſpondēt em̄ ad minorē motū manere, ſed nō ma Arim.
nere motū, q̄ nō placet. Ad ſcd̄m dico q̄ ſicut ſuc
ceſſiuū capit̄ bifariā, ita & res p̄manēs, q̄m res p̄ma
nens aliq̄n eſt cuius p̄tibus nō repugnat eſſe ſimul,
& ita oīs res mūdi eſt p̄manēs, ſed ſi capit̄ p̄ ea cui⁹
p̄tes ſimul ſunt, ſic caliditas q̄n eſt in motu in aq̄ nō
eſt res p̄manēs. Ad formā res p̄manentes habēt oēs
partes ſimul, vniuerſalit̄ negaret̄, ſed ſufficit ꝙ par
tes nō repugnāt quo ad eſſe ſimul. Sed partes motus
nō ſunt ſimul, dico p̄prie eſſet falſa. & eſto q̄ nō
ſint ſimul, tū erūt ſimul. Tamē cōcedit̄ in hoc ſenſu
ad hoc ꝙ res moueat̄ req̄rit̄, q̄ ſucceſſiue acq̄rat vel
deperdat vnā partē poſt aliā. Ad tertiū concedo q̄
deus nō poteſt facere motū in inſtāti, q̄a iam motus
non eſſet motus Cameracē. q. 13. primi, & mobile Camerac.
poteſt. ergo diſtinguunt̄, nego cōſequentiā q̄a ſcd̄m
Ariſt. ſolū īfert diſtinctionē rōis nō realē, vnde hoc Ariſto.
q̄ eſt motus deus poteſt facere in inſtanti, ſed non
motū, rō eius fuit dicta in capite ſolutionū, vnde in
abſolute demonſtratis cōſequentia eſſet bona, ſed
maior falſa, eodē mō de annexo dicas, do inſtantiā
in ſimili, deus poteſt creare leonē, & non poteſt cre
are genitū, ergo leo non eſt genitus. Ad q̄rtū dico
aliq̄d incōpletū bene poſſe eſſe mediū acq̄rendi ſe
ip̄m cōplete. Et motus nō alit̄ eſt acq̄ſitio niſi quia
eſt vna pars cōtinue acq̄ſita poſt aliā. Eodē mō mo
t⁹ dicit̄ ḡnatio. i. vna p̄s adḡnata poſt aliā. Ad q̄ntū
cōcedo q̄ mot⁹ abſtractiue ſeu terminatiue diſtin
guit̄ a mobili ſubiectiue ſeu cōcretiue, ad formā tū
argumēti negat̄ cōſequētia, q̄a arguit̄ a nō diſtribu
to ad diſtributū ī dictiōe mobile. Ad ſextū dico mo
tus eſt ſenſibile cōmune, nō vt eſt entitas vna a plu
ribus ſenſib⁹ p̄ceptibilis, ſed q̄a plures ſenſus p̄cipi
unt eorū obiecta p̄pria moueri ſcd̄o de aīa vide.
Ad ſeptimū dico ꝙ ſicut motus eſt tardus vel velox
i. aliq̄d velocit̄ aut tarde mouet̄, ita & res eſt tarda
vel velox. ſ. in mouendo, & ita minor eſt falſa. Ad
octauū dico q̄ mot⁹ eſt ī mobili denominatiue, q̄a
mobile denominat̄ moueri, ſed nō eſt in mobili in
heſiue, niſi accipiat̄ pro forma. D. Coronell. Saxo, Corond.
Dullaert & noſtri cōmunit̄ dicūt eſſe accipi p̄ ſcd̄a Saxo
intētiōe, at tūc inſtat Venetus, q̄ ſic mobile eſſet in Dullaert.
motu, ego nō reputo hoc abſurdū, q̄m Eckardus di Venetus.
cit̄ eſſe in motu, etiā cōſueto modo loq̄ndi. Sed cur
Ariſt. vnā negauit nō aliā, rō eſt q̄a videmus aliquē Ariſt.
motū eſſe inheſiue in mobili, ſicut caliditatē in aq̄,
ſed non mobile videmus inheſiue eſſe in motu. De
terminatione formę iam dicetur.

Ad.II.principaliter inducta.Ad primũ dico ad q
litatẽ qeſcentẽ eſt motus per ſe,ſed motus nõ eſt qli
tas qeſcens,ſed mobilis.ſ.quę eſt in vlteriori tendẽ
tia ad partes acquirẽdas, vnde cõſequẽs indefinitũ
cõcedat,qa qlitas q̃ iã eſt ſub eſſe qeto nõ eſt ampli
us mot⁹.Ad ſcdm reſpõdet p idẽ qa albedo qeſcens
nõ eſt mot⁹,ſed albedo mobilis, q̃ eſt in tẽdẽtia vl
Com. teriori.&c.Et q̃ Com.ſic loquat̃ de albedie qeſcẽ
te patet qa ait ibi.5.phyſ.Com.5. Et qa manifeſtũ
eſt q albedo eſt forma qeſcẽs imobilis,& q fingit
ipſam moueri nõ eſt cũ eo loqndũ ĩ hac ſciẽtia.Nõ
Auicen. difformiter reſpondeat ad Auicennã, aut voluere
noĩe albedinis nõ formaliter exprimi rationẽ mo
tus.Ad tertiũ dicit̃ q motus nõ eſt via ꝓprie, ſed
traſſumptiue,& tũc dicit̃ ad argumentũ cõcedendo
totũ qa differũt ſicut imꝑfectũ & ꝑfectũ, caliditas
eñ vt imperfecta eſt via ad caliditatẽ ꝑfectã,ſic quo
ꝙ caliditas ꝑfecta terminat caliditatẽ imperfectã.
Arim. Ad quartũ qcquid dicat Greg.Arim. cõcedat̃ quod
ſint duo motus vnus acqſitiuus,alius deperditiuus
ſicut ſunt duę formæ, & hoc manifeſtius patet in
ſubſtantia.vbi illi motus habẽt ſpecialia noĩa.ſ. ge
neratio & corruptio, & extenſo vocabulo, etiã hic
Ariſto. pñt ſic appellari. Q aũt dicit̃ eſſe cõtra Ariſt.5.
phyſ.T.c.47.negamus,bene agit ibi de cõtrarietate
motuũ, & vnde ſumat̃ vt ibidẽ explicabimus.Ad
quintũ nullũ ſucceſſiuũ quo ad eſſe & fieri eſt res ꝑ
manens,quia omnino nihil eſt. Sed motus non eſt
ens ſucceſſiuũ quo ad eſſe, ſed ſolũ quo ad fieri.Ad
Saxo ſextũ reſpondet Saxo voluiſſe Com. Rem ſignifi-
catã bifariã enunciari a nobis,primo noĩe rei qui-
eſcentis,& ita capimus terminos de genere quanti-
tatis,qlitatis & vbi,ſcdo noĩe fluxibilitatis, & ſic
vtimur terminis ꝑdicamenti actionis & paſſionis.
Auerroys Vnde ſubdit Auer. quod motũ capiẽdo ꝓ forma
diminuta,q ille ſignificatus eſt verior, licet pro
via aut fluxu accipiẽdo, ſit ſignificatus famoſior
Ad ſeptimũ dico huic formę vt in termino ad quẽ
non opponi quietẽ,tñ ei opponit̃ qñ iam eſt in cõ
tinua tendentia partibiliter plures partes acquirẽ-
di, volo dicere forma mota non quieſcit, ſic nec
motus eſt quies.

Ad.III.principaliter inducta reſpondeo ꝙuis iam
Saxo arbitror oĩa liquere.Ad primũ, qa argumentũ põt
Bruxel. ſub varijs figuris induci,ſicut Saxo inducit de ſphe
ra mota,alij de lapide in vacuo.&c.Bruxellen. in-
Coronel. terimit primã ſuppoſitionẽ qa hoc ſit qd noĩs ipſi⁹
Dullaert. moueri,nõ ipſius moueri localit̃.Coronell.& Dul
laert eũ reprobant q̃ſi per hoc voluerit ſoluere rati
Saxo. onẽ,q tñ non intendit ſicut patet in ſcda opi. per
eum recitatã. Reſpondet ergo ſcdm Saxonẽ q ta-
lis lapis moueret̃ localiter & ſimiliter deus poſſet
mundũ mouere motu recto, & ꝙuis non mutet lo
cum,quia non eſt in loco, tñ mutaret ſi eſſet locus
Ockam ipſum circũſcribẽs ego fortifico hanc ſolutionẽ per
ſimile G.de Ockã q.x.ſecundi,q vnus angelus diu
tius durauerit alio,non reqrit̃ ſucceſſio aliqua in
actu,ſed in potẽtia,nã ſi nulla ſucceſſio eſſet, adhuc
vnus angelus plus duraret ꝙ alius,qa coexiſtit ma-
iori ſucceſſioni in potẽtia,& ibi fingit̃ tẽpus ima-
ginariũ,a ſimili ergo etiã licet ponere vbi imagina
rium ſi lapis moueret̃ in vacuo,vel extra cœlũ, qm
ſi Eckardus eſſet in vacuo,adhuc aliter eſſet ſituatus
ſedens quã ſtans,ſupinus ꝙ erectus, & hoc propter
ſolum vbi imaginariũ. Verum eſt quod illo modo
moueri dicitur moueri localiter impropriе.
¶Aliter reſpondet Greg.Arim. q non moueret̃ lo Arim.
caliter lapis,vel cœlũ.&c.nullo alio loco exiſtente
& ita interimit ſcdam ſuppoſitionẽ & inqt mirum
eſt,q aliqs oppoſitũ cõcipiat, quõ eñ qd poteſt lo
caliter moueri ſine loco, aut qlitatiue ſine qlitate.
Et ergo ſi aliqd mouet̃ localiter hoc oportet ꝙ fiat
ad locũ,vel circa locũ.&c. ad ꝓbationẽ ſuppoſitiõis
dicit̃ ꝙ non implicat cõtradictionẽ, ſi deus creet lo
cum,q poteſt, & ita vtrũꝙ eſt poſſibile,alias vero
ĩplicat moueri localit̃ ſine loco. Et D.Coronell. ait Coronel.
q quantũcunꝙ deus diceret iſtũ lapidẽ trahere aut
circũuoluere, tñ non dicat̃ moueri localiter, & ita re
ſponſio illa eſt cõmunis,prima tñ magis qetat. Ad
ſcdm cõcedo mobile moueri, & cũ aſſumis motum
non moueri,nego quod res quę eſt motus non mo-
ueatur.Ad Ariſt.dico q voluit motũ non moueri Ariſt.
ſ.per entitatẽ ſupaddidã vel ꝙ nõ mouet̃ ſubiectiue
ſcdm Arim.quãuis ego nõ ita loquar, immo hoc eſt
cõtra aduerſarios,qa ſi motus eſſet talis entitas ſuc- Arim.
ceſſiua adueniẽs mobili, tũc certe & ipſe motus mo
ueret̃.Ad tertiã admitto terrã violẽter moueri , ſed
entitas motus terrę ſurſum nõ eſt violenta.Nam di
citur violentus rõe termini, ad quẽ paſſum nõ incli
nat̃ vñ violentũ aliter appellat qñ addit̃ motui, &
qñ addit̃ terrę, vñ in cõſequẽte deberet etiã addi, ꝙ
non eſſet naturale terrę moueri ſurſum, q eſſet con
cedendũ & ita terra non eſt violenta,ſed motus vio
lentus.Ad quartũ motus de nouo ꝓducit, dico ꝙ il
la ꝓductio eſt ſcdm qd, vt de factione diximus q.1.
ſecũdi.In rationibus, ſed ita mobile etiã ſecũdum
quid de nouo ꝓducitur.
¶ Ad quarto principaliter inducta.Ad primũ dico
motũ diuidi ad diuiſionẽ mobilis, nõ ꝓprie tanꝙ
res ab eo diſtincta.Sed ad ſenſum impropriũ, quod
mobile diuiſibilit̃ acqrit partẽ poſt partẽ, puta ſit
corpus bipedale a & b, tũc prius acqrit nouũ locum
ab a,ſi illic incipiat moueri ꝙ ſcdm b.¶Ad annex
um dico ꝙ in ſenſu ꝓprio illa eſt falſa,añ omnẽ mo
tum fuit motus,qa ante motũ cœli nõ fuit motus.
Sed voluit Ariſt.nunꝙ verũ eſſe aliqd mouet̃,quin Ariſtot.
prius etiã mouebat̃, vt in.vi.phyſ. patebit,q etiã
de mobili eſt verũ.Ad ſcdm forte Ariſt.negat ange Ariſtot.
lum moueri.vi.phyſ.impartibile non mouet̃, at tñ
qa veritas eſt angelos moueri, vt Theologia tradit
Ideo dico motum eſſe diuiſibilem non ſemper in
ſui eſſentia,ſed quia diuiſibiliter acquirit vnã par-
tem formę vel vbi poſt aliam,vnde ſi Michael mo-
ueretur per horam ab Auguſta ad Tibingã, ille mo-
tus diuidi poſſet in.xvi.partes,ſecundũ.xvi.milia-
ria ſucceſſiue a Michaele pertranſita . Ad tertiũ in-
quit D.Coronel.imaginationẽ huius argumẽti eſſe Coronel.
tanti momenti apud alios, vt vbicunꝙ occurrat
ſemper pluralitatem entiũ admittant, ita quod no-
ua denominatio non ſit abſꝙ nouę rei ꝓductione
vel acquiſitione, hæc anſa tantæ multitudinis en-
tium fictorum, at ex bona dialectica conſtat fun-
damentũ eſſe caducum, poteſt enim denominatio
de nouo fieri propter mutationẽ factam in eſſentia
rei,vt non homo,homo per generationem. Secun-
do per mutationẽ in accidente, vt non albũ album.
Tertio per mutationẽ partiũ rei,ſicut in re artifi-

ciata fuſili, vt in cera diuerſimode figurata. Quarto per mutationē alicuius rei extrinſecę, ſicut dicit̃ moueri propter locū, ſic deus dicit̃ primo nō creator, & dein dicit̃ creare, ꝓpter mutationem factam in creatura, itidem in relatiuis, aliquid dicit̃, iam non filius, ꝓpter ſolā mortem patris. Quinto ſine omni mutatione intrinſeci & extrinſeci, vt eſt caſus Greg. Arim. diſt. 17. primi de eo qui eſt in gratia dei per ſolū velle dei, ſine gratia infuſa, ſed hoc Theologicum. Ad quartū dico quod nō motus pręciſe eſt cauſa calefactionis, ſed confricatio partiū: patet ga molle ſic motū nō calefacit: Secūdo quia ſi durum lente moueretur, nō caleſceret: Et quāuis varij, varias quoq; cauſas calefactionis afferant, vt licet intuenti Venetū et D. Coronellū, ¶ Albert⁹ em̄ ait motū eſſe calefactiuū, eo ꝙ per ipſum fit diſgregatio, diſtractio, & rarefactio: ſed ſtando ſolutioni tu dicas cōformiter ad experimentū ſenſus, calefactionē fieri ex veloci cōfricatione corporū: adeo quod plūbum in ſagitta ex motu liquat̃, & hoc eſt ex natura corporū cōfricatorū, & ita nō oportet amplius quęrere. Ad quintū dico generari habitū: vt etiam in logica diximus: quo iſtius membra prompte & faciliter ſcribunt, ſed nō cauſatur ex tali entitate ſucceſſiua, quā fingis, ſed ex digitulis laſſis & ſępe ſcribendo defatigatis vnde etiam ille habitus nō inclinat ad tale ens fictū ſucceſſiuū, ſed ſolum ad digitos ſic mouendos, Ad ſextū de impetu, quo ad antecedens relegamus ad. viij. phyſ, tamen hic negamus conſequentiā, ratio diuerſitatis tunc explicabitur. Ad ſeptimū dicit amœni ingenij doctor Ioan. Maioris diſt. 2. q. 2. ſecundi cōcedendo identice in re, ꝙ mot⁹ rectus ſit circularis, habent tñ illi mot⁹ adhuc diuerſas rōnes & cōnotationes, ꝙ ſufficit, ita cōcedit motum futurū quietem realiter; & multa ſimilia: vide eum, quam laconice & docte ſe expedit in illa materia, Ad octauū dico materiam nō eſſe actum actuantem vel informantem, bene tñ poteſt eſſe actus reſpectu loci. i. quod actualiter moueat̃ ad locū, cuius vnam partem actu acquirat poſt aliam. Ad nonum dico illos mot⁹ eſſe contrarios nō per eſſentiam, ſed extrinſeca denominatiōe: eo. ſ. quia termini ad quē ſunt contrarij, puta ſurſum & deorſum, extenſe loquendo. ¶ Hęc de prolixa illa q. quā largiter ꝓ ſcholaſticorū exercitatione, In vtramuis partem explicauimus. Vtraq; enim pars probabilis exiſtit: ac ſuos habet defenſores doctiſſimos viros: Ideo neutrā ficticiam reputo: niſi quod interdū verbis aliorum vſus diſputando propoſui, Declinaui tamen in eam partem, quę nō faciliter multiplicat entia pręter vrgentem neceſſitatē. Nam hęc via acutior apparet in eo & ſubtilior, quod rōnes alios inducentes ad plura ponenda ipſa diluit & retundit,

Arim. — Venetus — Coronel. — Albertus — Io. maio.

¶ Solent aūt ferme omnes hic materiā intenſionis & remiſſionis formarū, licet impertinenter, excutere: Verū cum Ariſt. nihil horum hic agat niſi in communi de motu, nos eam rem ad ſecundū librū de generatiōe velut in locum ordinarium relegam⁹: vbi Ariſt. de qualitatibus actiuis & paſſiuis elementorū tractat, Cum em̄ liber phyſ. ſępius legatur, Imo ſol⁹ aliquādo legatur in aliquibus gymnaſijs: magiſtri omnia tunc accumularunt.

Ariſto. — Ariſto.

De infinito an ſit et quid ſit Cap. II.

24 CVM autem ſcientia naturalis circa magnitudines motū tempuſq; verſetur: quorū Cōcluſio
vnūquodq; finitum aut infinitū eſſe neceſſe eſt: & ſi nō omne quoduis neceſſe eſt,
aut infinitū eſſe, aut finitū, vt affectū ac punctū: Talium em̄ fortaſſe nullū neceſſe
eſt in horū altero collocari: ad naturalem ſane philoſophū de infinito ſi ſit, nec ne:
& ſi ſit, quid nam ſit: cōtemplari, pertinere videtur. Atq; ſcientię huiuſce contem=
25 platiōnē de ipſo ꝓpriam eſſe: hoc ſigno patet: omnes em̄ qui digne talē philoſophiā tetigiſ=
ſe putant̃: de infinito ſermonē fecerūt: ac oēs ipſum vt principiū quoddā: eorū quę ſunt poſu
erunt: alij quidē per ſe / vt ſubſtantiā nō vt rei cuiquā accidens, vt Pythagorici atq; Plato: ve= 2 Opinio
rū Pythagorici quidē in ſenſibilib⁹ ipſum ponūt: nō em̄ ſeparabilē ipſum numerū faciūt: & antiquorum
id quod eſt extra cœlum infinitū eſſe dicebant, Plato aūt extra quidem cœlū, neq; corpus
eſſe, neq; ideas putabat: ꝓpterea qđ neq; vſq; ſunt ipſę: infinitū tñ et in ſenſibilib⁹ & in illis differētia
26 eſſe cenſebat. Et illi quidē par ipſum infinitū eſſe dicebant: hoc em̄ cōpręhenſum atq; finitū prima Secunda
ab impari prębet hiſce quę ſunt infinitionē: Signūq; huius id eſſe / quod in numeris accidit:
cum em̄ normę circa vnū ſeorſumq; ponunt̃ / nunc alia ſemper fit ſpecies, nunc vna At Plato Tertia
27 duo infinita facit: magnū inquā & paruū. Naturales aūt omnes aliā quandā ſemper naturā eo opinio
rū, quę elementa dicunt̃, ipſi infinito ſupponūt, vt aquā vel aerem: vel id quod inter hęc me= antiquorum
diū collocatur: pręter eos qui elemēta finita fecerūt: nullus enim ipſorū infinitū facit. ¶ Qui
vero elementa faciunt infinita / vt Anaxagoras atq; Democritus: ij infinitum ipſum tactu cō 4
tinuum eſſe dicunt: ille quidē ex hiſce, quę ſunt ſimiliū partiū: hic aūt ex indiuiduis illis cor= opinio
28 puſculis, quę figuris differunt ſiuntq; generandarū ſemina rerū Atq; ille quidem quāuis cō antiquorum
geriei partem congeſtam eſſe perinde atq; totam dicebat: quia videbat quoduis ex quouis o= alia
riri: Hic enim & omnes res olim ſimul fuiſſe dixiſſe videtur. vt hanc carnem & hoc os, & qđ diff. pma
uis ſimili modo: Igitur & vniuerſa & ſimul ergo: nō ſolum enim in vnoquoq; principium eſt Secunda
ſegregationis: ſed in ipſo etiam vniuerſo: Nam cū omne quod fit, ex tali corpore fiat: omni= opinio anaxagorę
umq; ſit generatio, non ſimul tamen: atq; aliquid principiū generationis eſſe oporteat / & id

Opinio vnum quod ille mentem appellat:menſq; a principio quodam operetur cũ intellexit: neceſſe 29
Democr. eſt olim omnia ſimul fuiſſe:moueriq; olim cepiſſe. Democritus aũt nõ aliud ex alio primorũ
illorũ corporũ fieri dicit:ipſum tamen cõmune corp⁹ omniũ eſt principiũ, magnitudine par 30
5 tium differens atq; figura. Patet igitur ex hiſce quę diximus. Infiniti contemplationẽ ad na
color opi turales philoſophos pertinere. ¶Principiũ aũt omnes ipſum ponũt cum rõne: Impoſſibile eſt
niõis pri- em̃ aut ipſum in ratione rerũ eſſe fruſtra:aut aliã vllam ipſi pręter principij vim ineſſe. Om
mę Primus ne enim quod eſt, aut eſt principiũ, aut eſt ex principio:at principiũ infiniti non eſt: eſſet em̃
ſecundus ipſius finis, pręterea ingenitũ ipſum eſſe corruptioneq; vacare cenſent:quippe cum ſit prin
cipium quoddam, nam & quod naſcit̃:id habeat finem neceſſe eſt:& omnis corruptiõis eſt fi
6 nis:quapropter vt dicimus, huiuſce nõ eſt principiũ:ſed hoc principium cęterorũ eſſe videt̃.
Cõcluſio ¶Et continere etiam ipſum omnia, gubernareq; dicunt. vt ij qui pręter infinitũ, nullas alias
ſecũdum cauſas faciunt:vt mentem aut concordiam & hoc eſſe ipſum diuinum, eſt em̃ immortale/nec
antiquos vnquam perire põt:vt Anaximander & naturaliũ plurimi dicunt.

Secunda ESSE aũt infinitum in ratione rerũ, ex hiſce quinq; maxime quiſpiam credet. ¶Ex 31
ps rões fi tempore Eſt enim hoc infinitum. ¶Ex magnitudinũ diuiſione, vtunt̃ enim & ma
unt an in thematici infinito. ¶Ex eo pręterea/quia hoc pacto dumtaxat generatio & corru
finitũ ſit ptio nunquã deficiet:ſi infinitum ſit id ex quo per ablationem id quod naſcit̃ fit.
7 Rõ prima ¶Inſuper ex eo quia finitum ad aliquod ſemper finit̃, quare neceſſe eſt, nullũ eſſe
Secunda finem:ſi aliud ad aliud, ſemper finiri neceſſe eſt. ¶Maxime vero proprijſſimeq; ex eo: quod 32
Tertia vniuerſis cõmunem efficit dubitationem:nam quia mens nõ deficit in cogitando: & numer⁹
Quarta & mathematicę magnitudines:& id quod eſt extra cœlum infinitum eſſe videt̃. Quod ſi illud
Quinta ſit infinitũ, & corpus infinitũ eſſe videtur:infinitiq; mundi. Cur em̃ magis hac parte vacui
autoritas quã hac moles eſt collocanda: Quare ſi aliqua ſit in parte:& vbiq; neceſſe eſt eſſe: & inſuper
8 ſi ſit vacuũ infinituſq; locus, & infinitũ corpus eſſe neceſſe eſt. In perpetuis em̃ nõ differunt 33
Difficul- poſſe ac eſſe. ¶Habet aũt dubitationẽ ipſa cõtemplatio infiniti. Nam ſi ponat̃ eſſe impoſſibi
tas mate- lia multa ſequunt̃ & etiam ſi nõ eſſe ponat̃. Pręterea vtronam ſit modo. Vtrum vt ſubſtantia
rię an vt accidens:alicui naturę perſe an neutro modo:ſed nihilominus ſit infinitũ, & multitudi
9 Mltiplex ne infinita. Maxime aũt ad naturalem philoſophum pertinet, ſi magnitudo ſenſibilis infini- 34
acceptio ta ſit in rõne rerum conſiderare. ¶Atq; primũ determinandũ eſt:quot modis dicit̃ infinitum.
infiniti Vno itaq; modo dicitur infinitum, quod impoſſibile eſt pertranſire:ex eo quia nõ eſt aptum
1 vt per ipſum trãſitio fiat:perinde atq; vox inuiſibilis dici ſolet. Alio modo id dicit̃ infinitũ
negatiue quod habet ſine fine tranſactionem, ¶Aut quod vix, aut qđ aptum eſt quidem habere:non ha
2 ſubdiui- bet tamen tranſactionẽ vel finem, ¶Pręterea infinitũ omne aut in appoſitione: Aut in diui- 35
ditur ſione, aut in vtriſq; conſiſtit. ¶Separabile igit̃ a ſenſibilib⁹ infinitũ eſſe nõ poteſt:quod qui
3 dem ipſum ſit infinitũ. Nam ſi infinitum ipſum neq; magnitudo ſit, neq; multitudo, ſed ſub-
4 ſtantia et nõ accidẽs, indiuiſibile erit ꝓfecto. Diuiſibile em̃ aut magnitudinẽ, aut multitudi
5 nem eſſe cõſtat. Si vero indiuiſibile ſit, infinitũ non erit:niſi perinde atq; vox eſt inuiſibilis.
10 Cõcluſio At neq; illi qui dicunt infinitum eſſe ipſum hoc pacto ponunt, neq; nos quęrimus ſi ſit iden 36
ꝓbatio tidem ipſum, ſed vt habet ſine fine tranſactionem Quod ſi infinitũ per accidens ſit, non hoc
prima elementũ erit eorum quę ſunt, quo eſt infinitũ, quẽadmodum nec ipſum inuiſibile locutio-
ꝓbatio nis eſt elementũ:et tamen vox eſt inuiſibilis. Pręterea quo nã pacto quippiam ipſum infinitũ
ſecunda eſſe põt. ſi neq; numerus neq; magnitudo perſe eſſe põt. quorũ perſe affect⁹ quidam ipſum eſt
11 Cõcluſio infinitũ. Minus em̃ ipſum per ſe quã magnitudinem aut numerũ eſſe neceſſe eſt. ¶Perſpicuũ 37
ſuppoſitõ etiã eſt infinitũ ſic eſſe nõ poſſe, vt actu ſit, & vt ſubſtantia principiumue:nam infinitum erit
ꝓbatur quicquid ipſius accipias ſi habeat partes. Eſt em̃ idem eſſe infiniti ac infinitũ vt patet:ſi infi
concluſio nitũ ſubſtantia ſit, & nõ in ſubiecto. Quare fit vt ipſum aut indiuiſibile ſit aut in infinita ſit
Secunda diuiſibile. At fieri neq̃t vt idẽ mlta ſit infinita, at ꝟo vt pars aeris aer eſt, ſit & infinitum et
ps rõnis pars quęuis infiniti ſit ſubſtantia quędã & principiũ ſit vti dicũt, vacat igit̃ ꝑtibus atq; indi- 38
3 Tertia ps uiſibie eſt:at eſſe nõ põt id tale qđ actu eſt infinitũ. Neceſſe eſt em̃ ipm quantũ qd eſſe per ac
rõnis cidẽs igit̃ infinitũ ipſum eſſe videt̃. Quod ſi ita ſit:dictũ iã eſt antea nõ poſſe ipm principiũ
Infert cõ dici. Sed illud cui accidit vt aerem aut par. Quare abſurde dicũt ꝓfecto q tale illud eſſe cen-
tra pytha. ſent vt pythagorici dicũt, nã ſubſtãtiã faciũt ipm & ſil etiã patiunt̃. ¶Verũ hec qdẽ forſitan 39
12 excuſat ſe inqſitio vniuerſalis eſt magis. Si poſſit inquã infinitũ & in mathematicis & in intelligibili
Ariſto. de bus:& in hiſce quę nullã habent magnitudinẽ eſſe. Nos aũt ſi ſit in ſenſibilibus de quibus do
queſtione ctrinã facimus infinitũ corp⁹ incremento nec ne cõſideramus ac perſcrutamur

40 Si igitur differendi modo conſiderabimus:ex hiſce videbit̃ infinitum nõ eſſe: nam Tertia ps
ſi ratio corporis eſt ſuperficie terminatũ eſſe:nõ erit infinitũ vllum aut intelligi= cap.ꝙ nul
41 bile:aut ſenſibile corpus.At vero neqꝫ numerus ita vt ſepatus ac infinitus. Nume= lũ ſit infi
rus enim omnis,aut id quod numerũ habet:numerabile eſt.Si igitur fieri poteſt vt nitum
¶ Ad. III. negat cõſequẽtia & ratio eſt, ga illę partes ſunt cõmunicantes ſic ꝙ vna pars eſt pars alterius, nã tertia eſt pars medietatis, & quarta eſt pars tertię. &c. Et ita illę partes non ſunt ſcđm ſe totas diſtinctæ. ¶ Ad cõfirmationẽ dico qđ non ſic debet poni ineſſe ꝑpter repugnantiã extremorũ, ſed ſic cõtinuũ eſt diuiſum in duas partes in tres ptes. &c. vide in logica de interpretatione & G. Ochã in qt. Ocham

¶ Ad aliud annexũ nego ſequelã, ga tranſitus non fit ſcđm partes proportionales, ſed quantitatiuas, alioquin darem illatum.

¶ Ad. IIII. dico Com. locutũ nõ de negatione termini ſeu extenſionis, ſed ob indifferentiã materiæ, voluit eam non habere dimenſiones determinatas, vt liquet de materia ſub forma ignis & terræ. Com.

De linea giratiua.

¶ Iſta materia eſt vere difficilis reputata a doctis, nam illa linea eſt difficilis imaginationis, Buridanus negauit lineam gyratiuã eſſe infinitã (quamuis Vueſalia aliter ei imponat) negauit em̃ lineã poſſe gyrare oẽs partes ꝓportionales, eo ꝙ nullę ſint oẽs partes proportionales cõtinui. Sed in hoc bene improbat a Vueſalia, & nouiſſime a D. Coronello, nã quia dixit totũ non diſtingui a ſuis partibus debuit concedere duas medietates eſſe oẽs partes continui. Sequitur ex hoc d. Vſingeñ. non ſufficere euacuare argumenta, quia innititur huic fundamento, ꝙ nullę ſint oẽs partes cõtinui. ¶ Etiam Suntzelius non ſufficiẽter euacuat, quia etiã fundat ſe ſuper eo ſi linea giraret oẽs partes proportionales, tunc ipſa eſſet infinita, ſed ſuppoſitũ reputat impoſſibile, at pro ſuppoſito ſtatim arguo ꝙ poſſibile ſit cuilibet parti proportionali reſpondere vnã girã quia recta linea poteſt tranſire per oẽs partes proportionales, vt patet experiẽtia, ergo & gira illa poteſt ſimilit duci p oẽs partes, alias ratiões vide in Coronello & Io. maioris diſ. 44. q. 2. primi, imo dicit nõ fore neceſſariũ hoc ſuaderi docto viro tenẽti totũ nõ diſtingui a ptibus. ¶ Alit dicit Io. Maior, amœni ingenij doctor vbi ſupra & tract. de ĩfinito, cõcedẽdo lineã

Buridan⁹
Vueſalia
Coronel.
Vſingius
Sintzel⁹
Corone.
Maioris.
Maioris.


gyratiuã eſſe infinite longã tã categoreumatice, q̃ ſincategoreumatice hoc idẽ tenuit amic⁹ nr̃ Geruaſius Vuaĩ parrhiſian⁹ dũ in ſtudio nr̃o diſputaret, q cõceſſit infinitũ curuũ naturalit.ſ. lineã giratiuam, ſed non infinitũ rectũ. ¶Si opponis ergo columna illa eſt infinite longa, probatur quia tam longa eſt res, quã eſt longiſſima eius pars, & illa eſt infinite longa. &c̃. dicunt rem eſſe longã ſcd̃m longiſſimam partem rectam, non curuã. Si placuerit tibi illa ſententia vide maiorem vbi ſupra.

Geruaſius

Maioris.

¶At forte adhuc aliter dicere potes, pro quo ſcias quæ ſint partes proportionales ex. 1. phyſ. ſcd̃o q᷑ linea elica ſeu ſpiralis poteſt duci in plano, vel poteſt imaginari circa corpus, & tunc dicitur linea giratiua, quæ incipit ab vno puncto & terminat̃ in


ſpira



aliud, nunc ſit columna decẽpedalis, cuius partes ꝓportionales ſumant̃ ſcd̃m duplũ, & ita prima pars erit medietas, ſecũda erit quarta. &c̃. tunc de linea girante oẽs illas partes proportionales dicit̃. ¶Primo ſi linea gyratiua eſt pars illius columnę, ꝙ tunc non eſt infinita, ſed ſolũ habet longitudinẽ decem pedalẽ, ſcd̃o dicit̃ ſi eſſet linea extrinſeca & per ſe, gyrans oẽs illas partes ꝓportionales, illa eſſet infinita, primũ patet quia alias illud corpus eſſet difformiter longũ. ſ. ſcd̃m lineã curuã & rectã. ¶Vnde ſequitur ꝙ in partibus cõtinuis linea curua non eſt longior recta, quia menſurant̃ ambę ſolũ ſecundum extenſionẽ ipſius corporis. ¶Secunda pars patet quia ſic verũ eſt lineã curuã eſſe longiorẽ recta, accipe filum & gira columnã, erit longius columna. ¶Et vt obuies replicis ſcias, eſto ꝙ linea giratiua columnę habeat infinitas p̃tes ęquales ſcd̃m longitudinẽ & non communicantes, & tñ non ſeq̄tur ergo eſt infinite longa, quia ſic probares quodlibet corpus quadratũ infinitũ. Maioris cõceſſit de diametro quadrati, & improbat̃ a Coronello. ¶Scias ſcd̃o q᷑ ſi linea giratiua eſſet diſcõtinuatio a ſuo toto & rectificata, ipſa eſſet infinite longa, ſed id naturaliter fieri nequit. ¶Scias tertio lineã illã giratiuã in cõtinuo non eſſe ita longã ſicut ſi eſſet extra ipſum. ¶Scias quarto duas dabiles lineas, quarũ neutra plus extendit̃ q̃ alia, & tñ vna eſt finita, alia infinita, patet de illa linea continui giratiua, & de infinita creata a deo quę applicatiue giraret oẽs partes, hæc lati⁹ vide apud Dullaert q. 1. cœli, Coronellũ in octauo. ¶Corollariũ ſequit̃ nullũ habere fucũ, ꝙ D. Vſingi⁹ ait ꝙ giratiua nõ ſit ĩfinita actu, ſed potẽtia, nõ cathegoreumatice, ſed ſincategoreumatice, nõ ſcd̃m exiſtentiã, ſed mathematicam conſiderationem.



Dullaert
Coronel.
Vſingius

Finis tertij phyſicorum
iij. Decemb. 1517.

ARISTOTELIS PHYSICARVN ACROASVM LIBER QVARTVS.

De loco an ſit & quid ſit ac quottuplex. Cap. I.

Diſputat an ſit loc⁹ V T aũt de infinito ſic de loco neceſſe eſt philoſophũ naturalẽ ſi ſit 1
nec ne, & ſi ſit quonã ſit modo, quidq; etiã ſit cognoſcere. Nam
1 Cõcluſio. oẽs ea quę ſunt alicubi eſſe exiſtimant, quia id quod non eſt nuſq;
autoritas eſt. Vbi namq; hippocentaurus eſt aut chimera, cõmunis quoq; ma
Scd̃o probatur. xime atq; propriiſſimus motus quẽ lationẽ appellamus, loco ſane
accomodat̃. ¶Cõplures aũt dubitationes emergũt, quidnã ſit ipſe 2
2 Cõcluſio. locus. Non eñ idẽ ex oĩbus quę ipſi cõpetunt, cõtemplanti videt̃.
Primo Prętera nihil ab alijs, aut dubitatũ de ipſo, aut inuentũ habemus.
Secundo. ¶Eſſe aũt locũ ex tranſlatiõe patere videt̃, vbi nãq; nunc eſt aqua, 3
3 hic rurſus eſt aer hinc egreſſa illa tanq; ex vaſe. Nonnunq; etiam
Locũ eſſe eundẽ hunc locũ aliud corpus quippiã occupat, hoc aũt ab his oĩbus quę inſunt atq; mutant̃
Rõ pria diuerſum eſſe videtur. In quo nanq; nunc eſt aer, in hoc prius fuerat aqua. Quare patet locũ
Secunda & receptaculũ ipſum aliud quid eſſe ab vtriſq;, ad quod & ex quo ſunt mutata. Prętera corporum 4
naturaliũ atq; ſimpliciũ, vt ignis, terrę ac taliũ lationes non ſolũ aliquid eſſe locũ, ſed
etiam habere quandam potentiã indicant, fertur enim vnumquodq; ſuum ad locum, aliud
ſurſum, aliud deorſum niſi prohibeatur. Hęc aũt loci ſunt partes & ſpecies ſupra inquam ac
infra, ceteręq; quattuor differẽtię. Suntq; hęc, dextrũ inq; atq; ſiniſtrũ, & ſupra ac infra, non
ſolũ noſtra ex p̃te, ad nos eñ nõ ſemp̃ eſt idẽ, ſed fit vt vertimur poſitiõe. Quo circa ſępe idẽ 5
dextrũ eſt atq; ſiniſtrũ, & ſupra ac infra, & ante & retro, ſed etiã ex ipſa natura, vbi diſtinctũ
eſt ſurſum vtrumq;. Non enim quoduis eſt ipſum ſupra: ſed id quo fertur ignis ac leue, Simi
liter & infra non eſt quoduis, ſed id quo ea quę põdus habent, & terrea pergunt. Quibus pa-

tet hęc non ſolū poſitione, ſed vi quoq; differre. Indicant id ipſum & mathematica Nam &
ſi nō ſunt in loco noſtra tamen poſitione dextra leuaq; habent nihil horum habentia natura
6 vt ſolum poſitio ipſorum intelligatur. ¶Preterea qui vacuū eſſe dicunt, locum aſſerunt eſſe, Tertia
vacuum enim locus erit ſane corpore carens, locum igitur aliquid eſſe pręter corpora ipſa, &
omne corpus ſenſibile eſſe in loco, per hęc quiſpiam ſane putabit. ¶Recte enim heſiodus vi- Quarta
debitur dicere, faciens ante omnia chaos, Dicit enim ante chaos: poſt hoc facta eſt latiſſima
tellus, ꝓpterea quod primo receptaculū hiſce quę ſunt fuiſſe oportebat, quia putabat vt mul-
7 ti cuncta alicubi eſſe atq; in loco. Quod ſi ita ſit, admirabilis quędā ipſius loci vis erit, & om- Deridet
nibus prior. Quod enim ita ſe habet, vt ſine ipſo quidem cętera nequeat eſſe, ipſum autem ſi- Heſiodū
ne cęteris ſit, id primū omniū eſſe neceſſe eſt. locus enim nō perit, & ſi ea quę in ipſo ſunt cor
8 rumpantur. ¶Verum ſi ſit locus: exiſtit continuo dubitatio, quid nam ſit vtrū moles corpo- 4
ris quędam, an alia quędā natura. Eſt enim genus ipſius primo querendū. Igitur habet quidē Locū nō eſſe
dimenſiones tres: longitudinem latitudinē: ac etiam altitudinem quibus omne diffinit̄ nimi- rō prima
9 rum corpus. At locum impoſſibile eſt eſſe corpus. Erunt enim in eodem corpora duo. ¶Prę- autoritas
terea ſi corporis ſit locus ac receptaculū patet & ſuperficiei & reliquorū finitū eſſe. Eadem Secunda
enim accomodabit̄ ratio. Nam vbi prius erant ſuperficies aquę: ſuperficies rurſus aeris erūt.
At nulla eſt differentia puncti: ac loci puncti. Quare ſi locus non eſt diuerſus ab hoc, neq; a cę Tertia
10 terorum vllo diuerſus eſt, nec quicq; eſt ipſe pręter vnumquodq; iſtorū. ¶Quid enim tandem
locum eſſe ponem⁹. Neq; eñ elementū neq; ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis eſſe
poteſt, talem habens naturam. Nam magnitudinē quidem habet, nullum eſt autem corpus, at
corporū quidem ſenſibilium elementa corpora ſunt. Ex intelligiblibus aūt elemētis, nulla fit
11 magnitudo. ¶Preterea cuiuſnam rei cauſam locū eſſe quiſpiam ponet. Nulla enim ipſi cau- Quarta
ſarum quatuor cōpetit. Neq; enim vt materia rerū eſt cauſa, quippe cum nihil ex ipſo conſtet:
12 neq; vt formę ratione, neq; vt finis: neq; res vllas mouet. ¶Preterea & ipſe ſi ſit vnum quid Quinta
eorum quę ſunt: alicubi erit. Zenonis namq; dubitatio rationem aliquā quęrit, nam ſi omne Zenonis
13 quod eſt, eſt in loco patet & locum etiā eſſe loci. Atq; hoc in infinitum abibit. ¶Inſuper ſi vt Sexta
eſt omne corpus in loco. ſic eſt & omni in loco corpus: quonā pacto dicemus de ijs quę accre
ſcunt. Nam ſi locus cuiuſq; neq; minor eſt, neq; maior, neceſſe eſt vna cū ipſis incrementa lo
cum ſuſcipere. Ex his igitur nō ſolum quidnam ſit locus: ſed ſi ſit etiam dubitare neceſſe eſt.

14 CVM autem quoddam per ſe: quoddam dicat̄ per aliud. Et locus alius ſit cōmunis: Quid ē lo
in quo cuncta corpora ſunt, alius proprius, in quo primo quippiā eſt. Nam tu nūc cus ſecūda
es in cœlo: quia in aere es, qui quidem in cœlo eſt. Et rurſus in aere es. quia in ter- pars capi.
ra es: & in hoc ſimili modo: quia hoc es in loco, qui nihil pluſq; te cōtinet. Cū hęc 5 Diuiſio
igitur ita ſint, atq; locus id ſit: quod primū vnumquodq; corporum continet: finis
ipſe quidam erit ꝓfecto. ¶Quare locus vniuſcuiuſq; forma eſſe videbit̄, qua magnitudo ma 6
teriaq; magnitudinis terminat̄ hęc enim rei cuiuſq; eſt finis, Atq; hoc quidem modo: conſi- opi. anti.
15 derantibus locus vniuſcuiuſq; forma eſſe videtur. ¶Vt autem interuallū magnitudinis eſſe quorū ap
videtur materies hoc eñ a magnitudine eſt diuerſum: & eſt id quod a forma contineť ac ter- rens
minatur: velut a ſuperficie termino ue. Tale aūt eſt ipſa materies: & id quod terminis caret. 7 Alia opi.
Nam cū auferntur finis: atq; affectus a pila nihil pręter materiam reſtat. ¶Quapropter: & pla apparen-
to in thymeo materiā & receptaculum idem eſſe dicit. Suſceptiuū enim: & receptaculū vnū tia prima
eſſe dicit ac idem: & quamq; materiam illo quidem in loco ſuſceptiuū appellat. In hiſce vero Secunda
quę non ſcriptę ſententię nuncupanť alio modo locum tñ & receptaculum idem aſſerunt eſſe
16 Vniuerſi namq; locū aliqd eſſe dicūt, hic vero quid nam ſit ſolus dicere eſt aggreſſus. Meri- Difficultas huius
to aūt ex hiſce conſiderantibus difficile eſſe videbitur quid nam ſit ipſe locus cognoſcere. ſi
vtrumuis horum ſit, ſiue materia ſiue forma. Nam hęc & ſummā habent cōtemplationem: &
17 ſeorſum alterū ſine altero facile cognoſci non poteſt. ¶At vero nō eſt difficile videre locum 8
vtrumuis horum eſſe nō poſſe. Neq; enim materia: neq; forma ſeparatur a re. At locus ſepara Cōcluſio
ri poteſt. In quo namq; erat aer, in hoc rurſus eſt aqua, viciſſim hiſce ſibi cedentibus: cęteriſq; ꝓbat̄ primo
corporibus ſimiliter vti diximus. Quare neq; pars eſt: neq; habitus ipſe locus: ſed a quaq; re ſe Secundo
parabilis eſt. Etenim quale eſt vas, tale quid ipſe locus eſſe videtur: vas enim locus eſt potens
transferri: at vas nihil eſt eius rei quę eſt in ipſo. Locus igitur quo quidem eſt a re ſeparabilis Tertio
18 hoc forma ſane non eſt. Quo vero continet: hoc a materia eſt diuerſus. ¶Videtur aūt ſemper In Platonem.
id quod eſt in loco aliquid eſſe & extra ipſum aliquid aliud eſſe, Plato tamen dicat oportet ſi

Quarto parumper liceat digredi, cur formę numeriq; nō ſunt in loco: ſi locus eſt id quod eſt particeps 19
ſiue magnū ſit illud & paruū: ſiue materies vt in thymeo aſſeruit. ¶Preterea ſi locus eſſet ma
teries aut forma, quonam pacto res ad ſuum pergeret locū. Eſſe em̄ id locus nō poteſt, ad qd'
nō eſt motio, & quod haſce differentias ſupra inquā ac infra non habet, Quare locus in talib⁹
eſt querendus. Quod ſi in ipſa re locus ineſt (inſit em̄ oportet: ſi eſt materies, aut forma) loc⁹ 20
Quinto erit in loco. Mutat' enim vna cū re: atq; mouetur, & forma, & id quod terminis caret & nō in
Sexto eodem eſt ſemper: ſed vbi eſt ipſa res. Quare fit vt loci ſit locus. ¶Inſuper facta ex aere aqua 21
perijt ipſe locus. Corpus enim id quod eſt ortū: nō in eodem eſt, at quę nam eſt ipſius loci cor-
ruptio dicta ſunt igitur & ea ex quibus neceſſe eſt aliquid eſſe locū: & ea rurſus ex quibus de
ſubſtantia ipſius quiſpiam dubitabit 22

Tertia ps capi. eē in loco

9 Modi eſſendi in

POST hęc ſumendū eſt, quot modis quippiam in alio dicit' eſſe, vno igitur modo 23
vt digit⁹ in manu, & pars omnino in toto, alio vt homo in animali: & omnino in
genere ſpecies, alio vt genus in ſpecie. & oīno in ſpeciei ratione pars ſpeciei. Prę
terea vt ſanitas in calidis, atq; frigidis: & omnino in materia forma. Preterea vt
res grecorū in rege: & omnino in primo mouente. Inſuper vt in bono atq; omni-
1 2 no in fine hoc autē eſt id gratia cuius cętera ſunt atq; fiunt. Omniū vero id ꝓprijſſime dicit' 24
3 quod eſt in vaſe: & omnino in loco. ¶At enim hic quiſpiam dubitauerit: fit ne vt & in ſeipſo
4 quippiam ſit: an nihil eſt in ſe prorſus: ſed omne quoduis aut nuſq; aut in alio eſt. ¶Hoc autē
5 eſt dupliciter, aut per ſe, aut per aliud. Nā cū id in quo eſt & id quod in illo eſt totius ſunt par-
6 tes: tunc totū in ſeipſo eſſe dicitur. Quippe cum & per partes dicat', vt albus quia ſuperficies
7 eſt alba, & ſciens quia anima ratiōis particeps ſcit, doliū igitur nō eſt in ſeipſo, neq; etiā vinū
8 10 vini vero doliū erit. Ambo namq; id inquā quod ineſt, & id in quo eſt eiuſdē ſunt partes. Hoc 25
dubitatio igitur pacto fit vt quippiam in ſeipſo ſit. Sed vt primo, fieri nequit, velut albedo eſt in corpo
Reſpōſio re. Nam ſuperficies eſt in corpore: ſcientia vero in anima. Et per hęc quę ſunt, vt in homine
11 diſtinctio partes: appellationes hæ nō incongrue fiunt. Dolium aūt atq; vinū cum ſunt quidē ſeorſum
non ſunt partes: ſed cū ſunt ſimul. Quo circa cum ſint partes erit ipſum in ſeipſo ceu albedo
12 eſt in homine: quia in corpore eſt: & in hoc: quia in ſupficie. In hac aūt: nō per aliud. Atq; hęc
Cōcluſio diuerſa ſunt ſpecie, & aliam vtraq; naturam & potentiā habent: ſuperficies inq; atq; albedo. 26
reſpōſionis ¶Neq; igitur inductiue cōſiderantes in ſeipſo quicq; vllo dictorū modorū eſſe videmus. Et
Hic declaratio rōis ratione etiā hoc nō poſſe fieri patet. Oportebit em̄ ambo eſſe vtrumq; ceu dolium quidem et
vas vinū, vinū autē, & vas, & dolium ſi fit vt quippiā ſit in ſeipſo. Quare ſi q; maxime in ſeſe
Hic ratio ſint, dolium quidem vinū ſuſcipiet, non vt eſt ipſum doliū vinū, ſed vt illud. Atq; patet ratio- 27
13 nem eſſe diuerſam. Alia em̄ eſt eius ratio in quo eſt, alia ei⁹ quod eſt in illo. ¶At vero neq; per
Cōcluſio accidens fieri poteſt. Nam duo ſimul in eodē erunt. Etenim & ipſum doliū in ſeipſo erit: ſi cu
alia reſpōſionis ius natura eſt ſuſceptiua: id eſſe in ſeipſo poteſt: & inſuper illud cuius eſt ſuſceptiuum: ceu vi 28
14 num ſi vini. Fieri igitur nō poſſe, vt in ſeipſo quicq; ſit primo ex ijs quę diximus patet. ¶Id
Solutō rōnis zenōis vero quod Zeno dubitabat ſi locus ſit in ratione rerū in quo nam erit, ſolui facile poteſt. Ni
hil enim prohibet vt primus locus in alio quidem ſit: nō tamen in illo tanq; in loco. Sed vt eſt
Epilogus ſanitas quidem in calidis, ſicut habitus, caliditas autē in corpore vt affectus, Quare nō neceſ- 29
Quarta ps deciſiua ſe eſt in infinitum abire. Patet aūt cum vas nihil ſit eius quod eſt in ſeipſo (diuerſa nāq; ſunt
id quod ineſt, & id in quo primo eſt) locum neq; formā eſſe neq; materiā ſed diuerſum. Hęc
16 enim illi⁹ ſunt aliquid quod eſt in vaſe, materia inquā ac forma. Hęc igitur de ipſo loco ſint
Suppoſitio prima dubitata

SED quid nam ſit locus hoc modo fuerit manifeſtū atq; ſumamus de ipſo quę vere 30
ſecunda per ſe cōpetere ipſi videntur. ¶Cenſemus itaq; locū id continere cuius eſt locus.
tertia ¶Et nihil eſſe ipſius rei. ¶Preterea primū locū: neq; minorem eſſe: neq; maiorem.
quarta ¶Preterea neq; ab vno quoq; relinqui. ¶Et ſeparabilē eſſe. ¶Et inſuper omnē lo-
quinta cum differentias has habere: ſupra inq; ac infra. ¶Et corporū vnumquodq; ꝓprios
ſexta ſeptima ad locos ſuapte natura ferri: aut ſurſum aut deorſum pergendo: & in eiſdē manere. ¶His ſup 31
17 poſitis reliqua contemplemur oportet: atq; conandum eſt conſiderationem hoc facere modo:
Diffinitō loci q̄lis vt ipſum quid eſt tale aſſignet'. ¶Vt & ea quę dubitant' ſoluant'. ¶Et ea quę cōpetere loco vi-
18 dentur inſint. ¶Et inſuper ipſa difficultatis & dubitationū quę circa ipſum fiunt cauſa pa-
premiſſū teat. Sic em̄ vnūquodq; pulcherrime demonſtrari poteſt. Si igitur motus iſte non eſſet qui ad 32
primū locum accomodat': locus ſane non quęreret quod quidem ante omnia eſt animaduertendum.

Ob hoc enim & cœlū maxime in loco eſſe putamus. Quia ſemper motu cietur, Hic autē triplex eſt latio accretio & decretio. Nam in accretiōe decretioneue fiat ſane mutatio: & quod prius hic erat, id eſt ad maius: aut ad minus tranſlatū. ¶Mouent̄ aūt alia per ſe actu, alia per ac Secundū diuiſio
33 cidēs. ¶Et horū alia per ſe moueri poſſunt: vt corporis partes, atq; nauigij clauus, alia neque unt ſed per accidens ſemper mouentur, vt albedo atq; ſcientia. Hęc em̄ ꝑpterea mutant̄ loco: quod id in quo ſunt mutat̄. ¶At qui dicimus in cœlo tanq̄ in loco eſſe, quia in aere ſum⁹: hic aūt eſt in cœlo. Et item in aere nō vniuerſo, ſed ob vltimū ipſius: & cōtinens in aere dicimus eſſe. Nam ſi vniuerſis aer ſit locus: locus ꝓfecto cuiuſq; non erit ęqualis eius cuius eſt locus, Tertium
34 at ęqualis eſſe videt̄. Talis autē eſt is, in quo primo quippiā eſt. ¶Cū igitur nō diuiſum eſt id quod cōtinet ſed cōtinuū: tum in illo nō tanq̄ in loco, ſed vt pars in toto dicit̄ eſſe, at cū diuiſum eſt atq; tangit, tum in primo eſt vltimo cōtinentis: quod quidē neq; pars eſt eius quod eſt in ipſo: neq; maius ſed ęquale. In eodē enim ſunt eorū vltima quę ſeſe tangūt, atq; ſi cōtinuū quidem eſt non in illo ſed cū illo mouetur. Sin vero diuiſum eſt in illo ſiue illud moueat̄ ſiue nō moueat̄. Inſuper cū nō eſt diuiſum vt pars in toto dicit̄ eſſe, vt in oculo pupilla: aut in corpore manus. Cum vero eſt diuiſum, eſſe in illo dicit̄, vt aqua in cado: aut in dolio vinū. Nam manus quidem cū corpore aqua autem in cado mouetur Quartū

35 IAM igitur ex hiſce patet, quid nā ſit locus. Quattuor enim vere ſunt: quorū vnum quid locū eſſe neceſſe eſt. Aut enim forma: aut materies, aut interuallum quid eſt inter extrema, aut ipſa extrema, ſi nō ſit interuallum vllū pręter ipſius corporis magnitudinem qđ eſt in loco. ¶Atq; patet horū tria locū eſſe nō poſſe. Sed quia continet, forma eſſe videtur. In eodem em̄ ſunt vltima eorū: quorū alterū continet, alterū con Quīta ꝑ diffinicia 20 Cōcluſio 21 Cōcluſio
36 tinetur, Sunt igitur ambo fines, ſed nō eiuſdem, ſed forma ipſius rei. Locus aūt corporis eius quod continet̄. ¶Quia vero id quod continet̄, atq; diuiſum eſt, interdū tranſfert̄, eo manente quod cōtinet, vt aqua ex vaſe, interuallū quid eſſe videt̄, quod eſt inter extrema: vt aliqd ali- 22 Cōcluſio
37 ud pręter corpus id quod tranſfertur. Hoc aūt non eſt ita, ſed quoduis eorū corporum incidit quę tranſferunt̄, aptitudinēq; habent tangendi, q̄ ſi eſſet quid interuallū aptū in eodemq; manens, infinita loca eſſent profecto. ¶Si em̄ tranſferat̄ aqua & aer idem facient omnes partes in toto, quod vniuerſa aqua in vaſe, & inſuper locus etiam transferet̄. Quare loci etiam alius locus erit, & loci ſimul cōplures erunt. ¶At non eſt alius locus ipſius partis in quo mouet̄, cū vas totū tranſfert̄, ſed idem. Aer em̄ & aqua vel partes aquę in eo in quo ſunt mouent̄, ſed nō 23 obiectione tacitā ſoluit
38 in eo loco ad quē accedunt, qui quidem pars eius eſt loci: qui locus totius eſt cœli. At qui materia quoq; locus eſſe videbit̄ ſi in quieſcente & nō ſepatato ſed continuo quiſpiam conſiderauerit. Nam vt ſi alterat̄ eſt aliquid quod nunc quidem eſt albū, Olim autem erat nigrum, & nunc quidem eſt durū olim aūt erat molle, quapropter & dicimus materiam aliquid eſſe, ſic & locus per quandā talem imaginationem eſſe videtur, verum illud quidē ex eo quia quod erat aer, id nunc eſt aqua. locus autē ex eo, quia vbi erat aer, hic nunc eſt aqua. At em̄ materia qui- 24 Cōcluſio Cōtra Heſiodum
39 dem vt antea diximus, neq; ſeparabilis eſt a re, neq; continet loco aūt ambo cōpetunt. ¶Si igitur locus nō eſt quicq̄ iſtorū trium, neq; materia, neq; forma, neq; etiam interuallum aliquid aliud ſemper pręter ipſius rei ſpaciū quę tranſfert̄, neceſſe eſt locum quatuor illorū reliquū eſſe finem inquā corporis cōtinentis, atq; id corpus contineri dico, quod eſt mobile latione. 25 Cōcluſio 26
40 ¶Magnum autem quid difficileq; eſſe videtur locū percipere, tum quia partim materię, partim formę ſimilis eſſe videtur, tum quia tranſlatio eius quod fert̄ in ipſo continente fit quieſcente. Eſſe em̄ poſſe videtur interuallum aliud quoddam a magnitudinibus quę mouentur. difficultas negocij 1 2
41 Confert aūt ad hoc & ipſe aer, qui videt̄ eſſe incorporeus. Nam nō ſolum fines ipſius vaſis, ſed interuallum etiam ipſum vt vacuū locus eſſe videtur. ¶Vt aūt vas locus eſt potens tranſferri, ſic & locus vas eſt immobile, Quo circa cum id quod eſt intus mouet̄ atq; tranſfertur, ſi id mouetur in quo eſt, vt in fluuio nauis, vt vaſe tunc vtitur illo quod continet magis quā lo- 3 Epicureorū error 27 Cōcluſio
42 co. Locus aūt vult eſſe immobilis. Quapropter vniuerſus fluuius magis eſt locus quia eſt immobilis vniuerſus. Quare locus eſt finis continentis immobilis primus. ¶Atq; ob hoc mediū quidem vniuerſi, infra fines aūt citerioris cœli, ſupra maxime omnibus ꝓprie eſſe videntur. Quia illud quidem ſemper manet, fines aūt cœli eodē modo ſeſe habentes manent, quare cū leue quidē ſit id quod ſurſum pergit, graue aūt id quod deorſum fert̄ ſuapte natura, is quidē finis qui verſus mediū continet infra eſt, & ipſum etiā mediū. Is aūt qui verſus vltimū cōtinet ſupra & ipſum etiā vltimū. Et ꝓpterea locus ſuperficies quędam, & quaſi vas cōtinenſq; eſſe 28 diffinitō Corolla.

Corolla. videtur. Preterea locus ſimul cū ipſa re quodammodo eſt. Quippe cum ipſi fines ſint ſimul. 43
Sexta ps eſſe ī loco AT qui corpus quidē id eſt in loco: extra quod aliqd' eſt corp⁹ cōtinens ipm. Quod vero nō ita ſe habet nō eſt in loco. Quapropter etiā ſi aqua fuerit tale: partes quidem ipſius mouebunt, alia nanqȝ aliā cōtinet, vniuerſum aūt partim mouebit, par
29 Cōcluſio tim haud mouebit, vt totū em̄ ſimul locū nō mutat, verſat tn̄: partiū em̄ hic locus eſt, & ſurſum quidē & deorſum nō mouet. Quedā aūt verſant, & quedam ſurſum 44
30 Diuiſio atqȝ deorſum mouent, que denſitatē habent ac raritatem. ¶Vt aūt dictū eſt, quedā in loco potentia ſunt quedā actu. Iccirco cū id quod eſt ſimiliū partiū continuū eſt: tum partes potentia
ſunt in loco. Sed cū ſunt ſeparate, atqȝ vt in ~~emulo~~ fit ſe tangunt: tum in loco ſunt actu. ¶ Et 45
31 Alia diuiſio rurſus alia qdē perſe vt omne corpus aut latione aut accretione mobile perſe alicubi eſt. Cœlum aūt vt dictū eſt nō eſt alicubi totum, neqȝ eſt vllo in loco, ſi nullū ipſum continet corpus, ſed quo mouet, hoc & locus eſt partibus, alia nāqȝ partiū alij heret, alia vero p accidēs, vt anima atqȝ cælum omnes nanqȝ partes quodāmodo ſunt in loco: Circunquaqȝ em̄ alia aliam con
32 Corolla. tinet. ¶Quapropter ſupremū quidē corpus verſat. Vniuerſum aūt alicubi nō eſt, & ipſum eſt aliquid: Quod em̄ alicubi eſt: & ipſum eſt aliquid: & inſuper aliquid aliud extra ſe habet: quod
continet. At preterea vniuerſum ac totū nihil eſt extra Et ꝓpterea oīa ſunt in cœlo: forſitan 46
em̄ cœlum eſt vniuerſum. Eſt aūt locus nō ipſum cœlum, ſed aliquid eius: vltimus inqȝ finis quieſcēs quo corpus mobile tangit. Et iccirco terra in aqua, hec in aere. aer in ethere: & ether in cœlo eſt collocatus. Ipſum vero cœlum nullo in alio corpore eſt vlterius collocatum.

Septima pars ſolutiua PATET aūt ex his: ſi hoc modo locus dicat: dubitationes omnes ſolui facile poſſe 47
Neqȝ em̄ vna cū corpore neceſſe eſt locū incremēta ſuſcipere: neqȝ locū eſſe punctū: neqȝ in eodem corpora eſſe duo: neqȝ interuallū quidē corporeum eſſe. Cor-
33 Sextam ſecūdam primam quintam pus eſt em̄ quoduis id quod eſt inter fines corporis continentis, ſed non corporis ſpaciū. Eſt etiam & ipſe locus alicubi: nō vt in loco: ſed vt finis in eo quod eſt finitum. Nō eſt enim in loco omne quod eſt. ſed tantū mobile corpus. ¶Et fertur igit quodqȝ cū
ratione ſuum ad locum. Quod em̄ poſt aliqd' deinceps eſt collocatū ac illud nō violentia tan- 48
34 ꝓprietas loci p hoc ſoluit qrta git: id ꝓpinquū eſt illi natura: atqȝ ſi copulata quidē ſint: paſſione carent. Sin vero ſe tangant paſſiua ſunt viciſſim atqȝ actiua. ¶Manet preterea quoduis ꝓprio in loco nō ſine ratiōe ſuapte natura. Etenim hec pars toto in loco vt diuiſibilis pars eſt ad totū. Veluti cū aeris quiſpi-
am vel aque mouerit partem Sic etiā ex aqua ſeſe ad aerem habet. Nam alterū eſt velut mate- 49
35 ꝓprietas ries: alterū forma. Aqua quidem materies aeris: aer aūt quaſi quidam illius actus. Aqua nanqȝ potentia aer eſt. At aer alio modo potentia aqua. Sed de his eſt poſterius pertractandum, Atqȝ id quod nunc neceſſitate cōpulſi temporis hūc ad locum attulimus: obſcureqȝ eſt dictū nunc dilucidius explicabit. Quod ſi idem eſt materies atqȝ actus: ambo nanqȝ eſt aqua: ſed alterū potentia alterū actu: ipſa ſane ad aerem vt pars quodammodo ſe habet ad totum. Quapropter & his eſt actus. Copulatio vero tunc erit, cum ambo fuerint vnum actu. Sed eſſe quidem locum,
Epilogus & quid nam ſit locus ſatis iam diximus

Explanatio tex.

¶Actū fuit primo libro de principijs rerū naturaliū, In ſecundo de ipſa natura, In tertio oſtenſum fuit phyſicū ſex inueſtigare. ſ. motū infinitū, locū vacuū tempus & cōtinuū: abſoluimus motū & infinitum in tertio: reliqua igit aggredit in hoc quarto

I. Ad phyſicū pertinet cōſideratio de loco ſi eſt, quō & quid eſt ꝓbat quia locus eſt paſſio entis naturalis, ob id antiqui dixerūt omne quod eſt, eſſe in loco: & quod nuſqȝ eſt nihil eſt, vt Sphinx. ſcdo quia phyſicus tractat de motu, ſed motus primus eſt motus localis, ergo

II. Conſideratio de loco eſt difficilis, primo quia inquirentibus nō videt idem de loco, qd ei cōpetat. ſecundo quia antiqui nihil exquiſite determinarūt de loco

III. Locū eſſe ꝓbatur primo tranſmutatio localis eſt ergo locus eſt, quia vbi iam eſt aqua, aliqn̄ fuit aer, eſt ergo receptaculū horū ab ipſis diſtinctū, Secūdo illud ad quod corpora natura tendunt eſt aliquid, Sed oīa corpora miſta & ſimplicia tendūt ad locū natura, ſequit locū habere poteſtatē. ſ. cōſeruatiuam eorū, ignis fert ſurſum, terra deorſum, poſitiōes aūt ex natura rei diſtinguunt. Tertio quia & antiq dixerūt corpora recipi in vacuū, ſicut in locū, Quarto quia Heſiod⁹ an̄ oīa dixit eſſe chaos, & poſt hoc facta eſt latiſſima tellus, Sed ſi hoc Heſiodi eſt verū ꝓfecto mirabilis erit loci natura & omnibus erit prior: quia illud chaos ante omnia fuit

IIII. Locū nō eſſe varie ꝓbat. Primo quia aut locus eſſet corpus aut aliud a corpore, nō corpus, quia cū locatum ſit corpus, duo corpora ſimul eſſent, nec eſt aliud a corpore, quia habet tres dimēſiones qꝺ eſt ꝓpriū corpori. Secūdo ſi eſt ponendū receptaculū corporis qꝺ ſit locus, ergo etiā ponendū eſt receptaculū ſuperficiei diſtinctū a ſupficie, ſimiliter & linee & puncti, quia eſt par ratio, ſed punctus nō habet locū: quia nullā habet dimenſionē: ergo nec aliorū erit locus ab eis diſtinctus. Tertio ſi locus eſſet, tunc eſſet elementū vel ex elementis, aut incorporeū, Nō eſt

elementū nec elementatū, quia nō eſt corpus, nec eſt de numero incorporeorū: qm̄ ex intelligibilib⁹ nulla fit magnitudo. Quarto ſi locus eſſet, tūc eſſet cauſa locato vt aiunt: ſed nullo genere cauſę eſt cā ergo. Quinto ſi locus eſt, ergo alicubi eſt, et de iſto loco iterū querat̄, & ſic ibit in infinitū, & eſt rō zenonis, Sexto ſi locus eſt ęqualis locato, ergo augmentato locato augmentabitur locus

ſecūda ps cap. quid ſit locus

V. quidā locus eſt cōis, quidā ꝓprius, Cōis qui plura corpora cōtinet, ꝓprius in quo locatū primo eſt

VI. Videtur locū eſſe formā, quia forma eſt quę terminat, & eſt primus rei terminus. & locus eſt prim⁹ locati terminus.

VII. Videt̄ aliquibus locū eſſe materiā, Primo qa eſt diſtantia magnitudinis, cōtenta terminis & ſpeciebus ſicut e ſupficie & termino, ſed tale eſt materia, ꝓbatur quia remotis ſpeciebus nihil manet prę ter materiā infinitā, & magnitudinis ſpaciū. Secundo quia Plato in Timeo dixit materiā & receptaculum eſſe idem, & in Agraphis inquit idē eſſe locū & receptiuū, Et ſolus plato tentauit dicere, qd ſit loc⁹

VIII. Locus nec eſt materia nec forma, ꝓbatur primo qa materia & forma nō ſeparant̄ ab eo cui⁹ ſūt ſed locus pōt ſeparari, ergo nō eſt pars locati vel habitus &c̄, Secūdo quia locus habet motū vaſis cōtinentis, ſed vas nec eſt materia nec forma contenti: ergo nec locus locati. Tertio quia locus eſt aliquid extra locatū, materia nō eſt extra materiatū, Mirū eſt de Platone: qui ideas non diceret eſſe in loco. & tn̄ diceret eas materia vt magno & paruo participatas, & materiā in Timeo dicit eſſe locū. Quarto quia ſi locus eſt materia aut forma, quō res migraret in ſuū locū: & quō poſſent eſſe locus, cū in eis nō ſit ſurſum vel deorſum. Quinto ſi loc⁹ rei eſſet ſua materia aut forma, ergo re mota, moueret̄ & locus & locus item eſſet in loco, quę ſunt abſurda. Sexto ſi locus eſſet forma, ergo qn̄ ex aere fit aqua, periſſet locus, cū tn̄ iam aqua dicat̄ eſſe in loco aeris

Rōes has nō oēs ęqliter colligunt

Tertia ps capi. quō quid eſt i alio vel ſe ipſo

IX. Octo modis vnum eſt in altero. 1. ſicut pars in toto, 2. quō totū in partibus. 3. quō ſpecies eſt in genere. 4, quō genus eſt in ſpecie. 5. ſicut forma vel accidens eſt in ſubiecto. 6, ſicut res eſt in ſua cā efficiēte. 7. Sicut res eſt in ſuo fine. 8. proprijſſime ſicut res eſt in loco

X. Dubitat an aliquid ſit in ſeipſo, & ſtatim reſpōdet quod non, quia omnia aut nuſq̄ ſunt, aut ſunt in alio, Sic legit Themiſt.

XI. Aliquid dupliciter dicit̄ eſſe in aliquo, primo per ſe, ſecūdo per aliud ſic. ſ. qn̄ illud ꝙ ineſt, & id in quo eſt, ſunt ptes alicuius totius, vt anima eſt in corpore, & corpus & anima ſunt partes toti⁹. ſ. homīs: ſic homo dicet̄ eſſe in ſeipſo per partes, vt vinū non eſt in ſeipſo nec amphora, ſed amphora vini

XII. Nihil eſt in ſeipſo primo & per ſe probat̄ primo, quia ſecundū nullū modū eſſendi in: eſt aliquid in ſeipſo: ꝙ aūt amphora vini dicit̄ eſſe in amphora hoc eſt denominatiue. Secūdo quia alia eſt rō eius in quo eſt, & alia ei⁹ quod eſt in illo. ſ. recepti & recipientis, ſicut patet de vino & amphora: ſi em̄ ibi vnū eſſet in ſeipſo, vinum eſſet amphora

nota pulchrā inductionem

XIII. Nihil eſt in ſeipſo per accidens. i. per aliud ſicut homo eſt in mari per nauim, quia alias duo corpora eſſent ſimul, tenet illatio: quia qn̄ aliquid eſt in aliquo per aliud; tunc illud aliud eſt ꝓpinquius illi: quam ipſum, ſed hoc eſſe nō pōt niſi penetraret ipſum, quia nihil eſt intimius alicui: niſi ipſum

XIIII. Ad zenonis ratione dicimus(vide numero 4. rōne quinta)quod primus locus eſt in alio, ſed nō ſicut in loco, ſed alio modo eſſendi in

XV. Liquet ergo locū nec eſſe materiam nec formā

quarta ps cap. deciſiua

XVI. Ante diffinitionē loci aliqua petant̄. 1. Locus continet locatū. 2. locus nihil eſt rei cōtentę. 3, locus eſt primus. i. ęqualis locato. 4. locus eſt ſeparabilis a locato. 5. nullū corpus eſt ſine loco: & cōtra. 6. omne ꝙ eſt in loco eſt ſurſum aut deorſum. 7. corpus naturale habet ꝓpriū locū naturalem, in quo quieſcere natum eſt.

XVII. Futura loci diffinitio debet tria habere, primū ꝙ per ipſum ceſſent cōtraria: ſcd'm ꝙ accidentiū ꝓpriorū appareat cauſa, tertiū ꝙ difficultates emergentes in promptu pateant

XVIII. Adhuc aliqua pręmittēda diffinitioni, primū ſi nō fuiſſet motus localis: nulla facta fuiſſet inquiſitio de loco. ſecundū mobiliū varia ſunt genera: quędam mouent̄ per ſe, quędam per accidens. Et illorū rurſus aliqua per ſe moueri poſſunt vt homo in naui per accidens motus: alia vero nō vt albedo

XIX, Si corpus continens non eſt ęquale locato, nō eſt ꝓprius locus: patet de cœlo. item continens ad hoc vt ſit locus Alicuius cōtenti ab eo debet eē diſiunctū ab illo, licet ſit attiguū: ꝓbatur quia nihil mouet̄ ad id quod eſt ſibi cōtinuū, ſed locatū mouetur ad locū: ergo locus nō eſt continuus locato, repetit dein priorem rationem

Quīta ps diffinitia

XX. Omnes aſſentiunt̄ locū eſſe vnū illorū quattuor. ſ. materiā formā, ſpaciū ſeparatū, aut extremum continentis, quāuis tria prima nō poſſunt eſſe loc⁹

XXI, Locus videt̄ eſſe forma & nō eſt: videtur em̄ quia cōtinet: & quia eſt finis, Sed differunt, qa forma eſt finis rei cōtentę, loc⁹ eſt finis rei cōtinentis

XXII. Spaciū ſeparatū videtur eſſe locus, & nō eſt Nam corporibus mutatis manet idē ſemper interuallū ſeu diſtantia, Sed quod nō ſit locus ꝓbat̄ primo quia cū quęlibet pars locati haberet locum ſibi ęqualem, eſſent infiniti loci, qm̄ infinitę ſunt partes locati. Immo ſpaciū illud dari non pōt, quia exeunte vno corpore mox ſubintrat aliud, ergo nunq̄ eſt ſpaciū ſeparatū. Secūdo qm̄ ſi locus eſſet illud interuallū, transferet̄, & ita loci erit alius locus, & loci ſimul conplures erunt

XXIII. Remouendo, cauillū qui ad pręcicta fieri poſſet, ait, Nec eſt alius locus partis eius in quo mouetur cū vas cū contento mouetur, ſed idem

XXIIII. Locus videtur eſſe materia & non eſt, primū patet quia manet idem ſub diuerſis ſibi cedentibus, ſicut materia ſub diuerſis formis. Secūdū ꝓbatur quia in hoc differunt quod in materia eſt ſucceſſio corruptiua, in loco eſt ſucceſſio motiua, item nec materia eſt ſeparabilis a re naturali, nec cōtinet eam, ergo non eſt locus.

XXV. Locus eſt terminus corporis continentis, probat̄ quia nō eſt forma, nec ſpaciū ſeparatū, nec materia, ergo a ſufficienti inductione eſt terminus

XXVI. Difficilis eſt materia loci, tum quia ſimilis eſt materię & formę, tum quia ſimilis ſpacio ſeparato ꝓpter fixionem & permanentiam ſub vtroq̄ termino tranſlationis. Tertio ꝓpter aerem, qui ſubintrat & nō videtur, quo fit vt apud vulgares

extimet locus eſſe vacuũ exiſtens inter latera vaſis.
XXVII. Locus eſt immobilis, & in hoc differt a vaſe mobili, patet quia cõtentũ mouet ad motũ vaſis, ſed mobile mouetur ad locũ immobilem
XXVIII. Locus eſt terminus corporis continentis immobilis primum Corollariũ Concauũ lunare & centrũ mũdi ſunt potiora loca, quia ſumme fixa & ſtataria, leuia em̃ ad illud ſurſum, grauia aũt deorſum ferunt. Vas quoq; rõne ſuperficiei videt eſſe locus Corollariũ locus eſt ſimul cũ re locata, quia termini eorũ ſunt ſimul
XXIX. Om̃e corp⁹ habẽs aliud extra ſe eſt in loco Non vero habens aliud extra ſe nõ eſt in loco, Cœlũ aũt nõ eſt in loco niſi ſecundũ partes ſecundũ qs circulariter mouet, vniuerſum aũt ſecundum partes elementares mouet ſurſum & deorſum

Sexta ps ca. q̃liter aliq̃d ſit i loco

XXX. Eorũ quę ſunt in loco, quędam ſunt in actu: quędã ſolũ in potentia, ſicut partes quę ſunt in continuo: quę ſi ſeparatę eſſent, eſſent actu in loco.
XXXI. Eorũ quę ſunt in loco, alia ſunt in loco per ſe, alia per accidens, primo vt om̃e corpus per ſe mobile localiter. Secũdo vt anima, quę eſt in loco per corpus, & vniuerſum ꝙ eſt in loco rõne partium
XXXII. Sequit vniuerſum non eſt per ſe in loco, quia extra ipſum nullũ eſt cõtinens, & cœlũ ſurſum circulariter mouet, ideo partes mutabunt locũ non totũ, tñ oĩa ſunt in cœlo, cuius ſupficies eſt locus.
XXXIII Rõnes antiquorũ diluant, Ad primã negat locũ eſſe corpus, quia eſt ſupficies, Ad ſecundã negat eſſe locũ puncti vel lineę, niſi per accidẽs. Ad tertiam cõcedit locũ eſſe corporeorũ, ſed nõ eſſe corpus, eſt em̃ ſuperficies, & igit aliquid corporis. Ad quartã concedit locũ habere ſe per modũ efficientis & finis: qm̃ conſeruat locatũ, & illius gratia locatũ extra exiſtens ad ipſum mouet. Ad quintã negat locũ eſſe in alio loco, ſed ẽ in alio corpore vt termin⁹: em̃ omne ꝙ eſt, eſt in loco, ſed corpus ſenſibile tm̃: ſic nec aucto corpore, augetur locus.

Septimã pars capi. ſolutiua

XXXIIII. Vnumquodq; corpus phyſicũ fertur in locũ naturalem: ſi ergo corpora ſe tangentia conueniant: nõ agunt in ſe inuicem, vbi vero nõ conuenerint, ibi ſunt actiua & paſſiua.
XXXV. Vnũquodq; corp⁹ manet in loco ſuo naturali, quia vnũquodq; ibi quieſcit, vbi cõſeruatur, quod declarat in aere & aqua, quę ſunt cognata humiditate, & aer habet ſe vt actus, aqua vt potentia eſt enim aqua potentia aer

Annotatio in textum

1. Hyppocentaurus atq; Chymęra, ꝓ rebus fictis poſuit, quare nõ refert quid põnat. antiqua tranſlatio tragelaphum legit. i. hircocerũ, quę om̃ia in logica adnotauimus, alia Phlegias legit antiquiſſima om̃niũ, Nyph⁹ teſtat grece legi σφιγξ Sphinx, adnotauit Clithoueus eſſe monſtri genus, ꝙ faciem habeat virginis, pennas auiũ, & pedes leonis. Plinius. 8. libro ait eſſe prodigioſum aĩal ęthiopię, Albert⁹ magnus Sueuorũ gloria li. xxij. de animalib⁹ dicit eſſe ſimearũ genus, hic ꝓ re impoſſibili ſumuntur

Tranſlatio antiq̃ antiq̃ſſima Nyphus Clithoue. Plinius Albertus magnus

4. Duo corpora ſe nõ poſſe penetrare Ariſt. innuit receptũ ab antiquis oĩbus, excipit Themiſt. Zenonem & Chryſippũ. contra quos ob eam rem ſcripſerit Aphrodiſeus, At illud intellige in corporib⁹ q̃rũ vnũ non informat aliud, nec ambo tertiũ vt anima leonis et materia ei⁹, albedo et dulcedo lactis Auer. hic contra Chriſtianos ait, oẽs qui ponũt creatiõnẽ mundi, incidũt in errorẽ Heſiodi. at Alber. magnus eũ repellit, ſed hoc theologicũ de quo doct. diſt. 12. ſecundi & Gẽn. primo

Ariſto, Themiſt. Zeno Chryſip. Aphrodi. Auerr. Heſiodus Alb. magnus

4. Tres ſunt magnitudinis ſpecies. ſ. linea ſuperficies, corpus, totidem termini earũ. ſ. punctus, linea, ſuperficies, rurſus totidem interualla. ſ. longitudo, latitudo, ac profunditas
7. Timeo Locrenſi librũ Platone dignũ Plato pro more ſuo inſcripſit, in quo id quod formas alternatim reciperet, modo ſiluã & materiam, modo conceptaculũ. i. ſedem & locũ vocabat, Verum aliter in agraphis ſenſit, vbi numerũ, i. magnum & paruũ eſſe cõceptaculũ in reb⁹ & formis ſtatuit. Quę ſint agrapha Platonis, vi voculę cõnjcit ἀγράφοσ interpretatur nõ ſcriptus, eo em̃ docente excepta vident, at apud nos non comparent Bilibaldus Pirckheimer patricius norinbergeñ latine & grece iuxta peritus a me interrogatus per litteras reſpondit Platonem Pytagoricos imitatũ, plura voce nõ libris tradidiſſe, quod & druides fecerũt, vt autor eſt Iulius Cęſar, Adiecit Bilibaldus aliqua apud Platonẽ tam obſcura fuiſſe vt ἀγράφα dicerentur

Plato pyrckhei.

8. Miratur de Platone, qm̃ locus apud ipſum ſit metheχicos hoc eſt omniũ particeps, quare etiã non eſt particeps ideę ac numeri. ¶ Sed ais et quõ tant⁹ vir in re leuicula. tam temere errauit, quem & Ariſt. tantopere laudauit, vt aram ei ſacraret, & de eo ſcriberet Aram Ariſtoteles hanc Platoni dicauit, viro quẽ nephas eſt, a malis laudari

Plato ara platonis

Qui ſolus vita, doctrina, moribus, ore
Admonuit cunctos, & monimenta dedit
Vt virtute queant fœlicem ducere vitam
Nulla ferent talem ſeda futura virum

Non deſunt qui ita tueant Platonem, quod locus ęquiuoce ſumat apud eũ, vt Alcinous meminit, primo accipitur pro ſubiecto intelligibiliũ, quõ Ariſt. Tertio de anima ait animã eſſe locũ ſpecierũ, ita accepit in phedone, vbi voluit corp⁹ eſſe locũ animę, Interdũ accepit locũ pro perfecto, in quo imperfectum eſſet, ſic in ſympoſio dixit, deũ eſſe locũ mundi, Interdum accepit mundũ pro cõceptaculo velut materiã omniũ formarũ receptaculũ, locum dixit formarum, & eo ſignificatu laudauit Heſiodũ in fine Timei, dicentem ante terrã & mare fuiſſe chaos chaos aũt materiã & cõceptaculũ vocat. Locũ aliq̃n dixit eſſe ſpaciũ, nõ in quo res recipit, ſed quod intelligit in ipſa re recepta, ſicut ſpaciũ imaginariũ inter vaſculi latera, dicit eſſe locus: nõ ꝙ ibi ſit ſpaciũ reale, ſed intelligibile, ſic forte in agraphis ſumpſit. Vltimo ꝓ octaua ſphera accepit, & hunc locũ dixit plato magnitudinẽ in actu. Ex quibus oĩbus volunt Ariſt. verbis nõ re Platoni cõtradixiſſe, & q᷑ Plato amphybologice innuerat: Ariſt. ꝓprijs verbis explicuit: quod an verũ ſit diligens lector perpendat.

Alcinous Heſiodus Plato

14. Auer. hic adnotauit: hãc ſolutionẽ cõuenire principijs Ariſt. quia locus nõ ſit corpus: ſed ſuperficies: qui vero locũ eſſe corpus teneant, hãc rõnem ſoluere nõ poſſunt ꝙ quõ verũ ſit in explicatõe ſcholaſtica percipies

Auer.

15. In diffinitiõe debẽt dubitatiões & difficultates de diffinito ceſſare, quod nõ debet intelligi, de difficultate quo ad nos ſed quo ad rem quomodo ſit in

eſſe quidditatiuo.


Chryſip. Epicurus Plato Galenus Themiſt. 22. Hic antiquã Chryſippi Epicuri & Platonis improbat opinionẽ, quod locus ſit interuallũ laterũ, immobile inter illa, Galenus tñ illorũ opinionẽ tutandã accepit, verũ qa rões eius non ſunt neruoſę, qs & Themiſt. hic in digreſſiõe ſoluit, nos cũ Ariſt. cõcludam⁹ locũ nõ eſſe interuallũ, ſed ſupficiẽ laterũ.
28. Locũ ꝓpriũ Them. & citimũ & ꝓximũ vocat.
28. Infra fines citerioris cœli. i. concauũ orbis lunaris, q̃ ꝑextimũ dixit Sueſſa, eius circuli q ad nos fert
Sueſſa Grãmaticus. 28. Io. Grãmaticus ꝓpter rõem de motu locali cœli qui abſq̃ loco non fiat, coactus fuit dicere cœlum eſſe in loco per vacuum, non per finem continentem, de quo in explicatione

Explicatio ſcholaſtica

Q. I.

An diffinitio loci ſit bona? Articulus. I.

Nota. I. quod & ſi locus multiuariã accipiat̃. ſ. pro oportunitate, pro ſpacio aliquo, pro aliquo receptiuo, ſicut ſanguis dicit̃ eſſe ſedes animę & aĩa locus ſpecierũ, hic accipit̃ pro paſſione rerum naturaliũ & non metaphorice, & tunc rurſus biuariã capit̃ ſecundum Marſil. in abbreuiatis. ſ. proprie pro corpore circundante aliud, & improprie pro aliquo fixo & qeſcente reſpectu cuius res dicit̃ moueri, & iſtũ lo-
Marſil. cum dicũt eſſe locũ iudicatiuũ ſeu per accidẽs, & ſic turris aut terra dicit̃ eſſe locus iudicatiuus cœli, cũ hoc tranſeunt Londorius, Vueſalia & alij, at de eius veritate dicemus art. iij. an cœlum ſit in loco, qm̃ ex
Lõdorius Vueſalia. opinione Auerr. deſcendit. ¶ Rurſus adde locũ eſſe duplicẽ. ſ. cõmunẽ & ꝓpriũ. Cõmunis eſt q cõtinet aliqd̃ locatũ & cũ hoc natus eſt cõtinere aliud ꝙ nõ eſt pars eius, nec accidẽs eius, ſic cœlũ lunę vel aer eſt locus cõmunis homini & bruto, pauperi & diuiti, aduerte locũ cõmunẽ non ſemp cõtinere plura, ſed aptum natũ cõtinere plura, vt licet ſolus ſim in ſtuba, adhuc aer eſt locus cõmunis. Aduerte ſcd̃o oĩa habere vnũ locũ cõmunẽ. ſ. cœlũ. Locus ꝓprius eſt q cõtinet locatũ & nõ plus ſcd̃m certã q̃ntitatẽ, vt ſupficies aeris ĩmediate circũdãtis auẽ. Aduerte idẽ poteſt eſſe locus cõmunis & ꝓprius, licet reſpectu diuerſorum, vt ſtuba iſta eſt locus proprius aeris contenti, & eſt locus communis, quia me continet & alium hominem. Aduerte licet aer iſte ſcd̃m ſupficiẽ, poſſet cõtinere maius corp⁹ (ſ. ſi cõdẽſaret) q̃ me, adhuc eſt loc⁹ meus ꝓpri⁹, qa ſcd̃um q̃ntitatẽ certã q̃ iã habet, aeris ſupficies nõ poſſet plura continere q̃ me.
Nota. II. qd̃ locus eſt termin⁹ corpis cõtinẽtis. Nõ hic intelligit terminũ cõtinuantẽ, ſed terminantẽ, & in re eſt ſupficies, q̃ vt ad inſtitutũ ſufficit ẽ triplex. ſ. plana q̃ int̃ terminos nullibi ſubſultat, ęq̃lit̃ ſuis lineis cõtinet̃. Curua aũt inęq̃lit̃ cõtinet̃, q̃ ſi interior
Vide de pdicamẽto quantitatis. fuerit cõcaua dicit̃, ſi exterior cõuexa. Cõcauũ tñ hic



pro interiori ſumimus ſiue recta fuerit ſiue curua. ¶ Aduerte aũt qꝫ quantitatis ſpecies in re diſtingui negamus, ideo ſupficiẽ illã eſſe corpus realiter cõcedimus, non tñ eſt locus q̃tenus corpus, ſed quatenus ſupficies. Hoc Saxo ita declarat, qm̃ locus ꝓprius eſt immediatus locato diuiſus ab eo & extrinſecus eidem. Non poteſt aũt eſſe immediatus niſi ſcd̃m longitudinẽ & latitudinẽ, qm̃ ſi eſſet ei immediat⁹ ſcd̃m ꝓfunditatẽ, tũc ſtatim locus & locatũ ſe penetrarent. Et hoc eſt qd̃ voluit Ariſt. negãdo locũ eſſe corpus. Non qa nõ ſit corpus, ſed qa nõ locat ſcd̃m ꝓfunditatẽ, ſed latitudinẽ. Et per hoc qd̃ dico locũ ĩmediatũ locato, ſtatim cõſeq̃ns eſt cõtinẽs eſſe locũ ſcd̃m ſupficiẽ interiorẽ, vult pterea Saxo primũ determinare terminũ, & ꝙ valeat tm̃ ſicut ĩmediate, & ſic eſt ſenſus locus eſt terminus. i. ſupficies prima i. ĩmediata, at cõmunis ſchola ſinit primũ determinate immobile, ideo nos idẽ faciemus. ¶ Sed reſtat quõ ptes corpis cõtinẽtis ſint eius termini, vel quõ vltima pars locãtis corpis ſit locus, ſimilit̃ & immediata, ꝓ q̃ aduerte qd̃ qa latitudo non diſtinguit̃ a ꝓfunditate, nec ſupficies a corpe niſi rõe, ideo ſupficies terminat corpus, nõ tanq̃ accidẽs, ſed qa vltra exteriores partes illud corpus non ꝓtendit̃, ideo dicit̃ terminari illis partibus ſcd̃m G. Ochã pulchre de hoc loquentẽ. 4. part. phyſ. c. xx. Eſt ergo corpus cõtinens locus nõ ſcd̃m ſe totũ, ſed ſcd̃m ptes ſupficiari as ĩteriores. Vnde hoc ſenſu cõcedit̃ locus diſtingui a corpore locante, ſicut pars diſtinguit̃ a ſuo toto. Et p idẽ ſubtilis defenderet cõtra Neotericorũ placita, ſupficiẽ a corpe diſtingui cuius ſit ſupficies ſicut ps a ſuo toto, dato em̃ corpe extremę eius partes ſunt ſupficies, at nullus arbitror centrũ & adiacentes ptes ſpherę eſſe ſuperficiẽ cõcederet. Sed quo modo ſit vltima pars

Saxo Saxo Ariſto. Saxo Ocham

Nota. III. aliq̃ partẽ cõtinui aut loci eſſe vltimam poteſt duplicẽ habere intelligẽtiã, prĩo ꝙ ſit vltima i. poſterior omni alia pte, & ſic nulla ps eſt vltima, data em̃ certa, qa illa eſt diuiſibilis in duas medietates, ipſã nõ eſſet poſterior medietate poſteriori, vñ ſi eſſet totalis ps vltima ipſa eſſet indiuiſibilis, ſed impoſſibile eſt cõtinuũ cõponi ex indiuiſibilibus. vi. phyſ. Secũdo dicit̃ pars vltima quę immediate attingit locatũ, & ſic ſunt infinitę partes vltimę, qa data talẽ, diuidat̃ in duas medietates, illa quoq̃ erit vltima, quę rurſus diuidat̃, & ſic abeundo in infinitũ ſed cõtinuũ ſufficiẽter eſt finitũ per talẽ partẽ vltimã, quę vlterius non eſt ꝓtenſa. Corollariũ ſeq̃t̃ ꝙ nulla ps ſit ſcd̃m ſe totã vltima, mens eſt G de Ochã q. 4. q̃t. primi & Gregorij in ſcd̃o de punctis. ¶ Apertius & planius a puero dicere ſolitus ſum. Vltimũ ſuplatiuũ poſſe velut cęteros bifariã exponi. ſ. affirmatiue, & ſic pars vltima eſſet alijs oĩbus vlterior, & ſic nulla eſt pars vltima, ſcd̃o exponit̃ negatiue pars vltima. i. qua nulla alia eſt vlterior, vt ſi do lignum octopedale

Ocham Grego. Eckius



iã pedalitas octaua eſt vltima eius pars negatiue, qa nõ poſſum vlteriorẽ ptẽ aſſignare. Si volo dare medietatẽ nõ eſt vlterior ſuo toto. Sed nõ eſſet vltima affirmatiue, qa ipſa nõ eſt vlterior ſua medietate, & hęc tene mẽte in materia cõtinui & indiuiſibiliũ

Ad propoſi tū quęlibet pars corporis cōtinentis quę tangit locatū dicit̄ vltima negatiue, licet non ſimpliciter ait G.Ochā in Sūmuſ. Et de immediatione forſan pręſtat eodē modo diſtinguere, qđ apparet mihi rotundius eſſe, quā qđ Terminicolę diſtinguūt an categoreumatice, aut ſecus vſurpetur. ¶Corollariū infert Marſil. infinita eſſe loca ꝓpria corporis, ꝓbat̄ qa quęlibet ſupſicies īmediate cōtigua locato eſt locus, ſed tales ſunt infinitę, da em̄ illā vltimā ſuperficiē quę ſit locus, idē dices de eius medietate, de eius tertia, de eius qrta. 16. centeſima, milleſima, &c. & ſic de infinitis partibus eius, qđ ſi opponis Ariſt. Non eſt poſſibile rem habere plures locos proprios. Dico intellexiſſe Ariſt. de locis ꝓprijs, quorū nullus eſt pars alterius, quod hic non contingit.

[margin: Ocham — Terminicolę. — Marſil.]

Nota. IIII. quod vt ex dictis colligit̄ locus ꝓprius debet eſſe immediatus locato & ab eo diuiſus, ex q̄ infert̄ corollariū locus & locatū ſunt contigua non continua. Scđo infert̄ qđ vna medietas totius nō eſt locus alterius medietatis, patet qa nō eſt ab ea diuiſa ſed ei continua. Tertio infert̄ qđ pars totius non eſt in aliquo loco ꝓprio per ſe niſi rōe totius, patet qa ex ea parte qua cōtinuat̄ alteri, nullū contiguū eam immediate cōtingit, Ariſt. cū oīe dicit eſſe in loco, accipiat̄ de ſubſiſtenti. Quarto infert̄ qđ cū ſupficies abſolute ſignificet partes vltimas cōtinētis, loc⁹ ſignificat eaſdē reſpectiue, cōnotat em̄ reſpectū continentię. ¶Aduerte tñ aliqñ plures ſupficies eſſe loci, ita ꝙ locus eſt ſolū vnū aggregatiōe, vt homo in fluuio cōtinet̄ partī ſuperficie aeris, partim aquę, palus fluuio infixus, habet tres ſupficies partiales eum continentes. ſ. terrę, aquę, & aeris, hę tñ rōe cōtiguitatis ſuccidaneę & rōe cōtenti. dicunt̄ eſſe vnus loc⁹. De immobili, quāuis ſit in diffinitiōe, nolo tñ hic, ſed articulo. iij tractare, in pręſentia tñ expone, immobilis primū. i. ꝙ mobilitas localis non attendat̄ ex parte eius, ſed ex parte locati de quo infra. Quibus ſic tactis reſpondet̄ ad quęſitum

Articulus. II.

Cōcluſio diffinitio loci ab Ariſt. data eſt bona, & q̄uis interpretes verbis diſcrepēt, re tñ cōueniūt. Argyropilus ait locus eſt finis corpis cōtinētis immobilis primus, & ſic bene qdraret mens Saxonis, qđ primus interptaret̄. i. immediatus, antiqor tranſlatio habet. Locus eſt terminus cōtinentis īmobilis primū, Auerroys vſus tranſlatione quę legit. Locus eſt vltimū ī corpis cōtinentis imobile primum, ſi ſuperficię vſus fueris, nō oīno pperā egeris. ¶Vnde talis colligit̄ eius intellectus. Locus. ſ. phyſicus & ꝓprius eſt terminus corpis. i. eſt ſupficies interior vltima corporis cōtinētis. ſ. diſcōtinue & īmediate locatū, immobilis primū, a cuius rōe mobilitas rei nō ſumit̄.

[margin: Argyrop. — Saxo]

Articulus. III.

Dubium. I. quę res eſt locus.

tur pus.Sunt aũt id quo numeramus:& id quod numerat:non eadem ſed diuerſa

Tertia ps de nũc
8
ATQVE vt motus alius eſt atq; alius:& ſic et tempus.Tempus aũt omne quod eſt ſi 103
mul:eſt idem.¶Nam ipſum nũc idem eſt ſubiecto.Eſſe autem ipſius diuerſum eſt.
Solutio rõnis primę & ſecundę Ipſumq; tempus metit, vt prius atq; poſterius eſt, atq; tum eſt idẽ:tũ nõ eſt idẽ, nã 104
vt eſt quidem in alio atq; alio differt,atq; hoc pacto eſt ipſum nunc.Subiecto ve-
ro eſt idem.Etenim motus magnitudinẽ ſequit,& tempus motũ,vt diximus.Quo
9
fit vt et id quod fert,quo motũ & prius in ipſo poſteriuſue cognoſcimus,punctũ ſequat. hoc
Solõ rõis tertię de nunc igit ſubiecto quidẽ eſt idem. Eſt enim,aut punctũ,aut lapis aut aliquid aliud tale.Ratiõe ve-
ro diuerſum:perinde atq; ſophiſtice.coriſcum in lytio:coriſcũ in foro eſſe,ſumunt eſſe diuer
ſa. Et hoc igit vt alibi eſt atq; alibi ẽ diuerſum,at ipm nũc ſequit id qd fert, perinde atq; tps
Littera illa emẽdatior q̃ vetus ſequitur motũ.Ipſo nanq; quod fertur prius in motu poſteriuſue cognoſcimus.Prius vero po
ſteriuſue vt numerabile eſt, ipſum pfecto eſt nunc, Quare & hoc ipſum ſubiecto quidem eſt
idem.Eſt enim prius aut poſterius quod eſt in motu.Ipſo aũt eſſe diuerſum eſt,prius nanq; po
Idẽ declaratur ſteriuſue vt numerabile eſt ipſum eſt nũc.Eſt etiã hoc maxime nunc. Nam & motio ob id qđ
mouet,& latio ob id quod fertur eſt nota.Eſt eñ hoc aliquid id quod fert.Motus vero nõ eſt.
Eſt igitur tum idem id quod nũc dicit ſemper:tum nõ idem.Quippe cum & id quod fert ta- 105
les ſubeat modos:Patet etiam nunc ipſum nõ eſſe ſi tempus nõ ſit, & tempus nõ eſſe, ſi nõ ſit
ipſum nunc.Nam vt ſimul ſunt id quod fert,& latio,ſic & numerus eius quod fert, & nume-
Latio.i. motus localis rus ipſius etiã lationis ſunt ſimul.Eſt.n.tempus quidem numerus lationis.Ipſum aũt nunc.ei⁹
quod fertur,perinde atq; vnitas numeri.Eſt preterea tempus ipſo nũc continuũ atq; diuiſum
hoc eñ ad lationem,& ad id quod fert accomodat.Nam motus,ac latio vna eſt, ipſo ſane qđ
fertur:ppterea quod vnũ eſt & nõ ſubiecto.Sic eñ intercapedines eſſe poſſunt:ſed ratiõe di-
ſtinguunt etiã hoc priorem poſterioremq; motũ. Atq; hoc etiam accomodat:quodammodo
nũc ſicut punctus puncto.Etenim punctũ & continet longitudinem & diſtinguit,Nam huius principiũ eſt illi 106
us finis,verũ cum hoc pacto quiſpiam ipſum ſumit,vt ipſo tanq; duobus vtatur:tunc ſtetur ne
ceſſe eſt,ſi punctum idem principiũ erit ac finis.Ipſum aũt nunc quia id quod fert mouetur
aliud eſt atq; aliud ſemper.Quare tempus eſt numerus nõ hoc ſane qđ nũc ipſum perinde atq;
punctũ,idem principiũ ſumit atq; finis, ob id porro quod antea diximus.Tunc eñ erit vſus
10
Cõcluſio de nunc mediȷ puncti tanquã duorũ.Quare fiet vt ſtetur.Sed hoc potius,quod eam in hoc ipſa nũc ſub
eunt rationẽ,q̃ extrema lineæ in eadem. Atq; non vt partes,Patet enim neq; nũc ipſum tem- 107
poris eſſe partem:neq; diuiſionẽ motus,Quemadmodũ neq; pũcta ſunt lineæ partes:ſed duæ
lineę ſemper,Ipſum igit nũc vt eſt quidem finis:tempus nõ eſt ſed accidit, vt autem numerat
numerus eſt.Nam fines quidem illius ſunt ſolũ,cuius ſunt fines,numerus aũt horũ equorum
denarius inquam & alibi etiã eſt,Patet igitur tempus numerũ eſſe motus per prius poſteriuſ- 108
ue,& continuũ etiam eſſe,cum ſit continui numerus vti diximus.

quarta ps de his quę cõſequũt tempus NVMERVS autem minimus abſolutus quidem eſt dualitas inquã ipſa, quidam
autem partim eſt partim nõ eſt, Veluti lineę multitudine quidẽ minimus eſt.Duę
inquã lineæ,aut vna, Magnitudine aũt eſſe nõ põt,Omnis nanq; linea diuidit ſem
per.Quare ſimiliter & tempus,numero quidem minimũ vnũ, vel duo,magnitudi 109
11
Cõcluſio ne vero nõ eſt.¶Perſpicuũ etiam eſt, & cur velox quidem ac tardum nõ dicitur,
Multũ autem & paucũ & longum ac breue dicit,Quo nanq; continuũ eſt hoc longum & bre
ue,quo vero numerus eſt hoc multũ ac paucum dicitur, Velox aũt & tardum nõ eſt,quippe cũ 110
neq; numerus quo numeramus velox vllus ſit atq; tardus.¶Eſt etiam idem ſimul vbiq;:nõ eſt
12
Cõcluſio aũt idem tempus prius poſteriuſue.Quoniã & mutatio preſens quidem eſt vna facta vero,fu
turaq; alia.Temp⁹ aũt numerus eſt nõ quo numeramus,ſed qui numerat,Atq; hoc ſane aliud
eſt prius atq; poſterius ſemper.Nam ipſa nũc alia ſunt vt patet.Eſt autem vnus idemq; nume-
rus centũ hominũ centumq; equorũ,at ea quorum eſt numerus equi inquam & homines ſunt

111 diuerſa.¶Preterea vt motus idem ac vnus iterũ atq; iterũ eſſe poteſt:ſic & tempus idem vnũ= 14
q; eſſe poteſt:vel vt annus:ver:autumnus.¶Atqui nõ ſolum tempore motũ. Sed etiam temp⁹ Cõcluſio
112 motu metimur,ex eo ſane,quia a ſeſe viciſſim definiunt,Nam tempus quidem definit motũ 15
quippe cum ſit ipſius numerus,vti diximus Motus aũt tempus.Atq; multũ paucumue dicim⁹ Cõcluſio
tempus,motu metiẽtes ipſum perinde atq; numerũ re numerabili numerabimus.vt vno equo
numerũ ipſum equorũ.Etenim numero quidẽ multitudinẽ equorũ:vno autem equo numerũ
113 ipm rurſus equorũ cognoſcim⁹.Siſr fit & in tpe atq; motu,Tẽpe nanq; motũ motu vero tẽ
pus metimur.Idq; accidit nõ ſine ratione,ꝑfecto,ſequit̃ em̃ magnitudinem motus:& tempus
motũ hoc ſane quo quãta & cõtinua atq; diuiſibilia ſunt.Quia nãq; magnitudo eſt talis.Ideo
motus his eſt affectus.Tempus aũt ob motũ eſt tale:atq; metimur & magnitudinẽ motu:& ma
gnitudine motum.Nam ſi ambulatio multa ſit viam multã dicimus eſſe:& hanc rurſus mul=
tam,ſi via ſit multa:Similiter & tempus ſi motus:& motum ſi tempus.

CVM autem tempus menſura ſit motus. ipſiuſq; moueri menſuret aũt motum defi= Quĩta ps
niendo motũ aliquẽ,quę metiet̃ totũ:vt longitudinẽ vlna metitur,definiendo ma= comparat
gnitudinem aliquã:quę totã longitudinem metiet̃.Patet & motũ in tempore eſſe, tempus
hoc eſſe ſane:ipſum inquã & eſſe ipſius tempore menſurari.Nam ſimul & motum ad ea quæ ſunt i ipo
& eſſe motus metit̃:& hoc eſt ipſum in tempore eſſe:menſurari ipſius eſſe.Et cęte= 16
114 ra etiam in tempore eſſe:hoc eſſe plane:ipſorũ inquã eſſe a tempore menſurari.¶In tempore Cõcluſio
em̃ eſſe duo ſignificat,vnum tũc eſſe:cũ tempus eſt:alterum eo modo quo dicimus aliqua nu= 17
mero eſſe:hoc aũt aut partem numeri:vel affectũ & oĩno quid numeri ſignificat eſſe, aut ipſi diſtinctio
us numerũ eſſe:atq; cum tempus ſit numerus,nũc quidem ipſum & prius et iſtiuſmodi cętera 18 Simile de
ſic in tempore ſunt:vt vnitas eſt in numero:& par atq; impar,hec em̃ aliquid numeri.Illa tem numero
115 poris aliquid ſunt.Res aũt in tempore ſunt:vt in numero.Quod ſi ita ſit:res a tempore vt a nu
mero cõtinent̃:quemadmodũ & a loco ea quę ſunt in loco.¶Patet aũt & in tempore eſſe:non 19
hoc eſſe. Tunc inquam eſſe cũ tempus eſt:quemadmodũ nec in motu:aut in loco eſſe hoc eſt: Cõcluſio
tunc eſſe cũ motus:aut cũ locus eſt:Si em̃ in aliquo eſſe ſic erit. Omnes ꝑfecto res in quouis
erunt:& cœlum in milio erit. Nam cũ miliũ eſt:& cœlum etiam eſt,verum hoc quidem acci=
116 dit,illud aũt ſequat̃ neceſſe eſt:vt tempus ſit cum aliquid eſt in tempore,& mot⁹ ſit cũ aliquid
eſt in motu.¶Cum igitur in tempore eſſe ſit in ipſo eſſe tanq̃ in numero:maius quid temp⁹ 20
omni eo quod in tempore eſt ſumet̃.Quapropter oĩa quę ſunt in tẽpore a tpe cõtineant̃ neceſ Cõcluſio
ſe eſt queadmodũ & cętera quę i aliquo ſunt:vt a loco ea q̃ ſũt i loco,Et patiant̃ etiã aliquid a
tpe queadmodũ & dicere cõſueuimus:nũc tẽpus cõſumere, nunc tempore cuncta ſeneſcere,
nunc ob tempus itidem obliuiſci:ſed nõ didiciſſe nec adoleuiſſe:nec pulchrum etiam euaſiſſe
Corruptionis em̃ per ſe magis eſt cauſa tempus,Eſt enim numerus motus.Motus aũt id quod autoritas
ineſt extrudit. ¶Quę cũ ita ſint patet ea quę ſunt ſemper:hoc ipſo ſane qd' ſemper ſunt in tem 21
pore nõ eſſe.Non em̃ a tempore continent̃:nec ipſorũ eſſe a tempore menſurat̃. Signũ huius Corolla.
118 eſt ipſa nihil a tempore pati:ꝓpterea quod in tempore nõ ſunt,¶At vero cum tempus menſu= 22
ra ſit mot⁹, erit qetis mẽſura p accidẽs.Eſt em̃ in tpe quies oĩs nõ em̃ vt oẽ quod eſt in motu. Cõcluſio
ſic & id qd' eſt in tpe moueat̃ neceſſe eſt.Tps nanq; nõ mot⁹ eſt:ſed nũerus motus.in numero
aũt motus & id eſſe põt quod quieſcit,Nõ em̃ omne quod immobile eſt quieſcit,ſed quod ca=
ret motu:atq; vt moueat̃ eſt aptum,vt & antea diximus, Eſſe aũt quippiam in numero:id eſt vt diffinitio
diximus,eſſe numerũ ipſius quedã & menſurari ipſius eſſe:eo ſane numero in quo dicit̃ eſſe.
119 ¶Quare ſi eſt in tempore a tempore menſurabitur.Metiet̃ aũt tempus,& id quod mouet̃,&
id quod quieſcit illud vt mouet̃ hoc vt quieſcit. Nam alterius ipſorũ motũ, Alterius quietem 23
quanta quędã ſit metiet̃.Quare id quod mouet̃ nõ a tempore menſurabile ſimpliciter erit,vt Corolla=
quantũ eſt quoddam,ſed vt motus eius eſt quãtus,quibus efficit̃,vt ea nõ ſint in tempore:quę ria infert
neq; mouent̃,neq; quieſcunt.Eſſe em̃ in tempore eſt tempore menſurari, Tempus aũt motus 1 2
eſt quietiſue menſura.Patet igitur:neq; omnia quę nõ ſunt in tempore eſſe.Ea enim non ſunt 3
120 in tempore,quę nõ poſſunt aliter ſi habere,vt diametrũ eſſe cõmenſurabilem coſtę. Oĩno em̃ 4
ſi tempus menſura,eſt motus quidẽ per ſe, cęterorũ vero per accidens.Patet quorũ eſſe metit̃,
eorũ omniũ eſſe in quiete vel in motu cõſiſtere.Quę igitur ſub corruptionẽ generationem=




q; cadunt,atq; oĩno nunc ſunt nũc nõ ſunt,ea in tempore eſſe neceſſe eſt.Eſt em̃ maius qd tẽ=
pus,quod eſſe ipſorũ excedet,& id tempus quod eſt illius ęqua menſura.Cum aũt ea quę non 5
ſunt partim contineant̃:partim nõ contineant̃ a tempore. Eorum quę tempus cõtinet: quedã Diuiſio


olim erant, vt homerus: quędam erunt, vt aliquid futurorū, quæ quidem altera ex parte conti
net tempus. Quod ſi ſint quę ad vtranq; partem continet tempus, illa modū vtrunq; ſubeunt,
Erant em̄ ac erunt, Ea vero quę neutra ex parte cōtinet tp̄us, neq; erant, neq; ſunt neq; erunt.
6 Sunt aūt ea: quorū oppoſita ſemper ſunt, veluti diametrū incōmenſurabilē eſſe coſtę ſemper
eſt. Atq; hoc nō erit in tempore: neq; igitur illud erit diametrū inquā incōmenſurabilem eſſe
coſtę. Quapropter ſemper nō eſt, quod cōtrariū eſt ei quod ſemper eſt. Quorū vero cōtrarium
nō ſemper eſt, ea & eſſe & nō eſſe poſſunt atq; ipſorum eſt, & generatio & corruptio. 121
Sexta ps de nunc distinctio 24 25 IPSVM aūt nunc cōtinuatio temporis eſt: vt antea diximus. Pręteritū em̄ & accidēs
tempus cōiungit, atq; vltimū oīno temporis eſt. Eſt em̄ huius quidē principiū: illius
aūt finis: verum hoc non vt in puncto manente patet. Diuidit etiā potentia tempus,
atq; vt tale eſt diuerſum eſt ſemper: vt aūt cōiungit: ſemper eſt idem, vt in mathemati
cis lineis fieri ſolet, nō enim idem ſemper vnūq; punctū eſt cogitatione. Cum enim
diuidimus, aliud eſt atq; aliud punctū, at quo linea eſt vna: hoc idem eſt pœnitus pūctū. Sic &
ipſum nūc partim temporis eſt diuiſio potentia, vti diximus: partim finis eſt vtrorūq; ac vnio
26 Eſt aūt idem & per idem diuiſio atq; vnio, at eſſe nō idē eſt, Ipſum igit̄ nūc hoc vno dicit̄ mo 122
do. Alio vero modo tempus huic ꝓpinquū, dicimus em̄ nunc accedit qa hodie veniet. At res
quę actę ſunt ilij: nō nūc fuiſſe dicimus, neq; eluuionē quāq;, tempus continuum eſt vſq; ad
Olim illa, ſed quia nō ſunt prope: ideo nō illo modo dicunt̄. Ipſum aūt olim tempus eſt ad prius atq; 123
poſterius nūc definitū, vt olim capta eſt troia, & olim eluuio erat. Oportet, n. finitū ad ipſum
27 nunc eſſe, erit ergo atq; erat tempus quoddam ab hoc ad illud vtrūq; determinatū. ¶Quod ſi 124
Tempus perpetuū nullū eſt tempus quod nō ſit olim, omne ſane tempus erit finitū, deficiet ne igitur tandem. at
id fieri nequit: ſi ſemper eſt motus, aliud ne igit̄, atq; aliud erit an idem ſępe redibit, an vt mo
tus ita ſeſe habet & tempus vt patet, nam ſi vnus idemq; ſit: & tempus idem ac vnū erit. Sin ve
ro nō ſit: nec illud vnū idemq; redibit. Cū aūt ipſum nūc finis ſit atq; principiū temporis, nō 125
tū eiuſdem ſed tranſacti quidem finis, principiū aūt cōſequentis, vt circulus in eodē quodam
modo curuū & concauū habet, ſic & tempus in principio eſt ſemper ac fine. Et ꝓpterea ſem=
28 per aliud aliudq; videt̄, nō. n. ipſum nunc principiū eſt & finis eiuſdem. Simul em̄ & per idē 126
Iam oppoſita numero eſſent, nō ergo tp̄us deficiet, quippe cū ipſum ſit in principio ſemp. ¶Ipm
aūt iam pars futuri pręteritiue temporis eſt indiuiduo nūc inſtanti propinqua. Quando ambu
labis aut ambulauiſti, iam ambulabo inquit aut iam ambulaui, quia tp̄us in quo ambulabit vel
ambulauit, eſt ꝓpe nūc ipſum inſtans, & nō longe diſtat. Ilium aūt nō dicimus iam captū fuiſ=
Nuper ſe, quia longe ab inſtanti nūc diſtat. ¶Ipſum aūt nuper ea pars eſt pręteriti temporis, quę in= 127
ſtanti nūc eſt propinqua: qn̄ veniſti: nuper inquiet, ſi tempus inſtanti nūc ſit propinquū. Quon
Quondā dam aūt pars eſt eiuſdem temporis longe ab eodem nunc diſtans. Subito aūt dicimus. cū quip=
Repente piam in tēpore inſenſibili ob breuitatē dimotū eſt. Mutatio aūt omnis natura eſt dimotiua, at 128
29 Cōclusio q; in tempore omnia fiunt & corrumpunt̄. Quapropter ſunt qui ſapientiſſimū ipſum eſſe di=
cebant, at pithagoricus paro rudiſſimū eſſe dixit: quia in ipſo et iā obliuiſcunt̄, rectius dicēs.
cprobatur Patet igitur corruptionis magis eſſe per ſe cauſam tempus, q̄ generationis: vt & antea dixi=
mus mutatio nanq; per ſe quidem eſt dimotiua. Generatiōis aūt & vt quippiā ſit cauſa per ac=
cidens eſt, Id indicatur ex eo ſatis, quia nihil quidem fit niſi ipſum moueat̄ aliquo modo, atq;
quippiam agat, Corrumpit̄ aūt aliquid, etiā ſi nō moueat̄ atq; hanc corruptionē a tempore fi
eri maxime dicere cōſueuimus, verū neq; hanc tempus facit, ſed hanc quoq; mutationem ac=
cidit in tempore fieri. Eſſe igitur tempus, & quidnam ſit quotq; modis nunc ipſum dicat̄, &
quid ſit olim, quid iam quid nuper, quid quondā, quid ſubito, ſatis per ea quę dicta ſunt expli
30 cauimus his aūt hoc pacto determinatis. ¶Patet omnē mutationē neceſſario in tempore eſſe, 129
Cōcluſio & omne qđ mouet̄ in tempore moueri. Celerius em̄ & tardius in omni ſane mutatiōe eſt, nā
in cunctis ita videtur, dico aūt id celerius moueri quod prius ad id quod pergit venit: modo
ſit id ſpaciū vniformiſq; motus, velut in latione, ſi ambo ſuper circūferentia aut ſuper recta li
nea moueant̄, & in cęteris ſimili modo, At ipſum prius in tempore eſt. Prius em̄ atq; poſteriꝰ
ratione diſtantię ad ipſum nūc dicimus: ipm vero nūc terminus eſt tranſacti atq; futuri. Qua=
re cū ipſum nūc in tempore ſit, & prius ipſum poſteriuſue in tempore erit, in quo namq; nunc
ipſum eſt, in hoc & diſtantiā ipſius nunc eſſe neceſſe eſt, modo aūt cōtrario prius ipſum in prę
terito atq; futuro tempore dicit̄, nā in pręterito quidē id dicimus prius, quod longius ab ipſo
nunc diſtat, id vero poſterius quod eidem ꝓpinquius eſt. In futuro aūt id quidem prius, quod

eſt propinquius illi, id vero poſteri⁹:quod ab eodem longius diſtat, Quare cum ipſum quidẽ
prius in tempore ſit, omnem aũt motũ comitet̃ ipſum prius vt patet perſpicuũ eſt omnem mu=
tationem omnẽq; motũ in tempore eſſe.

130 SIGNVM aũt eſt cõſideratione:& quonam modo ſeſe habet ad animã tempus & cur Septima ps ſemo• uet dubia
in omnibus tempus eſſe videt̃, & in terrã, & in mari. atq; in cœlo: an quia tempus cũ
menſura ſit motus: affectus eſt quidã ipſius vel habitus. Hęc aũt mobilia cũcta ſunt 31
In loco nanq; ſunt vniuerſa. Tempus vero ac motus ſimul potentia ſunt atq; actu: du queſtiões
131 bitauerit aũt quiſpiam: ſi anima ſublata tempus eſſe poſſit: nec ne, Nam ſi numeratu= Cõcluſio
rũ eſſe nõ poſſit: neq; quicq; numerabile eſſe põt. Quare patet neq; numerũ eſſe poſſe. Eſt.n.
numerus aut id quod numerat̃, aut numerabile ipſum. Quod ſi nihil aliud aptũ eſt numerare
q̃ anima: & animę mens impoſſibile eſt: ſi anima nõ ſit tempus eſſe: niſi id quod ſubiecto eſt tẽ
pus: ſi fieri poteſt: vt ſit ſine anima motus. Ipſum.n. prius atq; poſterius eſt in motu: tempus aũt 32
132 eſt hęc vt numerabilia ſunt, ¶ Dubitauerit etiã quiſpiã qualiſnam motus tempus eſt numerus queſtio
an qualiſuis. Generat̃ eñ in tempore ac auget̃: & alterat̃ itidem in tempore: atq; corrumpit̃. Cõcluſio
Quo igitur motus eſt. Hoc motus cuiuſq; tempus numerus eſt. Quapropter tempus abſolute
motus continui: ſed nõ cuiuſdam numerus eſt. At vero fieri poteſt: Vt nũc & aliud moueatur:
quorũ vtriuſq; motus tempus numerus erit. Aliud ne igit̃ atq; aliud erit. Et ęqualia duo tem=
pora ſimul erunt. An vnum tempus motus metiet̃ vtroſq;. Omne nãq; tempus vnum ſimiliter
eſt & ſimul. Specie vero ſunt eadem: & quę nõ ſunt ſimul. Nam vt ſi ſint hi quidem canes: illi
aũt equi: atq; vtriq; ſint ſeptem: idem eſt numerus vtrorumq;. Sic & eorũ motũ qui ſimul inci
piunt ſimulq; deſinunt idem eſt numero tempus: & ſic celerior alter forſitan eſt: tardior alter
Et alter latio: alter eſt alteratio. Quamq; enim motus hiſce differunt differentijs: idem eſt ta=
men tempus alterationis lationiſue ęquale ſi ſimul fiãt. Quippe cũ & numerus ſit idem canũ
equorũq;, quem diximus, Et ꝑpterea motus quidem diuerſi ſeorſumq; fiũt. Tempus aũ idem
133 eſt vbiq;. Quoniã & numerus eorũ quę ſunt ęqualia ſimulq; vnus & idem vbiq; eſt. Atqui cũ
latio quidã ſit motus & huius ſpẽs ſit cõuerſo, vnumquodq; aũt vno quodã ſibi numeret̃ pro=
pinquo, vnitates quidẽ vnitate: equi aũt equo. Tempus etiam hoc pacto tempore ꝑfecto quo
dam menſurabit̃ definito. Atq; motu quidem tempus. Motus aũt tempore menſurat̃, ſicut di= 33
ximus. ¶ Hoc aũt ideo & quia quantitas motus ac temporis, ab eo motu qui definitus eſt tem Cõcluſio
pore menſurat̃ ſi igitur ipſum primũ ꝑpinquorũ omniũ eſt menſura: vniformis ſane cõuer=
ſio menſura potiſſimũ erit. qm̃ huiuſce numerus notiſſimus eſt: vt patet. Atq; alteratio quidẽ
vniformis nõ eſt. nec accretio, nec generatio, latio aũt eſt. ¶ Quapropter & motus ipſius ſperę 34 reductio
tempus eſſe videt̃: quia cęteri motus hoc motu menſurant̃: & etiam ipſum tempus: ꝑpter hoc opi. anti-
& id accidit: quod cõſuetũ eſt dici. Res.n. humanas & cęterarũ eas quę naturalem motũ & or= quorũ ad
tum ac obitũ ſubeunt: circulum eſſe dicunt. Idq; propterea, qd' hę vniuerſę tempore dijudicã verum
tur finemq; ſubeunt: ac principiũ, perinde atq; ſi reditione quadã hoc fiat. Etenim tẽpus ipm
circulus quidã eſſe videtur. Hoc aũt ideo rurſus videtur quia talis lationis eſt ipſum menſura
& a tali latione ipſum etiã menſurat̃. Quare dicere rerũ eas quę fiunt circulum eſſe: eſt dicere
temporis circulum quendã eſſe: hoc aũt ideo dicitur quia tempus menſurat̃ ipſa cõuerſione.
Id eñ quod menſurat̃. nil aliud eſſe videtur: pręter id quod metit̃: q̃ totum plures menſurę. 35
134 ¶ Dicit̃ etiam recte numerũ quidẽ eundem eſſe ouium atq; canũ: ſi eſt ęqualis quaternitatem
aũt nõ eandem: neq; quattuor eadem eſſe. Quemadmodũ neq; trianguli ſunt ijdem ij: quorũ al
ter ex ęqualibus: alter inęqualibus omnibus lateribus cõſtat: quã q̃ eadẽ eſt vterq; figura: quo
niam ambo trianguli ſunt. Eadem eñ aliqua eo dicunt̃: cuius non differunt differentia: non
eo cuius differentia differunt: veluti trianguli dicti differentia trianguli: differunt, nõ figu=
rę: igitur trianguli quidẽ ſunt diuerſi: figurę aũt diuerſę non ſunt ſed in eandem vnamue ca=
dunt diuiſionẽ, figura nanq; talis quidẽ eſt circulus, talis aũt eſt triangulus: & hiſce, talis qui
dem eſt ęqualiũ laterũ: talis aũt inęqualium. Sunt igitur eadẽ hi figura. Triũ eñ vterq; eſt an
gulorũ: at nõ ſunt triangulus idem: & numerus igitur dictus pari ratione idem eſt ſane. Non
enim numerus ipſorum differentia numeri differt. Quaternitas aũt non eadem eſt. Ea nanq;
de quibus dicitur differunt, hęc enim canes ſunt, illa oues. Sed de tempore quidẽ ipõ, & de hi
ſce quę circa ipſum quidem ſunt, ad hanc autem conſiderationem accomodantur ſatis iam
diximus.



equitibius



Scalarius vid. i. poſt

Explanatio teſtus.

Vti in tertio propoſuit, ita hactenus eſt ordinē executꝰ, egit de motu, egit de infinito, loco, & vacuo. Iam agit de tempore, & quia magna pars eſt inquiſitiua: ideo paucis me abſoluam

I. Tempus nō eſſe ꝓbatur. Primo quod conſtat ex his quę nō ſunt. nō eſt: tempꝰ aūt cōſtat ex ptō & futuro, quę non ſunt, ergo tempus nō eſt. Secundo oē quod eſt, habet aliquas eius partes quę ſunt, ſed nulla pars temporis eſt ergo. nūc em̄ nō eſt pars temporis. ſed velut terminus. Tertio ſi tempus eſt, hoc eſt ratione nunc: ſed hoc nō, quia aut eſt ſemper alterū nunc, aut idem, Non alterū, quia aut prius maneret cū poſteriori vel nō, non manet, quia duo inſtantia eſſent ſimul, Si nō manet, ergo corrumpiť, Vel ergo corrūpiť in ꝙ ti. vel in tempore. Non in inſtanti, quia tunc eſſet qn̄ corrumpereť, nec in tempore/ quia duraret pluſqꝫ per inſtans. ¶ Quod autem non ſit idem nunc ꝓbatur primo quia nullius rei finitę terminus eſt vnus, nūc aūt eſt terminus temporis, ergo non eſt vnum nūc. Secūdo quia ſi eſſet idem nunc, tunc ea quę facta eſſent ante milleſimū annū, dicerentur nunc facta quod nemo admittit. — Secūda ps rōnis

II. Tempus ſecundū aliquos eſt cœlum vel circulatio cœli. ꝓbatur primo nulla pars circularis eſt circulatio, ſed pars temporis eſt tempus, ergo tempus nō eſt circulatio. Secūdo quia plures ſimul ſunt circulationes, ergo plura eſſent tempora ſimul.

III. Tempus eſt ſphera ſecūdum aliquos ex eo quod omnia cōtinet, nam hoc eſt adeo ſtultū, vt abſurdū ſit hoc latius improbare.

IIII. Tempus eſt motus apud aliquos at hoc improbatur. Primo, quia tempus eſt vbiqꝫ. motꝰ nō, ſcđo omnis motus eſt velox vel tardus, at tempus nō eſt vel ox vel tardum.

V. Tempus non eſt motus, nec ſine motu, ꝓbatur a ſigno, quia qn̄ non percipimus motū, nō percipimus tempus, vt patet in dormientibus, Et cogitantibus nobis tempus, ſemper motus occurrit, ita ꝙ vnum nō percipitur ſine alio.

VI. Tempus eſt cōtinuū, ſicut motus, patet, eſt em̄ motus continuus a magnitudine cōtinua & tempꝰ eſt continuū a motu, nam in his omnibus. ſ. magnitudine motu & tpe, eſt reperire prius & poſterius.

VII. Tempus eſt numerus motus ſecundū prius & poſterius, patet quia cognito priori & poſteriori in motu cognoſcitur tempus, pręterea illud quo iudicamus maius & minus illud eſt numerus eius, ſed tempus eſt huiuſmodi, ergo eſt numerus eius, Eſt aūt tempus, numerus qui numeratur.

VIII. Rationes cōtra tempus non ſunt bonę. Prima nō ſecūda nō, quia ſicut partes motus ſunt, ſic & partes temporis cōtinue ſunt alię & alię. Tertiam vero rationem de nunc altius deſpiciamus

IX. Nunc menſurat tempus, quia vnūquodqꝫ menſuratur per illud quod eſt maxime notū in ſuo genere, ſed nunc eſt notius in tempore, ergo &c̄, prętereą nunc nō poteſt eſſe ſine tempore, qm̄ ſicut ſe habent mobile & motus, ita ſe habent tēpus & nūc Sed motus nō pōt eſſe ſine mobili: ergo nec nunc poteſt eſſe ſine tempore, Porro Tempus cōtinuatur ſecundū ipſum nūc, & diuidiť ſecundū nūc patet in motu, qui diuiditur in partem pertranſitā, & partem pertranſeundam. Idem patet in linea & pūctis.

X. Nunc nō eſt pars temporis, ſicut nec punctus linee, ſed terminus eius: quamuis nō ſolū ſit numeri, ſed & aliorū: partes em̄ temporis ſunt duo tpa, & nūc non eſt tempus, ſed accidit tempori

XI. Quodāmodo eſt aſſignare minimū tempus, & quodammodo nō, ꝓbatur quia tempus eſt numerꝰ & minimus numerus eſt dualitas, & minimū numeri vnitas, ergo ex parte numeri datur quodāmodo minimū: At quia tempus eſt continuū, & ita diuiſibile in ſemper diuiſibilia: Ideo apparet ꝙ nō ſit dabile minimū in tempore

XII. Tempus dicitur longū vel breue, ſed nō velox vel tardum, patet quia tempus ſortitur naturā vtriuſqꝫ ſ. quantitatis cōtinuę & diſcretę: ideo longū & breue: paucū & multū tēpori recte attribuunť, velox aūt & tardū tribuunť motui ſub ratione menſurabilis, at tempus eſt menſura, nō menſuratum

XIII. Idem eſt tempus omniū exiſtentiū vbiqꝫ: licet nō ſit idem prius & poſterius: patet quia tempꝰ eſt numerus: idem aūt eſt numerus c. equorū & c. hominū. at quia prius eſt factū, poſterius fiendū: ideo in hoc ſunt idem.

XIIII. Tempus eſt reiterabile, ꝓbatur quia motus eſt reiterabilis, ergo & tempus.

XV. Motus menſuratur tempus, & tempus motū. ꝓbatur primo quia per motū noſtrum iudicamus eſſe tempus breue aut longum, Secūdo a ſimili, quia ex denario cognoſcimus decem equos, & ex decem equis denarium. Tertio quia magnitudo menſurat motū, & rurſus motus menſurat magnitudinē, ita de motu & tempore.

XVI. Res eſt in tempore velut in menſura, ꝓbatur quia tempus eſt menſura motus, & eius quod mouetur, ſicut cubitus magnitudinis, & ita res eſſe in tempore eſt eas menſurari tempore

XVII. Multiuariā aliquid eſt in tēpore. primo quia eſt quando tempus eſt. Secundo quia eſt aliquid temporis. Tertio aliquid diciť in tempore eſſe velut in numero & menſura.

XVIII. Aliquid aūt diciť dupliciter eſſe in numero primo eſt in numero, quia eſt aliquid numeri, vt vnitas, par. Secūdo modo aliquid diciť eſſe in numero, quia menſuratur per ipſum.

XIX. Eſſe in tempore nō eſt eſſe qn̄ tempus eſt, patet locus non eſt eſſe in loco. Secūdo in motu eſſe, nō eſt quando motus eſt. Tertio qm̄ alias res eſſet in qualibet alia, & cœlum in grano miliȷ.

XX. Exiſtentia ſunt in tempore, ſicut menſuratum in menſura, & locatū in loco: Nam ea quę ſunt, videntur pati a tempore, & tempus eſſe cauſa corruptionis aliorū.

XXI. Perpetua non ſunt in tempore, ꝓbatur quia omnia quę ſunt in tempore, mēſuranť tempore. ſed quę ſemper, nō menſuranť tempore.

XXII. Tempus eſt menſura quietis, ꝓbatur quia menſurat motū: & quies eſt priuatio motus, Eadem igitur erit menſura habitus & priuationis

XXIII. Igitur quies eſt in tempore. Et res quantum 1
ad moueri & quieſcere ſunt in tempore. Et quę nec 2
moueť nec quieſcūt, nō ſūt in tpe, Quare nec neceſ 3
ſaria ſunt in tempore, ſicut nec ſunt impoſſibilia. 4

XXIIII. Nunc continuatiuū temporis vſurpatur Primo pro eo quod eſt finis prętériti, & initiū futuri, Sicut punctus linee, niſi quod punctus eſt per- — Sexta ps capi.

manens, & nunc fluens. Sc̄do capitur pro tempore præſenti vt hodie.
XXV. Nunc cōtinuat futurū cum prȩterito, & ſecundū ipſum diuidit tempus. Et idē eſt nunc diuidens tempus & continuans ipſum ſecundū ſubſtantiam, differens ſecundū eſſe.
XXVI. Tunc tempus denotat ad certum impartibile in prȩterito vel futuro.
XXVII. Tempus eſt ꝑpetuū, qa ſemꝑ aliqd erit, nā nūc eſt finis prȩteriti, & principiū futuri, ergo ſemper aliquid eſt futurum.
XXVIII. Iā īportat tēpus ꝓpinquū pſenti, ſiue in ꝑterito ſiue in futuro, vt iā ꝓfectus es, & iam ꝓficiſceris. Modo eſt tēpus ꝑteritū adiacēs pſenti. Olim aūt eſt tēpus diſtās a prȩſenti. Repente ſignificat tēpus inſenſibile ob eius paruitatem.
XXIX. Cū vnus tempus dicat ſapientiſſimū, alius ſtultiſſimum, rectius dixit tēpus eſſe rudiſſimū, patet quia tēpus eſt magis cauſa corruptionis quā generationis, ſicut oſtendit ratione & ſigno.
XXX. Oīs mutatio eſt in tēpore, qa in omni tali inuenitur velocius aut tardius. &c̄.
XXXI. poſt quȩſtiones cōcludit. Impoſſibile eſt tēpus eſſe ſine anima, qa anima non exiſtēte numerus non erit, & ita nec tempus.
XXXII. Tēpus eſt nūerus motus q̄tenus motus, nō illius aut illius motus, ſed abſolute eſt numerus motus in quantum continuus eſt.
XXXIII. Tempus eſt numerus primi motus, qa tēpus eſt menſura oīm motuū, primus aūt motus meritò menſura aliorū motuū eſſe dicitur. ſ. alterationis augmentationis. &c̄.
XXXIIII. Primus motus, q̄ reliquos menſurat, eſt circularis, hinc antiq̄ bene dixerūt res humanas circulo metiri, & quod tempus eſſet circulatio rerum.
XXXV. Tēpus eſt vnū oīm rerū in ratiōe numeri, ſed non huius vel alterius numeri, ſicut idē eſt numerus in ſpecie numeri canū & hoīm, at non in indiuiduo, idem patet in ſcalario & Iſoſceli, qui ſunt eadem figura, ſed non ĳdem trianguli.

Annotatio in textum.

Auerroys Themiſt. 1. per rōes exteras. Auerroys dicit intelligi rōes dialecticas, quȩ ſc̄dm Them. rōes cōmunes dicunt ex q̄bus philoſophia extraria ſiue ſophiſtica conficitur.
3. Stultā dicit opinionē q̄ tempus ſit ſphera, qa res eſt in ſphera vt in loco, & in tēpore vt menſura, igitur modus eſſendi in ȩquiuocat. Tam ſupinam ſimplicitatē taxat Themiſtius hic. Themiſt.
Democr. 2. plures ſimul ſunt circulatiōes. loqt ad mentē Democriti, q̄ plures poſuit mūdos, & ita plura prima mobilia, & tn̄ poſuit ſolū vnū tempus.
5. in dormiētib⁹ in ſardo, in placidiſſima illa quiete & morti ſimillima ſomno. ſ. tēpus nō aduertimus, citat fabulā de viris illuſtribus q̄ lōgo tēpore obdormierunt in Sardo ciuitate Lidiȩ experrecti ſe tēpuſculū dormiuiſſe crediderūt. Simile dicūt de Epimenide Gnoſio q. 45. annis vno ſomno in ſpecu obdormierat vt A. Gellius in noctibus refert & Plinius li. vĳ. cum. 57. annis dormiuiſſe renarrat. Similit quid ſeptē fratribus cōtigit, quos eccleſia ſancta venerat, & dormientes cognominat. Digredit hic Them. cōtra Galenū tanq̄ cōtra importunū & moleſtū, nā nō recte Ariſt. intellexit, imponit em ei, q̄ cū mēte nō mouemur percipimus tēpus, & cum mente non mouemur, non percipimus tempus, igit tempus non eſt ſine motu, illā putauit rōem Ariſt. & tūc incipit improbare Ariſt. Sed non fuit hȩc ſententia Ariſt. nā ſimul & motū ſentim⁹ & tempus, ſed plurimū refert vtrū idcirco tp̄s aliquid eſſe motus dicas, qa ex notione motus pendet notio tēporis, an idcirco qa ipſi moti demū intelligimus tempus, vnū Ariſto. alterū Galenus intellexit
(margin: Lidia, Epimen., Gellius., Plinius, Chriſtiāi, Ariſtot., Galenus)
7. Cum vero duplex ſit numerus, hic Ariſt. vulgatā ponit diuiſionē numeri ī nūerantē & numeratū de quo in. 3. phyſ. q. 3. art. 3.
8. Cauillū facit Galenus in Ari. qa tēpus diffiniat ꝑ prius & poſterius, & illa rurſus diffiniunt ꝑ tēpus, igitur ſit circulatio in diffinitionibus. Solūit Themiſtius quod prius & poſterius quȩ per tēpus diffiniebātur, ſumebant a magnitudine, prius aūt & poſterius quȩ diffiniūt tempus ſumunt a motu. Galenus Themiſt.
9. hoc igit ſubiecto eſt idē, antiquus interpres legit, qua quidē quodcūq; ens eſt idem, vnde inintelligibilis factus eſt textus, ποτε ον grȩce legit, tanta aūt fidelitas verborū in transferendo infidelitatē parit ait Nyph. Vult em̄ Ariſt. vnū nunc eſſe in tempore ſc̄dm rem, & aliud & aliud ſc̄dm rōnē ſicut punctus in linea fluens ſc̄dm imaginationē mathematicam. Nyphus
10. Auerroys hic taxat Themiſt. qa dixit tempus eſſe ex momentis conflatū, at Themiſt. locutus eſt ad imaginationē mathematicorū. Auerroys Themiſt.
25. Ariſt. nunc ꝓponit aliquas voculas, apud grecos vſitatas, quamuis latini multū varient, nam q̄ Ariſt. dixit q̄ Hermolaus Barbarus in Themiſtio appellauit momentū. Primo igit determinat de ipſo νῦν id eſt nunc. Dein determinat de ποτε. id eſt tunc, alĳ interpretant olim. ἤδη. i. iam qd ſit docet, Auerr. ꝓ iam poſuit ecce, ſed fruſtra. Dein ἄρτι. i. nuper ſiue modo, Auer. dixit paulo ante. πάλαι. i. quondam ſiue pridē. ἐξαίφνης. i. ſubito repente. Auerroys
12. Tempus idē vnumq; eſſe poteſt. &c̄. hoc loco exiſtimāt pleriq; taxatū Platonē, q̄ poſt. 36000. annos voluit redire idē tempus in numero. Contra ſentiente Ariſt. idē tēpus ſolū redire in ſpecie. Plato
29. Symonides tempus cenſuit ſapientiſſimū, qa beneficio ȩtatis multarū rerū noticiā adipiſcimur, & Oratius cecinit, Simonſ. Horacius
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum.
nam eſt in ſenibus multarū rerū experientia, quam iuuenes non poſſunt habere. Sepe male audio a calumniatoribus ob iuuentutē, ſolo ſenio turgentibus, ſeniū veneror, faſtum ſperno. Cōtra Paro Pythagoreus dixit. Tempus eſſe ſtultiſſimū, nam iniuria temporis, obliuio, morbi & delyria inuehuntur in ſenecta enim repuerafcunt viri, iuxta prouerbiū bis pueri ſenes, vide pulchra in Eraſmo Roterodamo Chiliade prima, nam Ariſt. probat hanc ſententiam quia tempus ſit cauſa corruptionis potiusq̄ generationis. Vorat omnia tempus. Tempora labuntur, tacitiſq; ſeneſcimus annis. Labitur ſuper omnia tempus. Vbiq; reperies ſimilia apud authores, eſt enim hic locus communis, ideo non plura adduco, contentus adducere Ouidium ex ſententia Pythagorȩ dicentem. Paro Eraſmus Ouidius
Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, viciataq; dentibus eui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Explicatio ſcholaſtica.
Q.IIII.

An diffinitio temporis ſit bona.
Articulus.I.

Nota.I.varias eſſe temporis ſignificatiões. Primo accipit̃ pro curſu rerū tēporaliū,ſic dicimus eſſe bona vel mala tempora.Scd'o pro diſpoſitiōe aeris,ita dicimus eſſe tempus ſerenū aut pluuioſum. Tertio pro oportunitate,ſic ſapiēs eccl.3.Oīa tempus habēt & ſuis ſpacijs tranſeūt vniuerſa ſub cœlo.Quarto accipit̃ pro menſura durationis rerū,& illa vſurpatio eſt philoſophica. ¶ Sed adhuc capit̃ tripliciter ſecundum Sintzeliū noſtrū primo pro duratiōe motus primi mobilis,& illud eſt tempus vniuerſale. Scd'o capit̃ pro duratiōe motus diurni ipſius ſolis, & ita ſoliti ſumus dicere Sol eſt diſtributor horarū & ita cōmuniter iudicat̃.Sed prior eſt peritior,qm̄ etiam de motu ſolis certificamur per motū cœli, & hinc habemus aureū numerū ait G.Ocham.4.par.phyſ.c.7.Tertio pro quocūq; motu vel qete ad cuius durationē nos cōcipimus duratiōnē alterius,& ſic harenariū,clepſidra,gallicíniū.&c̃.ſunt tempus, & dicit̃ tempus particulare,ſic viator nouit vel equeſ ſe tot horis perficere hoc iter, artifex tm̄ laboris.&c̃. hæc Iſenachius quoq; recenſet. ¶ Rurſus bifariā vſurpat̃ tempus, vt recenſebat preceptor noſter Benedictus Farner poſt G.Ochā.4.par.phyſ.c.v.Primo pro entitate ſucceſſiua cōpoſita ex partibus tranſeuntibus, qbus repugnat eſſe ſimul.Et iſto modo nullū eſt tempus,& hoc probāt rōes Ariſt.ab initio illius textus. Secundo accipit̃ tēpus pro corpore regulariter moto, cuius mot' ī aīa cōſiderans nata eſt certificari de duratione actuū,motuū,& quiete,& ſic vſurpat̃ hic


(margin: Sintzel. — Ocham — Iſnach. — Bn̄dictus farner.)

Nota.II.Tempus eſſe numerū, at qa multiplex eſt numerus.ſ.numerans,quo numeramus,& numeratus,vt in tertio diximus, ſcias tempus eſſe numerū numeratū,quod expreſſe determinat Ariſt.in textu quāuis poſſit etiā dici numerus quo numeramus durationē motus. Eſt itaq; numerus numeratus,non cuiuſq; rei,ſed mutationis,non em̄ percepto motu, non percipimus tempus,vt in dormiētibus liquet. ¶ Vnde quod Ariſt.dixit tempus eſſe numerū, voluit quod tempus eſſet menſura motus ſcd'm prius & poſterius,vnde nō abſurde facere videmur, ſi hic materiā menſurę expoſuerimus, ita em̄ facit G. de Ocham q.xi.ſecundi ſenten. ¶ Tripliciter aūt capit̃ menſura.Primo pro cauſa efficiente, & ſic deus eſt menſura oīm, & obiectū eſt menſura cognitionis. Scd'o pro illo qd' ducit in memoriā alicuius, & illa eſt menſura rememoratiua. Tertio capit̃ pro eo q̄ ducit in notitiā quantitatis alicuius rei,& ſic vſurpatur in pręſentia.

(margin: Ariſtot. — Ocham)

Nota.III.ſicut duplex eſt quantitas.ſ. molis ſeu magnitudinis,& virtutis ſeu perfectionis, ita etiā duplex eſt menſura.ſ.perfectionis & extenſionis, nam Pythagoras dixit hominē eſſe menſurā oīm,intelligendū eſt de menſura perfectionis. ¶ Sed duplex eſt menſura extēſionis vna eſt intrinſeca,qua res menſuratur per partes ſuas,vt vlna per ſuas tertias.

(margin: Pythag.)


vlna

Et ſic cœlū eſt menſura intrinſeca motus ſui.Alia eſt extrinſeca & illa menſurat dupliciter primo per applicationē quātitatis notę ad quantitatē ignotā.Scd'o per replicationē qntitatis notę ſuper quātitate ignota,vt replicando vlnā circa pannū. Aut per proportionalē diuiſionē ait Iſenachius,vt diuidendo terrā in.360.gradus proportionabiliter ſicut diuidit̃ ęqnoctialis,& cū vni gradui reſpondeant.15. miliaria alemanica,tota terra habebit in ambitu.5400.miliaria.at hęc in epitomate noſtro aſtronomię & Coſmographię. ¶ Propoſitio prima. Primū ī genere eſt metrū & menſura oīm iſtorū quę cōtinent̃ ſub iſto genere ſpecie ab eo diſtincta,niſi illud recipiat magis & minus. Corollariū menſura pfectionis ſumit̃ penes acceſſum & receſſum ad perfectiſſimū illi' generis,vt ſi quis perfecte ſciret,qd' anial ſemper magis appropinquaret perfectioni hoīs, tunc ſciret qd' eſſet perfectius alio,ita in genere viſibiliū quia albedo magis accedit luci,ideo eſt perfectior,& nigredo eſt imperfectiſſimū viſibile. ¶ Scd'a propoſitio in his quę remittunt̃ & intendunt̃ minimū eſt menſura oīm aliorū eiuſdem ſpeciei, ſic gradus menſurat caliditatē,illa em̄ eſt perfectior entitatiue, quæ habet plures gradus. ¶ Tertia Quęlibet res menſuratur intrinſece per ſuas partes, nam per quod res habet eſſe,per id habet cognoſci & menſurari. ¶ Quarta ſequitur ex dictis,menſurare rem aliquando quę ſunt eiuſdem rationis,vt gradus albedinis, aliquando diuerſarū,vt vlna pannū,veiū cū ſolū ſit menſura in eſſe quantitatis,ideo menſura & menſuratū dicuntur vnigenea.i.eiuſdē rationis, nō in eſſe ſubſtātię,ſed qntitatis.Quinta menſura diſtinguit̃ a menſurato,& poteſt eſſe imperfectior menſurato,diceres vlna mēſurat ſeipſam per ſuas tertias, ergo menſura non diſtinguit̃ a menſurato.Nego cōſequentiā & ratio eſt,quia totum diſtinguit̃ a ſua parte ipſum menſurante,hęc latius vide apud G. Ochā vbi ſupra & Ariſt.decimo metaphyſ.ponūt alij quattuor menſuras.ſ.multitudinis,durationis,extenſionis,& perfectionis.

(margin: Iſenach. — Ocham — Ariſt.)

Nota.IIII. Tempus pro materiali importare nobis corpus regulariter motū, & connotare diſcretionem animę aptitudinalē,qua anima numerare ſeu menſurare poteſt ad motū illius corporis, motus & quietes aliarū rerū,& hoc ſecundū prius & poſterius i.ſecundū q̄ tale corpus ſucceſſiue mouet̃,vnde anima conſiderans motū ſecundū partē priorē & poſteriorem ſuę ſucceſſionis,facit motū eſſe tempus & hoc intelligendo de cōſideratione actuali vel potentiali.Corollarium Ariſt.non expreſſit materiale temporis in diffinitione,ſed ſolum formale.Aduerte quia tempus eſt numerus motus,& eadē eſt menſura priuatiue oppoſitorū, ideo expreſſit tēpus eſſe numerū motus,obticēdo qetē.Vnde cū motus primi mobilis ſit ppetuus, & ita infinitus ſcd'm illud nō menſurat,qa menſura debet eſſe notior mēſurato,& infinitū eſt nobis ignotū, ideo paīam noſtrā diſtinguimus ptes illius longi motus,quas adequamus noſtris motib' & opatiōibus,& tales ptes vocam' tēpus,vt ſeculū maius.100.annoꝝ triſeclis Neſtor,ſeculū minus.50.annoꝝ,ita dictus eſſe aliud ſeculū,luſtrū.5.annoꝝ,annū,menſem, ſeptimanā,diē, horam,minutum. ¶ Patet quod tempus vltra motum connotat menſuram, alia in articulo,iij contemplabimur.

(margin: Neſtor)

Articulus.II.

Concluſio diffinitio temporis intellecta vt diximus eſt bona, patet per diffinitiõis bonę cõditiões.

Articulus.III.

Dubium.I. quę res eſt tempus?

¶ Pręmitto.I. quod dubium propoſitũ eſt difficile. Sic eñ cum Tullio Cicerone pleriq; dicunt, tẽpus diffinire difficile eſt, adeo quod etiã Aur. Aug. fateatur ſe ignorare quid ſit tempus li.xi. cõfeſſionũ ca. xxv. & prius c.xiiij. aut quis facile breuiterq; explicauerit quid ſit tempus, q̃uis nihil familiari⁹ ac notius cõmemoramus loquẽdo q̃ tempus, plura his ſimilia eodẽ li. leges. ¶ Addit G. de Ocham. Tempus non eſt res latens incognoſcibilis, ſicut dicunt. Immo eſt res nota, non ſapientibus modo, ſed omnibus ratione vtentibus. Dicit̃ tñ res ignota proptẽ difficultates emergentes ex verbis authorũ male intellectis. Auguſtinus etiam ait, exarſit animus meus noſſe iſtud implicatiſſimum ęnigma.

Ocham. Auguſt.

¶ Pręmitto.II. quod Bonaueñ. S.Tho. & alij diſ.2. ſecundi ponũt tres menſuras durationũ.ſ. ęternitatẽ ęuũ, & tempus. Aeternitas datur deo, æuũ angelis, q incipiũt & non deſinunt eſſe. Tempus datur rebus mutabilibus, quę incipiũt & deſinunt; Vnde Boethius.5. de conſolatio. phi. ait æternitas eſt interminabilis vitę ſimul & pfecta poſſeſſio. Deus ergo eſt ęternus, angelus ęuiternus, leo tẽporalis. An aũt ſint plura vel vnũ ęuũ digladiantur Tho. Henricus, Bonaueñ. Sco. & alij, at hęc vltra crepidã, ideo ad Theologiã mittẽda. Nam ita Burid. iiij. phyſ. q.8. ait q̃ multi magiſtrorũ noſtrorum improperabãt ei q̃ aliqñ in quęſtionibus phyſicis, theologicalia quędã interſcebat, & d. Ludo. Coronel. Hiſpanus monendo ait in tract. de vacuo. Caueãt pręceptores artiũ Parrhiſij, qui paſſim Theologicalia tangunt. Tartaretus addit vltra tres menſuras quartam.ſ. inſtans.

Bonaueñ. Thomas Boethius Thomas Henricus Bonaueñ. Scotus Buridan⁹ Coronell. Tartaret.

¶ Pręmitto.III. quod aduerſa ſentiunt de quęſito etiã docti, nos breuitati ſtudentes, enarrabimus nude illas opiniones, ſed clare & aperte, qui enim plura deſiderat legat in ſecũdo G. Ochã q.xij. & xiij. Greg. Gab. diſ.2. ſecũ Capreolũ Scotũ & Paul. Venetũ hic cũ Burleo, Saxone, Buridano, Sanſone, Coronello, Dullaert & alijs.

Ocham Greg. Gabr. Capreol. Sco. Paul. Ve. Burleus Saxo Buridan⁹ Sanſon Coronel. Dullaert. Gandau.

Prima opi. (pretermiſſis his quę narrat Ariſt. in textu) eſt Henrici de Gandauo & aliorũ antiquorũ, tempus eſſe entitatẽ abſolutã & ſucceſſiuã ab omni re p manẽte diſtinctam, & a motu, cui ſubiectiue inhæreat, facile capies huius intelligentiã ex q. de motu ſupra li. iij. tactam, vnde repugnat partibus ſuis eſſe ſimul, & cõtinuanẽ ad inſtans, quod ſolũ eſt pręſens, licet non ſit dabile minimũ tempus, q̃a eſt de numero continuorũ. ¶ Et dicunt in ſe realiter ſit talis entitas, licet quo ad diſcretionẽ ſuarũ partiũ ſit ab aĩa.

¶ Alia eſt huic partim cõſentiens, quod tempus ſit ipſe motus cœli, vt ab aĩa conſideratus & in partes diſcretus, addit Sũmeth. non quidẽ eſt motus, vt accipitur motus pro tranſmutatione paſſiua, ſed vt accipitur pro fluxu mobilis, vide declarationẽ in tertio. Sed illi dicũt motum diſtingui a mobili, quare idẽ etiã concedunt de tempore, ita magna pars ſcotiſantium loquitur, licet Tartar. non ſit propenſior in alterã illarũ, ita ſentit Marſil. Burid. Sintz. & alij Secunda opi. eſt cõmuniter Neotericorũ q̃quãuis

Sũmeth. Tartaret. Marſil. Buridan⁹ Sintzeli⁹ Neoteri.

modicũ differant, tñ in hoc cõueniũt, q̃ tempus nõ ſit res ſucceſſiua a rebus permanẽtibus diſtincta. G. Ocham ponit tempus cũ affirmationibus & negationibus ſicut de motu diximus. Greg. Arim. ponit tempus eſſe mobile regulariter motũ, Bruxel. Saxo, & alij ponunt eſſe motũ regularẽ, & iſta ſentẽtia eſt cõmunior, ſecũdum quam

Ocham Arimin. Bruxel. Saxo

Reſpondet̃ ad dubiũ quod tempus in re eſt motus regularis alicuius corporis nobis noti, quẽ aĩa conſiderans nata eſt per eius partiũ diſcretionẽ certificari de menſura durationis alicuius rei & in ſe eſt ipſum primũ mobile vel ſol, quia ille eſt nobis notior. ¶ Corollarium motus & terminus ſunt ambo termini cõnotatiui, ſed tempus eſt terminus magis cõnotatiuus, q̃a vltra motũ cõnotat rationẽ diſcretiuam animę, & ita differunt ait Gabriel ſicut vlna & virga, q̃a in re idẽ ſignificant, ſed vnũ per modũ menſurę aliud vero non, ita tempus & motus non differunt in quid rei, ſed ſolũ in q̃d nominis. ¶ Iſtã concluſionẽ non pluribus probo ſatis eñ liquet ex materia motus. Adduco tñ aliqua. Primo q̃a Gen.1. dicitur fiant luminaria in firmamẽto cœli, & diuidant diẽ ac noctẽ, & ſint in ſigna, tempora, dies & annos, ex quo patet ſolẽ eſſe nobis in tempora, ratione tali, q̃a ſecũdm diuerſam opinionẽ ſequeret̃ tẽpus eſſe cõpoſitũ ex partibus quarũ nulla eſſet, quod eſt impoſſibile q̃a illud non eſt, cuius partes non ſunt. ¶ Non ſufficit aliquid eius eſſe, q̃a ſic Antichriſtus eſſet, q̃a eius materia, quę eſt pars eſſentialis eius futura eſt, & Aug. xi. confeſſ. vult ſi aliquod tẽpus ſit, vult pręſens tẽpus eſſe. ¶ Preterea quõ preteritum & futurũ poſſunt cõtinuari ad inſtans, nã quod oĩno nihil eſt, non poteſt vel enti vel non enti cõtinuari aut copulari. Alioqn ait Greg. vna longa chorea fieri poſſet de hircoceruis, chimęris, & tragelaphis, immo ęqua facilitate gradus albedinis corruptus continuaretur gradui albedinis remanenti, quod nullus admittit. ¶ Porro ſi tempus diſtingueretur a motu ergo deus poſſet annihilare tempus motu conſeruato, & ſic aliquid moueret̃, & non in tempore, q̃ eſt abſurdũ. ¶ Aduerte q̃ Arim. ponit illas duas eſſe impoſſibiles.ſ. tempus eſt, & nihil moueť, vel aliquid mouetur, & tempus nõ eſt, probat ex Aug. xi. cõfeſ. Si nullus eſſet motus corporũ cœleſtiũ, & rota figuli hic moueretur, adhuc eſſet tempus. ¶ Inutile reputamus ait Coronel. circa impugnationẽ huius opi. vel defenſionẽ inſiſtere, forte non tantũ vtilitatis afferret, quantũ nauſeę & faſtidij.

Gabriel Auguſt. Greg. Auguſt. Coronel.

Dubium.II. quis motus eſt tempus.

Hic pręmitto eã quę dicta ſunt art.1. notabili prĩo. Reſpondetur quod propriiſſime motus primi mobilis eſt tempus & maxime apud Aſtronomię peritos, patet per Ariſt. in textu, & quia iſte motus mẽſurat omnes motus. Seipſum enim menſurat intrinſece per partes, alios vero motus omniũ inferiorum menſurat extrinſece. Secundo dico quod motus diurnus ſolis eſt propriiſſime tempus apud vulgares, ita ponit Marſil. probatur quia tempus eſt menſura, & menſura debet eſſe notior menſurato, motus ſolis eſt notiſſimus, vniformis & regularis, ideo eſt tempus. ¶ Tertio dico attributiue ſeu ſignificatiue tempus eſſe apud vulgares, motum horologij, ſignantis pulſantis aut currentis, ita paſſim

Marſil.

Norinb. Ratiſpo. Itali Germani Aſtrolog. fiunt horologia, arenarai, ponderoſa. &c. Norinbergeñ & Ratiſponeñ, incipiūt horologia ab ortu ſolis ſicut vidi. Itali ab occaſu ſolis, Germani & alij populi frequenter a medio noctis & meridie. Aſtrologi a ſolo meridie. ¶ Quarto dico quēlibet motū eſſe tempus, quē aīa poteſt diſcernere ſcdm̄ prius & poſterius, patet incarcerati percipiūt tempus, item noctu ſcribentes ad Ariſtophanis lucernam, poſſunt metiri ſcriptionē nulla habita rōe motus ſolis. Nam per quēcunq; motū anima poteſt menſurare operationes, ille eſt tempus, & ¶ Corollariū nihil ſic prohibet plura eſſe tempora particularia, ꝗuis ſit vnū tempus vniuerſale, quod eſt menſura cuiuſlibet motus actu vel aptitudine, Sco. diſ. 2. q. 3. ſecundi. Scotus

Dubiū. III. an tempus poſſit eſſe ſine anima?

¶ Premitto quod ſola anima rōnalis diſcretiue numerat, nam Gallina non nouit numerū pullorū ſuorum, at de hoc li. 2. de aīa. ¶ Premitto preterea tempus non dicere actualē numerationē aie, ſed aptitudinalē. Et ita tempus equiualet huic. ſ. numerabili, menſurabili. &c. ſicut quarto notabili diximus Addit Iſenach. etiā ſi nulla eſſet anima, adhuc eſſe tempus, ga ſufficeret poſſe eſſe animā numerantē & diſcernentē prius & poſterius. Secus ſi non poſſet eſſe anima, ꝗuis Ariſt. videat velle oportere animā eſſe, non quę actu numeret, ſed quę poſſit numerare Iſnach.

Reſpondeť Si non poſſet eſſe intellectus diſcernens partes temporis ſecundū prius & poſterius, tūc non poſſet eſſe tempus. Licet em̄ illa res quę eſt tempus eſſet. ſ. motus primi mobilis, tñ per ipſum nihil menſurareť in ſua duratione, ideo non eſſet amplius tempus, & hoc eſt verbū Auerroys. Tolle animā (ſ. quo ad eſſe & poſſe ait d. Iſenach.) & nullū erit tempus. ¶ Aduerte tempus eſt vbiq; ſcdm̄ Ariſto. non ꝑ realē exiſtentiā, ſed per rationē menſurę, quia vbicunq; fuerit motus poteſt menſurari, per motū ſolis. Marſ. hic & Ochā c. xi. quartę partis. Auerroys Iſenach. Marſil. Ocham

Dubiū. IIII. quæ res eſt in tempore?

¶ Premitto aliquid multiuariā eſſe in tempore, primo vt in ſubiecto. Sic longū & breue ſunt paſſiões temporis, ad modum loquendi aliorū. Secūdo ſicut ſubſtantia in eo cuius eſt ſubſtantia, & ſic nunc fluēs eſt in tempore ſcdm̄ alios. Tertio ſicut termin⁹ in terminato, & ſic nunc initians eſſet in tēpore. Quarto ſicut menſuratū in menſura, & ſic eſſe in tempore, eſt menſurari tēpore. Tres primi modi nihil ſunt apud nos.

¶ Premitto. II. quod eſſe in tēpore quarto modo, multiuariā contingit. Primo cōparatiue, quod videlicet non per ſui mutationem ſed eius ad mutabilis cōparationē tēpore menſuratur, ſic deus & intelligentię dicunť eſſe in tempore ſatis improprie. Secundo abſolute quod gratia ſui, aut aliqd in eo exiſtētis menſurať tempore, ſicut motus gratia ſuipſius menſurať tempore. Tertio abſolute eſt aliquid in tempore, ꝙ non gratia ſui ſed alicuius quaſi poſterioris eſt in tempore, & ſic quies vel corpus quieſcēs eſt in tempore, nam quies eſt priuatio motus, qui ſi eſſet menſuraret tempore. Immo Sco. ponit q. xi. q̄t. ſi nullū corpus moueret, & aliquod mutabile vniformiter ſe haberet, tunc menſurareť adhuc tempore potentiali, at de hoc dubito Scotus Scd̄o art. prin.

Reſpondeť primo quod nulla res immutabilis ꝓprie eſt in tēpore ꝓbatur quia nulla talis habet durationē ſucceſſiuā, & tempus eſt numerus motus, ergo. &c. & hoc voluit Ariſt. in textu. Scd̄o oīs & ſolus motus primo & per ſe eſt in tēpore actu vel aptitudine, patet quia tempus eſt numerus motus. Tertio dico corpus quieſcens quia mutabile, ſecūdario eſſe in tempore. Eadē enim eſt menſura priuatiue oppoſitorū, igitur tempus numerat motū & quietem. Sola ergo caduca inſtabilia & non duratura proprie ſunt in tempore. ¶ Quomodo tempus ſit magis cauſa corruptiōis quam generationis, oſtendit Ariſt. in textu. ¶ Inſtans quid ſit & nunc, ſimul abſolut mus cum alijs indiuiſibilibus in. vi. phyſ. Ariſtot.

Articulus. IIII.

Ratio. I. Tempus eſt quantitas cōtinua, vt probat Ariſt. in textu, ergo non eſt numerus, qui eſt quantitas diſcreta. Preterea in numero eſt minimū. ſ. vnitas. x. metaphyſ. ſed in tempore non eſt minimū vt dixit Ariſt. in textu. Porro tempus non eſt numerās numerus, quia ille eſt anima, nec numeratus, quia tēpus numerat motum. Item tempus numerat mobile, ergo non motum.

Secunda partes temporis non ſunt, ergo tempus non eſt, tenet cōſequentia quia relatiua ſunt ſimul natura, & antecedēs ꝓbať quia preteritū fuit, & futurum erit. Item ſi tempus eſt, tunc etiā eſt in tempore, & ſic erit proceſſus in infinitū. Preterea prio die creatiōis fuit tempus, & tñ non fuit motus primi mobilis, quod fuit primo creatū tertio die, ergo tempus non eſt motus primi mobilis. Adde ꝙ tempus eſt infinitum, & ita non numerabile.

Tertia Tempus non eſt motus primi mobilis, primo quia Ariſt. recitat opi. antiquorū qđ tempus ſit vltima ſphera, & dicit eā ſtultā & indignā reprobatione. Similiter reprobat opi. antiquorū dicentiū tempus eſſe motū cœli. Confirmať primo per Aug. xi. Confeſſ cap. xxiij. qui refert pro errore cuiuſdam docti hoīs quod ſolis motus ſit tēpus, & . xxiiij. cap. concludit ꝙ tempus non eſt motus corporis, ſed talis motus bene fit in tempore. Confirmať per Auer. Tempus non eſt motus, ſed numerus motus, & iterum ait Tempus eſt accidens motus. Et ꝓbat Auguſtinus quia Ioſue pugnante ſol ſtabat, ergo erat ibi tempus, quia motus, & tñ non erat motus cœli. Auguſt. Auerroys Auguſt. Ioſue

ſura, quia indiuiſibile nõ habet menſurã. Nota mutatio fit in inſtanti, ibi inſtans ſupponit pro forma vel vbi ſimul ſcdm ſe totã primo acqſitis vel deperditis. Corollariũ non ſequit mutatio eſt in inſtanti, ergo inſtans eſt, qa inſtans equiuocat. Corollariũ mutatio nõ eſt in aliquo vt in menſura, & ita vere poſſet dici eſſe in nihilo. Nota inſtans inuenit propter mathematicos, q inſtanti vtunt, velut puncto, Ochã q. xiij. ſecundi. ¶ Contra mutatio ſucceſſiua eſt mutatio qua aliquid acquiritur vel deperditur per partem poſt partem.

Odham

¶ Premitto. II. oẽs in hoc conſentire qđ ſucceſſio fiat rõe partiũ formę vel vbi, at qa duplices ſunt partes. ſ. quantitatiuę & graduales, ſcdm vtraſq; poteſt fieri ſucceſſio ſeiunctim aut ſimul, exemplũ primi vt forma leonis, ſcdi vt volitio, tertij vt caliditas, nam cõmuniter non negat, volitionẽ intendi ſucceſſiue, ſed an ſic ſucceſſiue generetur pleriq; dubitant vt videbimus.

Alex. aph. Auerroys Holcot Card. ¶ Premitto. III. de dubio principali pugnantes eſſe ſentẽtias. Primo Alex. aphrodiſ. (vt enarrat Auer. vi. phyſ. Co. 32.) Rob. hol. q. 3. primi. Card. Cam. tractatu de anima ca. 8. volunt quod nulla mutatio ab agente creato poſſit eſſe ſubitaria, ſic quod ſit tota ſimul, vnde intellectiones & volitiones dicũt partibiliter acquiri, & illa ſententia eſt adeo probabilis apud me, qđ reputẽ preiacentẽ dubij omnino eſſe pbleuma neutrũ; nam inſtantanea mutatio infinitam videtur requirere potentiã, oẽs tñ fatent mutatione ſubitariã non ſcdm veritatẽ, ſed quoad noſtram perceptibilitatẽ, illius ſententię eſt noſter Sunczelius, improperans Auerroi, qđ ſolus voluerit eſſe honorificus Aphrodyſ. reprehendẽdo, qa in hoc contradicat famoſo ſuo magiſtro Ariſt. Subdit Sinczelius, male tñ eum reprehendit ſcdm viã philoſophorum. ¶ Alia eſt ſentẽtia Themiſtij & Auer. qđ natura etiã quędã ſint ſubitarię mutationes, ita ſolet dici de generatione, intellectione, volitione, illuminatione medij, viſione. Et pter ſolã tantorũ philoſophorũ autoritatẽ deſcendã in ſcdam ptẽ ſcdm quam

Sintzeli⁹ Auerroys Aphrod.

Themiſt. Auerroys

Reſpondet per dicta. 1. in philoſophia fidei nulli dubiũ eſt eſſe mutationẽ inſtantaneã, vt creationẽ angeli animę, gratię, annihilationẽ gratię, productionẽ mundi, tranſſubſtantiationẽ, aſcenſum Chriſti in cœlũ. &c. 2. Res indiuiſibilis inſtantanee pducit & ſucceſſiue pduci nequit, patet qa non habet partem, modo ſucceſſio eſt per partẽ poſt partẽ. &c. 3. in philoſophia fidei diuiſibile bñ poteſt produci in inſtanti, ſic deus cœlũ produxit in inſtanti, & Euã ex coſta. &c. 4. Motus pprie non poteſt fieri in inſtanti, ſed ſi dicit fieri in inſtanti hoc eſt rõe terminorũ, puta qa puenit a termino in terminũ abſq; medio, vt ſi deus moueret in inſtanti angelũ ab oriente in occidentẽ. 5. Aliqua mutatio natura fit in inſtanti pbat Themiſt. per Ariſt. 1. phyſ. Cõ. 23. vbi aſſumit contra Meliſſum preſuppõẽdo q; ſit aliq mutatio inſtantanea, ait em quaſi non fieret vlla mutatio ſimul, ſcdo qa Ariſt. de ſenſu & ſenſato fatet aliquid ſubito calefieri, & inter alia ait. Contingit aũt totã aquã cõgelari ſimul, &. 2. de aĩa pbat cõtra Empedoclẽ, illuminationẽ fieri in inſtanti. ¶ Rõibus ſic firmatur. Aliquod agẽs corrũpit formã in inſtanti, ergo poteſt pducere formã in inſtanti, cõſequẽtia eſt clara, & antecedẽs pbat de forma quę abijcit ante in

Themiſt. Meliſſus

Ariſtot.

Emped.

ductione aĩę intellectiuę, quę cũ inſtantanee infundat, non apparet via rationabilis, quõ alia non inſtantanee abijciat, niſi quis velit dicere materiã ſtare nudam, ad longũ deducit rõ per D. Dullaert. ¶ Cõfirmat qa alioqn non videret quõ ęque cito videre cœlum vel ſolẽ & auẽ aeri ppinquũ, niſi qa viſio fit in inſtanti. ¶ Tertio qa oĩs ſucceſſio in motu venit ex reſiſtentia medij. 4. phyſ. Sed mediũ non reſiſtit lumini, ergo illuminatio fit in inſtanti, & non ſucceſſiue, & hęc ppoſitio ſatiſfacit dubio, adde tñ p maiori intellectu. 6. Agens extrinſecũ reſpectu paſſi nõ poteſt agere in inſtanti, hinc eſt qđ illuminatio non fit in inſtanti, ſed ſi in inſtanti luminoſum applicaretur medio, tunc in inſtanti illuminaret, puta ſi deus corpus luminoſum in inſtanti pduceret, tunc illud in inſtanti illuminaret mediũ. 7. Quando agens eſt intrinſecũ reſpectu paſſi, & eius effectus nõ habet cõtrariũ, tunc pducit ipſum in inſtanti, ſicut intellectus intellectionẽ, volũtas volitionẽ, hęc de dubio

Dullaert

Articulus. IIII.

Ratio. I. Aliqđ eſt inſtans indiuiſibile pbatur, de nunc indiuiſibili tota prima part. tex. & dein declarat illud in quo primo aliqd ſit mutatũ, eſſe indiuiſibile, & pbat, qa ſi nũc eſſet indiuiſibile, iã vna ps eius eſſet preterita, & alia futura. Itẽ non eſſet terminus preteriti vel futuri.

Secunda Si inſtans eſt primũ mobile, & tps eſt primũ mobile, ergo inſtans eſt tps, q dato oĩa q fierent in inſtanti, fieret in tpe. Cõfirmat p rõem Ariſt o. 4. phyſ. T. c. 92. ſequeret qđ q fuerũt in milleſimũ annum, qđ fuerũt eodẽ inſtãti cũ his q fuerũt in centeſimũ annũ, & ita fuiſſent ſimul. ¶ Confirmatur qa plura ſunt inſtantia in eodem tempore.

Ariſtot.

Tertia Ante oẽ mutari pceſſit mutari, igit oĩs mutatio eſt ſucceſſiua. Cõfirmat qa pducere poſſe eſſe ciũ pciſe in hora eſt aliqn tę virtutis, & in medio horę eſt maioris virtutis, ergo in inſtanti pducere erit infinitę virtutis, ſed nulla virtus creata eſt infinita, ergo nulla virt⁹ creata pducet aliqd in inſtãti. Et de illuminatiõe nihil videt, qa lumẽ intendit p rarefactionẽ medij, mõ rarefactio eſt cõtinua. Preterea nubes dũ mouent, ſucceſſiue illũinant. Porro oĩs virtus agẽtis creati ẽ finita, ergo ſolũ aget actiõe tẽporaria

Quarta Si illuminatio fuerit in inſtãti, tũc poſſet illuminare in infinitũ, ſi mediũ eſſet infinitũ, cõtrariũ hui⁹ patet, qa ſemp remiſſius illuminat, ſi negat rñdẽs, legat poſt fornacẽ ſcripturã remote a lumine

Reſpondet ad primã q; Ariſto. nõ voluit dicere q; nunc ſit tale indiuiſibile realit, ſed ſolũ ſcdm noſtrã cõſiderationẽ, & rõe cõtradictiõis immediate, q eſt de non eſſe ad eſſe, vel ecõtra in mutationibus inſtantaneis ad mentẽ Holc. tñ Brux. ait Ariſt. argumẽtari a ſuppoſitiõe data ab antiqs, qđ nũc ſit, ſicut de punctis diximus q. 1. art. 4. Scdm Greg. patet cur nũc dicat indiuiſibile pter primũ mobile. &c. vt art. 1. ¶ De mutato eſſe, diſtinguit ppoſitio, vel intelligis de rigore, q; illud ĩ quo res primo ſit mutata ſit indiuiſibile, & ſic negatur. Aut intelligis ad mentẽ Ariſt. quod aliqd ſit mutatum ſcdm ſe totũ primo, & ante hoc immediate nõ fuerit mutatũ ſcdm ſe totũ & ſic cõcedit, ſaluis declarandis in. 8. cui paſſioni attribuat inſtans. ¶ Ad annexũ cõcedo vtrũq; in re eſt tamẽ terminus quo ad conſiderationẽ noſtram.

Ariſtot.

Holcot Bruxell. Greg

Vñ ſi cali qd ſit ĩ inſtanti, qa ſit totũ ſimul, ſic illud dicit eſſe muta tũ ĩ ĩdiuiſibili, qa eſt totũ ſimul.

Ad.II. dico de rigore concedo tēpus eſt inſtans, at tñ rōe diuerſe cōnotationis non ſubinde conceditur quicqd fit in tēpore fieri in inſtanti, qa factū in tēpore fit ſucceſſiue, factū in inſtanti fit totū ſimul. ¶ Nota non dicit hic fieri in tēpore, qñ tempus eſt ſed quod fit ſucceſſiue, alioqñ creatio fit in tēpore. ¶ Ad confirmationē dictū fuit in quarto negat̃ ſequela, qa licet in re idē ſit ſubiecto milleſimus & cēteſimus annus, non tñ rōe & cōnotatione, qa cœlū non dicit̃ abſolute centeſimus annus, ſed rōe tot reuolutionū, qbus diuerſimode reſpexit toties terrā. &c. Vnde ad eſſe ſimul nō ſufficit ꝙ aliqua fuerint in cœlo, ſed quod in eadē reuolutiōe cœli fuerint in numero. ¶ Plura ſunt inſtantia, non quod ſint plures quidditates diſtinctę, ſed quia cōtinue cœlū eſt in alio & alio loco. &c.

Quia debet cōmēſurari tpe Vueſalia

Auerroys

Ad.III. reſpondet Auerr. ante omē mutari preceſſit mutatū eſſe eiuſdē vel alterius ſpeciei, qa motus durauit ab ęterno, illa ſolutio nō eſt de mente Ari. nec ſolutiones huc vadunt, tu dic ꝙ intelligit in mutatione ſucceſſiua. ¶ Ad confirmationē dico ꝙ maior eſt vera qñ fit cū reſiſtentia paſſi; at qñ nulla eſt reſiſtentia paſſi, tūc non arguit maiorē perfectionē.

Nyphus

¶ Ad alia duo dicit̃ per Nyphū. Illuminatio merito ſui fit ſubito, rōe aūt variationis paſſi poteſt intendi & remitti. ¶ Ad poſtremū dicit̃ qd bene probat in paſſo reſiſtente, vbi vero paſſum non reſiſtit, virtus etiā finita poteſt inſtantanee agere.

Ad.IIII. negatur ſequela quia eſt virtus finita, ideo aget ſolū in finitā diſtantiā, nam ſi producat lumen vt quattuor, tunc in puncto quod in duplo magis diſtat a luminoſo quā punctū in quo eſt lumē vt.4. ęſt non gradus luminis, lumen in puncto ad bonum ſenſum. ¶ Hęc ſint ad cōmunē ſententiā dicta, verū qa diuerſa opinio adeo nobis arridet, ideo non patiamur eam victā iacere, & rōes cōtra eam pugnātes in reſponſione dubij elidamus. ¶ Primo repellit̃ autoritas, nam eo loco vnde citat̃ Ariſt. nihil ſtatuit, ſed argutiue improbat Meliſſum, quare ex eo nihil ſolidi velut ex ſententia Ariſt. produci poteſt. ¶ Ita in libris de ſenſu & ſenſato non voluit inſtantanee qd calefieri, ſed in tēpore breui & inperceptibili, omnibus em̄ manifeſtariū eſt calefactionē eſſe motum, & motus non fit, niſi ſucceſſiue. ¶ Quod in libris de anima contra Empedoclē aſſumit, dicimus oībus cōſtare illuminationē fieri ſucceſſiue, cum luminoſum ſucceſſiue applicet̃ medio, vnde quę improbando aſſumpſit, non ſunt citanda velut ex ſententia dicta, vide tñ li. de anima. ¶ Ad rōnē negat̃ illā inſtātanee abijci, & rō eſt, quia licet aīa intellectiua in inſtanti creet̃, tñ ſucceſſiue incipit informare corpuſculum, ꝙ nota. ¶ Ad aliā rationē nego viſionē inſtantaneam, ad ꝓbationē dico ꝙ hoc non eſt propter mutationē ſubitā, ſed qa ſpecies rei remotioris ſunt ęque nobis pręſentes ſicut ꝓpinquioris in illo caſu, dicit̃ tñ viſio fieri in inſtanti, qa fit tēpore inperceptibili. ¶ Ad tertiā dico negando maiorē, qa prēter reſiſtentiā extrinſecā medij eſt adhuc reſiſtentia intrinſeca. ſ. diſtantia terminorū. Superſunt adhuc aliquę rationes Theologicę, ſed vltra crepidam, vide Ioan. Dullaert in tertio phyſ. fol. c. & Rob. holcot q. 3. ſępe allegata. ¶ Adde Coroniden huic materię, quāuis G. Ocham reputauit impoſſibile, ꝙ maria per inſtās fuerit in peccato & dein in gratia. Arim. bene credidit deum poſſe producere duos angelos immediate vnum poſt alium ſed non tres, quia inſtans non ſit immediatū inſtanti. Maioris amœni ingenij doctor admittit de tribus, ſed primus & tertius ſubito, ſecundus in inſtanti produceret̃, hoc pro tanto dixerim, quia hic doctores eſto ꝙ negent inſtantia indiuiſibilia, adhuc tñ ſuppoſito hoc modo loquendi, differentiā faciunt inter mutari ſubito & in inſtanti vt hic

	φ	
primus	2º	3º
	Angelus	

& ita diſputauit vicinus noſter magiſter Geruaſius Vuaim.

Ariſtot.

Emped.

Dullaert Holcot

q̄t. 3. q. 9. Ocham Arim. diſ. 17. q. 2. ar. 2. col. 7. Io. Maio. diſ. 46. q̄rti q. 2.

Vuaim

Zenonis Eliatis ſententię improbatio. Cap. III.

75 Zeno vero praue ratiocinat̃. Dicit enim ſi ſemper omne quieſcit, aut mouet̃ cum 1
76 eſt in ſibi ęquali. Id aūt quod fertur, eſt in ſibi ęquali ſpatio in ipſo nunc ſemper, Zenonis īprobatio
immobilē eam eſſe ſagittā quę fert̃. Hoc aūt eſt falſum. Tempus enim non ex ipſis
77 nunc indiuiſibilibus conſtat, queadmodū nec vlla alia magnitudo. Quatuor autē
Zenonis de motu ſunt rationes, quę difficultatē ſoluentibus afferunt. At prima quidem eſt ea q̄ motus ex eo tollit̃, qa prius ad mediū q̄ ad finē id qd fert̃ puenire oportet, de q̄ Rō pria
diſtinximus antea. Scd'a vero eſt ea q̄ nuncupat̃ achilles, q̄ motus rurſus ex eo tollit̃, qa nunq̄ Rō ſcd'a
78 id qd celerrime currit id cōſequet̃ qd tardius currit. Id em̄ qd pſequit̃ eo pueniat ante neceſſe eſt, vnde id qd fugit fugā arripuit. Quare tardius ipſum ſemper aliquo ſpacio pcedat ne
79 ceſſe eſt. ¶ Eſt aūt & huius rōis eadē vis, ſed hoc differt, qd magnitudinē q̄ accipit̃ non in dimidia diuidit. Accidit igit̃ vt tardius ipſum nō attingat̃ ex rōe nimirū ipſa, fit aūt ob diuiſionē q̄ qdē & añcedēs vtit̃ rō. In vtriſq; em̄ fit vt nō pueniat̃ ad finē magnitudine ſubeūte & ſi non eodē modo diuiſionē. Sed in hac addit̃ tanq̄ tragice decantatū, neq; celerrimū vnquā tardiſſimū attingere pſequendo. Quare ſolutionē vtriuſq; eandē eſſe neceſſe eſt. Id vero qd cenſet nūq̄ id attingi qd antecedit falſum eſt profecto, nam cū antecedit non attingit̃. Attamen attingit̃ tandē, ſi dabit magnitudinē finitā id quod mouet̃ tranſire, hęc ſunt igit̃ duę rationes Zenonis. Tertia vero eſt ea, quę qeſcere dicit ſagittā cū fert̃, de qua paulo antea dixi- 2 Cōuenientia rōum.
80 mus accidit aūt id ex eo, qa tēpus ſumit̃ ex ſuis punctis cōſtare. Qd ſi non dederis, ratio con- 3 Rō tertia
81 tinuo expirabit. Quarta eſt ea q̄ de his eſt ęqlibus molibus, q̄ ꝓpt̃ ęqles alias moles ęqli celeritate ptim e calce ſtadij ptim ecōtra mouent̃, vbi fieri putat vt duplo tpi dimidiū ſit ęquale. quarta rō

4 Dilutio rationũ ¶ Rationis aũt fallacia in exiſtimatione illa cõſiſtit. Ea nãq; quorũ alterũ fert̃ propter qui= 82
eſcẽs, alterũ propter id quod mouet̃, ęqualẽ magnitudinẽ celeritate ęquali tranſire in ęqua=
li tẽpore cenſet, hoc aũt falſum eſt. Sint qeſcẽtes quidẽ ęquales moles A A A A. Super has aũt
moueant̃ moles B B B B incipiẽdo a medio ipſarũ moliũ A numero & magnitudine ęquales
C C C C vero his ęquales modo eodẽ & ęque celeres ſuper ipſas b incipiẽdo a prima quę eſt
in medio ipſarũ a motu cõtrario moueant̃. Accidit igit̃ primã b atq; C molẽ ſimul in ipſis eſ=
ſe extremis & C quidẽ vniuerſas A moles B vero dimidiũ ipſarũ pertranſiuiſſe. Quare ſit vt
ſit dimidiũ tẽpus, vtrãq; ẽm ęquali in tẽpore moliũ vnãquãq; tranſiuit, & inſuper accidit b ꝑ
oẽs moles C tranſiuiſſe. Prima nãq; C & B moles in cõtrarĳs ſunt extremis tanto in tẽpore ꝑ
vnãquãq; b moliũ mota quãto quãq; moliũ A tranſiuit, vt dicit, ꝓpterea qđ vtraq; ęquali in
5 Quĩta rõ. Simul diluitur tẽpore ꝑ A moles eſt mota. Ratio igit̃ hęc eſt, fit aũt ob id qđ diximus falſum. ¶ At vero neq; 83
in ea mutatione cuius termini cõtradictoriã ſubeunt oppoſitionẽ impoſſibile quicq; nobis
eueniet, veluti ꝗppiã ſi ẽ non albo in albũ mutat̃, atq; in neutro eſt, neq; albũ, neq; non album
eſſe. Non ẽm ſi non totũ in vtrouis ſit non dicet̃ albũ, aut non albũ eſſe. Albũ ẽm dicimus, aut
non albũ, non qa totũ ſed qa plurimis partibus ſit, aut maxime pręcipuis tale. Non eſt aũt idẽ
non eſſe in hoc, & non eſſe in hoc totũ. Similiter res ſeſe habet & in eo quod eſt, & in eo qđ
haud eſt, atq; in ceteris quę cõtradictoriã ſubeũt oppoſitionẽ. Etenim in oppoſitorũ quidẽ al 84
6 Sextus cauillus Diluitur tero neceſſario erit, totũ aũt in neutro ſemper erit. ¶ In circulo rurſus ac ſpera, & in ĳs omni=
no quę in ſeipſis mouent̃, non eueniet ipſa qeſcere. In eodẽ ẽm loco tẽpore quodã vt inquiũt
& ipſa & partes ſunt, Quo fit vt qeſcant ſimul ac moueant̃. ¶ Primo nãq; partes non ſunt eo= 85
dem in loco tẽpore vllo, deinde totũ etiã in aliũ ſemper locũ mutat̃: Non eſt ẽm eadẽ circũfe
rentia, quę ab A & B & C ſumit̃, ceterorũq; quolibet puncto, niſi vt muſicus homo, & homo
quid id accidit. Quare in aliã alia ſemper mutat̃, & nunq; quieſcet, idẽ eſt modus & in ſperã,
atq; in ceteris quę in ſeipſis mouentur.

7 Cõcluſio DEmonſtratis aũt his dicimus id qđ partibus vacat moueri non poſſe, niſi per ac= 86
cidens, veluti ſi corpus vel magnitudo in qua eſt moueat̃, queadmodũ ſi id qđ
eſt in nauigio latiõe nauigĳ, vel totius motu pars moueat̃, vacare aũt id partibus
dico quod eſt indiuiſibile quantitate, partiũ enim motus & inter ſeſe differũt, &
a totius etiã motu, atq; in ſpera maxime differentiã ipſam qſpiã intuebit̃, non
enim eadẽ erit celeritas earũ partiũ quę ꝓpinquę ſunt centro, & earũ quę ſunt ab eo diſtãtes
totiuſq; ſperę. Quo patet non vnũ oĩm eſſe motũ, vt igit̃ diximus, ſic ipſum qđ partibus va=
8 Probatio cõcluſiõis cat moueri poteſt, vt hiſce q ſedet in currente naui mouet̃, per ſe aũt moueri non poteſt: Mu= 87
tet̃ ẽm ex a b in b c ſiue in magnitudinẽ ex magnitudine, ſiue in formã ex forma, ſiue ex ter=
mino in oppoſitũ cõtradictorie terminũ, tẽpus aũt in quo primo mutat̃ ſit d igit̃ ipſum eo in
tẽpore quo mutat̃ aut in a b aut in b c aut partim in hoc, partim in altero eſſe neceſſe eſt oĩe
nanq; quod mutat̃ ſic ſe habeat, at aliquid ipſius in vtroq; non erit, fuerit ẽm partibile, neq;
erit in B C erit ẽm mutatũ, ſupponit̃ vero mutari: Reſtat igitur ipſum in a b eſſe eo tempore
9 declarat q̃ opi. cõtrariũ ſentiat quo mutat̃, quieſcet ergo, quod ẽm eſt in eodẽ tẽpore quodã, id quieſcere dicebamus. ¶ Qua= 88
re non fit vt id quod vacat partibus moueat̃, aut omnino mutetur, hoc tm̃ pacto motus ipſius
eſſet, ſi tẽpus ſuis ex punctis cõſtaret. Semper ẽm in ipſo nunc motũ eſſet atq; mutatũ vt moue
atur quidẽ nunq; ſemper vero ſit motũ, at hoc eſſe non poſſe prius eſt demonſtratũ, neq; ẽm
tẽpus ex nunc ipſis, neq; linea ex punctis neq; motus ex ſuis mõmentis cõſtat, nam nihil aliud
aſſerit q id dicit, q̃ motũ ex hiſce q̃ ꝑtibus vacãt cõſtare, ꝑinde atq; ſi tẽpus ex nunc ipſis, aſ
10 Secũda ratio ad cõcluſionẽ. ſereret, aut magnitudinẽ ex punctis cõſtare. ¶ Preterea neq; punctũ neq; indiuiſibile quicq; 89
moueri ex his etiã patet, fieri nanq; non poteſt, vt id qđ motu ciet̃ maius ſeipſo tranſeat prius
quã, aut per ęqualẽ, aut minus ſe moueat̃, quod ſi ita ſit, patet & punctũ ſeipſo minus, aut ęq̃le
prius tranſire, at cũ indiuiſibile ſit, fieri non poteſt, vt per minus antea moueat̃, per ęquale er
11 Tertia rõ ad cõcluſionẽ ſuppoſitio prima Secunda Tertia Ratio go ſibi mouebit̃, quo fit vt ex punctis linea conſtet, punctũ ẽm tranſeundo ſibi ſemper ęqua=
le totã quã tranſit lineã metiet̃. Quod ſi id eſſe non poteſt, fieri quoq; nequit vt indiuiſibile
moueatur. ¶ Inſuper ſi omne quod motu cietur in tempore, & nihil in ipſo nunc moueatur, 90
omneq; tempus ſit diuiſibile, erit vtiq; tempus eo tempore minus in quo tranſit id qđ mouet̃
ęquale ſpaciũ ſibi, id enim in quo mouetur, tempus erit plane propterea q omne quod moue=
tur in tempore motu cietur. Tempus aũt omne diuiſibile eſſe prius eſt demonſtratũ. Si igitur
punctum mouet̃ erit aliquod tempus eo tempore minus, in quo motũ eſt ipſum per æquale

ſpacium ſibi:at eſſe non poteſt in minore nanq; tranſeat minus neceſſe eſt. Quo continuo ſit vt indiuiſibile in ſe minus ſit diuiſibile: quemadmodum & tempus in tempus. Enimuero vnice id quod partibus vacat atq; indiuiſibile moueretur:ſi fieri poſſet vt in ipſo nunc indiuiduo quippiam moueatur. Eiuſdẽ enim eſt rationis in ipſo nunc moueri & indiuiſibile quid moueri.

91 MVTATIO autem nulla eſt infinita:e quopiam enim in quippiã eſt omnis: & ea 12 Cõcluſio Rõ prima
quę in cõtradictorijs & ea quę in cõtrarijs eſt. Quare mutationũ quidẽ earũ quę in cõtradictorijs ſunt affirmatio atq; negatio finis eſt generatiõis quidem id qđ eſt:corruptionis aũt id quod nõ eſt. Mutationũ vero quę inter cõtraria ſunt: ipſa cõtraria ſunt extrema:hęc ẽm vltima ſunt mutatiõis: quare & alteratiõis omnis. Alteratio nãq; ex cõtrarijs eſt quibuſdam. Similiter & accretionis decretioniſue. Nam accre-
92 tionis quidẽ id eſt extremũ quod eſt magnitudinis perfecte quę accomodatᷣ naturę finis: de- 13
cretionis vero:caſus ab hoc ipſo remotione. ¶Latio aũt hoc quidem modo nõ erit finita. Nõ Exceptio
n. omnis eſt in cõtrarijs:Sed qm̃ quod hoc pacto eſt:impoſſibile diuiſum fore:vt nõ contingat de latiõe
ipſum fore diuiſum:id vt diuidatᷣ nõ põt. Multipliciter.n. impoſſibile dicitᷣ. Atq; quod ita eſt Rõ alia
impoſſibile ſecari nõ poſſit. Et oĩno quod factũ fore nõ poteſt:id fieri nõ contingit:& id pro & ſecũda
93 fecto quod mutatũ fore nõ poteſt in id mutari nequit in quod mutatũ fore nõ poteſt. ¶Si igi- autoritas 14
tur id quod fertᷣ in quippiã mutatur:& in illud ſane fore mutatũ poteſt. Quare motus nõ eſt in Tertia rõ
finitus:neq; quicq; per infinitũ feretᷣ, fieri.n. nõ poteſt vt illud vnq; pertranſeat. Patet igitur 15
94 hoc pacto nullã infinitã eſſe mutationẽ, vt nõ ſit finibus terminata. ¶Verũ conſiderandũ eſt Cõcluſio
ſi ſic eſſe poſſit:vt vna eademq; tempore ſit infinita. Nam ſi nõ fiat vna:nihil forſitan ꝓhibet Veluti ſi alteratio fiat poſt lationẽ:& accretio poſt alterationẽ:& generatio rurſus poſt illam Sic.n. ſemper quidẽ erit tempore motus:ſed nõ vnus:quia nõ eſt vnus ex vniuerſis:vt aũt vnus infinitus tempore fiat pręter vnũ nõ poteſt:hic autem eſt ipſa cõuerſio.

Explanatio tex.

Excludit errantes antiquorũ ſententias

zeno I. Zeno praue argumentabatᷣ motũ nõ eſſe, Prima ratio omnia cõtinui dimidia ſunt infinita, ſed omne q̃ mouetᷣ, oportet prius pertranſire media q̃ veniat ad finẽ, ſed infinita pertranſiri nequeunt. Secũda rõ & eſt Achilles eius. Si eſſet motus, tũc velociſſimũ nõ aſſequeretᷣ tardiſſimũ vt equus limacem, ꝓbatur quia quod inſequitᷣ ſemper neceſſe eſt eo deuenire vnde tardius aufugit, ergo tardius ſemꝑ aliquo ſpacio prędedet velocius

a c
b e
f
g
d


II. Illę rõnes in re ſunt eędem, quia ꝓcedunt ex diuiſione ſpacij, differunt tñ in modo, quia prima diuidit ſpaciũ in duo. Scđa vero vtitur diuiſione ſpacij per portionẽ exceſſus velocis, & ita vna eſt radix ambarũ rationũ, negatᷣ cõſequentia in rõnibus, quãuis ẽm tardũ quam diu pręcedat nõ attingatᷣ, ſed non ſemper antecedet

III. Tertia rõ quicquid obtinet ſpaciũ ęquale quieſcit, ſed ſagitta ocyſſime lata cõtinue ſpaciũ ſibi ęqle obtinet, ergo cõtinue quieſcit. Quarta rõ, ſequeretᷣ quod mobilia ęque velocia ęquali tꝑe inęquale ſpaciũ pertranſiret:Imo quod tũc tempus idẽ eſſet ad ſeipſum duplũ, ꝓbatᷣ ſit ſpaciũ a ſectũ in quattuor & mobile b etiam ſectũ in 4, & mobile c. tẽpus aũt ſit hora d, iã ponit Zeno q̃ b moueatᷣ e medio

zeno a & c a calce cõtramoueatᷣ renitente ei motu cõtrario quoq; a. iam ẽm c. peragrabit totũ ſtadiũ a ĩ hora, & b. ęque velox mobile ſolũ tranſit dimidium

mobile |C|C|C|C|
B|B|B|B| mobile
|A|A|A|A| ſpacium

Aut vt facilius imagineris hanc vide formulam



hora


IIII. Eſt aũt hic fallacia a dicto ſecundũ quid ad ſimpliciter, quia licet ęqualiter moueãtᷣ ęque velocia in fixis ſpacijs, tñ hoc nõ oportet vbi ſpacia non ęque ſe habent vt in caſu, nam in caſu a promouet motũ c. & impedit motũ b. Declarat rationem in litteris, ſicut nos antea fecimus

V. Quinta rõ (quę nõ eſt zenonis) Nihil quod mutatᷣ eſt in altero extremorũ: q̃ ſubito mutatᷣ eſt in altero extremorũ, quia alias inter cõtradictoria daretur mediũ, igitᷣ q̃ mutatᷣ nõ mutatᷣ, Rñdet qđ maior eſt vera in ſucceſſiuis, Et quia inter albũ & nõ albũ nõ eſt mutatio ſucceſſiua ſimpliciter, ideo oportet q̃ ſit in altero extremorũ, ſed inter totũ albũ & nõ albũ bene eſt mutatio ſucceſſiua, In inſtantaneis ergo:tunc mutatũ eſt in altero oppoſitorum, nõ ſic in ſucceſſiuis, vbi totũ eſt in neutro extremorũ


VI. Sexta ratio ſi quid mouetᷣ orbiculariter, contingit idem ſimul moueri & quieſcere: nam per te mouebitᷣ & tñ manet cõtinue in eodem loco, ergo quieſcet. Rñdet fatendo q̃ ſphera ſit in eodem loco ſecundũ totũ, ſed nõ ſecundũ formã ſeu partes, vt hoc

declarat in litteris, quod motū circulare nō quieſcat

VII. Imperſ ſeu indiuiſibile nō pōt moueri p ſe, hoc aūt hic dicit̄ impꝛtibile qd̄ nō ē diuiſibile in partes quātitatiuas, Nō eſt em̄ ſimilis motus partiū inter ſe & cū toto, patet in ſphera vbi partes propinquiores centro velocius mouent̄. Mouet̄ igit̄ impartibile per accidens ſicut qui eſt in naui.



VIII. Probat̄ indiuiſibile nō poſſe moueri, primo quia mutet̄ indiuiſibile f. ex a b. in b c. vel ergo f. eſt in a b. vel b c. vel in vtroqꝫ, Si eſt partim in a b. & ꝑtim in b c. ergo eſt diuiſibile. Si in b c. tūc eſt mutatū, ſi in a b, tūc nondum incepit mutari



Alij faciunt hic ſecundā rōnem

IX. Dicentes continuū & tempus cōſtare ex inſecāilibus punctis & inſtantibus, poſſunt defendere indiuiſibile moueri, at negantes nō poſſunt, ſed tempus ex momētis cōponi eſt impoſſibile, ergo & impartibile moueri.

X. Secūdo ꝓbat̄ cōcluſio, quia quod mouet̄ localiter prius pertranſit minorē & equalem locū, quā maiorem, ſed indiuiſibile nō pōt pertranſire minorem locum, nam quō aliquid eſſet minus indiuiſibili, nec equalem, qm̄ ſic indiuiſibile eſſet immediatū indiuiſibili.

XI, Probat̄ cōcluſio tertio, Suppônēdo primo, oē ꝙ mouet̄: mouet̄ in tempore: & nō in nunc. Secundo tp̄us eſt diuiſibile. Tertio ꝙ ſꝑ dabile eſt tp̄us min⁹ ꝙ̄ ſit tp̄us q̄ aliqd̄ p ſibi eq̄le mouet̄, tūc ratio ſit iſta, Oē ꝙ mouet̄ in aliquo tp̄e per equale ſibi, in minore tēpore mouebit̄ per ſpaciū min⁹ ſe, Sed nullū impartibile pōt in minori tp̄e pertranſire ſpaciū minus ſe ipſo, igit̄ nō pōt moueri, patet igit̄ indiuiſibile moueri poſſe, ſi eſſet motus in nunc.

XII. Nulla mutationū eſt infinita, ꝓbat̄ quia inter terminos finitos nō pōt eſſe mutatio infinita, ſed omniū mutationū termini ſunt finiti ergo minor patet quia vel ſunt termini cōtrarij vel cōtradictorij

XIII, Illa rō nō cōuincit de motu locali, quia nō ſp eſt inter cōtrarios terminos, vt patet in motu circulari & animaliū, alia rōe ꝓbatur ſic impoſſibile factū eſſe impoſſibile eſt fieri, ſed motus infinitus factus eſſe nō pōt, igit̄ ipoſſibile eſt motū īfinitū fieri

XIIII. Idem ꝓbat̄, quia cū omne ꝙ mouet̄, mouet̄ in aliquid, vt in finē, ergo nullus motus eſt infinit⁹ quare nihil mouet̄ per infinitū, eo ꝙ nūqꝫ pertranſiretur.

XV. Aggregatione plures motus poſſunt eſſe infiniti duratiōe, vt generatiōi ſuccedit alteratio, alterationi augmentatio, cui ſuccedit diminutio, dein alteratio, corruptio & iterū generatio &c̄. Sed tm̄ vnus motus ſimpliciter vnus eſt infinitus duratiōe ſ. conuerſio. i. motus cœleſtis.

Annotatio in tex.

Zeno Ariſto.

¶ Zeno Eliates ab Ariſto. hoc ſexto reꝓbat̄ T.C. 19. & T.C. 75. ac pn̄ti capite quē virū tam doctū nō arbitror tam ignauiter cecutiuiſſe, vt rē moueri nō crederet, qui enim negare potuiſſet ſe ambulare, aut ſeruū adijſſe forū, aut ſolem oriri, Arbitror ergo hominē acutū & in Dialecticis exercitū, deliqa illa & cauillos ꝓpoſuiſſe ſerio corā doctis, nō quod ita eē crederet, ſed quod ad ſoluendū hos paralogiſmos excitaret, quāuis Ægid. arbitret̄ eū ſenſu derelicto ad rōnes cōuerſum dūtaxat itaqꝫ motū negaſſe, at ego primū magis crediderim, ꝙ & me legiſſe memini, at quo authore memoria nō teneo.

Ægidius
Eckius

3. Ratione ſuā zeno iactabūde appellauit Achillem nam cū Achilles Hectorem troianorū, adde & Grecorū omniū fortiſſimū interemiſſet, pro viro forti habit⁹ eſt, hinc inoleuit ꝙ fortē ratiōem in qua preſidiū noſtrū locamus, appellamus Achillem, ſicut in G, Ocham. q. 2. prolog. reperies

Zeno
Achilles
Ocham

2. Rōnes duas nō ſoluit in forma: tn̄ facile dices, Si motus fieret ſecundū partes eiuſdē ꝓportionis. Verū concludere zenonē, at hoc nō fit, ſed motus fit ſecundum partes quantitatiuas

3. Tertia rō fuit ſoluta T.C. 75.

3. Quarta rō varie aſſumit̄ hic etiā a Themiſt. Stapul. & iuniorib⁹ maxime diuerſe. ego mi lector ſtudui eā vt vt textus habet, colligere, quod ſi aſſecut⁹ ſim, tu iudex eſto, vtcunqꝫ acceptā habe diligentiā Eckianā, que nō nihil hoc ſexto deſudauit, vt hactenus in his a croaſibus nō attentius cerebrellū aperuerit, at labor improbus omnia vincit.

Themiſt.
Stapul.

7. Impers, i. indiuiſibile moueri nequit per ſe, Democritū & Platonē taxauit, at de his mox in q. & demum numero, 12, Heraclitū dicentem omnia moueri reijcit.

Democr.
Plato
Heraclit⁹

Q. III.

An indiuiſibile poſſit per ſe moueri?

Articulus. I.

Nota. I. quod Democritus cōceſſit indiuiſibile per ſe moueri, vt atomorū ſuorū rōnem alibi expoſuimus, Plato quoqꝫ indiuiſibile poſuit per ſe moueri, dixit em̄ animā eſſe numerū ſe mouentē, Contra hos Ariſt, cōcludit impartibile ſecūdū quantitatē nō poſſe moueri per rōnes vt in textu vidimus, Verū quia pro pietate fidei (quā oī philoſophorū gentiliū ſapientia poſtpoſita amplecti debemus) credere debemus angelos moueri localiter miſſus eſt em̄ Gabriel angelus &c̄ Luc. 1. & volauit vnus ad me de ſeraphin Iſa. vi. Angeli tn̄ omniū iudicio ſunt indiuiſibiles ſecundū quātitatē: igit̄ incōcuſſa fide tenendū eſt indiuiſibile poſſe moueri, etiā inuito Ariſto.

Demo cr.
Plato
Ariſto.
Luce. 1
Iſaias

Nota. II. quō varij varie limitant Ariſtotelicā cōcluſionē. Auenpace arabs preceptor Auerr. diſtinxit de diuiſibili qđ ſit duplex ſ. quātitatiue & participatiue, quātitatiue quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Participatiue quod diuerſa participat, fu me exemplū, pone eſſet punctus ſeparatus tepidus, is eſſet indiuiſibilis quātitatiue, & diuiſibilis participatiue, participaret em̄ partē caliditatis & partē frigiditatis. ¶ Modo vult ipſe ꝙ Ariſt. voluerit omne mobile eſſe diuiſibile participatiue, & ita ſit ꝑtim in termino a quō & termino ad quē participatiue, nō quātitatiue, tamē cōtra eum inſurgit diſcipulus Auerr. & expoſitor cū Ioanne, & tex. hic nō nihil ei obuiat numero 7. vbi Ariſt. exprimit de quo imptibili velit loqui, quia determinat ſe ad indiuiſibile ſecundum quantitatem

Ariſto.
Auenpac
Auerr
Ariſto.
Auerr.
Ariſt.

Ocham Nota.III.quod G.Ocham.q.v.quot.1.arbitrat̃ Ari
Ariſto. ſto.loqui de mobili circũſcriptiuo,& ſic ꝓcedant
Ariſto. eius rões,addit tñ fatendo ꝙ ſecund ũ Ariſto.omne
mobile ẽ circũſcriptiue in loco, licet nõ ſecũdũ fidẽ.
Sequit̃ ergo philoſophiã fidei diſcrepare in quęſito
ab Ariſto.philoſophia.¶ Vnde etiã acutus oppone
Ariſto, re poſſet Ariſt.ꝙ peteret principiũ,nã primo dem⁹
punctũ generari,eius pars nõ erit in termino a quo
& pars in termino ad quẽ,quia indiuiſibilis, Si vis
te ſolũ limitare ad motũ localẽ,Cõtra tũc plane pe-
teret principiũ,cũ ſupponeret mobile quodliber ha
bere partẽ,ait em̃ quod pars eius eſſet in termino a
quo,alia in termino ad quẽ,ꝙ erat probandum
Vide coro Nota.IIII.quod Scotus merito & agnomine do-
nellũ lib. ctor ſubtilis optime excutit illud negociũ diſ.2.q.9.
vi.phy,ab ſcdi mihi.col.17.quod indiuiſibile ſi perſe eſſet poſ
initio ſit perſe moueri,& nõ diſtiguit de indiuiſibili ſub
Vueſalia ſtantiali & quãtitatiuo,ſicur tñ Vueſalia ſatis acute
Scotus inducit. Vult ergo Ioan.Duns duplicẽ eſſe cauſam
ſucceſſionis ſ.diuiſibilitatẽ mobilis & ſpacij, quarũ
vtraꝗ ab alia ſeparatã eſt ſufficiens cauſa ſucceſſio-
Ariſto. nis.Rõnes ergo Ariſt.bene probant nõ eſſe ſucceſſio
nẽ in motu impartibilis ex parte ipſius, ſed nõ pro
bant ꝙ nõ ſit ſucceſſio in motu eius ex parte ſpacij,
Eſt ergo mens Ariſt.negare ꝙ indiuiſibile quantũ
Ariſt. eſt ex ſe.poſſet moueri ſucceſſiue,adhuc tñ põt ſuc-
ceſſiue moueri ex parte ſpacij,quãuis argutus etiam
hoc ſecundũ poſſet improbare per ea quę diximus in
quarto de motu grauis in vacuo, Ad huius tamẽ mẽ
tem reſpondet̃ ad quęſitum

Articulus.II,

Concluſio Impartibile perſe exiſtens poteſt perſe
moueri,ꝓbat̃ ex dictis art.1.& ſoluendo rõnes Ari- Ariſto.
ſto. ſicut facit Sco.vbi ſupra & latiſſime poſt cum Scotus
Lichetus & Gratianus.Prima rõ.Oẽ qd' mouet̃ ꝑtim Lichetus
ẽ in termĩo ad q̃ et ꝑti ĩ termĩo a q̃,hęc maior ẽ v̉a, Gratian⁹
ſi ex ꝑte mobilis ſumit̃ ſucceſſio,ſecus ſi ſumit̃ ex ꝑ
tibilitate ſpacij,nã ſic angelus occupat priorẽ partẽ
ſpacij & poſteriorẽ:quãuis in nullo ſit ꝑtim,ſed diffi
nitiue.¶ Ad ſecundã de ęquali & minori pertranſe-
undo,eſt prolixus Scotus,tu breui manu ſoluas,qd' Scotus
ſi mobile pertrãſeat locũ minorẽ, hoc eſt peraccidẽs
in quãtũ mobile pertranſit aliqd' vbi minus ſuo to
tali vbi,& hoc eſt peraccidens,mõ ad ſaluandũ illud
ꝙ eſt de perſe de rõne motus cõtinui, nõ oportet at
tendere illa quę ſunt peraccidẽs.¶ Adde quod ſole-
bam dicere Friburgi,dum cõcurrens eſſem pomeri- Eckius
dianus Theologię, quod angelũ habere locũ ſibi ęq̃
lẽ põt intelligi dupliciť,vel ęqualitate cõmẽſuratio-
nis,& ſic nõ habet,vel ęqualitate virtutis, & ſic ha-
bet,quia cũ ſit finitus põt per naturã ſuã coexiſtere
tanto loco,quod nõ maiori vt patet ꝑ Bona.Marſ. Bonauẽ.
Tho.& alios diſt.2,ſcdi & Ocham.q,4.quot.1.& ita Marſ.
põt moueri ꝑ maius minus & ęquale ſuę virtuti.De Thomas
tertia rõne admittimus tp̃s eſſe diuiſibile, ſed nega Ocham
mus ꝙ in minori tp̃e moueri poſſit minus mobile,
hęc mõ ſufficiãt ꝓ hoc ſexto,& nos preparemus ad
huiuſce noctis laudes matutinas, gratias agendo fi-
lio dei ꝓ nobis incarnato:cui ſit honor laus & glo
ria in ſecula.His.xlv.diebus,ſex illos libros cõmen-
tati ſumus. Deo gloria

XXIIII.Decemb.hora viij.Anno.1517.

V.Ian. Anno.M.D.XVIII.

DE COMPARATIONE MOTVS AD MOVENS ET MOTVM LI.VII.

De cõparatione motus ad mouentia Cap.I.

MNE qd' mouet̃ ab aliq̃ moueat̃ neceſſe eſt.Si igit̃ in ſe nõ ha
1 beat,principiũ motus,ab alio patet ipſum moueri.Si in ſe habe- Cõcluſio
at:accipiat̃ ipſum a b.quod quidẽ moueat̃ non ex eo quia qd ſui ꝓbat̃ pri
cietur.Primũ igit̃ a b.putare a ſe moueri,quia & totũ ab exter- mo
no nullo mouetur, ſimile eſt atq; ſi quis cum ipſum d g moue-
tur ipſum g f ſimulq; cum eo mouetur ipſum d g f.a ſe ipſo mo Secundo
ueri putaret,quia nõ perſpicit vtrũ ab vtro moueat̃ vtrũ d g a g f
2 an g f ab ipſo d g. ¶ Deinde quod a ſe ipſo mouet̃, id nũꝗ ex eo
moueri deſinet: qa aliquid aliud ſtetit moueriq; ceſſauit. Igit̃ ſi
qd ex eo moueri deſinit qa qppiã alid' ſtetit, id ab alio moueat̃
neceſſe eſt.Hoc em̃ patefacto, om̃e quod mouet̃ ab aliquo moue probatio
atur neceſſe eſt.¶ Cũ em̃ ipſum a b moueri ſit ſumptũ diuiſibile erit ꝓfecto: Om̃e nanq; qd' minoris
mouet̃ diuiſibile eſt.Sit igit̃ diuiſum in c. Igitur b c.quieſcẽte,& ipſum a b.quieſcat neceſſe prioris
eſt.¶ Quod ſi nõ quieſcat,mente ſumat̃ moueri b c.igit̃ quieſcente a c mouet̃.Nõ ergo perſe ꝓbat̃ ma
mouet̃ ipſum a b,at perſe primo moueri ſupponebat̃,patet igitur b c quieſcente & a b quieſce ior omiſ
re, ac tunc ceſſare moueri,At ſi quid ex eo moueri deſinit: qa quieſcit aliud: id ab alio plane ſa pri⁹
mouet̃.Patet igitur omne qd' mouetur ab aliquo motu cieri.Omne em̃ quod mouetur eſt vt Cõcludit
patuit diuiſibile, parteq; quieſcente.& totũ ipſum quieſcet. 2
Cõcluſio
3 VM aũt omne quod mouet̃ ab aliquo moueat̃ neceſſe eſt,& id quod in loco mo- probatio
uetur ab alio moueatur & id igitur qd' mouet ab alio moueat̃ neceſſe eſt: cũ mo- prima
4 ueatur,& ipſum,& hoc ab alio rurſus.At nõ infinitũ hoc ꝓficiſcitur, ſed ſtabit tã Secũda
dem alicubi,atq; erit quippiã qd' primo cauſa erit vt omnia moueant̃. ¶ Quod ſi Suppoſi-
nõ ſit ita ſed ſit in infinitũ ꝓfectio:moueatur A quidẽ a b ipſum aũt b. moueatur a c & c rur- tio prima
ſus a d & hoc in infinitũ hoc modo ꝓficiſcatur.Cũ igitur ſimul moueatur & id qd' mouet ſi-
mul a & b mouebuntur nã cũ b mouetur, mouebitur,& ipſum a & item cũ b mouetur ipſum c

Suppõ ſe- cunda
ſane mouebit̃ & ſimiliter cũ c.mouet̃ mouebit̃ ipſum d.motus igit̃ ipſius a,ſimul erit cũ mo-
tu ipſius b,& cęterorũ cuiuſq;.¶Et vnũquodq; igit̃ ipſorũ & motũ cuiuſq; poterim⁹ ſumere,
nã & ſi a ſingulis ſingula,ſimul mouent̃,nõ minus tñ vniuſcuiuſq; mot⁹ vnus eſt numero &
Suppoſi- tio tertia
nõ infinitus extremis,Cũ om̃e qđ mouet̃:e quodã ad quoddã ꝓficiſcatur. ¶Fit em̃ vt aut nũ 5
mero,aut genere,aut ſpecie ſit idẽ motus,numero igitur eũ motũ dico eũdẽ eſſe,qui in eo-
mot⁹ vn⁹ tripliciter
dem numero tp̃e ex eodẽ in idem numero fit,vt hiſce qui hac ex albedine quę eſt vna numero
hanc in nigredinẽ:hoc in tempore quod ſit vnũ numero fit.Nam ſi in alio atq; alio fiat vnus
ſpecie nõ numero motus erit.Genere aũt idem eſt motus,qui eodẽ in prędicamẽto:aut in ſub-
ſtantia,aut in alio genere fit.Specie vero eſt vnus, quo ex eodẽ ſpecie ad idem ſpecie pergit̃,
v.phyſ. probatio ad cõclu- ſionẽ prĩ- cipalem
vt motus qui eſt ex albo in nigrũ:aut in malũ e bono.Hęc aũt & in ſuperioribus dicta ſunt.¶Ac 6
cipiat̃ igitur motus ipſius a & ſit e & motus ipſius b et ſit f & mot⁹ item ipſius c atq; d & ſint
g atq; h,Sumatur pręterea tp̃us in quo a mouet̃ & ſit k atq; cũ definitus ſit motus ipſius a de
finitũ erit & k,tp̃us & nõ infinitũ,at a & b,& cęterorũ vnũquodq; eorũ in tempore mouebat̃
accidit igitur vt motus e f g h infinitus in k definito tp̃e fiat:eo enim in tempore quo a mo-
uebatur:& ea oĩa infinita quę poſt ipſum a collocata deinceps ſunt mouebant̃.Quare tp̃e in
3 Soluit ta citũ cauil lum
eodẽ mouent̃.¶Etenim motus ipſius a ęqualis aut erit motui ipſius b aut maior nihil aũt re- 7
fert,Accidit em̃ oĩno vt infinitus motus tp̃e fiat finito,hoc aũt fieri nequit.¶Hoc igit̃ pacto
quod ꝓpoſuimus videbit̃ demonſtrari.Nõ tñ demonſtrat̃ quia nullũ abſurdũ emergit,fieri
Secundus cauillus dilutio ca uilli
em̃ põt vt finito in tp̃e motus ſit infinitus:nõ tñ idem:ſed eſt alius, atq; alius,ſi multa ſint ea
quę mouent̃ ac infinita quod & in hiſce quę nũc ſumpſimus accidit.¶At ſi id qđ primo mo- 8
uet in loco motuq; corpori accomodato tangere neceſſe eſt id quod mouet̃ aut cõtinuũ eſſe,
vt in vniuerſis fieri cernimus:totũ ipſum vnũ ex omnibus aut cõtinuũ erit.Id igitur qđ fieri
põt,eſſe ſumat̃ & ſit magnitudo quidẽ aut continuũ ipſum a b c d,Motus aũt huius ſit e f g h.
Cõcludit
Nihil aũt intereſt infinitũ ſit an finitũ:ſimiliter em̃ finito in tp̃e k aut infinitũ aut finitũ in-
finito mouebit̃ motu:horũ aũt vtrunq; eſt impoſſibile, ſtabit igit̃ tandẽ vt patet:id ipſum:& 9
Cauillus tertius
nõ in ĩfinitũ ꝓficiſcet̃:ab alio ĩquã ſꝑ moueri:ſed erit quippiã qđ primũ motu ciebit̃.Nihil
aũt iteriit aliq ſuppoſito id oñdi.Eo nãq; poſito qđ eẽ põt:nullũ abſurdũ accidere oportebat
Secũda ps cap.q mo uens ſit ſi mul cum moto
ID aũt quod primum mouet nõ vt id gratia cuius cętera ſunt vel fiunt:ſed vt id vn-
de eſt principiũ motus:ſimul cũ eo eſt quod mouet̃.Atq; ſimul dico.quia nihil eſt in
ter ipſa:hoc em̃ omnibus mouẽtibus cõiter cõpetit & ſubeuntibus motũ.Cũ aũt tres 10
ſint motus:is inquã qui ad locũ:is qui ad qualitatẽ:& is qui ad quantitatẽ accomoda
4 Cõcluſio Simul nõ vt i v.phy ſi.
tur.Quorũ primus eſt latio.Secundus alteratio.Tertius accretio atq; decretio:& ea
ſane quę mouet̃ tria eſſe neceſſe eſt:atq; primo de latiõe dicam⁹,hęc enim primus motuũ eſt.
¶Omne itaq; quod fert̃:aut a ſe ipſo mouetur aut ab alio. Si igitur a ſeipſo mouet̃,patet cum
in ipſo ſit id quod mouet ſimul eſſe:& id quod mouet & id quod mouet̃ & nihil inter ipſa me
Suppoſi- tio prima autoritas
diũ eſſe:¶Sin ab alio mouet̃ quattuor modis mouet̃. Motus em̃ qui ab alio afferunt̃:quattu-
or ſunt,Pulſus,tractio,volutio,vectio:etenim fit vt om̃es alij ad hos reducat̃. ¶Pulſio igitur
Scđa ſup- poſitio tertia ſup poſitio
alia eſt impulſio,alia expulſio,atq; impulſio qdẽ eſt,cũ id qđ mouet nõ deſerit id qđ mouet̃,
expulſio ꝟo cũ deſerit.¶Vectio aũt trib⁹ eſt motib⁹,nõ em̃ ꝑſe,ſed ꝑ accidẽs mouet̃ qđ vehi
tur.ex eo nãq; mouet̃:q̃a ẽ in eo vel ſuꝑ id qđ mouet̃:at id qđ vehit,aut pellit̃,aut trahit̃,aut
voluitur.patet igit̃ vectiõem trib⁹ in motibus eſſe.¶Tractio vero eſt,cũ mot⁹ trahẽtis aut ad
Pulſio du plex Vectio Tractio Notula Vertigo
ſe aut ad aliud celerior ei⁹ eſt motu qđ trahit̃:neq; ſeiungit̃ ab eodẽ:etẽm & ad ſe ipſum ẽ tra
ctio & ad aliud.¶Ad has & cęterę tractões eędẽ ſpẽ reducent̃.ut inſpiratio,& ſpiratio:& ſpu
tatio,& eę q̃bus aut emittunt̃ corpora,aut accipiũt̃,quarũ alię ſunt cõgregatões:alię ſegre
gatiões,Et oĩs igit̃ ad locũ accõmodata motio,cõgregatio eſt nimirũ & ſegregatio.¶Volu-
tio vero ex tractiõe pulſioneq; cõponit̃. Mouẽs em̃ ꝑtim pellit, ꝑtim trahit id qđ motu hoc
5 probatio cõcluſiõis principa- lis in mo- tu locali
agitat̃.ꝑſpicuũ igit̃ eſt:ſi pellẽs ac trahẽs eſt cũ eo qđ pellit̃ atq; trahit̃.¶Nihil eſſe iter ea q̃rũ
alterũ mouet̃.alterũ mouet,hoc et ex diffinitiõib⁹ patet:nã pulſio qdẽ eſt:aut ex ſe:aut ex alio
in aliud mot⁹.Tractio aũt ex alio vel ad ſe,vel ad aliud:Inſuꝑ cõpulſio atq; diſpulſio,ꝓiectio
ꝟo ẽ:cũ mot⁹ celerior fit naturali motu corp̃is ei⁹ qđ fert̃:pulſiõe vehemẽtiore nimirũ facta
qđ qdẽ eouſq; fert̃ q̃uſq; mot⁹ is vehemẽtior ſit illo motu.q̃ cũ ita ſit:patet eẽ ſil̃ id qđ mouet̃
6 In motu alteratio- nis
& id q mouet,& nihil inter ipa mediũ eẽ.¶At ꝟo nec iter alterans & id qđ alterat̃ mediũ qc 11
q̃ cadit,qđ qdẽ ita eſſe ꝑ iductionẽ pate põt.In vniuerſis em̃ fit vt id qđ vltimũ altat et id qđ
primũ altat̃ ſint ſil̃.Oẽ eĩ q̃le ex eo alteratur:q̃a ſenſibile ẽ.Sẽſibilia ꝟo ſũt ea q̃b⁹ iter ſeſe cor
pa differũt vt grauitas,leuitas,duricies,mollicies,ſon⁹,h⁹ vacuitas,albedo:nigredo:dulcedo:


amaritudo, humiditas, ſiccitas, denſitas, raritas, & ea quę inter hęc ſunt ſimilit̃ & cetera quę ſenſui ſubijciunt: caliditas inquã &, frigiditas, & leuitas & aſperitas. Hęc em̃ affecť⁹ ſunt qualitatis ſubiectę: & his inter ſe differunt ſenſibilia corpora, aut horũ gradibus, atq; quia aliqd horũ patiunt̃ alterari dicimus tam animata corpora ꝙ inanimata, & animantiũ ꝑtes quę anię ſũt expertes, caleſſiunt em̃ aut frigeſſunt, aut dulcia fiunt, aut amara, aut aliquo alio prędictorũ afficiunt̃. Alteratio in qb⁹ fit
12 Ipſi quoq; ſenſus alterant̃, patiuntur em̃ nã ipſorũ actio motus eſt per corpus patiẽte aliqd ſenſu. autoritas
¶ Atq; quibus alterant̃ inanimata: his vniuerſis animãtia etiã alterant̃. At quibus animãtia alterant̃, hiſce nõ alterantur inanimata. Per ſenſus em̃ nõ alterant̃: neq; ſentiũt inanimata cũ alterantur. Nihil tñ ꝓhibet vt & animantia cũ alterant̃ nõ ſentiant, qñ nõ ꝑ ſenſus ipſis accidit alteratio. Si igit̃ affectus quidẽ ſenſibiles ſunt, per hos aũt fit alteratio, patet iam ſimul eſſe patiens ipſum atq; affectũ, & nihil inter ipſa mediũ eſſe, nã huic quidẽ aer cõtinuus eſt. aeri vero cõiungitur corpus, & ſuperficies quidẽ lumini, viſui vero lumẽ cohęret. Similiter & auditus ac odoratus primo mouenti cõiungitur. Sapor etiã ſimul eſt modo eodẽ Notula
13 & guſtus, Simili modo fit & in hiſce quę ſunt expertia animę atq; ſenſus. ¶ Id etiã quod augetur & id quod auget eodẽ modo ſe habet. Accretio nanq; quędã additiõ eſt: Quare ſimul ſunt quod auget & quod auget̃, Et in diminutiõe eodẽ modo. Cauſa nanq; decretiõis ablatio quędam eſt. Patet igitur nihil eſſe mediũ inter id quod vltimũ mouet & id quod primo mouetur. In motu ſecũdum q̃ntitatẽ ꝓbatur
14 DEINCEPS aũt vniuerſa quę alterantur a ſenſibilibus alterari: & eorũ alterationẽ eſſe dumtaxat quę perſe ab hiſce pati dicunt̃, per hęc contemplentur oportet. Epilogus Tertia ps cap. in quibus ſit alteratio
15 ¶ Maxime nanq; quiſpiam in figuris formis atq; habitibus & horũ deiectionib⁹ acquiſitiõibuſue alteratiõnẽ eſſe exiſtimabit, videtur em̃ in his alteratio eſſe verum nõ eſt, ſed cũ quędã alterant̃. hęc fiunt. Cũ denſatur inquã, aut rareſit aut caleſit aut frigeſit materies ipſa. Sed alteratio nõ eſt. Nõ.n. ſtatuę formã nomine dicimus eius 8 Cõcluſio
ex quo forma eſt orta, nec eius etiã ex quo eſt pyramidis aut lecticę figura, Pyramidem aut lecticam, ſed denominãtes, aliud æneum aliud terreũ aliud ligneũ appellamus, at id quod alteratur dicimus. Ipſum em̃ æs humidũ eſſe dicimus, aut calidũ, aut durũ. Et nõ ſolum hoc pacto, ſed etiã ipſum humidũ atq; calidũ eſſe dicimus æs, affectus noĩe materiã nuncupãtes. Cũ igitur id quidẽ ex quo eſt forma & figura & id quod eſt ortũ figurarũ nomĩe nõ dicatur. Id vero 9 Cõcluſio probatio prima Secunda
16 quod alteratur noĩe dicat̃ affectuũ patet alteratiõnẽ in ſolis ſenſibilibus eſſe. ¶ Pręterea abſurdũ eſt & alio modo dicere. Dicere nanq; hominẽ alteratũ eſſe, vel domũ ſumpto ſine ridiculum eſt. Si perfectiõnẽ domus, aut parietes aut tegulã alteratiõnẽ eſſe dixerimus, & ſi cum Tertia
17 parietibus domus clauditur aut tegit̃ ipſam dixerimus alterari. ¶ Patet aũt alteratiõnẽ in hiſce nõ eſſe: quę generantur, atqui nec in habitibus alteratio eſt, habit⁹ em̃ virtutes ac vitia ſũt Virtus aũt omĩs & vitium ad aliqd eſt, queadmodũ ſanitas tẽperatio quędã eſt calidorũ ac humidorũ aut internorũ aut ad cõtinens. Similiter & pulchritudo & robur ad aliqd ſunt. Sunt em̃ diſpoſitiões quędã eius quod pręſtantiſſimũ eſt ad id quod eſt optimũ, atq; id pręſtantiſſimũ dico, quod cõſeruat ac circa ipſam naturã diſponit cũ igitur virtutes quidem ac vitia ſint ex hiſce quę ſunt ad aliquid, Hec aũt generatiões nõ ſunt nec ipſorũ ſit generatio nec altera- 10 Cõcluſio pulchritudo
18 tio omino: patet circa habitus alteratiões nõ eſſe. ¶ At vero neq; circa virtutes animi vitiaq; alteratiões eſſe videntur, virtus nanq; perfectio quędã eſt, vnũquodq; em̃ maxime tum eſt perfectum: cũ ꝓpriam virtutẽ eſt conſecutũ, & maxime ſecundũ naturã. Sicut circulus tunc ma- Alteratio nõ in virtutibus
19 xime ſecundũ naturã eſt, qñ maxime circulus eſt, vitiũ vero corruptio eſt horũ atq; remotio, fit igitur cũ aliquid alteratur virtutis acceptio vitijq; deiectio: neutrũ tamen horũ eſt alteratio Alterari aũt aliquid inde patet. Nã virtus qdẽ aut affectuũ eſt vacuitas, aut eorundẽ mediocritas quędã, vitiũ aũt aut eſt omnis affectuũ cõcitatio, aut eſt perturbatio virtuti contraria. ¶ Atq; oĩno fit vt virtus morũ in voluptatibus doloribuſue cõſiſtat, voluptas.n. aut cũ agim⁹ aut cum recordamur aut cum ſperamus effici ſolet. Atq; ſi cum agimus ꝓuenit ſenſus eſt cauſa. Si cum recordamur aut ſperamus, ab ipſo rurſus efficitur, Afficimur enim voluptate, aut recordantes ea quę nos delectarunt, aut ſperantes euenire ea quę nos afficient voluptate. autoritas autoritas autoritas alia ꝓbatio autoritas 11 Cõcluſio
20 ¶ Atqui neq; ad partem intellectiuam animę alteratio accomodatur. Sciens enim maxime ad aliquid dicitur, Hoc autem ita eſſe perſpicuũ inde fieri põt, per nullã nanq; potentiã motus fit in nobis ſcientia, ſed prius aliquo orto, Experiẽtia nanq; particulariũ ſcientiã vniuerſalem cõſequimur, at neq; ipſa operatio generatio eſt, niſi viſionẽ tactumue generatões quiſpiam dixerit. Tale eſt em̃ ipſa operatio. Acceptio aũt a principio ſcientię non eſt generatio, autoritas

autoritas nec alteratio. Ex eo nanq; quia perturbatiões ſedant̃ atq; tranquilla fit anima, ſciens quiſpiã atq; prudens euadit. Quemadmodũ igitur cũ experrectus eſt quiſpiam dormiens: aut cum ab ebrietate ſeſe recipit: aut cũ a morbo cõualuit nõ factus eſt tũc ſciens: quãq; antea nõ vti ſcientia poterat operariq; per eã, ſed extincta perturbatiõe, menteq; iam inde ad tranquillitatẽ redacta aptus ac idoneus ad ſcientię vſum euaſit. Sic etiã cum a principio oritur in nobis ſcientia ſimile quid ſane fieri ſolet, fit enim perturbatiõis ſedatio quies atq; tranquillitas quędã, ac- platoni-ſat cidit eodem & id quod in pueris natura fieri ſolet. Nõ enim diſcere pueri: neque perinde ſenſibus atq; ij qui ſunt ꝓuecti magis ętate diſcernere poſſunt, eſt.n. vehemens in eis turbatio atq; motus. Sedantur aũt nõ nunq; a natura. nõ nunq; ab alijs deſinuntq; turbari: atq; in vtriſq; fit vt aliquid alteretur perinde atq; cũ aliquis experrectus factuſq; ſobrius aptus ad operationẽ euadit patet igitur alterationem in ſenſibilibus & in pte anime ſenſitiua, & nullis in alijs niſi per accidens eſſe.

Explanatio tex.

¶Omnes expoſitores cõueniũt velle Ariſto. tractare de motu, habita rõne ad motorẽ & mobile ex qbus proficiſcit̃, primo aũt cõparat motũ ad motorem.


I. Om̃e quod mouet̃ ab alio mouet̃, ꝓbatur primo quia manifeſtũ eſt hoc in his quę ab extrinſeco mouent̃ verũ plus latet in his quę ab intrinſeco mouentur, tñ licet videat̃ moueri animal ſecundũ ſe totũ, tñ hoc nõ fit, ſed vna pars mouet aliã, Et igit̃ eſt ibi deceptio, ſicut fit a & b moto a mouet̃ b tũc iudiciũ decipitur iudicando a b moueri ſecundũ ſe totũ, ſicut ſi d g, mouet g f, non propterea d g f mouet ſeipſum primo



Secũdo ꝓbat̃ quia oẽ ꝙ mouet̃ ab itrinſeco vel extrinſeco mouet̃ ab alio, ergo oẽ quod mouet̃ ab alio mouet̃. ꝓbat̃ añs, ſi aliqd qđ mouet̃, qeſcit ad quietem alterius, ab alio mouet̃, ſed om̃e ꝙ mouet̃. quieſcit ad quietẽ alterius ergo oẽ ꝙ mouet̃, mouet̃ ab alio, minor ꝓbat̃ oẽ diuiſibile ꝙ mouet̃, qeſcit ad quietẽ alterius, om̃e ꝙ mouet̃ eſt diuiſibile, igit̃ oẽ ꝙ mouet̃, quieſcit ad quietẽ alterius (maiorẽ illius nõ poſuerat, & tñ eã ꝓbat) quia ſi totũ motũ diuiſibile nõ quieſcit ad quietẽ partis, igit̃ põt moueri altera parte quieſcente, ſed quod mouet̃ altera parte qeſcente. mouet̃ altera parte mota, igit̃ mouet̃ ſecũdũ partẽ, & quieſcit ſecundũ partẽ, igit̃ nõ mouet̃ ꝑ ſe primo, quod eſt cõtra poſitũ, hic habes rotunde textũ applicatũ, Ariſto. in terminis proponit Ariſto.

II. Cũ in mouentibus & motis nõ ſit ꝓceſſus in infinitũ, ideo ſtandũ eſt ad primã cauſam immotã, ꝓbat̃ quia quicqd ita mouet̃ neceſſe eſt eſſe in loco, in locis nõ abitur in infinitũ, igit̃ erit ſtatus in aliquo, nõ moto ab alio, ſcđo ꝓbat̃ quia ſi nõ eſt ſtatus ergo erit ꝓceſſus in infinitũ ſ. vt a moueatur a b & b a c et ſic de alijs

A. B. C. D. Et tunc ſupponit primo, mouens ſimul tpe mouet, & mobile mouet̃, quare pluribus mouentibus & motis datis, illa erũt oĩa ſimul Supponit ſcđo ꝙ ſi etiã mouentia & mota eſſent infinita, tñ motus vniuſcuiuſq; eſt finitus, quia inter extrema finita. Tertio ſupponit motũ eſſe vnũ tripliciter numero genere & ſpẽ, de quibus. v. phyſ. ¶Tunc ꝓbatur cõcluſio, quia ſi eſſet ꝓceſſus in infinitũ in mouẽtibus & motis, ſequeret̃ ꝙ motus infinitus fieret tẽpore finito hoc aũt improbatũ eſt vi. phyſ. Conſequentiã ꝓbat quia mot⁹ ipſius a fit tempore finito, ſimiliter motus b. &c̃ et cũ oĩm mobiliũ motus ſint in eodem tẽpore per primã ſuppoſitionẽ: ergo motus ex omnibus his aggregatus infinitus erit tẽpore finito Ari. proponit hoc in terminis Ariſto.



III. Nõ valet ſolutio, motus a & b nõ eſſe ęquales, quia nihil oĩno refert ad hoc, quinimo accidet motus infinitus tpe finito. ¶Nõ valet alia ſolutio, qđ licet vnus motus nõ poſſit eſſe infinitus tẽpore finito, tñ iſti motus ſunt diſcontinui, determinatorũ motorũ, Quod nõ valeat quia dato qđ nõ ſint continua ad inuicẽ, ipſis tñ nõ repugnat cõtinuari adinuicem, quo poſſibili poſito in eſſe, motus erit vn⁹ infinitus cõpoſitus ex oĩbus illis motibus, probat in terminis & eſt facile. Concludit. ergo dabile eſſe primũ quod mouet̃. Cauillum remouet poſtremo ſi diceret diuerſarius, tu argumentaris ſup tuo ſuppoſito. dicit Ariſto. Non refert ex ſuppoſitiõe rationem facere, quia poſito cõtingenti nullũ ſequitur impoſſibile. Ariſto.

Secunda Omnes motus ſunt adinuicem comparabiles, quorū velocitates attendunt penes ſpacium lineale, probat Saxo quia omnis linea linee eſt conparabilis, ſi negas propter lineam curuam & rectam Contra arcus & chorda comparant eſt arcus cuiuſus thorda recta. Secundo ꝓbat quia voluatur rota ſuper plano, tunc deſcribet lineam rectam ęqualem ſuę circumferentię in vna reuolutiōe. ¶Corollariū motus rectus & circularis ſunt adinuicem cōparabiles.

Saxo

Tertia Illi motus non ſunt adinuicem comparabiles, quorū velocitas vnius attenditur penes angulū, & alterius penes lineā, ꝓbatur quia angulus eſt imꝓportionabilis circulo. ¶Corollariū Circuitio nō eſt cōparabilis motui circulari vel recto, hęc de motu locali.

Quarta Omnes & ſolum alterationes quę fiunt in eadem cōtrarietate ſunt adinuicem cōparabiles, ꝓbatur quia eadem eſt diſtantia ab vno cōtrariorū ad aliud & ecōuerſo, ſicut eſt eadē diſtantia ab Athenis ad Thebas & contra, vnde calefactio nō eſt comparabilis albefactioni.

Quinta Augmentatio quęlibet eſt cuilibet comparabilis ſecundum eundem terminū, puta augmentatio linee cuilibet ſecundū lineam eſt comparabilis, idem de ſuperficie & corpore, & hęc de comparatione proprie dicta

Sexta Motus diuerſorū generū poſſunt adinuicem comparari correſpondenter, patet motus ambulationis poteſt comparari motui arenę in horologio, ſimiliter motui calefactionis, aut lauationis, & ſic alteratio poteſt cōparari correſpōdenter motui locali. ¶Sic omnis motus eſt cōparabilis alteri ꝓportionabiliter, ſic ſ. quod in qua proportione vnus mot⁹ localis eſt velocior alio, quod in ſimili proportiōe contingit reperire vnū motū alteratiōis eſſe velociorem alio, & ſic in diuerſis motibus reperit proportionalitas propter proportionē motuum eiuſdem ſpeciei

Articulus. III.

Dubiū. I. an generatio ſit inſtantanea?

Hęc dubitatio hic locatur quoniam Ariſto. in tex. comparat generationes in velocitate, ex quo argumentantur ipſas eſſe ſucceſſiuas

Ariſto.

Premitto. I. quid mutatio inſtantanea vide. vi. phyſi. I tem quauis controuertant de anima ſenſitiua an ſit indiuiſibilis, ſicut cōmuniter Latini & maxime Itali arbitrati ſunt: nos tamen cū Auer. hoc ſeptimo Com 1. & cum Gallis tenemus omnes formas, dempta rōnali, eſſe diuiſibiles

Latini Itali Auer.

Premitto. II. Diuerſas eſſe ſen. ſuper dubio; Primo maior pars eorum qui dixerūt animas animalium impartibiles, dixerunt generationē eſſe ſubitariam, Et ita Scotus videtur ponere & Ocham, quod generatio accepta pro productione formę in ſe aut in materia non ſit ſucceſſiua, ſed inſtantanea, & illam Sanſo q.2. quinti dicit eſſe cōmunem. ¶Nota tamen G. Ocham eſſe diuerſum ab alijs q. xxiij. ſecūdi plane fatetur formā ignis impartibiliter acquiri, ſed.3. par. phyſ. c.8. melius explicat mentem ſuā, concedit enim eo loco vnam partem materię prius recipere vnam partem formę, & aliam materiā, aliā formam, & ſic poteſt ſucceſſio eſſe, tamen vna pars materię ſimul recipit totam formam ſibi reſpondentē at ſic loquēdo concedit propoſitum. ¶Alia eſt opi. Marſil. quod formę introducant naturaliter & partibiliter, ita quod vna pars formę introducitur in materiam poſt aliam, Ita quod naturaliter nulla forma ſubſtantialis acquiritur tota ſimul, ſed ſucceſſiue, non quidem ſucceſſione graduū, quia non ponit gradus in forma ſubſtantiali contra Auer. & grecos de quibus Sueſſa. ſ. phyſi. T.C.9. Sed ſolum ſucceſſione partium, & ad iſtam ſententiam, quę apparet mihi iam eſſe cōmunis apud Parrhiſios (nō enim placent relationes Scoticę hoc loco)

Galli Scotus Ocham Sanſo Ocham Marſil. Auer. Greci Sueſſa li.4.diſ.3.

Reſpondet Generatio naturalis eſt ſucceſſiua, quāuis ſupernaturalis ſit inſtantanea, ſecundū patet de creatione quę eſt inſtantanea, anima em̄ infundendo creatur, & creando infunditur, primū patet qa vnā generatio eſt velocior alia, ergo vtraq; eſt ſucceſſiua, antecedens eſt p. in tex. Conſequentia ꝓbat quia velocitas maior vel minor non poteſt eſſe niſi in ſucceſſiuis. ¶Si confugis ad alterationem ſicut Sanſo, quod generationes ſunt velociores alijs, rati ōne alterationis precię, oppono tibi aliū locum. v. phyſ. Omne quod mutat eſt diuiſibile: partim enim eſt in termino a quo, & partim in termino ad quē terminus aūt a quo generationis eſt non eſſe, ergo in generatione pars formę eſt, pars nō eſt. ¶Ratio probabilis ad hoc inducitur qualitas introductiua Formę ſucceſſiue diſponit materiam, ergo forma ſucceſſiue introducitur ad diſpoſitionem materię.

Sanſo

Quarto experientię hoc idē cōuicatur a quibus orta eſt naturalis philoſophia nā anīa vegetatiua ſucceſſiue corrumpit, cū vnus ramus areſcat & emoriatur poſt alium, ad ſenſum experitur ſucceſſiue cor-

rumpi arborem, ſimiliter ſenſu percipimus formam ignis ſucceſſiue generari in ſtramine, idem de membris mortificatis animalium. plura in re nō neceſſaria adducere videtur ſuperuacaneum, ideo generationem mutationē dicimus nō ſubitariam.

Dubium. II. Vnde attenditur velocitas motuū penes cauſam?

Suiſſet Hentiſ. Brauardi. Coronel. Dullaert Maioris

¶ Hanc quęſtionem cū ſequenti Suiſſet Hentiſber, Brauardinus & alij calculatores latiſſime pertractāt L. Coronell. idem fecit, ſed copioſiſſime M. Ioan. Dullaert, qui reuera cerebrum aperuit in hac materia, verū nos breuitati ſtudentes, amœni ingenij doctorem Ioan. Maioris in ſuo ſecundo imitabimur.

Pręmitto. I. quid ſit proportio, quid proportionalitas, & q̄t ſpecies eius maioris vel minoris inęq̄litatis q̄d ꝓportio rationalis, q̄d irrationalis, & quō cognoſcatur proportio proportionum, & exceſſus vnius proportionis ſuper aliam, quę omnia require in noſtro elementario quadruuij libro Arithmeticę.


Pręmitto. II. quod motus alius eſt vniformis, alius difformis. Vniformis localis eſt quo in ęqualibus partibus temporis ęqualia ſpatia pertranſeuntur, adde vt ſit completior, quantū eſt ex parte ipſius motus, vel motus vniformis eſt motus proueniens ab vnica proportione, vel eſt motus ſecundum omnes ſuas partes ęque intenſus, difformem ab oppoſito explica. ¶ Adde quod motus poteſt eſſe trifariam vniformis ſ. quo ad ſubiectū, quo ad tempus, & quo ad vtrūq;. Quo ad ſubiectum, vt quando graue deſcendit per medium vniforme, tunc totū & partes eius ęque velociter mouentur, ſed quia motus naturalis eſt velocior in fine, q̄ in principio, non mouetur vniformiter quo ad tempus. Quo ad tempꝰ, vt cœlum quod in ęquali tempore ęquales portiones circuli deſcribit, ſed partes difformiter mouentur, nam propinquiores polo tardius mouentur, vnde iuuenalis pigrum dicit arctophylacem

Iuuenalis

Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootę

Et intelligas ſemp prędicta quantū eſt ex parte motus. propter rarefactionē medij a tergo mobilis, q̄m ſic ęque velociter mota, vnum pertranſire poteſt maius tempus. ¶ Cōtra motus dicitur trifariam difformis ex parte ſubiecti vt cœlum, temporis vt graue, vtriuſq; vt rota nūc pigrę. nunc ocius mota

Pręmitto. III, quod motuū difformiū alius eſt vniformiter difformis, alius eſt difformiter difformis. Vniformiter difformis, ſicut motus cœli, quia medium partis ſubiecti tantū excedit in velocitate ab extremo citius moto, q̄ntū ipſum excedit tardius vt gradus q̄dragesimuſquintus eſt medium in tropicū Cancri & arcticum circulum, quanto autē tropicus velocius mouetur gradu. 45. tanto ipſe celerius mouetur arctico, vt patet in ſphera, Oppoſito modo diffinit motus difformiter difformis, pone ad triangulum arcticus mouet vt duo gradus. 45. vt. 3, tropicus vt. 4.



Et quia de pręſenti dubio ſunt q̄tuor opiniones. & quia tres improbabimus, ideo iuxta prefatā formam decidamus dubiū, Et ea quæ

Saxo

Saxo de regularitate motus inducit cōtra cōmunē in lib. cœli videbimus

Reſpondetur per propoſitiones

Prima Proportio velocitatū non eſt ſumenda penes proportionē potentiarū motiuarū inter ſe, probatur quia alias datis potentijs ſ. a & b. quarum vna eſſet dupla ad aliam, dupla moueret ſuū mobile in duplo velocius, quo dato a proportione ęqualitatis vel minoris inęqualitatis fieret actio, patet moueāt 6. quattuor in hora, & cū quatuor poſſunt moueri in duplo tardius, ergo 3. mouerent 4. idem induc in 4. & 2.

Secunda Proportio velocitatū non attendit penes proportionē reſiſtentiarū inter ſe, patet per idē data potentia vt 6. & reſiſtentia vt 4. tūc ſi illa potentia moueret duplā reſiſtentiā ſub dupla velocitate, iam ſex mouerent 8.

Tertia proportio velocitatum nō debet attendi penes proportionem exceſſuum potentiarū ad ſuas reſiſtentias, ꝓbatur quia alias 2. non ęque velociter mouerent vnum ſicut 4. 2. patet quia maior eſt exceſſus 4. ſuper 2. quam 2. ſuper 1. hęc apud Bruxell. & Saxonem.

cōtra Ariſto. 1 tex. C. 35. Bruxell. Saxo

Quarta proportio velocitatū attēdit penes ꝓportionem ꝓportionū (hoc eſt ꝓportionē Geometricā) potentiarū ad ſuas reſiſtentias, Ita q̄d ex ęqualibus proportionibus potentiarū mouentiū ad ſuas reſiſtentias prouenit ęqualis velocitas, ex inęqualibus inęqualis, vt ſi a ad b eſt proportio quadrupla. & c ad d, eſt ꝓportio dupla tūc a, mouet b, ī duplo velocius quam c d, quia proportio quadrupla eſt dupla duplę. Similiter Si a eſſet in proportione octupla ad b & c, duplum ad d, tunc a in triplo citius moueret, quoniā octupla eſt tripla duplę, vt patet ex Arithmetica & v. Elementorū Euclydis, nam ſine illis principijs fruſtra aliquid tentabis in hac materia. Ioan. Dullaert poſteā ponit regulas, quomodo reſiſtētia non variata potentia mouendi intendi poteſt, & quomodo potentia inuariata reſiſtentia diminui pōt. at iam tempus equis fumantia ſoluere lora.

Euclydes Dullaert

Dubium. III. Vnde attenditur velocitas motuū penes affectum?


Pręmitto. 1. In omni motu eſſe quandam diſtantiā quę per motū peragrat a mobili, alioquin non eſſet motus de termino a quo ad terminū ad quem, Hæc diſtantia in motu locali vocatur ab Ariſtote. interdum μῆκος id eſt longitudo vel μέγεθος id eſt magnitudo, a pluribus interuallū ſeu ſpatiū appellatur Et cum motus localis ſit primus motuū ſecundum Ariſto. ideo interuallū ſeu ſpatiū tranſumptiue etiā in alijs motibus reperitur. ¶ Adde quod velocitas & tarditas ſunt cōditiones motus, nō in actione requirit effectus factꝰ & potentia actiua, Sil̄iter in motu requiritur ſpacium peragratū & potentia peragrans, Docuimus aūt ſuperiori dubio per quid menſuret aut cognoſcatur velocitas motuū quo ad cauſam ideo in pręſentia videbimus ex quo effectu debemus ſcire velocitatē motuū, Sicut Eckardū noui fortiorem Eckefrido, quia eum vicit in paleſtra. ¶ Et quamuis ſint pugnantes magiſtrorū ſententię, vt facile leges apud Sueſſam et Alb. Saxonem in vi. Ioan Dullaert in. iij. phyſ. at nos vt pridē Ioan. Maioris imitabimur, neſcio em̄ quo pacto viri illiꝰ ingenium vbiq; mirifice me oblectat


Ariſto. Ariſto. Sueſſa Albertus Saxo Dullaert Maioris

Reſpondet per propoſitiones


Prima Velocitas motus localis attendiť penes ſpacium pertranſitum, nō abſolute ſed in ordine ad tē-
Ariſto. pus, patet ex diffinitione velocitatis data ab Ariſt vi. phyſ.

pro Saxone Secunda Velocitas motus circularis attendiť nō penes ſpacium corporale aut ſuperficiale ſed lineale, ita quod cognoſcitur penes lineam deſcriptam a
Cōtra Saxonem puncto medio ſemidiametri rei motę, vt rota tota tam velociter mouetur, ſi ſemidiameter eſt quattuor pedum, ſicut a punctū, ꝙ vltra citraq; duos habet pedes. ¶ De cœlo declarat Maioris accipe diametrum a polo ad ęquatorem, cuius medium ſit a, & ſuper a cōſtituatur alia ſemidiameter ſecundum profunditatē, cuius medium punctū ſit b, tūc totum cœlum diciť tam velociter moueri ſicut mouetur b.





Probatur illa concluſio quia qualitas vniformiť difformis menſurať gradu medio, ergo & motus localis circuli nō mēſurabiť tardiſſimo nec velociſſimo, ſed medio pūcto, in ſiķi corp⁹ difformiter longū, nō eſt adeo longum ſicut longiſſima pars eius, vt ſi eſſet aſſer vniformiter difformis, ſupra vt 10. infra vt 6. tunc diceretur penes medium eſſe longus vt 8.



Tertia Velocitas motus localis recti attenditur penes ſpacium lineale deſcriptū a puncto medio totius corporis moti, ꝓbatur, quia nō attenditur penes ſpacium corporale, alioqui pinguis abdomine plenus velocius attingeret Romam quam gracilis, Sed quod non attendiť penes ſpaciū lineale totale patet quia ſi eſſent duę virgę breuis & longa tangētes hūc parietem, tractę ad parietem oppoſitum in vna hora, tunc ſi ſumereť velocitas penes ſpaciū totale, iam illę duę virgę ęque velociter mouerentur, ꝙ eſt falſum, cum breuiorem oporteat velocius moueri.

¶ Corollariū ſi longus eat cum pigmeo Romam tunc longus velocius moueť quā breuis, eſto quod ſimul attingant Romam, patet quia ſumitur velocitas a medio puncto moti, & ita punctum longioris erit propinquius cœlo, quare longior deſcribet maiorem circulum

Dullaert Alia reperies in locis prę-
Hentiſ. allegatis, parum enim con-
Nyphus fert hęc ſubtiliatio, Dullaert ſequitur hentiſber, Nyphus ſoluit rōnes Hentiſberi &c̄.



Dubium. IIII. an regulę Ariſto. de cōparatōe motuū ſint verę?

Prēmitto. Mouentia eſſe duplicia ſ. naturalia & libera, Libera intendunt vel remittunt motū quando volunt, naturalia vero mouent ſecundum vltimum ſui poſſe, Ariſt. regulę accipiendę ſunt de mouentibus mere naturaliter, cū libertati in hoc nulla regula pręſtituatur. Ariſto.

Prēmitto. II. In ſumma regulas ſic colligi

prima, ſecunda, tertia, quarta	regula diuidit	mobile et duplat ſpaciū; mobile & tempus; ſpacium & tempus; mouens & mobile
quinta, ſexta	negat	duplationē mobilis & temporis; dimidiationem mouentis ſpatij & temporis

Septima duplat mouens & mobile, & aggregat illa Ariſto.

Prēmitto. III. Regulas Ariſt. accipe limitatōnes, & maxime primā, ī qua deſudat Auer. vñ prima regula Auerr. ſic capiať. Si potentia aliqua mere naturaliter moueat aliquā reſiſtentiam, ſecundū vltimū poſſe, & a proportione dupla, eadem potentia mouebit ſubduplam reſiſtentiā in duplo velocius, vnde per hunc intellectū ceſſant captiones Saxo. ¶ Eodem pacto Saxo eſt limitanda quod ſit vera in proportione dupla mouentis ad reſiſtentiam. ¶ Adde quod regulę loquentes de diuiſione ſunt intelligendę, ſi mouēs ſeu virtus eius ſit dimidiabilis. ¶ Tertia regula limitatur ad motū vniformem ſeu regularem ſecundum Bruxel. Brux. quoniam ſi mediū eſſet ſic diſpoſitum, quod in eo non poſſet fieri motus vniformis naturalis regula nō eſſet applicanda. ¶ Septima regula ſpecialiter limitatur, quod tales virtutes ſint eiuſdem rationis, & adinuicē vnibiles. Idem etiam fiat in reſiſtentijs

Reſpondetur regulas ab Ariſto. datas & intellectas vt iam & dubio ij. diximus eſſe veras Ariſto.

Articulus. III,

Ratio. I. Homo & leo ſunt adinuicem comparabiles. & tamen nō ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo male dictum eſt comparationem fieri in ſpecie atoma maior patet quia leo eſt fortior homine, homo aūt perfectior leone, Idem de deo & angelo ſubſtantia & accidente. ¶ Confirmať motus ſurſum & deorſum ſunt cōparabiles adinuicem, & tamen differunt ſpecie. Idem de quadrato & triangulo, quod ſint comparabilia patet per Euclydem. Dato triāgulo ęquale Euclydes quadratum deſcribere.

Secunda Omnis motus omni motui indiſcriminatim cōparari poteſt, ergo cōcluſio male limitata antecedens patet quia omnis motus eſt aliqualiter velox, ergo alteri in velocitate cōparabilis, tenet illatio, quia velocitas ſemper reperitur vtrobiq;. ¶ Cōfirmatur quia quęlibet ꝓportio cuilibet ē cōparabilis, ergo et motus, qa motus fit a proportione maiori mouentis ſuper reſiſtentia mobilis

Tertia Motus naturalis velocitať in fine, & continue eſt eadem proportio agentis ad reſiſtentiam ponendo vniformitatem medij: ergo velocitas non attenditur penes proportionem potentię motiuę Ariſto. ſupra reſiſtentiam ſuā. ¶ Confirmať quia Ariſto. hic ponit quod ſi aliqua potentia moueat aliquod mobile, eadem potentia mouebit medietatem illi⁹
in duplo velocius, ſecunda regula. ¶ Porro ſit vir- 8 . 4
tus vt 8. & aer reſiſtens vt 4. ſit alia virtus vt 4. & re 4 . 2

ſiſtentia vt 2. Iam eſt ęqualis proportio illarum potentiarum ad ſuas reſiſtentias, & tamen nō eſt ęqualis velocitas. quia vnum pertranſit maius ſpacium in ęquali tempore quam aliud.

Cōtra primā regulā Cōtra ſecundam

Quarta Bucephalus poteſt trahere vehiculum in hora per miliare, & tamen non poteſt dimidiū vehiculi trahere per duo miliaria in vna hora, Similiter Bucephalus non poſſet in dimidio horę, dimidium vehiculi trahere per vnum miliare. ¶Confirmatᷣ quia

Cōtra terciam

ſtante tertia regula, oporteret motū eſſe ęque velocem in principio, medio, et fine cuius oppoſitū eſt tam in motu naturali quam violento. ¶Adde pręter ordinem de generatiōe Inſtantanea Auer. dicentem, Mutationes indiuiſibiles ſunt termini mutationū diuiſibiliū, mutatio aūt diuiſibilis eſt alteratio, & terminatur ad generationē, ergo ipſa eſt indiuiſibilis

Auer,

Ariſto.

Reſpondetᷣ (quicquid obgarriant aliqui) Ariſto. non velle comparata remota eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed propinqua, quę alīj dicūt eſſe illud in quo fit cōparatio. Itaq̃ fortitudo leonis & hominis ſunt vna ſpecies, ſimiliter perfectio eſt vna ſpecies. ¶ Tamē etiā pōt dici eſſe in qbuſdā allegatis cōparationē impropriе dictā. ¶Sic motus ſurſum & deorſum comparantur in velocitate, velocitas eſt ſpecies. ¶Ita quadratū & triangulus in quantum ſuperficies non differunt ſpecie. & ita comparantᷣ, ſed vt figurę differunt ſpecie, at ſic non comparantur.

Ad ſcđ'am concedendo illatū rationis & confirmationis, omnes motus eſſe comparabiles reſpondenter vel proportionaliter, at ex hoc non ſequitur omnes eſſe comparabiles comparatione ꝓprie dicta

Ad tertiā Sicut motus naturalis velocitatur in fine, ita maioratur & proportio potentię ad reſiſtentiam quia vltra grauitatem eſſentialē ſeu naturalē augetur in motu naturali grauitas accidentalis ſ. Impetus & cum hoc minus reſiſtit de aere in fine quam in principio. ¶Ad confirmationē dico ꝙ Ariſto. per potentiā intellexit proportionē. & qn̄ ponit duplari potētiā ſp debet ītelligi duplari proportio, vt etiā dubio q̄rto circa regulā primā et ſecūdā meminimus. ¶Ad annexū r̄ndet maioris qđ in caſu ꝓpoſito velocitates ſunt ęquales qualitatiue, ſed nō quantitatiue, proueniunt em̄ ab ęqualibus proportionibus ſ. vtrobiq̃ duplis, Vnde reſiſtentię ſunt ęquales qualitatiue, quando ęqualem faciunt difficultatem virtuti agentis, Quantitatiue ſunt ęquales quando ſunt ęqualis quantitatis

Ariſto.

Maioris

Ad quartam per medietatem nō intelligimus hic crude, rem in ęqua diſſectam, ſed ipſam reſiſtentiam totam medietas ergo vehiculi, non eſt medietas reſiſtentię, quia reſiſtentia venit a multis cauſis, per idem ſoluitur annexum. ¶Ad cōfirmationem patet ex dubio .iiīj. quia illa regula prerequirit vniformitatem motus, ¶ Auer. hoc loco non recipimus, contradicit enim ſibiīpſi, poſuit em̄ formas elementorū graduales. & ſic neceſſario ſucceſſiuas. vide in fine primi de generatione, afferunt multas extrarias interpretationes, tamen Auerroys nō eſt deus philoſophorum.

Auer.

Auerr.

Finis ſeptimi. xiiīj. Ian̄.

Deo gloria

DE MOTVS ET MOTORIS ÆTERNITATE ARISTO. LI. VIII.

Motum eſſe ęternum Capi. I.

Queſtio

AT ortus aliquando eſt motus anteaq̃ non erat: rurſuſq̃ adeo corrumpitur: vt nihil pœnitus moueatur: an neq̃ factus eſt neq̃ corrumpitur ſed ſemper erat: & ſemper erit. Atq̃ hoc hiſce quę ſunt immortale ac inceſſabile ineſt quaſi ſit vita quędam is vniuerſis quę natura conſtāt. Motum igitur omnis inquiunt eſſe: qui de natura aliquid dicunt: tum quia mundum faciunt: tum quia cōtemplatio ipſis omnis eſt de generatōe corruptioneue ꝗ impoſſibile eſt eſſe, ſi non ſit motus. ¶ Verum qui mundos infinitos eſſe: & alios ipſorum fieri: alios corrumpi dicūt: īj motum ſemper inquiunt eſſe. Sint enim generationes & corruptiones ipſorum: cū motu neceſſe eſt. ¶Qui vero mundum aut vnū & ſemper eundem eſſe dicunt: aut vnum quidem ſed non ſemper: īj de motu quoq̃ ſimiliter opinantur. ¶Si igitur contingit aliquando nihil moueri dupliciter: id accidere neceſſe eſt. Aut. n. vt anaxagoras cenſet. Dicit. n. cum omnia ſimul eſſent atq̃ quieſcerent. tempore infinito mentē mouiſſe ac ſegregaſſe. ¶Aut vt empedocles dicit interdum res mouerri interdū quieſcere. Moueri quidem: cū aut vnū ex multis concordia: aut ex vno multa diſcordia facit. Quieſcere vero in hiſce temporibus quę inter hęc media cadunt. dicit enim hoc modo.

1

2 opinio prima

opi. ſcđa

Tertia

Quarta

2

Verſus Empedoclis

Nam quo de multis naſci conſueuerit vnum
Atq̃ iterum ex vno generato plura renaſci
Hoc fiunt fixumq̃ ſibi non permanet æuum
At quo mutantᷣ nunq̃ ceſſante recurſu
Hoc ſic perpetuo ſtabilem verſantur in orbem.

3 Vtilitas huius

¶Cum enim dicit. At quo mutantᷣ nunq̃ ceſſante recurſu: id empedoclem arbitrandum eſt intelligere: hinc inquam illuc & illinc huc fieri motū. ¶Cōſiderandū eſt igitur de hoc quonā modo ſe habet. Eſt enim operepręcium hanc perſpicere vnitatem: & non ſolum ad naturalem 3

contemplationē ſed & ad eam doctrinam quę circa principiū primum verſatur vehementer
4 conducit. ¶ Ex his aūt ordiemur, quę prius a nobis in libris naturalis ſcientię ſunt definita. 4
Dicimus itaq; motum ipſius mobilis hoc actum eſſe, quo mobile eſt neceſſe eſt ergo res ens Suppō.
eſſe, quę vnoquoq; motu moueri poſſunt, & ſine definitione etiam motus quiuis profecto fa
tebitur neceſſariū eſſe id moueri quod ſingulis motibus moueri poteſt, ceu alterari quidē id
quod eſt alterabile, ferri aūt id quod loco mutabile eſt. Quare ſit antea cōbuſtibile q̄ combu=
5 ratur, & cōbuſtiuū antea q̄ cōburat oportet. Igitur & hęc ipſa neceſſe eſt aut ſi non erant ali=
6 quando facta eſſe, aut perpetua eſſe. ¶ Si igitur vnūquodq; mobiliū ac motiuorū eſt factum, 5
neceſſe eſt ante motum acceptū aliam mutationē motumq; fuiſſe. Quo quidem ortum id eſt, Cōcluſio
7 quod aut moueri, aut mouere poteſt. Sin ſemper erant, motus tamen non erat, abſurdū & ex Rō pria Cōfirma
ſeſe quidē ſi animaduertat videtur, magis tamen ſi proficiſcamur, vlterius hoc neceſſe eſt eue tio
nire, nam ſi quędā ſunt mobilia, quędam motiua, & interdum eſt actu quid primū mouens, &
aliquid quod mouetur interdum nihil, ſed quieſcit, hoc prius mutetur oportet. Erat eñ aliqd
cauſa profecto quietis, quies enim eſt priuatio motus. Quare ante primā mutationē mutatio
8 prior erit. ¶ Nam quędā vnice, quędam & motibus cōtrarijs mouēt. Ignis namq; calefacit ſed 6 Euaſio
non frigefacit, at ſcientia vna cōtrariorū eſſe videt̄ illic etiā ſimile quid eſſe videt̄. Nam fri= platonis
gidum verſum quodam modo atq; abiens calefacit, ſicut & hiſce qui ſcit peccat ſua ſponte, 7
cum econtra ſcientia vtitur. ¶ Verum ea quę agere aut mouere, & ea quę pati aut moueri Repellit
poſſunt, non omnino hoc poſſunt, ſed ſi ſic ſe habent atq; ad propinqua ſibi euadunt, quare euaſio Primo
cum id fuerit, aliud mouet aliud mouetur, & cum id euenerit vt aliud ſit mobile aliud moti= Secundo
9 uum. Si igitur non ſemper mouebatur non ita ſeſe habebant, vt alterum mouere, alterum mo= 8
ueri poſſit vt patet. Sed alterum ipſorum mutari oportebat. In his enim quę ſunt ad aliquid id Iam for=
accidere neceſſe eſt, veluti ſi duplum non erat, & nunc duplum euaſit. Si non vtrunq;, alterum mat rōem
10 ſaltem mutatū eſſe neceſſe eſt. Erit ergo quędā mutatio prior prima. ¶ Inſuper quonā modo ad princi
prius atq; poſterius erit, ſi non ſit tempus, aut tempus ſi non ſit motus. Quod ſi tempus nume= pale Cōfirmat
rus motus, aut quidā ſit motus ſi tempus eſt ſemper & motū perpetuū eſſe neceſſe eſt. At de tē 9
ſ.Platonē pore vniuerſi pręter vnum conſentire videntur. Omnes enim tempus inquiunt ingenitū eſſe Secūda ra
atq; per hoc Democritus impoſſibile eſſe demonſtrat omnia eſſe facta, tempus enim dicit nō tio princi
eſſe ortum. Plato vero ſolus ipſum ortum eſſe ait etenim vna cum cœlo dicit ipſum ortum fu= palis
11 iſſe, cœlumq; factum aſſerit eſſe. ¶ Quod ſi impoſſibile quidem eſt tempus eſſe ac intelligere 10 alia rō ad
ſine nunc ipſo. Nunc autem ipſum medium eſt quoddam principij ſimul finiſue ſubiens rati= idem
onem, principij quidem futuri, finis vero tranſacti, tempus ſit ſemper profecto neceſſe eſt, vl=
timum namq; temporis eius quod ſumptum extremum eſt in aliquo ipſorum nunc erit. Nihil
enim in tempore pręter nunc ipſum accipi poteſt. Quare cum ipſum nunc principium ſit atq;
finis, citra ipſum, ac vltra, tempus ſit ſemper neceſſe eſt. At ſi tempus ſemper eſſe neceſſe eſt,
patet & motum neceſſario ſemper eſſe. Quippe cum tempus affectus ſit quidam ipſius motus
12 vt patuit. ¶ Eadem erit ratio & qua motum corrumpi non poſſe probabitur. Nam vt ſi motus 11 Motū nō
ortus eſſe dicatur, fit vt prima mutatione ſit aliqua prior, ſic hic fiet vt vltima mutatione po= deſinere
ſterior aliqua ſit. Non enim moueri deſinet, & eſſe mobile ſimul, ceu comburi, & combuſtibi
le eſſe. Eſſe namq; combuſtibile poteſt, & non comburi, nec item deſinet ſimul mutatiuum &
mouens eſſe. Et ipſum autem corruptibile corruptum fore oportebit, cum corrumpitur, &
13 poſt hoc rurſus id quod huius eſt corruptiuū. Corruptio namq; mutatio quędam eſt. Quod ſi
hęc fieri non poſſunt, patet motum perpetuum eſſe, & non aliquando eſſe, aliquādo non eſſe.
14 Etenim ita dicere potius ſimile eſt figmento. ¶ Et item dicere ſic eſſe aptum, atq; hoc opor= 12
tere principium eſſe putare. Quod quidem Empedocles dixiſſe videtur, rebus inquam com= Cōtra em
petere neceſſario, vt nunc concordia, nunc diſcordia vincat, ac eas moueat, in medio vero pedocl. Contra
15 tempore quieſcant. Fortaſſe etiam & hi principium vnum faciunt vt Anaxagoras hoc dixe= anaxag.
runt modo. At vero nihil eorum quę natura ſecundumq; naturam fiunt ordine vacat, natura Ratio
namque vniuerſis eſt ordinis cauſa. At infinitum nullam rationem habet ad infinitum;
Omnis vero ordo ratio eſt. Infinito autem quieſcere tempore, deinde aliquando mo=
ueri, huiuſque differentiam nullam, cur nunc magis quam prius, nec vllum ordinem
eſſe, non eſt profecto ipſius opus naturę. ¶ Nam id quod natura fit, aut ſimpliciter ſeſe Cōfirma tio.
habet, vt ignis ſurſum natura fertur, & non interdum ſurſum interdum non ſurſum, aut ra=
tionem habet, ſi non ſimpliciter ſe habet, eodemq; modo. ¶ Quo circa pręſtabilius eſt rem 13 Cōpara= tio opi.

ita ſeſe habere vt Empedocles,& ſi quis alius ita dixit:interdū inqꝫ quieſcere:interdū moueri.
Tale enim ordinē iam quendā habere videtur,verum & eum qui ita dicit,nō ſolum id dicere
ſed ipſius cauſam etiā afferre,& non ponere neqꝫ cenſere vllā ſine ratione ſententiā, ſed aut
inductionē aut demonſtrationē afferre oportet. Ipſa enim quę ſunt ſuppoſita non ſane cauſę
14 ſunt,neqꝫ hoc erat cōcordię vel diſcordię eſſe, ſed illius quidē cōgregare, huius diſgregare
Cauillus officiū eſt.¶ Quod ſi inſuper aſſignauerit ipſum interdū dicendū eſt & in quibus ſic fit, ceu
ꝑ Emp. Repellit eſſe apud nos aliquid quod cōgregat hoīes amicitiā inqꝫ, & eſſe etiā aliquid quod inimicos
15 ſeiungit,inimicitiā inquam.Hoc enim & in ipſo toto eſſe ſupponit.In quibuſdā enim ſic eſſe
Cauill⁹ al videtur,per ęqualia vero ita fieri tempora alicuius indiget rationis.¶Omnino aūt hoc prin-
ter ꝑ Em, cipiū ſufficiens eſſe putare,ſemper inqꝫ eſſe ſic,aut fieri,non recte ſeſe habet, ad quod Demo
Reijcitur. critus cauſas naturales reducit ſic inquiens & prius fiebat.Ipſius aūt ſemper non quęrere prin
cipium cenſet,in quibuſdā hoc recte dicens,in oībus aūt non recte. Etenim triangulus ſuos
angulos duobus rectis ſemper ęquales habet,attamen ęternitatis huius eſt alia cauſa. Princi-
16 piorum tamen quę quidē ſunt perpetua non eſt alia cauſa.Tot igitur a nobis ſint dicta, quib⁹ 16
Rō in op iam patet nullum vnquā fuiſſe vel fore tempus,quando non erat,aut non erit tempus.¶Ea ve
poſitum. ro quę ſunt hiſce cōtraria non eſt difficile ſoluere,nam ex hiſce videbitur poſſe maxime mo-
Prima tum eſſe ortum,& antea nunqꝫ fuiſſe.Primo q̄a nulla mutatio perpetua eſt, omnis nanqꝫ mu-
Secunda tatio ſuapte natura e quopiā ad quippiā eſt.Quare mutationis omnis finis ſint ea contraria in
ter quę fit,& nihil in infinitū moueat̄ neceſſe eſt. ¶ Deinde videmus id poſſe moueri, quod 17
neqꝫ mouetur,neqꝫ motū in ſe vllum habet, quod intueri licet in expertibus animę quorum
Tertia neqꝫ pars vlla,neqꝫ totum mouetur,ſed q̄eſcentia aliquādo mouentur, at oportebat aut ſemꝑ
aut nunqꝫ moueri,ſi non oritur primo motus,ſed ſemper erat. ¶ Multo aūt magis hoc in ip-
ſis animantibus patet nullus enim interdū in nobis eſt motus ſed quieſcimus, & tamen aliquā
do mouemur,& fit in nobis a nobis ipſis pricipiū motus, etiā ſi nihil prorſus extrinſecus mo-
uerit.Hoc enim expertibus animę fieri ſimiliter non videmus, ſed ſemper aliq̄d aliud eorū
quę ſunt extra ipſa nimirū mouet,animal aūt ipſum dicimus ſeipſum mouere, quare ſi aliquā
do omnino quieſcat,fiet in ipſo ſane immobili motus a ſeipſo,& nō ab vllo externo. Quod ſi
id in animali fieri poteſt, quid prohibet vt in vniuerſo etiam idem fiat. Nam ſi in paruo fit
17 Reſpon- mundo & in magno etiam fiet,& ſi in iſto,& in infinito etiam fiet,ſi modo fieri poſſit vt infi
ſio ad pri nitum totū moueat̄ atqꝫ quieſcat. ¶ Horum igitur id quod primo eſt dictū, eum inquam non 18
mam. eūdem ſemper,vnumqꝫ numero motum eſſe quo ad oppoſita itur, recte admodū dicitur.Hoc
enim fortaſſe neceſſariū eſt,ſi fieri nequeat vt ſemper is vnus idē qꝫ ſit motus, qui vnius eiuſ-
demqꝫ mobilis eſt. Dico autem vtrum vnus idemqꝫ ſit ſonus vnius cordę quę ſimiliter ſeſe ha
bet,atqꝫ mouetur,an alius atqꝫ alius ſemper,verū tamen vtrouis modo id ſeſe habeat nihil ob
ſtat,vt hoc motus aliquis idem ſit quo continuus atqꝫ perpetuus eſt,atqꝫ hoc per ea quę poſteri
Ad ſcdam us dicentur,magis patebit.¶Moueri aūt quippiā quod prius non mouebatur non eſt abſurdū
ſi nunc adſit,nunc non adſit id extremū quod illud mouet. Hoc tamen quęrendū eſt.Quo nā 19
ſit pacto idem inquam ab eodē motiuo nunc moueri,nunc non moueri.Nihil enim aliud du-
Ad tertiā bitat qui id dicit qꝫ cur non ſemper alię rerū quieſcunt,alię mouentur.¶ Maxime vero tertiū 20
illud dubitationē habere videbitur,propterea quod fit motus nullo alio pręcedente, id inqꝫ
ipſum,quod in animantibus fieri ſolet,nam animal prius quieſcens poſtea mouet̄ ac ambulat
a nullo vt videtur externo motu impreſſo. Hoc aūt eſt falſum. Cernimus enim ſemper aliq̄d
eorum quę natura inſunt in animali moueri.Huius aūt motus cauſa non animal eſt,ſed ipſum
fortaſſe cōtinens,at animal ipſum ſeipſum mouere dicimus,non omni motu, ſed eo qui ad lo
cum accomodat̄,nihil igitur prohibet,quin potius fortaſſe neceſſariū eſt, complures a con-
tinenti in corpore fieri motiones, & harū non nullis mentem vel appetitū moueri. Hęc vero
totum iam animal ipſum mouere,quale accidit circa ſomnos,Nam tametſi nullus tūc ſenſiti-
uus in animalibus ineſt motus,ineſt tamen aliquis motus,& animalia rurſus expergiſcuntur.
At enim hęc per ea quę ſequuntur patebunt.

Explanatio textus.

Pręluſerat in ſeptimo non eſſe infinitatem in mouentibus, agit hoc libro de infinitate primi motus & motoris.

I. quęritur an motus ſit ęternus vel inceperit eſſe. Nam omnes naturaliter loquentes admittunt motum eſſe, ſine quo non fit generatio vel corruptio.

II. Prima poſitio eſt antiquorũ ponẽtium infinitos
Antiqui mundos cõtinue genitos & corruptos, & hi motum
ponunt perpetuũ, ſcḋa poſitio fuit põẽtiũ vnũ mũ
dum ſed ꝑpetuũ, aut etiã nõ ꝑpetuũ, hi oẽs motũ prę
Anaxag. ſupponũt, tertia Anaxagorę poſitio mundũ incepiſ
ſe, ſed non interiturũ poſuit em̃ oĩa infinito euo de
Empedo. lituiſſe & quieuiſſe in Chao, quarta poſitio Empedo-
clis q̃ interpolle facit generationẽ & corruptionem
mundi, gñari qdẽ per litẽ, corrumpi per amicitiam.
III. De his ingrere ẽ vtile ad phyſicã & metaphyſicã.
IIII. Quia motus eſt actus mobilis, ideo neceſſe eſt
motiuũ & mobile eſſe ad motũ, ꝓbaẽ inductiue, qa
alteratio prẽſupponit alterabile. &c.
V. Semper fuit motus, ꝓbaẽ qa ſi aliq̃n non fuiſſet
motus, tunc mobile & motiuũ ante fuerũt, vel ergo
mobile incepit eſſe ꝑ gñationẽ. tũc motus fuiſſet añ
primũ motũ, aut mobile fuiſſet ab ęterno, & tunc
ſequiẽ mobile & motiuũ fuiſſent ab ęterno ſine mo
tu, q̃ eſt abſurdũ etiã apud inſcios. Confirmaẽ quia
etiã ſi dixeris illa interdũ quieuiſſe, aliq̃n mota fuiſſe,
adhuc ſtat motũ fuiſſe ęternũ, qa qes eſt priuatio mo
tus, ergo fuiſſent mutata a quiete in motũ per abla-
tionem cauſę, ergo ante motum fuiſſet motus. ſ. ille
quo aufertur cauſa quietis.
VI. Plato in Timęo reſpondit, quod agens natura-
Plato le agiẽ vnico modo, ſed liberũ etiã cõtrarijs, igiẽ pri-
mus motor potuit mouere & facere qeſcere mobile
ſine alia cauſa.
VII. Contra ſolutionẽ ſupponit primo, q̃ tam agẽs
naturale quã liberũ agit vnũ ꝑ ſe & alterũ ſcḋario.
ſicut frigidũ ꝑ antiperiſtaſim aut motũ calefacit, ſe
cundo agẽtia & mouẽtia non poſſunt in actũ, niſi
vt ꝓpinqua & q̃ſi de nouo diſpoſita ad effectum
VIII. tunc ſic argumẽtaẽ. Si ea quę erant poſſibilia
mouere & moueri, antea ſempiterno tp̃e non moue
bant, igiẽ non ceperũt mouere & moueri ſine noua
mutatione. Confirmaẽ q̃ non poteſt cõſurgere no
ua relatio niſi cõſurgat noua mutatio in fundamẽ-
to, ergo ante primũ motũ precẽſſit mutatio, q̃ mo-
tiuum & mobile adinuicem ceperunt referri.
IX. Pręterea tp̃s eſt ęternũ, ergo & motus tenet cõ-
ſequẽtia qa tp̃s eſt numerus motus, antecedẽs patet,
Plato qa eſt cõmunis cõſenſus oĩm dempto Platone, vnde
Democr. ob hoc Democrit⁹ dixit ĩpoſſibile eſſe oĩa eſſe facta
X. tempus eſſe ęternũ ꝓbaẽ, qa tempus non poteſt
eſſe ſine nunc, ſed nunc eſt mediũ pręteriti & futuri,
ergo ſemper aliqd tẽporis prẽfuit quocũq; tp̃e dato
XI. Per idẽ ꝓbaẽ motũ nõ deſinere, patet qa deſinẽ
te motu vel manẽt ꝑpetua motiuũ et mobile vel nõ
ſi manẽt, redit prius abſurdũ cur nõ motũ faciãt. Si
non, ergo alterũ eorũ corrumpeẽ, & ſic poſt motum
erit motus, Eſt ergo perpetuus motus, nam oppoſi-
tum dicere eſt figmento ſimile.
Empedo. XII. Empedocles & Anaxagoras male dixerũt mun
Anaxag. dum incepiſſe, nã Empedocles abſq; rõe dicit amici
tia diſſolui mundũ tanto tp̃e, & inimicitia rurſus
Anaxag. ſegregari. Contra Anax. qa nihil ꝑ naturã cõſtitutũ
eſt inordinatũ, infinito tp̃e qeſcere & finito moue
ri eſt inordinatũ, cũ nulla ſit rõ, cur magis iã moue-
atur q̃ prius, ideo non eſt opus naturę. Confirmaẽ
quia opus naturę ſemper habet ſe eodẽ modo, aut ſi
aliter ſe habet, hoc eſt propter rationem.
Empedo. XIII. Sentẽtia Empedoclis eſt rõabilior quã Anax.
Anaxag. patet qa ſeruat ordinẽ, nihil tñ valet, quia Empedo-
cles nullam rationẽ aſſignat dicti ſui.
XIIII. Si ꝑ Emp. aſſigneẽ rõ, qa ſicut eſt in parte, ita
in toto, modo amicitia cõgregat hoĩes, & inimici-
tia diſgregat, hoc non valet quia non aſſignat ratio-
nem cur fiat per ęqualia tempora.
XV. Neq; valet dicẽdo, q̃m ſempiternorũ non ſit
cauſa, ſicut & Democrit⁹ reduxit oĩa in cauſas ęter Democri.
nas, patet quia aliquorum ſempiternorum eſt cauſa
vt probat in triangulo.
XVI. Tres fiũt rões ꝑ inceptiõe motus. Prima oĩs
motus eſt de termino in terminũ, & oĩe habẽs ter-
minũ eſt finitũ, ergo & motus, ſcḋa alia poſſunt poſt
qetẽ incipere moueri, ergo & mũdus, tertia qa ani-
mans poteſt ex ſe incipere moueri, nullo extrinſeco
accedente, ſi ergo hoc poteſt paruus mundus, qd hoc
ꝓhibet in magno mundo, vt poſt lõgã qetẽ Anaxa
goriã, mũd⁹ ſeipſum moueat, verba patẽt trãſlatiõe.
XVII. Diluiẽ priã qa motus q̃ eſt de cõtrario in cõ-
trariũ eſt finitus, ſicut eſt alius & alius ſonus chordę
ictę, ſed pter hũc eſt alius motus pennis, q̃ eſt finitus
q̃ntitate, infinitus duratiõe, ſcḋa diluiẽ qa iſta inci-
piunt motũ extrinſecus agitata & mota, tertia di-
luitur, qa licet ambulationẽ non p̄cedat aliqs mot⁹
exterior, tñ ſemp in natura p̄cedit aliqs motus inte
rior aĩalis, ſimiliẽ aer q̃ nos circũdat, cœleſti poteſtã
te alterat⁹, poteſt occulte aĩal ĩcitare ad motũ. ſ. mo
uẽdo mentẽ aut appetitũ, & hoc patet ĩ dormiẽtib⁹

Annotatio in textum.

Altã & ſubtilẽ hic Ariſt. attigit quęſtionẽ de mundi Ariſtot.
ac motus initio. Nã & Plato & Anax. & Emp. po- Plato
ſuerũt mundũ incepiſſe, q̃uis diuerſis ſentẽtijs, vt ex Anaxag.
tex. liquet, at qa Ariſt. & Auerroys oĩm legũ depra- Emped.
uatoris ſentẽtia noſtrę fidei religionẽ ledit, ideo in Ariſtot.
pte ſcholaſtica rões eorũ nõ neruoſas aperiemus. Auerroys
1. Quęſtio nõ eſt de motu in genere, vt Arabes Al- Arabes
pharabi⁹, Auicenna & Auenpache hiſpani, voluerũt Alphara.
q̃ reputauerũt illã q̃ſtionẽ ob id eſſe mancã, ſed acci Auicenna
piẽda eſt q̃ſtio de motu in ſpecie. ſ. de motu cœleſti. Auenpac.
2. Empedoclis carmina hic trãſlata, in q̃bus ponit du Emped.
os modos q̃bus res fiunt, vnus ſegregatiõe q̃ fit vni
uerſum, ptes vero ſingulę fiunt cõgregatione.
4. More Geometrarũ, ait Philoponus, Ariſt. hic prę- Philopo.
mittit ſuppoſitionẽ, in. iij. huius declaratã. Auerr. hic Auerroys
ſuę legis hoĩes, hoc eſt ſarracenos improbat, eo q̃ ad
mittãt ex nihilo aliqd fieri, qd Chriſtiani affirmatiſ
ſime credimus. Eodẽ pacto aduerſaẽ ſuę legis hoĩbus
in hoc. qd poſuerũt deũ infinito tempore nihil mo
uiſſe, vnde Tho. hic in vtroq; acerrimis rationibus Thomas
inuehitur contra Auerr. Auerroys
12. mirã Ariſt. induſtriã, ingeniũq; pſpicax, qd ea quę Ariſtot.
ſenſu nõ expiremur, admittere noluit, niſi eſſet rõe
ſuaſa, abſurdũ em̃ cenſuit, qd ratio non cõprobauit
Platoni & reliq̃s ĩ hoc diſſimilis q̃ multa prẽter rati Plato
onem aliunde accepta in medium expoſuerunt.
14. per ęqualia tempora fieri, alicuius indiget rati-
onis, hoc dicit qa Empedocles ambo tp̃a poſuit fini Empedo.
ta. ſ. motus mũdi & qetis, nam vtrũq; tp̃s cõſtituit
36000. annorũ, obijcit ergo Ariſt. tu non dicis ratio- Ariſtot.
nem, quare motus duret 36000. annis & viciſſim eq
li tp̃e qes mundi. Digrediẽ hic Auer. contra ſuę legis Auerroys
hoĩes & Theologos, at hęc in q. tractabuntur.
16. Celebris hic citaẽ ex Ariſt. ſentẽtia, hoĩem eſſe μι Ariſtot.
κροκοσμον paruũ mundũ, vti cõtra plures appellãt
mundũ magnũ hominẽ, & q̃uis plura in hoĩs digni

catē a noſtris adferant, huic tñ̄ inſtituto ſolum illud
Picus mirificū Pici in Heptaplo adferā, nā hōiem eſſe mi-
norē mundū ſic aperit. Cogitemus inqt in hōie tres
partes, ſupremā caput, tū quę a collo ad vmbilicū ꝑ
tendit, tertiā quę ad pedes extendit, hę tribus parti-
bus mundi reſpondēt. Eſt in capite cerebrū fons co-
gnitionis. Eſt in pectore cor fons vitę & motus, ſunt
in poſtrema parte genitalia membra, generationis
principiū. Itidē in mundo ſuprema ꝑs angelica fons
eſt cognitionis. Pars media, quę eſt cœlū, eſt principi
um vitę motus & caloris, in qua ſol ſicut cor in pe-
ctore dn̄atur, immo ſol cœli cor ſępe appellat. Eſt in
fra lunā, qđ oībus notū, gn̄ationis corruptiōiſq; pri
Celius cipiū, hęc Picus, poſt eū refert Celius li. 1. antiquarū
Picus lectionū, quis tacito Pici laudatiſſimi noīe. Addit
Celius tñ̄ idē Celius, hominē etiā quartū mundū appellari.
Themiſt. 1 >. quō motus interior prior ſit exteriori aīalis The
miſt. hic aperit, qm̄ calor naturalis agēs in humores
areſcit, cōſumit nutrimentū ideo mouet ad ſitim ad
famē, ad excretionē, ad ſputū. &c̄. Cōferre tñ̄ magnā
Ariſtot. vim Ariſt. cœlo videt, qđ nos ita occulte immutet,
at hęc libro diſputationū Pici cōtra aſtrologos.

Explicatio ſcholaſtica
An motus ſit æternus?
Articulus. I.

Nota. I. quō ęternū, euū, & tēporale diſtinguant di
ximus li. iij. Quibus adde ſemper eſſe trifariā accipi,
primo ꝑ eſſe omī tp̄e, ſcđo ꝑ cōtinuo ſeu perpetuo
Auguſt. tertio ꝑ ęterno. Primo modo vſurpat A. Aug. xij. de
ciuit. dei c. xv. Semper fuerūt angeli, qa omī tēpore
fuerunt, ſimilit deus ſemꝑ fuit dn̄s, omī tp̄e, & tamē
non fuit dn̄s ab ęterno, qa creaturę non fuerūt ęter-
nę, ad quas refert dominiū ita & motū ſemper fuiſſe
Alexan. cōcedendū eſt & tēpus & cœlū, ſic Alexandrū dici-
mus ſemper fuiſſe bellicoſū, qa non vno aut altero
die, ſed oībus diebus quibus vixit; at tertio modo
cōmuniter in pręſentia accipitur.
Arim. diſ. Nota. II. quod ethnici circa quęſtionē diſſiderunt
1. q. 1. ſcđi. inter ſe & a veritate fidei. Nam primo veritas fidei
vide li. 1. tenet mundū creatū ex nihilo, contra ethnici nihil fi
de cœlo eri ex nihilo autumabant, an aūt mundus inceperit
c. vlt. necne, diſſecti ſunt inter ſe. ¶ Vnde vt Ariſt. exem-
Ariſtot. plariter tangit. 1. Top. quęſtio de mundo an ſit per-
petuus, eſt ꝓblema neutrū. Vnde naturaliter loquē
do ſenſus magis conuenit illius perpetuitati, teſti-
Ariſt. monia vero nouitati. Nam Ariſt. primus inter grę-
Chaldei cos cepit ꝓblema de mundo cōtorquere ad perpetu
Nyphus itatē, qđ ante ipſum Chaldei fecerant ait Nyphus, cū
Ægyptij alijs oībus antiqoribus & Ægyptijs placuerit noui-
tas. At exponamus pugnantes ethnicorū in tenebris
more andabatarum ſententias.
Anaxag. I. Anaxagoras dixit oīa per infinitū tēpus ſimul fu-
iſſe cōfuſa & qeuiſſe, per intellectū vero diuinū ſeu
mentem fuiſſe ſegregata.
Democri. II. Democritus & Leucippus, oīa fuiſſe ab ęterno
Leucipp⁹ cōfuſa, & inordinato motu agitata, fortuito tñ̄ in
ordinē redacta mūdū cōſtituerūt atoma corpuſcula.
Plato III. Plato in Timęo parū ab his differt, dicit em̄ deū
vltramundanū opificē mundi, ęternū exemplar ſuū
exprimendo redegiſſe in ordinē Chaos temere agi-
tatū, ethera ſurſum ſuſpendēdo, & terrā in ima detru
dēdo. aerē vero & aquā in medio collocando, adde
quę dicit in verſ. Idcirco imaginē, &c̄. Dignus eſt Ti
męus inter oēs dialogos a Chriſtiano homine legi.
IIII. Empedocles mundū ſępius mutari generari atq;
Empedo. corrūpi cenſuit, vt in textu vides, & cōtra Empedo-
Auguſt. clē Aug. diſputaſſe videt li. xij. de ciui. dei. c. xi. Con-
tra Platonē & Pythagorā eo. li. c. xiij.
Plato Nota. III. Ariſt. voluiſſe mūdū ęternū, & motū ęter
Pythago. num, neq; motus aut primū mobile aliter potuerit
Ariſtot. emanare a deo quā per tranſmutationē. Io. Vrachi⁹
D. Ioānes medicus meus in philoſophia pręceptor, hic aſtruxit
Vrachius differre iſta. ſ. ponere in lumine naturali, & natura-
liter. Cū em̄ omē verū vero cōſonet, lumē naturale
nō poteſt falſum oſtēdere, qm̄ lumē naturale lumini
ſupnaturali nō aduerſat, ideo nō eſt cōcedendū Ari.
Ariſtot. dixiſſe mundū eſſe ęternū in lumine naturali. At na-
turaliter aliqd dicimus, quantū ſenſus experit, & rō
inueſtigat, vn̄ Ariſt. admittimus naturalit locutū in
hac materia. Reperi hoc idē Friburgi in Chartuſia,
& placet mihi iſte modus loquēdi, quis effrene refra
ganti nō adeo obſiſtā, qm̄ diſputatio de noībus eſt
ꝑtinacib⁹ reliquēda ait iurecōſultus. ¶ Adde qđ pul
Iurecōſul chre hic poſuit Vueſalia, quē ſeqtur (vt ſolet) Vſing.
tus. qm̄ ex pricipijs nō repugnātib⁹ nō ſequunt oppoſi-
Vueſalia tę cōcluſiones. Et principia naturalis rōis & luminis
Vſinger nō repugnāt principijs Theologicis, ideo qđ verū eſt
in Theologia etiā verū eſt in philoſophia. Quare nul
lum falſum debet cōcedi in philoſophia, quę eſt ſtu-
diū veritatis, alias cōſtaret ex falſis. Et qa aliq prin-
cipia Ariſtotelica ſunt falſa, ideo nō ſunt principia
philoſophię, ſed rōis errātis, de qb⁹ art. argumētatio
Nota. IIII. ꝓ veritate Chriſtiana q̄ exuperat oēm
ſtultā ſapiētiā philoſophorū. Deū feciſſe mundū ſim
plici creatiōe ex nihilo, nō gn̄atiōe, vt falſo arbitra-
tus eſt Ariſt. Vnde qttuor poſuit Damaſcenus & Al-
Damaſce. bert⁹ poſt veteres cōęqueua. ſ. angelū, materiā, cœlū
Albertus & tēpus, tp̄e ſatis exprimit motus. ¶ Adde qđ. D. O.
M. mundū creauit nō natura, ſed volūtate & intelle
ctu, volūtate qdē nō noua: ſed antiq: immo ęterna. In
tellectu vero vt p̄cōcipiēte: mens eſt Aug. vbi ſupra
Auguſt. c. 14. ¶ Adde qđ abſolutū eſt pri⁹ relatiuo: deus antea
fuit deus quā creator. Et qđ in deo idē eſt agere: egiſ-
ſe. &c̄. quę remitto ad Theol. vide Sco. qd faciāt ver
ba diuerſorū temporū dicta de deo diſ. 9. & diſ. xl.
Scotus. primi: nam hęc vltra crepidam.

Articulus. II.

Cōcluſio Motus nō eſt ęternus, nō ꝓbo rōe, ī obſe
quium fidei captiuet intellectus vt p̄cipit apſ̄us, patet
Paulus hoc Gen. 1. ī pricipio creauit de⁹ cœlū & terrā, & ali
Moſes us philoſoph⁹ ait. Ipſe dixit & facta ſunt, mandauit
Dauid & creata ſunt, terti⁹ philoſoph⁹ ait oīa ꝑ ipm facta
Ioannes ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil. Vn̄ valde mirandū
Ariſtot. eſſet, ſi mūd⁹ fuiſſet ab ęterno, qđ Ariſt. prius cōpleſ
ſet logicā. Magnū em̄ ſignū inceptiōis mūdi eſt īcre
mentū ſciētiarū cui⁹ faſtigiū expimur nr̄o ſęculo in
q̄ ꝑ totū Chriſtianū orbē in omī ſciētiarū gn̄e ſunt
viri doctiſſimi, qs ſi enumerare vellē: deficeret dies.
Oīno cōgratulādū eſt ſęculo nr̄o & germanię quoq;
tot viris ingenio & eruditiōe pollētib⁹ illuſtratę: ſi-
Eckius ue Theologos: iureconſultos: philoſophos: oratores
aut poetas deſideres: de q̄ ī oratōe nr̄a cōtra grillos

Articulus. III.

Ariſtot. Quoniā Ariſt. poſitio de ęternitate mundi, ſicuti &
eorū qui per circuitū oīa redire arbitrati ſunt, oēm
Auerroys noſtrę fidei religionē euertit, quā impius Auerr. int

ſuperſtitioſos arabes, & in hoc libro, & libro de cœ-
lo ac in libro deſtructio deſtructionū cōtra Algazelē
Algazel acerrimis rōibus defendere nititur. Vt aūt veritas
fidei magis eluceſcat, rationes quibus Ariſt. in hunc
Ariſtot. fuit truſus errorē, explanabimus, quo inuicta veri-
tas fidei, a cauillis philoſophorum tuta ac defenſa
cognoſcatur.
Ariſtot. Prima ratio Ariſt. ponitur hic ex parte motoris &
mobilis ſumpta; Motū incipere poteſt eſſe, aut quia
motor incepit eſſe, aut q̄a prębfuit motor & incepit
mobile, aut quia prębfuerunt ambo & defecit diſpo-
ſitio, aut q̄a nihil horū defecit, ſed motor de nouo
incepit moueri, & mobile moueri. ¶ Si dicis Chriſti
Plato ane ſicut Plato quod deus de nouo egit mundū ſiue
cœlū & cum cœlo motū & tempus. Contra obijcit
Ariſtot. Ariſt. aut deus hęc incepit per naturā aut per volun-
tatem, non per naturā, q̄a ſic ęterno tempore ſterte-
ret otioſus, non per voluntatē & ſcientiā, q̄m ſcien-
tia vna eſt contrariorū, igitur deus potuit hęc facere
& ijs contraria, quare ſi magis hęc fecit, non ob ali-
ud hęc fecit, niſi quia hęc magis amauit & optauit,
non potuit aūt magis hęc exoptare ſine ſui mutati-
Auerroys one vt ſyllogiſmus de noua relatione declarat. Aue.
rationem illam altius excoluit & expoliuit, & no-
uis rationibus confirmauit. Primo ab antiqua vo-
luntate non prouenit nouus effectus ſine mutatiōe
media, nec a voluntate noua, ergo motus non ince-
pit, antecedens probaẗ pro parte prima. Omne agēs
quod nunc agit aliquē effectū & prius non, habet ali
quā proportionē ad effectū, quā prius non habebat,
aliter non magis produceret nunc quā prius, ſed hu
iuſmodi proportio fieri nequit ſine mutatione, igi
tur ante primam mutationem pręfuiſſet mutatio.
Secundo omne agens per voluntatē & intellectū in
agendo effectū nouū apprehendit diuerſa tempora
ſ. tempus pręordinationis & executionis, ſed diuer-
ſitas temporū non eſt ſine motu, igitur. &c. Tertio
a voluntate noua nihil ęternū, ergo & a voluntate
ęterna nihil noui. Quarto poſita cauſa totali poni-
tur & effectus, ſed voluntas antiqua dei requiritur
& ſufficit pro motus productione igitur motū fe-
cit ab ęterno. Quinto. Si voluntas antiqua non pro
ducit effectū quem poteſt, eſt, quia ſibi aliquid defi-
cit, ſed voluntati diuinę nihil defecit vnq̄. Sexto ſi
mus in ipſo nunc productionis, cum ante illud po-
tuit, aut ſemper potuit & voluit, aut ſemper potuit
& non ſemper voluit. Si ſemper potuit & voluit,
ergo ſemper fecit. Si potuit & non voluit, ergo q̄n
produxit mutatur de non velle ad velle. Septimo.
Cum deus illa fecit, aut nouit eadem cognitione il
lud inſtans tunc quā nouit ab ęterno, vel alia. Si ea-
dem igitur vt ab ęterno fuit, ſic ab ęterno fecit. Si
vero alia, iam deus mutabitur. Octauo. Deus & natu
ra de poſſibilibus ſemper eligunt, q̄ melius, ſed mū
dum ſemper eſſe eſt melius, quā aliquando non eſſe,
ergo deus elegit mundum eſſe ęternum. Nono, aut
ante mundū voluit eum deus facere vel non, ſi vo-
luit, & nihil potuit eum impedire, igitur fecit, ſi nō
& poſtea voluit, igitur mutatur. Decimo, ab ęterno
deus ſtetit in ſtatu nobiliſſimo, ergo ab ęterno fuit
cauſa in actu, quoniā eſſe cauſam in actu eſt melius
quam eſſe in potentia.
Ariſtot. Secunda ratio Ariſt. ſumitur ex parte temporis, ſi
tempus incepit vel in ipſo nunc, aut in tēpore, ſi in
tempore, ergo ante tempus erat tempus; Si in nunc
ſed cum nunc ſit finis pręteriti & initiū futuri, ite-
rum erit aliud tempus ante ipſum tempus, ¶ Si di-
cis quod nunc continuatiuum eſt finis pręteriti, ſed
non nunc initiatiuū, modo primū nunc mundi fuit
initiatiuū, non continuatiuū. ¶ Contra non potes
ſic diſtinguere de nūc ſicut de puncto, quia punctus
eſt in permanentibus, nunc in ſucceſſiuis, ſucceſſiua
autem dicuntur quia alijs ſuccedunt. ¶ Secundo re-
plicant captiunculatores, ſi tempus incepit, igitur Captiūcu
verum eſt dicere, nūc eſt, & immediate ante hoc nō latores
erat, ſed cum ante ſit temporis differentia, oportet
tempus aliud ponere ante initium temporis.
Tertia ratio Ariſt. in ſecundo de generatu ſuppo- Ariſtot.
nit primo omne quod incepit, incepiſſe per genera-
tionē, & q̄ deſinit, deſinere per corruptionē, tūc ſic
argumentaẗ. Si mundus incepit, ergo per generati-
onem, omnis aūt generatio eſt ex ente, igitur ante
mundū pręfuit ens, ex quo velut ex materia factus
eſt, ſed cū materia non poſſit eſſe ſine forma, ergo
pręfuiſſet materia & forma.
Reſpōdeẗ ad primā q̄uis F. Maronis voluerit Au- Maronis
guſt. dubitaſſe an ſufficiens theologus poſſit reſpon Auguſt.
dere ſufficienti philoſopho. Dicimus ergo ſolutionē
datam bonā, & ad replicā patet q̄d voluntate & ſci
entia produxit mundum, q̄m quęcunq̄ voluit fecit
Iob. 23. Cum dicis ergo fuit mutatus negaẗ cōſequē Iob
tia, quia voluntate immutabili hoc fecit, quod em̄
de non creatore factus eſt creator hoc fuit ſine muta
tione dei, per ſolā mutationē creaturę. Vnde Augu- Auguſt.
ſtinus vbi ſupra c. 14. pertractans verba Dauid ſecū-
dum altitudinē tuā multiplicaſti filios hoīm pſa. 11.
Valde quippe altū eſt inquit, & ſemper deū fuiſſe, et
hominē quē nunq̄ ante fecerat, ex aliquo tempore
facere voluiſſe, nec conſiliū, voluntatemq̄ mutaſſe.
¶ Ad primū Auer. dico eandē fuiſſe proportionē in Auerroys
deo ab ęterno quantū eſt ex parte eius, ſed quod ex
tempore diciẗ creator, & ab ęterno creatiuus, hoc eſt
ratione creaturę vt late Chriſtiani philoſophi expli- Criſtiani
cant diſ. xxx. primi. Ad ſcdm̄, maior eſt vera de agen philoſo-
te deliberante cum tēpore, deus vnico ſimplici actu phi
oīa intelligit ab ęterno. In tertio negaẗ cōſequētia,
antiqua em̄ & ęterna voluntas eſt perfectior noua,
effectus em̄ non poteſt eſſe antiquior ſua cauſa, quō
temporale poſſet eſſe cauſa ęterni. Ad quartū maior
eſt vera in cauſa naturali, ſed nō in cauſa libera. Ad
q̄ntū, negaẗ aſſumptū primū nō em̄ prius creauit mū
dū, q̄a nō voluit, eſt em̄ diuina volūtas pria cauſa cō
tingētię diſ. 38. primi. Ad ſextū, deus ab ęterno potu
it & voluit ꝓducere mūdū, ſed nō ꝓ ęterno, ſed pro
certo tpis initio Sco. diſ. xxx. primi q. 1. G. Ocha q. v Scotus
q̄t. ſcdi q̄re nulla ē mutatio uolūtatis dei ſed quęcūq̄ Ocham
vult ab ęterno voluit. Potes more Bru. diſtinguere Brux.
illā, de⁹ ab ęterno voluit ꝓducere mūdū, q̄m ab ęter
no poteſt determinare indicatiuū. ſic eſt vera, aut in
finitiuū, ſic eſt falſa, Sueſſa ait. ſemꝑ voluit, ſed non Sueſſa
ꝓ ſemꝑ. Ad ſeptimū, eadē cognitiōe cognoſcit pñ'ti
tia & futura, & negaẗ ſi fuit ab ęterno, ergo fecit.
Ad octauū, deus ſemꝑ facit melius nō ſimpliciẗ, ſed
in ordine Deutronom. 32. dei perfecta ſunt opera, Moiſes
mūdum fuiſſe ab ęterno eſſet melius, dico q̄ illa eſt
mihi dubio, at in mente opificis eſt reconditum,
vtrum ſit melius. Nonum diſſoluitur ſicut ſextum.
Ad decimū, Semper fuit cauſa in actu, quo ad abſo-

lutū illius, ſed non quo ad relatione, tu nega cauſalitatem in actu dare perfectionē deo, æque enim eſſet perfectus deus, ſi nihil creaſſet.

Ad.II. dico mundū incepiſſe in nunc primo initiatiuo, pro tanto, quia prius non fuit, hoc idem de aliis coęqueuis. ¶ Ad primā replicā, licet nunc non ſuccedat alteri priori, tamen alia ſuccedunt ei. ¶ Ad ſorticolas dicitᷣ quod ante importat duratione imaginariam, quę tamen hic negatᷣ, ideo parum refert.

Ad.III. Negando ſuppoſitū quia mundus incepit non per motum, ſed per mutationem Ariſtoteli incognitam. ſ. per creationē, ſeu per ſimplicē emanationem. ¶ Vnde de hoc ait Nyphus. 1. phyſ. mundus anteq; fieret erat poſſibilis, non poſſibilitate in materia, ſed potentia contenta in agente deo, qui eum ex nihilo produxit, & ita mundus habet diſpoſitionem, non quam prehabuit in potentia materię, ſed in potentia primi agentis, & hoc ignorauit Auer.

Ariſtot. Nyphus Auerroys

Primum mouens & primū mobile eſſe ſempiterna. Cap. II.

PRincipiū aūt conſiderationis id erit, qđ fuit & dubitationis. Cur nam aliqua eorū
Pars pria cōpatᷣ ad qetem & motum. quę ſunt interdum mouentur, interdum quieſcunt. Neceſſe eſt itaq; aut vniuerſa 21
ſemper quieſcere, aut vniuerſa ſemper moueri, vt Heraclitus, aut quędam moueri
quędam quieſcere. Et horū rurſus aut ea quę mouentur ſemper moueri, & ea quæ
1 quieſcunt ſemper quieſcere, aut vniuerſa eſſe apta ſimul vt moueantᷣ atq; quieſcāt
Queſtio aut id eſſe quod reſtat, atq; tertiū eſt. Eorū inq; quę ſunt alia ſemper immobilia eſſe, alia ſem-
per moueri, alia vtrunq; moueri inq; atq; quieſcere poſſe, quod quidem a nobis dicendū eſt,
hoc enim eorum oīm quę dubitantur ſolutionē habet & huiuſce noſtrę tractationis eſt finis.
2 ¶ Vniuerſa itaq; cenſere quieſcere & huius quęrere rationē ipſum poſt habendo ſenſum im- 22
Cōcluſio becillitas eſt profecto mentis ac hebetudo, & de toto quodā ſed non de parte quadā eſt cōtro-
Prima uerſia, neq; ſolum eſt aduerſus philoſophū naturalē, ſed aduerſus etiam omnes ſcientias vt ſim
autoritas pliciter dicam opinioneſq; omnes; propterea ꝙ omnes motu vtuntur. Pręterea vt inficiatiōes
Secunda principiorū in rationibus mathematicis non ad ipſum mathematicū pertinet in cęteriſq; ſimi
Tertia p̄batio. li modo. Sic neq; id ipſum refellere quod nunc eſt dictum ad naturalē philoſophū attinet, eſt
3 enim apud ipſum hoc ſuppoſitio, naturā principiū motus eſſe. ¶ Aſſerere aūt cuncta moueri
Cōcluſio eſt quidem fere falſum, at minus ſcientię naturalis fines egreditur. Quanq; enim in naturali
bus poſita eſt natura motus principiū & quietis. Tamen motus naturale magis eſſe videtur. 23
atq; inquiunt quidā non eorum quę ſunt alia non moueri, ſed vniuerſa ſemperq; moueri, non
tamen videri, ſed latere id noſtrū ſenſum. Quibus & ſi non diſtinguunt quonā motu an oībus
dicant non eſt difficile occurrere, falſamq; hanc ſententiā eſſe oſtendere, fieri enim non po-
probatᷣ in teſt vt incrementa continue vel decremēta ſuſcipiantur. Sed eſt & medium ipſum, eſt aūt hęc
accretiōe. ſententia perſimilis ei quę eſt de conſumptione lapidis a gutta, & de diuiſione ſaxorū cum a
plantis quę inde pullulant diſcindunᷣ. Non enim ſi tantum pepulit planta, aut abſtulit gutta
& dimidiū in dimidio temporis pepulit aut abſtulit prius, ſed vt in nauis fit tractu, ſic & tan-
tum tot guttę mouent. Pars aūt ipſarum nullo in tempore tantū mouet, atq; diuiditᷣ quidem
id quod eſt ablatū plures in partes. Attamen illarū nulla ſeorſum eſt mota ſed totum ſimul eſt
motum. Patet igitur non neceſſariū eſſe ſemper aliquid abire, quia diuiditur in infinita de-
probatᷣ in alteratiōe cretio ſed totum interdū abire. Similiter & in quauis alteratione dicendū eſt. Non enim ſi id
quod alteratur in infinitū eſt diuiſibile, ideo & alteratio fit ſimul per partes, ſed perſępe fit vt
congelatio. Pręterea cū quiſpiā ęgrotauerit neceſſe eſt tempus in quo ſanabitur fieri, & non
in temporis fine mutari, atq; ad ſanitatē & ad nihil aliud mutetur neceſſe eſt. Quare alterari
continue dicere rebus eſt perſpicuis admodū aduerſari. Alteratio enim ad contrariū eſt tran-
probatᷣ in latione ſitio, lapis etiam neq; durior fit neq; mollior. Atq; de latione mirabile, eſt profecto ſi lapis la 24
tuit deorſum ferri aut in terra manere. Pręterea terra, cęteraq; ſingula corpora neceſſario ſu
is in locis manent. Ex his aūt violenter mouentᷣ, quod ſi quędā ipſorum ſunt ſuis in locis, neq;
4 loco omnia moueri neceſſe eſt. ¶ Ex his igitᷣ atq; ſimilibus alijs crediderit quiſpiam fieri non
Cōcluſio poſſe vt aut omnia ſemper moueanᷣ, aut omnia ſemper quieſcant. At vero neq; fieri poteſt vt
alia ſemper moueantur, alia ſemper quieſcāt, & nihil interdū moueatur interdū quieſcat, atq;
dicendū eſt, vt antea dicta eſſe non poſſunt, ſic & hęc eſſe non poſſe, videmus enim dictas mu
tationes fieri in eiſdem, & inſuper is qui contendit rebus profecto manifeſtiſſimis aduerſatᷣ.
Neq; enim accretio, neq; violentus motus erit profecto, ſi nō pręter naturā mouebitur, prius
quieſcens. Pręterea generationē hęc ſententia corruptionēue tollit, pœne aūt & ipſum mo-
ueri fieri quoddā vniuerſis & corrumpi videtur. Ad quod enim quippiā mutatᷣ, id fit aut in 25
hoc. Ex quo vero mutatur in id corrumpitur aut hinc. Quare perſpicuum eſt rerum eſſe non
nullas quę mouentur interdū atq; quieſcunt. Omnia aūt interdū moueri interdum quieſcere

26 cenſere, hoc iam ad olim dictas rationes eſt adiungendum. ¶Principium autem idem curſus quod prius fecimus: poſt hęc eſt ſumendum quę modo determinauimus. Aut enim vniuer 5 Repetitiõ
ſa quieſcunt, aut vniuerſa mouent̃, aut quędam quieſcunt, quędam mouentur. Et ſi quedã eo= ſuperiorũ
rum quę ſunt quieſcunt: quędam mouentur aut cuncta nunc quieſcant, nunc moueantur: aut alia ſemper quieſcant: alia ſemper moueant̃, alia interdum moueantur interdum quieſcant neceſſe eſt. Impoſſibile igitur eſt cuncta quieſcere dictum quidem & prius eſt: dicamus autem & 6
nunc id ipſum atq; probemus. ¶ Nam etſi vere res ita ſe habet vt quidam inquiunt: id Corollariũ contra
quod eſt infinitum eſſe atq; immobile: non tantum ſenſu ſic eſſe videtur: ſed eorum quę ſunt cõplura mouentur. Si igitur ſit opinio falſa vel omnino opinio & motus etiam eſt, & ſi ima parm.
ginatio etiam ſit. & ſi interdum ſit: de quibuſdam interdum aliter videatur. Imaginatio em̃ & opinio motus quidam eſſe videntur. ¶Sed de his quidem conſiderare & eorũ quęrere ra= 7
tionẽ quę melius habemus quã ſi rationis indigeremus hoĩs eſt ꝑfecto: male id qđ eſt meli⁹; Excuſatio
& id qđ eſt deterius, id qđ eſt credibile: id qđ nõ eſt credibile: principiũ deniq; & nõ principium diſcernentis. Similiter aũt eſt impoſſibile & omnia moueri: aut alia moueri ſemper: alia 8
quieſcere ſemper. Ad hęc enim omnia vna eſt ſufficiens fides. Videmus em̃ quędam inter= Epilogus cõcluſiõis
dum moueri, interdũ quieſcere quare patet impoſſibile eſſe ſimiliter cuncta quieſcere & omnia continue moueri: Ac alia moueri ſemper alia quieſcere ſemper. Reſtat igitur contemplan Intentio
dum eſſe vtrum vniuerſa talia ſint vt moueant̃ atq; quieſcant an alia quidem talia ſint: alia vero ſemper quieſcant: & alia continue moueantur. Hoc enim iam a nobis eſt demonſtrandum.

EORVM igitur quę mouent, & quę mouent̃: alia per accidens alia per ſe mouent Secũda ꝑs
atq; mouentur: Per accidens quidem ea ſunt in hiſce quę mouent aut mouentur: & mouẽs &
quę per partem. Per ſe autem ea quę mouent aut mouentur: nõ ex eo quia ſunt in hi motũ diſtingui.
ſce quę mouent aut mouent̃, neq; rurſus ex eo quia pars aliqua ſua mouet aut mouetur. ¶Eorum autem quę per ſe mouentur quędam a ſe ipſis: quędam ab alio mo= 9 Diuiſio
tu cientur. ¶Atq; alia natura alia violentia pręter q̃ naturam mouentur. Id enim q̃ a ſe ipſo Subdiuiſio
mouetur: natura ſane mouetur: vt animalium vnumquodq;. Animal enim a ſe ipſo motu ciet̃. Ea vero natura moueri dicimus: quorũ principium motus in ipſis ineſt. Quamobrem totũ qui Subdiuiſio
dem animal natura ſeipſum mouet, Corpus tamen & natura & pręter naturam moueri poteſt. Intereſt enim tali an tali moueatur motu: & ex quo magis elemento conſtet. ¶Eorum autem Subdiuiſio
quę mouentur ab alio quędam natura, quędam pręter naturã mouentur. Pręter naturam terra ſurſum, ignis deorſum. Partes inſuper animalium ſępenumero pręter naturam mouent̃ ob poſitiones motuſq; modos. Atq; maxime quidem perſpicitur id quod mouetur ab aliquo mo 10 Cõcluſio
tu cieri in hiſce quę pręter naturam mouentur, propterea q̃ ab alio moueri patet: poſtea vero quę pręter naturam mouent̃: perſpicitur in hiſce quę natura quidem mouentur: a ſe autẽ ipſis motu cientur. In animalibus inq̃. Non eſt enim obſcurum ſi animal ab aliquo moueatur ſed quonam pacto diſtinguere oportet id quod mouet ipſius: & id quod mouet̃. Nam vt in nauigijs: & in hiſce quę non natura conſtant: ſic & in animalibus q̃ mouet, & quod mouetur diui=
ſum eſſe videtur: atq; hoc pacto totum ipſum animal ſeipſum motu ciere. Maxime vero dubi dubitatiõ
tatur reliquum dictę diuiſionis vltimo membrum, eorum em̃ quę motu cientur ab alio, quędam pręter naturam moueri diximus quędam natura moueri, Hęc autem ſint quę dubitationem afferunt, a quo nam mouentur, ceu leuia grauiaq;: hęc enim ad oppoſita quidem loca vi pulſa mouentur. Ad propria vero leuia quidem ad ſupera: grauia vero ad infera ſuapte natu=
ra feruntur. A quonam aũt mouent̃. ¶Nam impoſſibile eſt a ſe ipſis ipſa moueri, eſt enim hoc 11
officium vitę ac animantium proprium. ¶Conſiſtere etiam a ſe ipſis poſſent. Nam ſi quippiã Rõ ꝑ ne
ſibi cauſa ſit ambulandi, eſt etiam cauſa ſibi non ambulandi. ¶Quare ſi collocatum eſſet in gatia prima
igne moueri ſurſum eſſet in ipſo ſitum deorſum etiam ferri. Metas quoq; rationis egreditur Secunda
& vno motu dumtaxat a ſeipſis moueri: ſi ipſa moueant. ¶Preterea q̃ fieri poteſt vt continuũ Tertia
quid copulatiue ſeipſum moueat. Nam quo quippam vnum atq; continuum eſt non tactu: hoc Quarta
paſſionis eſt expers. Quo vero ſeparatum eſt eo nimirũ aliud agere aliud pati eſt aptum. Neq; ergo quicq̃ ipſorum ſeipſum mouet quippe cum copulatum ſit: neq; aliud continuum vllum, ſed in vno quoq; diuiſum ſit: quod mouet: & quod mouetur neceſſe eſt: quod intueri licet in
expertibus animę: cũ quippiam animantiũ ipſa mouet. ¶Verum vt ſit hęc etiam ſemper ab a 12
liquo moueantur. Quod quidẽ patebit: ſi cauſas diuidamus: atq; licet & in mouentibus ea quę Cõcluſio
dicta ſunt ſumere. Alia nanq; pręter naturam motiua ſunt: vt eſt vectis motiuus ponderis non declaratiõ

natura. Alia ſunt motiua natura, vt calidum actu: motiuū eſt eius ꝙ eſt potentia calidum. Simi-
liter & in huiuſcemodi cęteris. Mobile etiam id eſt natura: quod eſt potentia quale, vel quā-
tum: vel vbi cum in ſeipſo tale principium: & non per accidens habet. Erit enim idem & quan-
13 tum & quale. Sed accidit alterū alteri: & non per ſe competit. ¶Ignis igitur atq; terra mouen-
probatio conclus. tur ab aliquo: vi quidem cum preter naturam natura vero cum ſub potentia ſuos ad actus mo-
14 uentur. ¶Quoniam aūt eſſe potentia multipliciter dicit̄: hęc eſt ſane cauſa vt nō ſit perſpicu-
Potentia equiuocat̄ um a quonam talia moueantur: vt ignis ſurſum & terra deorſum: diuerſo autem modo poten-
tia ſciens eſt qui diſcit: & qui iam ſcientiam habet: & nō contemplat̄, cū autem actiuū atq; paſ-
Simile ſiuum ſint ſimul, euadit interdum id quod eſt potentia actu tale, vt id quod diſcit, & ex eo qđ
eſt potentia ſit aliud potentia rurſus. Qui nanq; ſcientiam habet & nō contemplat̄ eſt poten-
tia quodāmodo ſciens, ſed non vt erat antea quam didiciſſet. Atq; cum ita ſeſe habet, niſi quid
15 prohibeat, operatur ac contemplat̄, vel in cōtradictione ignorationeq; erit. Simili modo ſeſe
applicatō habent hęc & in ipſis naturalibus rebus, frigidum enim eſt potentia calidum. Cum aūt eſt mu-
tatum: iam eſt ignis, atq; cōburit: niſi quid prohibeat atq; impediat. Similiter res ſeſe habet &
circa graue & leue. Ex graui nanq; fit ipſum leue: vt aer ex aqua, hoc enim erat primo poten-
tia & iam eſt leue. Atq; continuo operabitur, ſi nō aliqd obſtet, actus aūt leuis eſt, alicubi eſſe
Iā diluit atq; in ſupero loco, prohibetur vero cum eſt in loco cōtrario: & hoc ſimiliter ſeſe habet: & in
quanto & quali. Querit̄ igitur propter quid leuia grauiaq; ad ſua loca mouentur. Eſt autem
cauſa ipſa apta eſſe aliquo moueri, atq; hoc eſt ipſius grauis leuiſq; eſſe infero loco ſuperoq;
diſtinctum: leue vero graueq; potentia pluribus eſt modis, vt diximus. Nam cum eſt aqua: le-
ue potentia quodāmodo eſt: & cum eſt aer adhuc potentia eſt fieri. n. poteſt, vt ob impedimen-
tum nō ſit ſupero in loco. Sed ſi id quod impedit fuerit ſublatum: operatur ſemperq; ſuperius
fit. Similiter & quale ipſum ab actu tale mutat̄. Continuo nanq; contemplat̄ & hiſce qui ſci-
entiam habet, niſi quid obſtet. Et ipſum etiā quantū extendit̄: ſi nihil ſit quod impediat. Qui
Simile vero id quod ſuſtinet prohibetq; dimouit: partim mouet: partim non mouet: vt qui columnā
diuellit aut ab vtre qui eſt in aqua lapidem prementem dimouit: per accidens em̄ mouet. Quē-
admodum & pila reflexa nō a pariete ſed ab eo qui proiecit eſt mota. Nihil igitur horum vt
Epilogus patuit ſeipſum mouet, ſed motus quidem habet principium non mouendi tamen atq; agendi:
cōcluſiōis & rōnis ſed patiendi. ¶Quod ſi omnia quę mouent̄ aut natura aut pręter naturam & violentia motu
cientur: & ea quę vi pręterq; naturam mouentur ab aliquo cuncta: atq; ab alio mouentur: vt
patet: & ea rurſus quę natura mouentur ab aliquo motu cientur, ſiue a ſeipſis moueant̄: vt ani-
malia: ſiue non a ſeipſis, vt leuia, grauiaq;: nam aut ab eo mouentur quod generauit ac leue fe-
cit, vel graue: aut ab eo quod ea quę prohibēt obſtantq; dimouit: Vniuerſa quę motu cientur
ab aliquo profecto mouent̄.

Tertia ps eſſe primū mouēs immobile ID autem quod mouet eſt duplex. Aut enim nō per ſeipſum mouet, ſed per aliud, qđ
quidem id motu ciet quod mouet, aut per ſe mouet. Et hoc primum poſt vltimū, aut
per plura media mouet, vt baculus mouet lapidem, & mouet̄ a manu: quę quidem ab
16 homine motu cietur, At is non vlterius ex eo mouet quia ab alio ipſe motu cietur.
Diuiſio ¶Vtrunq; igitur mouere dicimus: & vltimum mouentium & etiam primū: ſed ma-
17 gis primū. Hoc. n. vltimū mouet. Sed vltimū primū nō mouet: & ſine primo quidem vltimum
Cōpatio non mouebit. Sine vero hoc primū mouere poteſt. Baculus enim ſi homo non moueat nō mo-
18 uebit, Si igitur omne quod mouetur ab aliquo moueri neceſſe eſt: & aut ab eo quod mouetur
Cōcluſio ab alio: aut ab eo quod non mouet̄ ab alio: & ſi ab eo mouetur quod ab alio motu cietur: mo-
uens aliquod eſſe primum quod non ab alio moueatur neceſſe eſt. Sin vero tale eſt primū: non
neceſſe eſt alterū eſſe: fieri. n. non poteſt vt in infinitū proficiſcatur id quod mouet atq; moue-
tur ab alio: quippe cum infinitorum nihil ſit primū. Si igitur vti diximus omne quidem quod
19 mouetur ab aliquo motu cietur, id vero quod primū mouet mouet̄ quidem at nō ab alio ipſum
Suppoſitio prima ꝓfecto primum a ſeipſo moueatur neceſſe eſt. ¶Prętерea hoc etiam ratione͂ hanc eandē trāſ-
Suppō ſecunda igere licet. Omne nanq; ꝙ mouet, & aliquid: & aliquo ſane mouet. ¶Aut. n. ſeipſo, aut alio
mouet: vt homo, aut ſeipſo, aut baculo mouet: & aut ipſe ventus deiecit: aut lapis quem pepu-
Suppō tertia lit ventus. ¶Fieri vero non poteſt, vt id quo motus affertur: moueat abſq; eo quod mouet ſe
ipſo. ¶Sed ſi id quidem ſit ꝙ motum affert ſe ipſo, nō neceſſe eſt aliud eſſe quo motus affert̄.
20 Sin vero ſit aliud quo motus affertur, eſt aliqd profecto quod quidē nō aliquo ſed ſeipſo mo-
probatio concluſ. uebit: vel in infinitum abibitur. Si igitur mouet quippiam atq; mouetur ſtetur & nō in infi-

hitum, pergatur neceſſe eſt. Nam ſi baculus moueat quia mouetur a manu: manus ipſa profe- cto baculo motum affert. Quod ſi manũ etiam quippiam aliud moueat, & illud identidem ma nu mouet. Cum igitur id quod motũ affert aliud aliquo mouet: tum id ſit prius ꝙ ſeipſo mo- uet neceſſe eſt. Quod ſi hoc motu quidem cietur: ab alio autem nõ mouetur, neceſſe eſt ipſum profecto ſe ipſum motu ciere. Quare hac etiam rõne aut ab eo ſtatim ꝙ ſe ipſum mouet id ꝙ mouet̃ motu cietur: aut ad hoc ipſum tandem acceditur. ¶Inſuper ſi ſic etiam conſiderabi- 21 Cõcluſio probatio prima

mus eadem accident vniuerſa. Nam ſi omne quod mouet̃: ab eo mouetur ꝙ motu cietur: aut hoc ipſis rebus per accidens, competit, vt quippiam moueat quidem motum & ipſum ſuſcipi- ens, non tamen quia mouetur: aut nõ per accidens, ſed perſe ineſt. Si igitur per accidens com- petit non neceſſe eſt moueri quod motu cietur. Quod ſi id ſit: patet poſſe aliquando nihil eo- rum quę ſunt moueri, nõ.n. eſt neceſſariũ id quod accidit: ſed põt nõ eſſe. Si igit̃ id eſſe poſue rimus quod eſſe poteſt nullum accidet impoſſibile, ſed forſitan falſum, At non eſſe motum eſt Secunda

impoſſibile. Id enim iam demonſtratũ eſt, motũ inꝗ neceſſario ſemper eſſe. ¶Atq; id ipſum cum ratione etiam accidit. Tria nanq; neceſſe eſt eſſe. Id quod mouet, & id inſuper quo mo- uens mouet. Id igitur quod mouet̃, moueri quidem neceſſe eſt, at nõ neceſſe eſt motu ciere. Id autem quo motus affertur, & mouere neceſſe eſt & moueri. Cum enim ſit ſimul cum eo ꝙ mo tu cietur, vnã cũ ipſo mutatur, quod intueri licet in hiſce quę loco mouent, nam aliquo in tẽ- pore tangant eã quę mouentur neceſſe eſt. At id ꝙ ita mouet vt eius non ſubeat rationem quo motus affertur, immobile nimirum eſt. ¶Cum igitur ſit & vltimum ipſum vt cernimus qđ probatio

motu quidem cieri poteſt, principium autem motus nõ habet, & id item quod mouet̃ quidem cõſequen

ſed ab alio non a ſe ipſo cietur, rationi conſentaneum eſt, neceſſariũ dicã & ipſum tertiũ eſſe tię

quod mouet quidem immobile autẽ eſt. ¶Quapropter & anaxa. recte dicit, mentem inqui- Cõfirma-

ens paſſione vacare & nõ mixtam eſſe, quippe cum motus ipſam principium faciat. Hoc enim tio ab au

pacto ſolum mouebit, nullum ſuſcipiens motũ, & vincet, mixtione pœnitus vacans. ¶At ve- toritate

ro ſi non accidens, ſed neceſſario mouetur id quod motũ alĳs affert atq; adeo vt non moueat, 22

ſi nõ moueatur, neceſſe eſt ipſum vt motum ſubĳt, aut eadem ſpecie motus, aut alia moueatur, Cõcluſio

ceu aut ſi calefaciat calefiat: & ſi ſanet ſanetur, & ſi ferat feratur, aut ſi ſanet feratur: & ſi fe- negatiua

rat accreſcat. At primum vt patet fieri nequit: nam dicere hęc oportet vſq; ad indiuidua de- ſcendendo, ceu ſi quid geometriam doceat: id eandem geometriam doceri: & ſi proĳciat: eo- dem proiectionis proĳci modo. Nec etiam ſic vt motus alio genere moueatur ceu vt id qui- dem quod fert incrementa ſuſcipiat. Id autem quod hoc auget: ab alio alteretur, & id qđ illud alterat alio motu quodam itidem moueatur nam ſtetur neceſſe eſt. Motus enim finiti ſunt.

¶Qui vero redire dicit: id q; quod alterat ferri: perinde facit atq; ſi ſtatim id ferri dicat ꝙ fert Reſponſi

& id doceri quod docet. Patet enim omne quod motu cietur, & a ſuperiore mouente moueri: onẽ con-

atq; magis ab eo ꝙ cętera antecedit. At id fieri nequit. Accidit enim vt id diſcat quod docet, futat

quorum alterum habere ſcientiam, alterum non habere neceſſe eſt. ¶Hoc pręterea magis ꝙ̃ 23

dicta ratiõis fines egreditur, omne inquam: motiuũ mobile eſſe. Quod accidit. Si omẽ ꝙ mo Alia rõ ad

uetur ab eo mouetur quod motu cietur. Erit enim mobile perinde atq; ſi quiſpiam dicat om- idem

ne ſanatiuũ ac ſanans ſanabile: & ędificatiuum ędificabile eſſe, aut ſtatim, aut per plura: ceu Exempla

ſi moueri quidem ab alio motiuũ omne, ſed non eo motu quo mouet propinquum ſibi, ſed di- uerſo moueri dicat, vt ſanatiuum dicere non ſanari. At id aſcendens perueniet tandem ad ean dem ſpeciem motus, vt antea diximus. Horum igitur alterũ eſt impoſſibile: alterum figmen- 24

tum. Abſurdum eſt ẽm alteratiuum accreſcens neceſſario eſſe. ¶Nõ ergo neceſſe eſt id ꝙ mo Illatio e-

uetur ab eo ſemper moueri: ꝙ ab alio motu cietur. Erit igitur exitus huiuſce tandem proceſ- pilogãs

ſionis. Quare ꝙ primo mouetur: aut a quieſcente mouebitur: aut ipſum ſeipſum motu ciebit. Intentio

At vero ſi cõſiderare etiam oporteat, vtrum ſit cauſa mot⁹, atq; principium, vtrum id ꝙ motu ſeipſum ciet. an id ꝙ ab alio agitatur, illud omnes vtiq; ponent. Quod enim perſe cauſa eſt, id Suppõ.

ſemper prior eſt eo cauſa, quod per aliud rõnem cauſę ſubit

QVÆ cum ita ſint, conſiderandum eſt alio principio ſumpto, ſi quid ſe ipſum mo- Quarta

ueat, quonam modo ſe motu ciet. Omne itaq; quod mouetur in ſemper diuiſibi- ps nõ oẽ

lia diuiſibile eſſe neceſſe eſt, demonſtratum eſt enim prius in hiſce quę de natura mouens

vniuerſaliter dicebamus, omne quod perſe mouetur continuũ eſſe, fieri igit̃ moueri 25

nequit vt id quod motu ſeipſum ciet: ſe totum pœnitus moueat. Vnum enim ac indiuiduum, Cõcluſio

ſpecie feretur totũ feretq; latione eadem: & alterabitur & alterabit. Quare docebit atq; doce ꝓbaĩ primo

pbat ſecũdo bitur ſimul & ſanabit atq; ſanabitur eadem vtiq; ſanitate. ¶ Prętera definitum eſt antea id moueri quod mobile eſt: hoc autem eſt potentia cum mouetur non actu, ſed quod eſt potentia, proficiſcit nimirũ ad actũ. Motus autẽ actus eſt mobilis imperfectus. At id quod mouet actu iam eſt vt patet. Calefacit enim id quod eſt calidum actu: & omnino generat id quod formam iam habet, Quare ſimul idem eodemq; calidum erit atq; non calidum: & vnumquodq; cęterorum ſimiliter quę terminos habeant eiuſdem nominis rationiſq; neceſſe eſt. Eius ergo q; mo-

26 Cõcluſio tu cietur interno & ſuo aliud mouet aliud mouet. ¶ Eſſe autem impoſſibile ſeipſum quicq; hoc pacto mouere: vt ab vtroq; moueatur vtrunq; ex hiſce ſane patebit. Nam ſi vtrunq; mouebit vtrunq;: nihil erit profecto quod moueat primũ. Id enim q; prius mouet: cauſa magis eſt vt moueatur id quod motu cietur: quam id quod illi coheret. Duplex eſt enim id quod motu ciet

Diuiſio vt diximus. Quoddam enim mouet: ab alio ſuſcipiens motum: Quoddam ſeipſo mouet. Atq; id quod longius ab eo diſtat: quod motu cietur propinquũ eſt magis principio motus: q; id q;

27 Secda rõ in medio collocatur. ¶ Preterea q; mouet non neceſſario mouetur: niſi a ſe moueat: per accidens ergo mouet alterum cõtra. At accipiam poſſe ipſum nõ mouere, Aliud ergo mouebitur:

Tertia aliud mouebit immobile. ¶ Prętera non eſt neceſſariũ, id quod mouet cõtra moueri: ſed neceſſe eſt aut immobile quippiam moueat, aut q; a ſeipſo motu cietur ſi motũ eſſe ſemper ne-

Quarta ceſſe eſt. ¶ Prętera moueretur etiã eo motu profecto quo mouet. Quare calefit id quod calefacit. ¶ At vero neq; aut vna pars eius q; primo ſeipſum mouet, aut plures ſe ipſas mouebũt

28 Cõcluſio Totũ eñ ipm ſi a ſeipſo mouetur: aut ab aliqua ſui parte aut a toto totũ mouebitur. Si igitur quia pars aliqua mouetur a ſeipſa totum ipſum ſeipſum mouet: illa pars erit id plane q; primũ ſeipſum mouet. Separata nanq; ſeipſam illa mouebit. Totum autem nõ ſeipſum mouebit. Sin vero totum a toto mouet: per accidens ipſę partes ſeipſas ſane mouebunt. Quare ſi ſeipſas nõ neceſſario mouent. Sumantur non a ſeipſis moueri ipſius ergo totius nõ quędam pars mouebit immobilis, quędam mouebit. Hoc enim pacto dumtaxat aliquid ſeipſum mouere poteſt.

Secũda pbatio ¶ Prętera ſi totum ſeipſum mouet aliud ipſius ſe mouebit, aliud ſane mouebitur, Ipſum igit a.b. a ſeipſo & ab ipſo mouebit. A. ¶ Cũ aũt eorũ quidẽ quę mouent: quoddam ab alio moueatur

a quoddam immobile ſit: eorum vero quę mouentur aliud moueat, aliud nõ moueat quicq;.

b Id quod ſeipſum mouet ex eo ſane quod mouet: & non mouetur, & ex eo q; mouet & non neceſſario mouet: ſed interdum mouet, interdum nõ mouet, Conſtare neceſſe eſt. ¶ Nam ſit. A.

29 Cõcluſio quidem mouens immobile. B. vero id quod ab. A. mouetur: & mouet etiã. C. Hoc autem mo-

30 declaratõ ueat quidẽ: ſed nõ moueat quicq;. Nam et ſi fit vt per plura quoq; perueniatur ad ipſum, C, per vnum tamen ſolum nunc accedatur. Totum igitur A. B. C. ſeipſum mouet, ſed ſi auferam

A C B C. ipſum quidem. A. B. ſeipſum motu ciebit, quippe cũ. A. moueat. B. moueatur vt patet. At C. non ſeipſum motu ciebit, neq; omnino mouebitur, at vero nec ipſum. B. C. ſine. A. ſeipſum mouebit. Nam ex eo. B. mouet, quia ab alio motu cietur; & non ex eo quia mouetur a ſe: parte ſua mouente. Ipſum igitur. A. B. ſolum ſeipſum mouet: Quę cum ita ſint, id omẽ quod ſeipſum mouet habeat neceſſe eſt & id quod mouet, & eſt immobile, & id quod motu cietur: non autẽ neceſſario mouet. Quę quidem aut ſeſe mutuo tangunt: aut alterum alterũ tangit. ¶ Quod ſi

31 Cõcludit prędicta id quod mouet continuũ ſit (. Nam id quod motu cietur, neceſſario continuũ eſt,) Patet totũ ſeipſum motum ciere, non ex eo quia aliquid ipſius eſt tale vt ipſum ſeipſum moueat: ſed quia totum ſeipſum mouet. Mouetur autem & etiam mouet, ex eo ſane quia ipſius eſt aliquid: & id quod mouet, & id quod mouetur. Non enim totum mouet, neq; totum mouet: ſed mouet quidem a, mouetur aũt tãtummodo; B. ipſum vero, C, non neceſſario mouetur a. B. Eſt enim hoc

32 Dubium impoſſibile. ¶ Exiſtit autem dubitatio hoc loco quędam: ſi quiſpiam aut ipſius. A. ſi continuum ſit id quod mouet quidem ſed non mouet: aut ipſius B. quod mouetur aliquã auferat partem: mouebit ne reliquũ ipſius A aut reliquum ipſius B. motu ciebitur. Nam ſi mouebit aut

Rõ q; nõ mouebitur non erit A. B profecto id quod a ſe ipſo primo mouetur. Ablata enim ab eo parte: reliquum A B ſeipſum adhuc mouebit: An nihil prohibet vtrunq; aut alterum: id inquam qd

Reſidet i hoc mouetur diuiſibile quidem eſſe potentia: indiuiſibile autem actu. Si vero diuiſum fuerit nõ vlterius potentiam eandẽ habere. Quare nihil obſtat: vt in ipſis diuiſibilibus aliquid inſit po-

33 Cõcluſio pricipalis tentia primo tale. ¶ Patet igitur: ex hiſce quę diximus eſſe id quod primo mouet immobile, Nam ſiue ſtatim ad ipſum primum immobile, ſiue ad id quod mouetur quidem: ipſum vero ſe ipſum mouet ſiſtitq; gradum cum libet: fiat ex eo quod mouetur ab aliquo vero mouetur acceſſio vtroq; mõ nimirũ accidit: id qd primo mouet. in oĩbus ijs eſſe quæ mouentur imobile.

CVM autem ſemper eſſe motum oporteat:& nullas eius intercapedines fieri:eſſe Quita ps
quippiam primo mouens perpetuum immobileqꝫ aut vnum aut plura neceſſe eſt primum
Vnumquodqꝫ igitur eorum quę immobilia ſunt atqꝫ mouent perpetuū eſſe:non mouens
ad pręſentem ſermonē pertinet. Eſſe autem aliquid neceſſario, quod ſemper om eſſe vnum
nis quidem ſit mutationis tam abſolute ꝙ per accidens expers:aliud autem mo= perpetuū
ueat:perſpicuum:ſi hoc pacto conſiderabimus:fiet atqꝫ ſit ita ſi cui placeat in aliquibus fieri 34 Cōcluſio
poſſe vt aliquando ſint, aliquando non ſint ſine generatione corruptioneue, fortaſſe nanqꝫ ne Excuſatio
ceſſarium eſt, ſi quid partibus vacans aliquando eſt aliquando non eſt:omne tale ſine mutatio probatio
ne eſſe atqꝫ non eſſe. Et hoc inſuper concedat̄ fieri poſſe, vt principiorum immobiliū motiuo concluſ.
rum quędam aliquando ſint aliquando non ſint. Sed impoſſibile eſt hanc omnia conditionem
ſubire. Nam aliquando hiſce cauſam eſſe patet:quę ipſa ſeipſa mouent: vt aliquando ſint ali= Declarat
quando non ſint. Etenim id quidem quod ſeipſum mouet:magnitudinem habeat omnem ne= rōnem
ceſſe eſt, ſi nihil partibus vacans mouetur. Id autem ꝙ mouet. nulla neceſſitate eſt tale: vt igit̄
alia generentur:alia corrumpant̄:idqꝫ continue ſit, nihil eorum eſt cauſa quę immobilia qui= In genera
dem ſunt, tamen non ſemper ſunt, neqꝫ rurſus eorū quę ſemper quidem hęc mouent, Alia vero tione nul
alia mouent:perpetui enim atqꝫ continui nec vnum ipſorum eſt cauſa, nec vniuerſa. Nam ſic lum gene
ſeſe quidem habere, perpetuum ac neceſſario eſt. Vniuerſa autem ſunt infinita, & non ſimul ratorum ē
omnia ſunt. Patet igitur & ſi infinities non nulla principia immobilia mouentia & multa eo cā perpe-
rum quę ſeipſa mouent, Partim corrumpunt̄, partim inſuper generant̄:atqꝫ hoc quidem hoc, tuę gene-
aliud autem hoc moueat. at nihilominus aliquid eſſe ꝙ hęc omnia continet. Idqꝫ pręter vnum rationis.
quodqꝫ iſtorum aliud quid eſſe:quod quidem eſt cauſa vt alia ſint, alia non ſint: & mutationis Iufert ad
cōtinue. Atqꝫ hoc quidem hiſce:hęc autem cęteris motus cauſam eſſe. ¶ Si igitur motus per principale
petuus:perpetuum erit & mouens primū, ſi vnum ſit. Quod ſi ſint plura, plura quoqꝫ perpetua 35 Corolla.
erunt. ¶ Vnum aūt potius ꝙ̄ plura putandum eſt eſſe, & finita quam infinita. Semper enim 36
finita potius ꝙ̄ infinita ſumenda ſunt:ſi modo eadem fiant. In his enim quę ſunt natura: fini= Cōcluſio
tum ſit potius:& id quod melius eſt oportet:ſi modo eſſe poſſit. Sufficiens autem eſt & vnum
quod cum primū immobiliū ſit perpetuumue:cęteris erit principiū motus. ¶ Ex hoc etiā pa= Secūda ꝓ
tet aliquid eſſe neceſſario vnū perpetuumue: quod primū mouet, demonſtratū eſt enim ſemꝑ batio
neceſſario motū eſſe: qđ ſi neceſſe eſt ſꝑ eſſe, neceſſe eſt & cōtinuū eſſe: ſꝑ eē eſſe continuū
eſt deinceps autem eſſe non continuū eſt, at ſi continuus eſt, vnus nimirū eſt, vnus aūt motus a
mouente proficiſcit̄ vno:& vnius mobilis eſt. Nam ſi aliud atqꝫ aliud mouebit:totus ipſe mo
tus non continuus ſed deinceps erit. Ex his ergo quiſpiam eſſe primū quid immobile credet.
Et rurſus ſi ad eorū principia quę mouent reſpexerit. ¶ Eſſe igitur quędam eorum quę ſunt, 37
quę aliquādo mouentur aliquando quieſcunt:luce clarius extat. Atqꝫ per hoc ipſum iam patu Reſpōſio
it nec vniuerſa moueri, nec vniuerſa quieſcere. nec alia ſemper quieſcere, alia ſemꝑ moueri. ad primā
Ea nanqꝫ quę potentiam habent vt interdum moueantur:interdum quieſcant, veras haſce ſen q. abinitō
tentias eſſe demonſtrant. ¶ Cum autē talia cunctis ſint manifeſta, oſtendere volumus, & vtrā motam
qꝫ duorum naturam. Eſſe inquam & quę ſemper ſunt immobilia:& quę ſemper mouentur. At Intentio
qꝫ ad id ipſum proficiſcentes, poſito hoc, omne quod mouetur ab aliquo moueri:idqꝫ aut im Repetit
mobile eſſe:aut moueri:vel a ſeipſo, vel ab alio ſemper, ad hoc ſumendum tandē proceſſimꝰ. cōcluſio-
Eorum inquam quę mouentur principiū eſſe ſubeuntium quidem motum id quod ipſum ſe nem
ipſum mouet, omnium autem, id quod immobile eſt. Cernimus aūt atqꝫ admodū clare res eſſe
tales:quę quidem ſeipſas mouent:quale eſt animantium: ac animalium genus. ¶ Hęc igitur
& opinionē nobis prebebāt:ne fortaſſe contingat motum omnino nō eſſe, deinde oriri:quia 38 quęſtio
in ipſis id accidere cernimus. Nam prius immobilia ſunt vt videtur:deinde mouentur. ¶ Hoc
autem nos ſumamus oportet:vno inquā hęc ſe ipſa motu ciere. atqꝫ illo non proprie: quippe Suppō ſe-
cum non in ipſis eius ſit cauſa. Sed inſunt animalibus naturales alij motus:quibus ipſa non per cunda
ſe ipſa mouentur vt accretio, decretio, reſpiratio. Quibus vt patet animalium vnum quodqꝫ Prima
mouetur:cū quieſcit, Et non mouetur eo motu quo ipſum ſe ipm ciet. Atqꝫ horū cauſa eſt con Rō ſecūdę
tinens ipſum, & eorum multa quę corpus ingrediuntur:vt non nullorū ipſum alimentum. Cū 39
enim digeritur dormiunt:cūm diſgregatur, expergiſcunt̄, & ſe ipſa mouent: ac ipſum primū Reſpon-
principium eſt externum. ¶ Iccirco non ſemper cōtinue a ſe ipſis mouentur. Aliud eſt enim ſio ad pri
id quod mouet, ipſum ſubiens motū atqꝫ mutationem ad vnumquodqꝫ eorum quę ſeipſa motu cipale
cient. In vniuerſis autem his id quod primo mouet, & quod eſt cauſa vt ipſa ſe ipſa moueant a cauſa pria

40 ſeipſo mouetur:per accidens tamen.Corpus enim mutat locũ vt patet,quare & id quod in cor
Cōcluſio pore eſt & motione vectis ſeipſum mouet. ¶Ex quibus credi poteſt impoſſibile eſſe:ſi quid
immobile quidem eſt:mouet aũt:& ipſum ſubiens per accidens motum:id cōtinuo motu mo-
uere.Quare ſi neceſſe eſt cōtinue motum eſſe:ſit aliquid oportet primũ mouens immobile:ne
ꝗ per accidens ſubiens motum:ſi oportet in hiſce quę ſunt inceſſabilem quędam eſſe motum
& immortalem vt diximus:atꝗ ipſum quod eſt in ſeipſo ac in eodem perſiſtere. Manente nan
ꝗ principio:& vniuerſum ipſum maneat neceſſe eſt,quippe cum ad principium ipſum conti-
Cauillum excutit p limitationem nuum ſit. ¶Non eſt autem idem per accidens a ſe ipſo moueri:atꝗ ab alio.Hoc enim nō nul-
lis etiam quę ſunt in cœlo principijs ineſt:quę lationibus pluribus feruntur,alterum autē cor-
ruptibilibus ſolum competit. ¶At vero ſi ſit quippiam ſemper tale mouens quidem aliquid
41 immobile autem ſemper manens atꝗ perpetuũ:& id ſane quod ab ipſo primum mouet perpe-
Cōcluſio tuum eſſe neceſſe eſt. ¶Hoc autem vel ex eo patere poteſt, quia ſecus non eſſet cęteris in re-
Rōne probat bus generatio corruptioue atꝗ mutatio,niſi quippiam moueret ſubiens motũ. Id enim quod
immobile eſt:eodem ac vno motu profecto modoꝗ ſemper eodem mouebit: cum nullo pacto
mutetur ipſum ad id quod motu cietur.At id quod mouetur ab eo quod motu quidem cietur:
mouetur iam ab eo quod eſt immobile:qm̄ aliter ad res atꝗ aliter ſeſe habet:non eiuſdem erit
cauſa motus.Sed qm̄ cōtrarijs in locis eſt atꝗ formis:contrario modo quā ꝗ cęterarũ rerũ mo
42 tu diſponet.Atꝗ interdum quieſcentem interdum ſubeuntem:motũ prębebit. ¶Perſpicuũ
Epilogus cũ reditu ad principium ca. igitur iam euaſit ex hiſce quę diximus & id quod initio dubitabamus.Cur nam non vniuerſa
aut quieſcunt aut mouentur:aut alia ſemper mouentur:alia ſemper quieſcunt,ſed quædam in
terdum mouent,interdum quieſcunt. Huius enim cauſa vltro ſeſe offerre videtur. Quędam
enim ab immobili ſempiterno mouent: quo circa ſemper mouent. Quędam ab eo quod mo-
uetur atꝗ mutatur:quare & ipſa mutent neceſſe eſt.Id autem quod eſt immobile cum ſimpli-
citer eodemꝗ modo ac in eodē ſemper permaneat: vno motu ſimpliciꝗ mouebit.

Explanatio textus.

¶Primũ mouens & primum mobile inquirit, & ea
eſſe ſempiterna proponit quod vt faciat plura agit
& primo res ad motum & quietem comparat.
I.Conſideranda eſt queſtio, cur rerum aliquę inter-
Heraclit⁹ dum mouentur et rurſus quieſcunt.1.Aut oīa ſem
Zeno per mouentur vt Heraclitus voluit,aut ſemper quie
Soluit inferius numero 37. ſcunt, vt Zeno,aut aliqua moueri & quieſcere di-
cim⁹ vt Empedocles fecit, Et hoc iterũ trifariam.
Primo quod quieta ſemper quieſcant, & mota ſem-
Empedo. per moueantur. Secũdo ꝙ omnia apta ſint moueri
& quieſcere. Tertio ꝙ aliqua ſint ſemper immobi-
lia,aliqua ſemper mota,aliqua interdum moueant,
interdũ quieſcant,hęc conſiderare eſt noſtri operis.
II.Inconueniens eſt omnia ſemper quieſcere, patet
eſt contra ſenſum.Secũdo eſt contra omnes artes &
ſcientias,quę motu vtuntur, Tertio eſt cōtra princi
pia phyſicę,quę ſupponit naturam eſſe principium
motus
III. Omnia moueri ſimiliter falſum eſt,patet quia
natura eſt ęque principium quietis ſicut motus,Nā
cum dicunt omnia moueri & ſemper, aiunt tamen
hoc latere ſenſum quamuis non aperiant quo motu
omnia moueantur. ¶Probatur cōcluſio primo in
augmentatione,ſecũdo in alteratiōe,tertio in mo-
tu locali:textus tranſlatione liquet
IIII. Non fieri poteſt vt non ſit aliquid interdum
motũ,interdum quieſcens,quia motũ prius quieuit
aut poſt motum quieſcet.
V.Repetit priora membra,Aut omnia mouentur:
aut omnia quieſcunt,aut aliqua quieſcunt, & ali-
Empedo. qua mouent, & hoc dupliciter,aut Empedoclis mo-
do,quod omnia nũc mouentur, nunc oīa quieſcant.
Epicurus Aut modo Epicuri ꝙ ipſorum vna pars ſemper ſit
in motu,alia ſemper quieſcat

VI.Ex quo ſequitur contra Parmenidem & Me- Parmeni.
liſſum qui poſuerunt vnũ infinitũ &c̄ quia admit- Meliſſus
tunt eſſe apparentiam ſeu opinionem motus ſal-
tem in ſenſu,ergo hic erit ſaltem motus in opinio-
ne, & eſt ratio ad hominem.
VII.Excuſat ſe de ratione contra eos, quod quęrere
rationem per ſe notorũ eſt hominis male diſcernen-
tis melius & deterius,moralia.Credibile & nō cre-
dibile quo ad dialecticas rōnes, Principium & non
principium quo ad demonſtrationes
VIII.Epilogat priorem concluſionem,quam ſuffi-
cienter dicit probari ſenſu, & quid dicere intendat
proponit
IX.Eorum quę mouentur, alia ſecundũ ſe mouent, Secunda
alia ſecundũ partem,alia per accidēs Similiter & ea pars
quę mouent.¶Eorum quę per ſe mouentur,alia a ſe
ipſis,alia ab alio mouentur. ¶Et alia mouent na-
turaliter,alia violente & pręter naturam, littera eſt
clara.
X.Omne quod mouetur ab alio mouet. In violen-
to motu, ſatis conſtat, ſimiliter in motu animaliũ
quoniam ſicut in nauigio, Ita diuidunt in partem
mouentē & motam, At de inanimis natura motis
grauibus & leuibus maior eſt dubitatio, Ad oppo-
ſita enim loca vi ad propria, natura mouentur
XI.Grauia & leuia inanimata non videntur mo-
ueri a ſeipſis,primo quia illud eſt propriũ animaliũ
ſecũdo quia motũ a ſeipſo poteſt conſiſtere ſeu ceſſa
re a motu.tertio quia ſi ignis moueret a ſeipſo,tunc
poſſet moueri ſurſum & deorſum, quia abſurdum
eſſet rem vno motu tantũ a ſeipſa moueri. quarto
nullũ continuũ ſuis partibus copulatum mouet ſe-
ipſum, qm̄ eo quod diſſeparatum eſt. tunc ſecundũ
aliud poteſt mouere,ſecundũ aliud moueri, ſed non
ſic de vero vno continuo.

XII. Sicut animalia & violenter mota mouentur ab alio, ita etiam grauia & leuia, hoc patet ex diuiſione cauſarum; mouet enim aliquid preter naturam aliud ſecundum naturam; idem de mobili dicatur; vt quod ſua natura eſt quale aut quantum per ſe & non per accidens.

XIII. tunc probatur concluſio, ignis & terra mouentur ab aliquo ſiue vi moueantur ſiue natura ad actus quos ſub poteſtate habent ab extero agente.

XIIII. Quia potentia equiuoce dicitur, ideo latet a qua nam potentia moueantur grauia & leuia. ¶ Dicitur enim aliquid in potentia dupliciter, primo ſicut habens ſcientiam dicitur poſſe ſcire; ſecundo ſicut qui nondum habet ſcientiam, & poteſt ſcire ſicut addiſcens. i.

XV. Sic duplex eſt potentia etiam in rebus inanimatis, nam graue eſt in potentia ſecundo modo vt leue fiat, ſed actu leue eſt in potentia primo modo, operatur enim continuo remoto impedimento ab eo qui remouit impedimentum, ſicut pila repercuſſa a pariete per accidens; mouetur per ſe a proijciente. Et hec eſt ſolutio queſtionis, quia grauia mouentur per ſe a generante, de per accidens autem a remouente prohibens, & tunc epilogat concluſionem & rationem.

Tertia ps XVI. Mouentium quoddam eſt mouens tantum & non motum, & illud eſt mouens per ſe; aliud eſt mouens & ſimul motum, vt baculus mouens lapidem, motus a manu, & horum alterum eſt propinquius primo, alterum remotius, vnum per plura aliud per pauciora media.

XVII. Ambo mouent, ſed primum magis, probatur quia primum mouet ſecundum, & non contrauertere licet, ſecundo quia primum mouet ſine poſteriori & non econtra.

XVIII. In mouentibus neceſſe eſt ad aliquod primum decumbere in quo fiat ſtatus. Probatur quia omne quod mouetur ab alio mouetur, & ita neceſſe eſt deuenire ad aliquod primum mouens, alioquin eſſet proceſſus in infinitum, & ſic non dabile eſſet primum vel ſecundum.

XIX. Idem aliter probat ſupponendo, primo ꝙ omne mouens aliquid & aliquo mouet, ſecundo omne mouens ſeipſo mouet aut inſtrumento, tertio inſtrumentum non mouet ſine principali.

XX. tunc format rationem, quia mouens mouebit ſe ipſo, & ſic habetur primum, vel per inſtrumentum, & tunc cum non abeatur in infinitum, deueniendum eſt ad primum, probat exemplo dein rationem repetit.

XXI. Non omne mouens in mouendo mouetur, probatur quia vel moueretur per ſe vel per accidens Si per accidens, poſſet ergo non moueri, & ſic contingeret nihil moueri, cuius oppoſitum demonſtrauimus ꝙ neceſſe ſit motum eſſe, ſecũdo probat quia cum tria ſint in motu, principale motũ neceſſario mouetur, & non neceſſario mouet, inſtrumentum neceſſario mouet & mouetur, igitur principale mouens mouebit & non mouebitur, probat illã conſequentiam, quia moueri eſt vltimum, inſtrumentum eſt medium, mouere primum, igitur ſicut vltimum poteſt eſſe ſine primo, ita primũ ſine vltimo ¶ Con-
Anaxag. firmatur per Anaxag. qui mentem primam autumat impaſſibilem vt moueat, & immiſtam vt imperet.

XXII. quod non omne mouens per ſe moueatur, probat quia vel moueretur eadẽ ſpecie motus cum re mota, aut alia. Si eadẽ ergo omne ſanans ſanaretur. &c̃. ſi alia, cõtra motores ſunt finiti, & res mote & ſimiliter ſpecies motus ſunt finite, ergo tandẽ deueniemus ad mouens immotũ. ¶ Non euades per reciprocationẽ ſeu circulũ, quia cum motus ſit a ſuperiore, eundo per circulũ, tandẽ motus fit ab inferiori; & ſic docens tandem diſceret.

XXIII. Preterea ſi omne quod mouet mouetur; omne motiuũ erit mobile; & ſic omne ꝙ mouetur; mouetur ab eo ꝙ mouetur, & erit ac ſi qs dicat om̃e ſanans eſſe ſanatiuũ & ſanabile; exemplificat de motiuo; littera liquet interpretatione.

XXIIII. Sequit̃ ergo om̃e ꝙ primo mouet̃ vel moueri a quieſcente, aut ipſum mouere ſeipſum, & proponit qd velit ingrere, & ſupponit quod cauſa per ſe ſit prior cauſa per accidens, & tunc ingrit qua ſpecie motus res ſeipſam moueat. Epilogat

XXV. Omne mouens ſeipſum diuidit̃ in partẽ per ſe mouentẽ & partẽ per ſe motã, probat̃ qa om̃e qd mouetur eſt cõtinuũ, ſed nullũ totũ mouet̃ per ſe a ſe ipſo toto; qm̃ alias idẽ indiuiduũ moueret & moueretur, alteraret & alteraretur. &c̃. ſecundo probatur quia ſi aliquid moueretur a ſeipſo toto, tunc idem erit in actu & potentia, qa vt mouet eſt in actu, & vt mouetur eſt in potẽtia, & ſic idem eſſet calidũ & non calidũ; & ſic de ceteris que eadem ſpecie motus ſe mouent. quarta ps

XXVI. Impoſſibile eſt aliquid ſeipſum mouere ſecundũ totũ, ſic qd vna pars moueat reciproce alterã probatur quia ſi vna ſic mouebit aliã reciproce ſeu verſa vice, tunc neutra erit primũ mouens probatur quia illud eſt primũ mouens quod plus mouet quã inſtrumentũ, ſed neutra partiũ ibi moueret principalius, igit̃ neutra pars erit primũ mouẽs. ¶ Repetit duplex eſſe mouens. ſ. principale & inſtrumentale.

XXVII. ꝓbat ſcd'o mouens non neceſſario mouet̃ niſi moueat̃ a ſe, ergo ꝙ viceuerſa mouet̃ pars mouens hoc eſt per accidens. i. cõtingenter, pono ergo ineſſe, igitur erit aliquod mouens immobile; tertio probatur quia non eſt neceſſe mouens viceuerſa moueri, ergo neceſſe eſt aliquod immobile mouere, aut aliquid moueri a ſeipſo. Quarto probat̃ ſi mouens motu quo mouet mouet̃, ergo calidum calefit.

XXVIII. Impoſſibile eſt in mouẽte ſe ipſum, quãlibet partẽ mouere ſe ipſam, probat̃ qa tunc primũ mouens moueret ſeipſum per ſe primo, vel ſolũ aliqua pars eius moueret ſe ipſam, ſi ſcd'm, tunc illa ps bene erit primũ mouens ſeipſum, ſed non totum, ſi primũ: ſ. quod totũ mouetur a toto, tunc partes mouebũt ſeipſas per accidẽs. Quare ſi non neceſſario ſeipſas mouẽt, ponat̃ ineſſe, igit̃ ipſius totius non erit vna pars mouẽs immobilis, alia mota non mouẽs, ꝙ eſt contra diffinitionem de eo quod primo ſeipſum mouet. Secundo probat quia ſit totum mouẽs ſeipſum a b tunc duo erunt hic mouentia. ſ. a b totum, & a pars

a ———————— b
mouens motum

tota linea a ſeipſa mouetur & ab a primo.

XXIX. Cum mouens aliquod moueatur, aliud nõ, ſimilit̃ motũ aliqd mouet aliud nõ, ſeqt̃ qd ꝑ ſe mouens ſeipſum diuidit̃ in partẽ mouentẽ & motam.

XXX. Se ipſum mouens primo ad minus conſtat duabus partibus probat in litteris, tu accomoda res & littera erit patentiſſima.

Mouens tm̄	motū & moues	motū tm̄
A	B	C
Anima	ſpiritus	muſculus

XXXI. Concludit ex hoc quia motum eſt continuum, & ſi etiam mouens ſit continuum, tunc totum ſeipſum mouet & mouetur, quia aliquid ipſius mouet, aliquid mouetur.

XXXII. Dubitatur ſuppoſito ꝙ mouens ſit continuum, vtrum dempta parte a mouente & a moto reliquum mouentis moueat reliquam partem moti, argumentatur vtrinque, tandem vult ſufficere duas partes per ſe primo mouentis, poſſe etiam partem diuiſam eſſe tam minutam, quod non haberet vim motiuam.

Themiſt. XXXIII. Concludit (ita vult Themiſt.) eſſe primum mouens immobile probatur quia motum ab alio peruenit ad mouens immobile ſimiliter motum a ſe ipſo peruenit ad immobile, quare om̄e motum peruenit ad mouens immobile.

Quita pš XXXIIII. Cum ſemper ſit motus, neceſſe eſt eſſe vnum primum mouens immobile aut plura, an autem vnumquodq; tale immobile ſit perpetuum nihil hic tractabitur, ſed ſolum de mouente immobili per ſe & per accidens, probatur concluſio quia mouentia immobilia aliqua aliquando ſunt, aliquando non ſunt, cuius oportet eſſe cauſam, quæ non poteſt non æterna eſſe, aliarum princeps & cauſa, indiuiſibilia enim incipiunt ſine generatione & corruptione vt punctus incipit non per ſe, ſed per ſubiectum, probat dein in generatione & corruptione, quia perpetue fiunt, habent cauſam perpetuam, quia omnia eſſe non poſſunt, ideo eſt aliquid quæ hæc infinita contineat.

XXXV. quare ſi ſempiternus eſt motus, ſempiternum eſt mouens primum.

XXXVI. Illud primum immobile potius eſt vnū quam plura, probatur quia in natura melius eſt ponendum, immo oportet eſſe, ſi poſſit eſſe, ſed vnum eſt ſufficiens & melius, ergo. Secundo probatur quia motus eſt ſempiternus, & eſt vnus quia continuus; ſed vnus motus ab vno proficiſcitur, quare primum mouens immobile erit vnum.

XXXVII. Iam liquet aliqua interdum quieſcere & interdum moueri, nec omnia mota ſemper moueri. Et cum illa omnibus pateant proponit ſe oſtenſurum aliqua eſſe ſemper immobilia, aliqua vero ſemper mota, repetit concluſio, teſtus tranſlatione patet.

XXXVIII. Repetit queſtionem primi capitis an primus motus poſſet incepiſſe, ſicut animal incipit moueri ſoluēdo ſupponit primo animalia non moueri a motore interno auctione aut alteratione. Secundo ſupponit animalia non moueri a ſe ipſis principaliter latione. Cauſam primi ponit quia cibo cocto dormiunt, reſoluto autem in partes expergiſcuntur.

XXXIX. Nunc reſpondet ad materiam dubij cur animalia non perpetuo ſe mouent, & dicit hoc eſt, quia continens quod ipſa ad motum mutat, ipſum etiam eſt res quæ mouetur. Secunda cauſa eſt, quia motor intrinſecus .ſ. anima, eſt etiam res quę mouetur per accidens ad motum corporis, quare nullum illorum poteſt perpetuo mouere.

XL. Primus motor eſt immobilis per ſe & per accidens, probatur quia omne tale mobile poteſt deficere, primus motor non poteſt deficere; ſi primus motus ſit ęternus, ergo. ¶ Limitat tamen maiorem de moto per accidens a ſeipſo, non ab alio, propter motores inferiorum orbium, qui rapiuntur motu diurno.

XLI. Sicut primus motor eſt ſempiternus, ita & primum mobile, probatur quia cū motor primus vniformiter ſe habeat, tunc non eſſent mutationes .ſ. generatio & corruptio, niſi quia primum mobile ſe aliter & aliter habet.

XLII. Sequitur ex dictis aliqua ſemper moueri vt cœlos, aliqua interdum quieſcere & moueri vt animalia, aliqua vero immobilia vt primus motor.

Annotatio in textum.

2. Dimittere ſenſum & quęrere rationem eſt imbecillitas intellectus, hic Alberti dictum fundatur, rationes ex ſenſu & experientia ſumptas in phyſica eſſe potiſſimas, & in hoc improbatur Zeno. Durandus ait. Rationem dimittens propter autoritatem humanā eſt beſtialis inſipientia. Albertus Zeno Durand⁹

3. Et de diuiſione ſaxorum, cum a plantis quę inde pullulant, diſcinduntur. Adnotauit Stapulen. caprificū notari, de qua Mart. ait. Marmora Meſſallę ſcindit caprificus, eſt genus ſylueſtris ficus, nunquā matureſcens, ruptis ſaxis erumpens. Stapulen̄ Mart.

3. Cauatio facta a guttis, non fit partiliter per ſingulas guttas; ſed tota cauatio fit ſimul ab vltima in virtute cęterarū, vt probat hic latius Auer. Auerroys

5. Colligit Alb. quinq; modos philoſophorū de hac re Primus Zeno dixit omnia quieſcere. Secundus Heraclitus dixit omnia moueri. Tertius Emped. cum Anax. dixit aliquando omnia moueri, & aliquādo omnia quieſcere. Quartus Pythagoras dixit rerum alias omnes ſemper moueri, alias omnes ſemper quieſcere, cōſenſit Epicurus. Quintus Ariſt. aliqua dixit ſemper moueri, alia ſemper quieſcere, alia interdum moueri interdum quieſcere. Albertus Zeno Heraclit⁹ Emped. Anaxag. Pythag. Epicurus Ariſt.

12. Vectis motiuus ponderis, grece ὀμόχλα nō mouet lapidē, niſi moueatur & trahatur.

15. quęritur igitur propter quid leuia. &c. hæc Ariſt. contra Plato. effundit, qui arbitratus eſt corpora ſimplicia ſeipſa mouere, ꝙ poſt eum Seneca aſſtruit, & Galenus eorum partem tutatur vt Alb. renarrat. Ariſtot. Plato Seneca Galenus

21. Probat non omne mouens moueri, cuius oppoſitum Plato voluit, nullū .ſ. immobile poſſe mouere & ita primos motores ſe mouentes conſtituit, & in hoc Ariſt. preponit Anaxag. ſententiam Platoni. Albertus Plato Ariſt.

25. Omne mouens ſeipſum diuiditur. &c. hoc denuo expugnat Platonem, qui dixit primum motorē eſſe ſimplicem, & tamen ſeipſum mouentē, cōtra Ariſt. oſtendit omne motum eſſe compoſitum. ¶ Vnde in duobus diſſentit Plato. Primo ꝙ motores primi per hoc mouent, quod a ſe mouentur, quod etiam de anima voluit, & ideo dixit eam immortalem vt colligit in phędro, quia nullum corpus aut virtus in corpore mouet ſe per ſe, anima mouet ſe per ſe, igitur anima non eſt corpus, nec virtus in corpore, minorem probauit in intellectione. Secundum in quo differūt eſt ꝗa Plato dicit aīas deſcendiſſe de cœlo a cōparib⁹ ſtellis, vn̄ dixit ſemē aīarū eſſe ī cœleſtib⁹; Anaxag. Plato. Plato Ariſt. Plato Plato

Ariſt. Albertus Ariſtot. vero potius vult in corpore eſſe natās ait Alber. at de hoc in libris de anima.

32. hic liquet animal non eſſe id quod primo mouet ſe, quia non eſt actu conſtans ex duobus tantum ſed ex pluribus.ſ.anima, ſpiritu, muſculo, & corpore, ſed cœlum eſt primum ſeipſum mouens.

Plato 34. quod ſe excuſat eſt propter Platonem vt diximus, qui omnia ſe ipſum mouentia perpetua eſſe autumauit.

Explicatio ſcholaſtica.

An animal moueatur ex ſe, & non graue vel leue inanimatum.

Articulus.I.

XXXIII. Circulationẽ eſſe primũ motũ probatur iterũ, quia motus localis eſt primus, & nõ rectus neq; miſtus, ergo orbicularis, Secũdo quia incorruptibile perfecti⁹ eſt corruptibili, ſed circulatio eſt infinita & ĩcorruptibilis, recta vero finita, ergo circulatio eſt perfectior latione recta. Tertio quia motus qui poteſt eſſe perpetuus eſt prior, ſed ſic eſt de circulatione, ergo circulatio eſt prior, nam in alijs oportet fieri ſtationẽ & quietem. Quarto quia omne qđ ſemper eſt in principio medio & fine nũq; finitur Patet quia ſi eſſet in fine tantũ, finiretur, ſed cum ſimul eſt in principio, non tũc finitur, ſed motus circularis ſemper eſt in principio medio & fine, ergo eſt perpetuus

zeno

XXXIIII. Quare Zeno in parte verũ dixit ſpherã nõ moueri, quia ſemper eundem obtinet locũ, nam totus orbis in eodẽ manet loco toto, circa idẽ centrum, igiẽ videẽ quodãmodo ſemper quieſcere, rurſus continue mouetur circa illud centrũ.

XXXV. Alia rõne principale cõfirmat, quia circulatio eſt menſura aliorũ motuũ, ergo ipſa eſt prior alijs, Secũdo quia latio vniformis eſt prior difformi, ſed circulatio eſt vniformis, quia circumlatum ęqualiter ſe habet ad centrũ recta vero difformis. Tertio hoc probat autoritate antiquorũ, qui omnes principia rerũ ſumunt a mõtibus lõcalibus vt Empedocles cũ concordia cõgregante, vt Anaxago. cũ mente ſegregante vt Democritus qui et lationẽ in vacuo poſuit & res cõcurſu atomorũ generauit, vt Epicurus qui denſitate & raritate omnia generauit vt Plato qui mentẽ ſeipſam mouentem principiũ fecit, vt vulgares omnes qui rem tũc moueri dicũt, quando moueẽ localiter, ꝓ ſi etiã moueaẽ augendo aut alterando, & manet in eodem loco, bene dicũt eam mutari, ſed nõ moueri. Mirificũ Ariſt. ingeniũ, omniũ ſectarũ aſſertiones ſibi conciliat in ſe grauiſſima.

Empedo. Anaxag. Democri. Epicurus Plato Ariſt

Annotatio in tex.


10. Subſtantia rei nõ mutatur motu locali, ſicut in alteratiõe & alijs motibus, habes hic motum nõ diſtingui a mobili vt lib. 3. oſtendimus: qm̃ alias mobile mutaretur motu, ſicut alteratione; Conuerſiõe intellexit interpres circulationẽ, ſeu motũ circularẽ.

11. In fine abſurdũ genitũ mox corrumpi, Facit qđ 5. libro de hyſtoria animaliũ legitur, Inter animalia hoc minimo viuere tempore quod ἐφήμερον græci, nos diariũ appellamus, Hypanis eñ fluuius vt narrat Ariſt. apud Cimerium boſphorũ ſub ſolſtitio defert veluti folliculos acinis maiores, quibus volucres quadrupedes erumpunt; quod genus animalis in poſtmeridianũ tempus vſq; diei viuit & volat. mox deſcendente ſole macreſcit & languet, Sic moritur vita non vltra diem peracta. Ariſto.

23. Quando moriens moriaẽ, cauillus eſt. Zenonis in libro de morte. Mortẽ nec ad viuos nec ad mortuos pertinere, Ita inducit Socratem cũ Axiocho Argutantem, & quia libellũ hunc Marſ. ficini beneficio habemus inter latias opes, legat qui velit.

Zeno, Socrates Marſil. Ficinus

30. Motũ in alio & alio fieri medio vel eodẽ, ſic accipe, ibi ſol motus ab a in b & dein. a. b in c, dicitur moueri in alio & alio medio, quod ſi ſol motus ab a in b rediret ad a diceretur moueri in eodem medio quo prius



Explicatio ſcholaſtica.

An motus localis ſit primus motuum.

Articulus. I.

Nota. I. Preſupponendo modos prioritatis ex categorijs, quod prioritas poteſt attribui lationi ſecundũ omnes modos eius, ſed hoc poteſt fieri vel in particulari vel in vniuerſali. In particulari non erit catholicum, qm̃ motũ localem Eckardi pręcedit generatio ei⁹, ſed in vniuerſali potior erit conſideratio, Et aduerte & repone mente tua etiã in alijs adinuicem comparatis, ſume exemplũ extra propoſitum Ariſt. 9. metaph. oſtendit actũ pręcedere potentiam, quod ſi in particulari reſpexeris vacu⁹ abibis: nam Eckardus & quodlibet animal pri⁹ fuit in potẽtia q; in actu, at ſi altius ſuſpexeris in generali ratione, recte quidem iudicabis, qm̃ cũ potentia non educatur ad actũ, niſi per actũ, neceſſe erit eſſe actũ pręuium, qui potentiam illã ducat in actum, Sic in alijs ſimiliter operare Ariſto.

Nota. II. Duplicem eſſe lationẽ (dudum adnotauimus motũ localem a nouo interprete appellari lationem) eſt eñ vna latio recta, alia orbicularis, & ex his miſta, vt re mota per chordam & ſemicirculũ ſeu arcum, voluit aũt Ariſt. non quenq; motũ localem eſſe primũ, ſed circularem, nec cuiuſq; rei, ſed primi mobilis, quẽ adeo hic extollit & in prima philoſophia, vt nedum perfectione reliquos anteeat, ſed & omnes alij ab eo dependeant, adeo quod primo motu (per impoſſibile ſecundũ eũ) ſtante, nullus alius motus fieret, verum Celebre Parrhiſieñ ſtudium (cuius nõ eſt contemnenda autoritas) inter errores hunc locũ reiecit, quod nõ videbaẽ rationi cõſentaneum magnũ ignem non poſſe conburere vnã ſtuppam, Porro in ſacra fidei noſtrę philoſophia habemus ſolem ſubſtitiſſe ad Ioſue preces, quo Gabaonitas perſequi poſſet, vnde ſolis ſtatio nõ impediuit ſed promouit cedes & neces hominũ Amicus ergo Ariſtoteles, amicus Eckardus, at magis amica veritas.



Ariſto. Parrhiſij Ariſto.

Ariſtot. Nota.III.Ariſt.ꝓbantē prioritatē lationis ad alios
motus aſſumere hanc vulgatā; poſterius gn̄atiōe eſt
pfectius, qđ ſub alijs verbis citari ſolet. Cōtrarius eſt
ordo gn̄atiōis & pfectiōis, at qꝛ multa vulgatia ob
ſtrepūt, diminutio ſeqtur augmentationē; nec eſt p-
fectior; ſenectus cū genuina infirmitate .i. delyrio,
iuuentā ſequit, neqꝫ tñ eſt ea pfectior, niſi talis eſſet
Cicero (que eſt rariſſima) qualē Cicero Romane eloquentie
princeps in Catone deſcripſit, accomodabis ergo
Ocham eā intelligentiā ꝓpoſitioni, q̄ dedit G.Ocham q.iij.
diſ.1.& q.2.diſ.5.primi. Poſteriora gn̄atione eſſe pri
ora pfectione .ſ. in his qn̄ vnū per ſe ordinat ad ali-
Nyphus ud, vel vt Nyphus ait in augmento, ſume exemplū
ſemen diſponit ad embrionē embrio ad fœtū, fœtus
ad infantē, infans ad iuuenē, in his poſterius eſt per-
fectius priori, verū ſi occeperis ꝓgredi deſcendēdo
ad ſenectā, ad decrepitā, ad mortē ad cadauer. &c̄. nul
lus erit ꝓpoſitioni locus. ¶ Sic illa ꝓpō tm̄ vnum
Ocham vni eſt contrariū intelligat ſcđm G. de Ochā diſ.2.
46. primi, qđ vnū vni cōtrariat ſcđm ſpeciē, & can-
dem ſpeciem oppoſitionis.

Articulus.II.

Concluſio. Motus localis quo ad circulationē eſt
prior alijs motibus tp̄e & cōſequētia ſeu natura, at
in ambulatione latio eſt prior pfectiōe alijs, etenim
motus cœli, qꝛ eternus precedit alios duratiōe, & qꝛ
eternis & corruptibilib⁹ cōmūis, cōmunitate quoqꝫ
Ariſtot. antecedit. Cauſat quoqꝫ motus inferiores, vt Ariſt.
2. de gn̄atiōe de motu ſolis in obliquo circulo dicit
qui generationes corruptioneſqꝫ ciet.


Articulus.III.

An reflexū in puncto reflexionis quieſcat.

¶ Premitto.I. Reflexionē eſſe motūq incipit in ter
mino ad quē motus directi & fit verſus terminū a q̄
p eandē viā vel ꝓpe. ¶ Et ſicut de motu dicimus, ita
triplex eſt reflexio, naturalis, vt ſagitta recidēte, vio
lenta, vt pile reſilientis a terra ad q̄ ꝓijcit, miſta vt la
pide ſurſum proiecto & reuerberato velocius quam
ſe naturaliter moueret.

¶ Premitto.II. mobile poſſe reflecti p ſe vt ſagitta
Brux. ſurſum eiaculata in aerē, paccidēs qn̄ aliq̄ obſtaculo
occurrente repellit, ſub alijs verbis Bruxell. dicit du-
plicē eſſe punctū reflexionis .ſ. naturalē & violentū.
¶ Adde tñ vnū pulchrū verbū qđ reperio me iuuenē
xvij. annorū hic adnotaſſe, punctū reflexiōis q̄dlibet
ſurſum eſſe naturale mobili graui ſed non mouenti,
proijcio lapidē verſus tectoriū, repellit, naturale eſt
graui deſcendere, at tñ ratione impetus ſurſum mo-
Ariſtot. uentis habita, tunc eſt violenta repercuſſio.
Auerroys ¶ Prem.III. qđ intētio Ariſt. eſt motus an̄ & poſt re
flexionē non cōtinuari, qꝛ ſit q̄es media, at tñ Auer.
Com.62. ponit duos caſus qbus hoc fieri poſſit, pri-
mus eſt reſpectu diuerſorū mobiliū, vt pulſatis chor-
dis vna ceſſante, alia incipit ſic in motu locali fit in
tripudijs, ſaltāte Eckardo vt primū ipſe deſierit Ecke
bertus cōtinuet ſine q̄ete media tēporaria vel inſtā-
tanea. Scđs eſt qn̄ motus ſubſeqns eſſet pfectio mo-
tus primi vt in gn̄atione & alteratiōe. Tertius addi
Saxo poteſt ex obiectionibus Sax. qn̄ vno motu moueret
p ſe, alio paccidēs, vt Eckardus aſcendēs in naui, & in
fine motus nauis incipiat retrogradi, tūc motus ſur
ſum continuabit motui deorſum, idem fit in muſca
mota ſuper lancea

Reſpondet in omi motu nō ſupnaturali, in q̄ mo
bile naturalit ſeu p ſe reflectit, q̄ſcit ipſum in pūcto
reflexionis, ꝓbat per rationes Ariſt. in textu. ¶ Sed Ariſtot.
queris q̄s eſt punctus naturalis reflexionis, reſpondet
elegāter Mar- Marſil.
ſil. qꝛ ad hoc
qđ graue mo
ueat ſurſum,
reqrit impetū
vincere reſi-
ſtentiā grauis
volo. q̄ illa
ſit vt.4. impe
tus vt.8. at il-
le cōtinue im
minuit, qui ſi
fit vt quattu
or, tūc qꝛ a ꝓ
portiōe equa



litatis non fit actio ideo q̄ſcit, at debilitato & vi-
cto impetu, tunc deorſum mouet, & ſemper veloci⁹
q̄ plus īpetus debilitat ſaluis dicēdis de īpetu ī c. ſeq.

Dubium.II. An inſtans mutationis debeat attribui paſſioni poſteriori?

¶ Premitto.I. qđ p paſſionē priorē intelligit termi-
nus a q̄, & p poſteriorē terminus ad quē, quō aūt nō
ſint ponēda inſtātia indiuiſibilia ſupius oſtēdimus.
¶ Premitto.II. duplicē eſſe mutationē .ſ. acq̄ſitiuā &
deperditiuā, & vtraqꝫ poteſt fieri vel ſucceſſiue vel
inſtātanee. Adde qđ quattuor ſunt inſtātia inceptiōi
duo, duo ite deſitiōi deſeruiētia vt in ſum. diximus. fol. 104.

primum ꝓ eſſe	vltimum ꝓ eſſe
vltimum ꝓ non eſſe	primum ꝓ non eſſe
incipit	deſinit

¶ Prem.III. qđ dū q̄rit cui paſſiōi attribuendū ſit
inſtans tranſmutatiōis, puta dū homo generat an ve
rū ſit hoiem eſſe, & fundamentū huius rei eſt, vt q̄s
ſciat an ſit dabile primū inſtans eſſe vel nō eſſe rei et Arim̄.
ſimiliter vltimū, de quo vide acutiſſimū Gre. Arim̄.
diſ.xvij.q.2.art.2.primi.
¶ Premit.IIII. qđ habere primū vel vltimū inſtans
rei poteſt bifariā intelligi, nā primū inſtās rei dupli Dicit cō-
citer dicit, prīo qꝛ res ſit in aliq̄ inſtāti, & nihil ipſi pletum
us ante hoc fuerit, aliō mō qđ res ſit in aliq̄ inſtanti incōpletū
ante qđ ipſa non fuerit, licet aliqđ eius fuerit. Et hec
oīa pn̄t intelligi vel loquēdo naturalit aut ſuperna
turaliter, vnde cōmuniter iam neoterici has propo-
ſitiones admittunt in hac materia
Prima cuiuſlibet rei pmanētis dabit primū inſtans Holcot q.
eſſe incōpletū dum totalitet eſt producēda, ꝓbatur 3. primi
capio albedinē totalit ꝓducendā in b tp̄e, vel illa
q̄litas erit in inſtāti terminātē b vel non, ſi nō b nō Que inſtā
erat tp̄s totale eius ꝓductiōis cōtra ſuppoſitū ſi erit tia nō ha-
in eo vel erit an̄ illud inſtās vel nō, ſi erit an̄, ergo al- beat ex
bedo eſt totalit acq̄ſita ī minori tp̄e q̄ erat b cōtra oppoſito
ſuppoſitū, ſi nō tūc habet ꝓpoſitū ꝓpoſitiōis. iudica, q̄
Secunda rei pmanētis ſucceſſiue corrūpende dabit ſi nō es a-
primū non eſſe, patet capio albedinē corrūpendā in deo acut⁹
b tp̄e, vel ergo in inſtāti terminatiuo b tp̄is albedo lege ī Gre
erit vel nō erit, ſi non erit, deſinet ergo eſſe p primū go. vbi ſu
non eſſe in illo inſtāti. Si erit in illo inſtāti, ergo ali pra.
qđ eius adhuc eſt ſucceſſiue corrūpendū, et ita b non
eſſet totale tp̄s ſue corruptōis qđ ē cōtra hypotheſim

Tertia. Rei pmanētis ſi pducet in inſtanti, dabitur primū inſtans cōpletū, pbat ſimiliter ſicut pria vñ de deſitione loquēdū ſimilit ſicut in ſcda. ¶ Seqtur corolłm deū poſſe pducere duos immo tres angelos immediate cōtra G. Arim. ſed hęc vltra crepidam quibus ſic breuiter deguſtatis

Maioris
Arim.

Reſpondet inſtans mutatiōis inſtantaneę acqſitiuę attribuit paſſioni poſteriori, deperditiuę ſimilit ratio eſt in promptu qa aīa incipit eſſe p primū inſtans eſſe & deſinit eſſe p primū non eſſe cōpletū G. Bruxel. refellit regulas antiquorū, at hęc curioſa nihil vtilitatis afferunt, Menghus fauentinus curioſiſſime de his ſcripſit.

Bruxel.
Menghus

Articulus. IIII.

Ariſt.

Ratio. I. Aeterno nihil eſt pri⁹, generatiōes & corruptiōes ſcdm Ariſt. ſunt ęterne ſcdo de gene. & vij. phyſ. ergo eis nihil eſt prius, & ſic motus localis non erit prior eis. Confirmat agere pſupponit eſſe, ergo generatio prior eſt latiōe, tenet cōſequētia qa gñare eſt ad eſſe velut ad terminū ad quem.

Secunda moueat faba ſurſum in occurſum molaris, vel non qeſcit in puncto reflexionis, & habeo cōtra reſponſionē dubij, vel qeſcit; & tunc ſequeret φ vna faba ſiſteret motū magni molaris, φ dea veritas nō credit. ¶ Confirmat qa lapis piectus ſurſum cū ſit grauis neq aliqd eū detineat, nō videt quō in aere ſuperius poſſit qeſcere, ſimilit pila piecta verſus terrā, ſi qeſcit & eſt grauis non videt quid eam ſurſum moueat.

Tertia. Ambulans in naui vētis retro agitata reflectit ſine qete media, ergo nō ōme reflexū in pūcto reflexiōis qeſcit. Confirmat aſcendēte hoīe funē alligatū trabi, q in aſcenſu rumpat, tunc homo ibi reflectitur ſine quiete media.

Quarta. non videt cui paſſioni ſit attribuendū inſtans trāſmutatiōis, p q̄ hoc ludicrę ſubtilitatis affert ex Gellio; qm moriens aut morit qñ eſt, aut qñ non eſt, nō qñ eſt, qm tūc viuit; nec qñ non eſt, qm tunc eſt mortuus, nec potes neutrū dicere, cū in cōtradictione nō ſit mediū, neq vtrūq, qm hoc abſurdiſſimū. ¶ Cōfirmat qa res qñ creat eſt, vel nō eſt, ſi non eſt, non entis nō eſt actio vel paſſio, ſi eſt; ergo eſt creatū vel increatum. &c̄.

A. Gellius

Reſpondet ad primā qd gñatiōes et corruptiones ſunt ęterne p ſucceſſionē. i. vna ſemp ſucceſſit alteri ſcdm Ariſt. tñ non eſt dabilis aliq̄ gñatio que ſit ęterna, ſicut dabilis eſt motus cœli ęternus ſcdm Ariſto. Ad cōfirmationē cōcedo cōſequentiā indefinite, qa gñatio eſt prior latiōe gñati, ſed nō ſeqt in cōmuni, & rō eſt qa dat mobile ingenerabile. ſ. cœlum.

Ariſtot.
Ariſto.

Ad. II. qd ibi mobile non reflectit p ſe vel naturalit ſed violente ſeu paccidēs. Marſil. ait fabā nūq attingere molarē, ſed qa impetuoſe pellit molaris lapidē ante ſe, & ita ab illo impetu pellit deorſum añ molarē. Ad cōfirmationē dico immo aliqd detinere lapidē. ſ. ęqualē pportionē potētię motiuę ad reſiſtentiā, vt diximus dub. 1. in fine. De pila patet φ mouetur ab impetu impreſſo a pijciēte de quo ſeq. q.

Marſil.

Ad. III. patet qd eſt reflexio paccidēs, de fune dicit immo qd qeſcat, qa funis non rumpit inſtantanee, ſed ſucceſſiue, quo tempore aſcendens quieſcit.

Ad. IIII. Plato ī parmenide, ob id nouū peperit tps in cōfinio vitę & mortis, q̊ in medio moreret viuēs nā cū viuēs & moriēs pugnātia ſint, nō pñt eodē tpe ineſſe, ſed diuerſis, q̄re repētinā mediā naturū cōſtituit A. Aug. ob Platonicā philoſophiā hic fluctuat, q ſi tā ſtudioſe coluiſſet liciū, velut in achademia frequēs fuit, nō voluiſſet hoc ſaxū. Is em̄ li. xiij de ci. dei c. ix. ptractat hūc Xenocratis cauillū, et robuſtiorē inducit c. xi. ingt ibi ſic Aug. Etenim anteq mors veniat, nō eſt moriens, ſed viuēs, cū vero mors venerit mortu⁹ erit, nō moriēs; illud ergo adhuc añ mortē, hoc iā poſt mortē, qñ ergo in morte? Addit Aug. añ finē cap. vñ nō iportune neq incōgrue arbitror accidiſſe, etſi nō hūana īduſtria, iudicio fortaſſe diuino vt hoc verbū qd eſt morit in latina lingua, nec Grāmatici declinare potuerūt ea regula, q̄ cętera talia declinant. At obijcies ſic etiā creare debere eſſe anomalū, ſiqdē par de vtroq dubitatio, q̄ro em̄ qñ aīa creat vel qñ eſt, aut qñ nō eſt, qñ nō eſt, eſt creāda, qñ eſt, ē creata. Peripatetice facilit dicere poſſis, in ſucceſſiuis obuia eſt dilutio, tūc em̄ aliqd dealbat, qñ ps albedinis eſt acqſita, & ps acqrēda. In inſtātaneis nota ppoſitionē; ī inſtātaneis idē eſt mutari & mutatū eſſe fieri & factū eſſe, creari & creatū eſſe, mori (ſi eſt inſtātaneū) & mortuū eſſe; tūc dico ad argumentū ī forma moriēs morit qñ eſt vel qñ nō eſt, dico qd qñ ptim ē & ptim nō eſt, qm mors ſcdm Dionyſ. eſt ſeparatio aīę a corpe, poteſt ergo a pte corpis eſſe ſepara. ſ. manu vel pede & eſſe in cōtinua motiōe vt a reliqs ptibus ſeparet, itaq ſcdm legē ſucceſſiuorū, tūc eſt ī mutatiōe mortis, illo tpe intermedio, q̊ ſucceſſiue a pte poſt ptē ſeparat. Si inſtātanea fuerit mors vt plures volūt, φ tñ nō credo, tūc dico morientē mori ī prīo inſtāti nō eſſe, ideſt φ iā nō ē & īmediate añ hoc nō fuit, ſi dicis eſt tūc mortu⁹, ergo nō eſt moriēs, nego cōſeqntiā & rō eſt, qa idē eſt in inſtātaneis fieri & factū eſſe, ergo idē eſt mori & mortuū eſſe alij nō inerudite diſtinguūt añs, qm vel mortu⁹ eſt pticipiū pteriti tpis & ſic negāt añs qa ī moriēte mors eſt ptā, vel ē nomē, & ſic cōcedūt añs, at tūc mortu⁹ cū nō iporet pteritionē, ñ repugnat huic φ ē moriēs, hęc de q.

Plato
Auguſt.
Xenocra.
Auguſt.
Dionyſi⁹

De primo motore. Cap. IIII.

78

Intentio
Cōcluſio
Suppōit primo
Secundo.
Rō ad cōcluſionē

NVnc aūt ptibus hoc vacare magnitudineq nullā prorſus habere neceſſariū eſſe dicamus ac demonſtremus oportet, prius hiſce definitis quę hanc ſententiā antecedunt. Atq horū vnū eſt hoc fieri inq non poſſe quo finitum quicq tpe moueat infinito. Tria nāq eſſe ī ōmi motu cōſtat id qd mouet id qd mouet, & tertiū ipm tps. Atq aut hęc oīa infinita ſunt, aut finita aut horū aliq̄ vt duo aut etiā vnū. Sit igit A qdē mouēs b aūt id qd mouet, & tps infinitū ſit C. Pars itaq ipſius a quę qdē ſit d moueat ptē aliquā ipſius B ſitq illa ps E atq patet, nō toto C tpe ipſam mouere. In maiore nāq maius nimirū mouet q̄re ſit vt tps illud īfinitū nō ſit deſignet atq ſit f. Hoc igit pacto addēs ipſi d atq e pti ptē totū a tandē & b ſimilit totū cōſumā, tps aūt nūq, ę q̄lē f pti ſemp auferēs ptē qppe cū ſit vt ē ſuppoſitū īfinitū. Quare totū a mouēs totū b ī pm finito ī tpe C mouebit, fieri ergo nō


poteſt,vt a finito q̃cq̃ʒ infinito in tpe moueať perſpicuũ igiť eſt fieri non poſſe quo finitũ
79 quicq̃ʒ tpe moueat infinito.¶Fieri vero non poſſe vt finita in magnitudine vires ſint infini 2
tę ex hiſce ſane fuerit notũ, ſint enim maiores eę ſemp̃ vires quę ęquale qđ minore in tpe fa Cõcluſio
ciunt ceu calefaciũt,aut dulcedine afficiũt, aut ꝓijciunt,oĩnoq̃ʒ mouẽt.Quod cũ ita ſit,ab eo Suppoſi
quoq̃ʒ ꝑfecto qđ infinitũ q̃dẽ eſt,infinitas aũt vires habet patiẽs q̃ppiã patiať, & magis quã tio prima
ab alio patiať neceſſe eſt,infinitę nãq̃ʒ vires viribus ſunt maiores finitis, at nullũ eſſe tempus Secunda. Rõ ad cõ
omnino poteſt,quo vires illę mouerẽt,nam ſi ſit A tẽpus,quo vires infinitę calefecerũt vel pe cluſionẽ
pulerunt A B vero ſit tempus,id in quo finitę quędã vires mouerũt, hiſce viribus ſi maiores
finitas vires ſemper addidero,ad eas tandẽ vires ꝑueniũt,quę mouere in a tpe poſſint,finito
nãq̃ʒ cuiuis ſi finitũ ſemp̃ addidero omĩ quouis illud definito faciã maiꝰ,& ſi abſtulero minꝰ
80 identidẽ faciã.Ergo tpe in eodẽ aut ęq̃li finitę ac infinitę vires mouebũt,hoc aũt eſt impoſ-
ſibile fieri ergo non poteſt,vt magnitudo finita vires habeat infinitas. ¶ Neq̃ʒ igiť fieri po- 3
teſt,vt infinita in magnitudine finitę ſint vires atq̃ʒ quanq̃ʒ fit vt minore in magnitudine plꝰ Cõcluſio
viriũ inſint, multo tñ maiores ſunt ĩ maiore,ſit itaq̃ʒ magnitudo infinita A B atq̃ʒ ꝑs eius C
B vires aliq̃s habet q̃bus d mouit aliquo in tpe qđ e f litteris deſigneť.Si igiť ipſius C B du-
plam cœpero magnitudinẽ, hac eñ nũc rõe vtamur illa tp̃is in dimidio qđ eſt E G idẽ ꝑfe-
cto mouebit.Quod ſi hoc pacto ſumpſero ꝑtes a b quidẽ magnitudinẽ nunq̃ʒ tranſibo.Tem-
pore vero dato ſemper accipiã minus.Erũt ergo vires ipſius A B magnitudinis infinitę. Oẽs
eñ finitas exuperãt vires.Oĩm aũt finitarũ viriũ tp̃s etiã finitũ eſſe neceſſe eſt. Nã ſi aliquo
in tp̃e moueant tantę,maiore minore in tpe q̃dẽ,at definito mouebũt cõuerſione cõtraria ra
tionis.Sunt aũt infinitę vires ꝑinde atq̃ʒ multitudo magnitudoq̃ʒ infinita eſt ea,quę multitu- 4
81 dinẽ oẽm magnitudineq̃ʒ exuperat definitã.¶ Licet aũt hoc idẽ ſic etiã demonſtrare.Accipi Secũda rõ
emus eñ magnitudinis finitę cuiuſpiã potẽtiã aliquã generis eius potẽtię;quę in magnitudi ad princi
ne eſt infinita,quę finitã potentiã infinitę magnitudinis metieť. Ex his igiť quę dicta ſunt pale
82 patet fieri non poſſe vt finita in magnitudine vires ſint infinitę,aut in infinita finitę. ¶ Sed 5
de his quę feruntť bene ſeſe habet,aliquã primo dubitationẽ afferre. Nam ſi omẽ qđ moueť Dubitatõ
ab aliquo moueať,quo pacto eorũ quę ſeipſa mouẽt cõtinue non nulla mouenť, eo qđ moue-
rat non tangẽte vt corporũ ea quę ꝓijciunť. ¶ Quod ſi hiſce qui mouit, & aliq̃d aliud ſimul 6
mouet vt aerẽ, q̃ q̃dẽ mouet ſubiẽs motũ,ſimili modo ꝑfecto fieri neq̃t,vt illa moueanť ipſo Cõtra pla
primo non tangente neq̃ʒ mouente.Sed ſimul oĩa moueantur,rurſuſq̃ʒ moueri tum deſinant. tonem
Cum id qđ primo mouet deſinit mouere neceſſe eſt,& ſi ꝑinde facit vt magnes veluti ſi mo-
uet quod mouet.¶At eñ hoc dicať neceſſe eſt,id qđ primũ mouit facere vt mouere etiã poſ- ſolutio ꝓ
ſit aut aer aut aqua,aut aliq̃d tale quod q̃dẽ eſt aptũ mouere motũq̃ʒ ſubire,ſed nõ deſinit mo- pria ad q̃ʒ
uere atq̃ʒ moueri ſed deſinit q̃dẽ moueri,cũ is q̃ mouet moueri deſinit. Eſt aũt adhuc mouẽs. declinat
Qua ꝓpter moueť alij herens,vt in hoc eadẽ ratio eſt. ¶Deſinit aũt cũ mouẽdi potẽtia minor 7
fit in eo quod heret.Pœnitus aũt deſinit,cũ antecedẽs non vlterius mouens fecerit, ſed motũ Ceſſat ꝓ
ſubiẽs ſolũ.Hęc aũt ſimul deſinere alterũ mouere alterũ moueri totũq̃ʒ motũ neceſſe eſt. ¶ Is iectio
igiť motus in hiſce fit quę nõ nũq̃ʒ moueri nõ nunq̃ʒ q̃eſcere poſſunt,& non eſt cõtinuus ſed 8 Corollꝭm
apparet,nã aut deinceps collocatorũ,aut tangentiũ eſt.Non eſt eñ vnũ mouẽs,ſed plura, quo
rum aliud alij heret.¶Quo circa talis motus in aere fit & in aqua quẽ q̃dã antiperiſtaſim eſſe 9
dicunt.Impoſſibile aũt eſt alio modo ſoluere ea quę dubitata ſunt, q̃ʒ dicto modo: ipſa aũt anti Cõtra an
periſtaſis cuncta ſimul mouere mouerią̃ʒ facit.Quare & deſinunt ſimul, nunc aũt vnũ qđ cõ tiquos.
83 tinue ab aliquo moueri videt,non eñ ab eodẽ moueť.¶Quoniã aũt in hiſce quę ſunt cõtinuũ 10
eſſe motũ neceſſe eſt.Hic vero eſt vnus,atq̃ʒ vnũ motũ magnitudinis cuiuſpiã eſſe neceſſe eſt. Cõuertit
Non eñ id moueť,qđ magnitudinis eſt expers,& vnius eſſe atq̃ʒ ab vno, alioq̃n cõtinuus nõ ſe ad pro
erit,ſed herẽs alius alij atq̃ʒ diuiſus.¶Id qđ mouet ſi vnũ eſt,aut ſubiẽs motũ mouet,aut immo poſitum.
bile eſt.Si igiť moueť,ſimul ſequať ipſum atq̃ʒ muteť,& inſup ab aliq̃ moueať oportet,quare Primo
ſtabiť atq̃ʒ ad id accedeť qđ mouet & eſt immobile.Hoc eñ non ſimul mutari neceſſe eſt, ſed Secundo
poterit ſemp̃ mouere, nam hoc pacto mouere ſine labore ꝑfecto eſt.¶Eſt hic motus aut ſolus Tertio
aut maxime eſt vniformis. Id enim quod mouet nullam ſubit mutationem, id etiam quod ab
84 illo mouetur, vt motus ſit ſimilis, non ſubeat mutationem oportet. ¶ Atqui illud aut in me- 11
dio aut in orbe eſſe neceſſe eſt. Hęc enim principia ſunt. At ea quę propinquiſſima ſunt mo- Cõcluſio
uenti, ſumma cum celeritate mouentur. Talis autem eſt ipſius totius motus. Illic igitur eſt id
85 quod mouet. ¶ Exiſtit autem dubitatio ſi fieri poſſit, vt quippiam motum ſubiens continue 12 Dubitat

Solutio ī violentis moueat, ſed nō vt id qđ iterū iterūq; pellit ex eo cōtinue mouet, q̄a motus deinceps ſunt aut eīm ipſum pellere vel trahere vel vtrūq; facere oportet, aut aliud aliudq; ſuccedens ꝑinde atq; fit in hiſce quę proijciunť, vt antea diximus, ſi cum facile diuiſibilis ſit vel aqua vel aer, alius ſemper mouet ſubiens motū. At neutro modo motus vnius eſſe poteſt, ſed plures herētes erūt. Solus igiť is eſt cōtinuus motus, quo id qđ eſt immobile mouet. Semper eīm ſimiliter ſeſe habens, & ad qđ moueť ſimiliter & cōtinue ſeſe habebit. ¶His hoc pacto determinatis, patet im 86
13 Cōcluſio pricipalis poſſibile eſſe primū mouēs atq; immobile magnitudinē vllā habere. Nam ſi habet, aut finitā aut infinitā ipſam eſſe neceſſe eſt. At demonſtratū eſt prius in naturalibus, fieri non poſſe vt magnitudo ſit infinita, & nunc demonſtrauimus finitam magnitudinē infinitas vires habere non poſſe, & impoſſibile inſuper eſſe infinito in tēpore quicq; a magnitudine finita moueri. Primum aūt mouens ęterno motu infinitoq; tempore mouet. Patet igitur ipſum indiuiſibile ac vacareq; partibus, ac magnitudinem nullam prorſus habere.

Explanatio textus.


Ariſtot. Egit Ariſt. motū eſſe perpetuū, illū docuit eſſe motū circularē, nunc qualis ſit primus motor cōſiderat.

I. nullū finitū mouere poteſt quicq; tp̄e infinito, vt hoc ꝓbet diſponit primo a b c a mouēs finitū b mobile finitū c tp̄s infinitū. Scđo qđ ps a ſit d ps b ſit e & tp̄s quo d mouet e ſit f qđ eſt minus q̄ ſit c tūc ſic argumentať ſi a mouet b in c d mouebit e in f, ſed d poteſt toties ſumi, qđ finiet totū a & e poteſt toties ſumi, qđ finiet totū b, cū iſta ſint finita, ſed f nunq; cōſumet c q̄a finitū non cōſumet infinitum, ergo c non erat tempus adęquatū quo a mouebat b.



II. In magnitudine finita non poteſt eſſe virtus infinita mouens illā. Supponit primo virtutē maiorē mouere in tp̄e minori, & minorē in maiori, ſupponit ſcđo ꝙ patiēs plus patereť a finito habēte infinitam virtutē, q̄ ab habente virtutē finitā, ſic poſtea ratiotionať. Si virtus infinita mouet magnitudinē finitā, & eſt in illa, tunc moueret in non tp̄e, vel finita & infinita in ęquali tp̄e mouebunt, ſed hoc eſt impoſſibile, ſequela ꝓbať q̄a ſi finito tp̄e mouebit virtus infinita, tūc poteſt vigorari virtus finita, vt in ęquali tempore moueret ſicut infinita

III. In magnitudine infinita non poteſt eſſe virtus finita. ꝓbat duabus rōibus, prima in virtute eſt iſta, oīs virtus quę oēm finitā exuperat neceſſario eſt infinita, poteſtas magnitudinis infinitę oēm exuperat finitā, igitur eſt infinita, maiorē & minorē probat in tęxtu, & oīa in terminis more mathematico demonſtrat, quę accomodatis figuris trāſlatiōe liquēt



IIII. Scđo ꝓbať cōcluſio. Si magnitudinē infinitā moueret virt⁹ finita tp̄e finito, tūc moueret in ęq̄li tp̄e cū magnitudine finita, at illud eſt falſum ergo.

V. quęſtio eſt vnde moueanť ꝓiecta poſteaq; ſemota fuerint a proiectore.

VI. ꝓiecta non moueнť ab aere ꝓpinquo ꝓijcienti patet q̄a ſimilis quęſtio eſt de eo q̄s moueat aerē, ceſſante eīm primo motore, alia ceſſant moueri, tñ eo declinare videť, ꝙ licet aer ꝓximus vt motor, ceſſat mouere, ipſe ceſſat moueri, ſed non ceſſat mouere.

VII. Ceſſat aūt mouēdi potētia, q̄a ſemꝑ fit minor & minor, & poſtremo ceſſat moueri & mouere, hęc eſt ratio, cur ceſſat motus.

VIII. motus ꝓiectorū non eſt vnus & cōtinuus, patet q̄a non eſt vnus motor e principio ad finem.

IX. Motus ꝓiectionis non ſaluať ꝑ antiperiſtaſim i. reuerſiuā actionē, ſic ꝙ lapis mouet aerē, & aer ſubſequēs lapidē, & iterū lapis aerē, nā ſi ita fieret, oīa turbarenť, & vno moto oīa mouerentur.

X. Cum ſit vnus motus & continuus, & vnius magnitudinis, neceſſe eſt ipſum eſſe ab vno, qđ quidē tandē eſt immobile, mouens ſine labore, & cū mutationē non ſubeat, vniformiter mouet.

XI. Primus motor aut eſt in centro aut circūferētia, patet quia in cœlo fit velociſſimus mot⁹ igitur apparet ꝙ ibi ſit

XII. dubiū eſt an aliq̄d poſſit mouere motu vno & ęq̄bili aliqđ mobile, & reſpondet ꝙ motu violento nihil poſſit ęquabiliter moueri, vt per ſpecies dinumerat in. vij. phyſ. aſſignatas.

XIII. Primus motor eſt impartibilis nullā habēs magnitudinē, ꝓbat q̄a non poteſt habere finitā magnitudinē, nec infinitā. Non infinitā, q̄a nulla talis eſt iij. phyſ. nō finitā q̄a a virtute finitę magnitudinis non poteſt eſſe motus infinitus vt ſupra oſtendim⁹. Epilogat dein ꝓpoſitum principale philoſophorū deus Ariſtoteles. Ariſto.

Annotatio in textum.

Primū motorē hic attigit rei naturalis ſciētiſſimus Ariſt. deū volo, O. M. vnde demiror noſtrū Geōrgiū vallā affirmare nihil ab Ariſt. diſputatū de deo, verū hic diſputata cohęrent. xij. metaph. ideo in pręſentia nō expandimus vela, ſi ſors dederit vt primā philoſophiā cōmentemur, explicabimus hęc diuiter, obſeruetur tamen illud legis ab apoſtolo repetitum. Non alligabis os boui trituranti. — Ariſtot. Ge. valla Ariſt. Moſes

1. Auicenna hic cōtradixit Ariſt. ſed Auer. ait Auicēn erraſſe, q̄m Ariſt. non dicit motorē primū diuidi, ſed ex ſuppoſitiōe & hypotheſi ſtruit rationem. — Auicenna Ariſtot. Auerroys Ariſtot.

6. Platonis eſt ſententia. proijcientē mouere aerē, aer motus lapidem ſubmoueat. — Plato

9. De antiperiſtaſi alias verbum faciemus,

11. primū motorē in centro poſuit Plato in Timęo, ꝙ Ariſt. hic non improbat, at ꝙ ꝓbabilius ſibi apparet ꝓponit. ſ. deū eſſe in circūferētia, verū Marſ. q. 39. ſtatuit naturali ratione probandū deū eſſe vbiq;. — Plato Ariſt. Marſ.

Verum hęc omnia ſupra crepidam, ideo vel in metaphyſicam vel Theologiam remittenda, adde Holcot q. 3, quarti. — Holcot

Q. vltima
An primus motor ſit infinitę virtutis?
Articulus.I.

Nota.I.Quia deus eſt impers ſeu indiuiſibilis vt ꝓ
Ariſt. bat Ariſt.in hoc octauo, ideo nō habet quantitatem
molis ſeu extenſionis,nō eñ eſt in magnitudine ſ,
Ariſtot. dependenter, vt iterū probat Ariſt,in textu,quam-
uis ſit in magnitudine effectiue & motiue vt vide
bimus,quia eſt in circūferentia primi mobilis ſecū
Ariſto. dum Ariſt.Eſt tñ in deo quantitas virtutis,& de il-
lius finitate vel infinitate eſt queſtio,quę etſi ſit in
concuſſę veritatis apud Philoſophū Chriſtianū,qm̄
Dauid. de eo ait inſignis philoſoph⁹ ex antiquis Dauid, &
magnitudinis eius nō eſt finis:tñ qd in lumine na-
turali:vt verū vero cōſonet cōperiat inueſtigare o-
portet.¶Non ergo loquimur de infinito cōtinuita
Ariſt. te,qđ Ariſt.iij.phyſ.reiecit.ſed de infinitate deo cō-
petente dupliciter poſſumus loq ſecundū Greg. Ar.
Arim. diſt.44.primi.q.3.primo quo ad permanentiam ſeu
duratione͂ eſſendi.& ſic procul dubio eſt infinitus.
Secūdo potentiā agendi vel mouendi,adde vel pro
ducendi,hoc iterū bifariā intelligit̄ ſ,intenſiue vel
Auerr. extenſiue vt declarat Auer.Extenſiue quia pōt mo-
uere ſine fine ęternaliter,intenſiue ſic ſ.ꝙ poſſet in
infinitū motū velocitare.

Nota.II,varias fuiſſe philoſophorū in tenebris cę
cę gentilitatis ambulantiū ſuper intelligentijs opi-
Eckius niones,vt locuplete in prima parte orōis noſtrę cō-
tra philoſophos enarrauimus,Primi eñ ſeſquioris
notę philoſophi,corpora dūtaxat intuentes nega-
Parmeni. runt ſubſtantias ſeparas:Inter quos aliqui ἄθεοι di-
Meliſſus cti vt Theodoretus renarrat)deos eſſe negarunt
Theodo. vt Diagoras Euemerus Protagoras,tales multi gen
Diagoras tiliū fuerūt,Plinius ob id male audit,ſic Mezenti⁹
Euemerus apud Vergiliū loquit̄:Dextra mihi deus, & telū qđ
Protago. miſſile libro,Cōtra hos nuꝑ diſputauimus, quia vt
Plinius Damaſc . ait omniū natiouū hoībus natura inſitū
Virgilius eſt deū eſſe,hi eñ nō ſunt dicendi eſſe ſapientes, q̊s
Damaſce. cōdigno epitheto inſignis ille philoſophus Dauid
Dauid inſipientes cognominauit, dixit inſipiens in cor-
Anſhelm⁹ de ſuo nō eſt deus,de quo Anſhel.integro opuſculo.
¶Alij inſaniter & magno delyrio autumarūt mun-
Poetę dū eſſe deū,quare pro varijs partibus mundi varia ei
indiderūt noīa,hęc ſententia per Poetas ſtultę gen-
tilitatis magiſtros fuit ꝓpagata , In terra eñ Plu-
tonem in aqua Neptūnum, in aere Iunone͂.in ethe-
Valerius re Iouem, in homine geniū,ſic Valerius Soran⁹ ait
Soranus Iupiter oīpotens regū rex ipſe deuſq; progenitor ge
Vſing. nitrixq; deū,de⁹ vn⁹ & oīs vide hic Vſing.Chaldei
& Stoici huius opinionis fuiſſe exiſtimant̄,ꝙ igne͂
coluerint,nihil eñ in vita diuinū eſſe exiſtimabant
Aratus calore extincto, Sic Aratus cecinit

Ab Ioue principiū,nam ſunt Iouis omnia plena

Vergilius & Verg.eum imitatus

Ab Ioue principiū muſæ,Iouis omnia plena

Lucanus Lucanus adhuc magis expreſſit

Eſtq; dei ſedes, vbi terra pontus & aer
Iuppiter eſt quodcunq; vides, quocūq; moueris

Sic Vergilus quarto Georgicorū

Deum namq; ire per omnes
Terraſq;, tractuſq; maris, cœlumq; profundum
Hinc pecudes, armēta, viros, genus omne ferarum
Quemq; ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas
Scilicet huc reddi, deinde ac reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locū, ſed viua volare
Syderis in numerū, atq; alto ſuccedere cœlo

¶Sed melioris notę philoſophi poſuerūt deū eſſe
ſubſtantiā ſeparatā,ſupremā, indiuiſibile͂ perpetuā,
Anaxag.mente͂ Pythagoras ſummū bonū, Parmeni Anaxa.
des vnū Plato ὑπερκόσμιον ſupmundanū intellectū Pythago.
mente͂q; ſe perpetuo mouente͂ appellauit, Ariſtote- Parmeni.
les philoſophorū & oīs philoſophię princeps deum Plato.
primū motore͂ & primā cauſam appellauit, quę nun Ariſt.
cupatio adeo placuit S. Dionyſio Areopagitę, vt
dū in libro myſticę Theologię deū nullis noībus no S.Diony.
minandū doceret, vt deū etiā ſuper deū diceret [illegible]
ὑπέρθεον ſemper tñ cām omniū appellat. ¶In hoc Plato
quoq; Platone melior, qm̄ plato vt in Timeo & a-
libi plures deos minores poſuit ethereos aereos, ſu-
peros infimos & medioxumos, adeo ꝙ oīa ſupſti- Ariſto.
tioſius demoībus repleuiſſe videatur, Ariſ. ſolū mo
trices intelligentias aſſeruit, & harū primā eſſe deū
vt.xij.metaphyſ.largiter proſequitur.

Nota.III .Circa dubiū propoſitū pugnātes eſſe ſen Ariſto.
tētias, quę fuerit Ari. & Auer.opīo.voluit eñ nou⁹ Auerroys
expoſitor (ita īdicāt Ægidiū) hic i.8.phyſ.& ī prīo Ægidius
diſ.43.q.1.Ari.& Auer.poſuiſſe deū īfiniti vigoris, Scotus
que͂ ſequit̄ Sco.in primo diſ.2.&.q.7.q̊t.horū rōnes Ocham
articulo.iiij.cōtemplabimur. ¶Diuerſum ſentiūt alij Greg. ari.
G.Ocham q.xxij.quot.7.Greg.vbi ſupra & maioris Maioris
amœni ingenij doctor in primo, Venetus & alij.vo Venetus
lentes Ariſt.ſolū poſuiſſe deū infinitū duratione: & Ariſto.
quia moueat infinito tēpore, motiua horū articulo Scotus
ſecūdo adducem⁹. ¶Verū in eo cōſentit Sco. vbi ſu Greg.ari.
pra & Greg.ꝙ in lumine naturali, & ſequēs rōnem
naturale͂ habet ponere vel ſalte͂ nō negare, quod eſt a
liqua res infiniti vigoris, verū G.Ocham q.17.18.19 Ocham
20.&.21,quot.vij.oſtendit illas rōnes nō eſſe demon
ſtratiuas.

Nota.IIII.Quāuis in veritate fidei deus libere &
cōtingenter agat adextra, tñ Ariſt. & Auer.opina- Ariſto.
ti ſunt deū agere adextra neceſſario vt oſtēdit Sco. Auerroys
diſt.8.primi, & in hoc dicit Dorbell. poſt Paulū de Scotus
Nongento latenter affirmarūt cōtradictoria. ¶Tñ Dorbel.
debuiſſe hoc Ariſt.ponere ſequēdo rōnem naturale͂ Paulus de
ſuadet Ioan.Maior, in primo diſt.43.q.vi.quia non nōgento
poſſum⁹ alias ſaluare, q̄re indiuiduū vnū ꝓducatur Ariſto.
añ aliud eiuſde͂ ſpeciei.Scdo nō poſſumus alias ſal- Maioris
uare cū aqua ſit altior terra, cur nos nō ſubmergat, Vide ſu-
niſi qa deus libere pręſtituit eis terminū, nō ſufficit pra.4.phy
dicere aqua eſt ecentrica terrę, oceanus fluit ad ſuū ce͂ ſi.
trū:qm̄ adhuc manet difficultas de inſulis in Ocea- Plato
no. Tertio qa poſt hāc vitā dant̄ pręmia, hoc apud Homerus
Platone͂.Homerū.Vergiliū &c̄, & oīm gentiū ſectas Vergilius
ſed hoc fieri neqt, niſi per deū ſingula merita viden
te͂ vt Vergil.ait Pauci quos ęquus amauit Iupit̄ aut Vergilius
ardens euexit ad ethera virtus . Quarto argumentū d.Paulus
apl̄i in lumie naturali eſt multū ꝓbabile, ad Corin
thios, ſi nō eſſet deus pręmians poſt hāc vitā, miſera
biliores eſſent ſeruātes lege͂ cunctis hoībus.An aūt
prim⁹ motor ſit appropriat⁹ primo mobili de hoc
xij.metaphyſ.

Articulus.II.

Concluſio Deus eſt infiniti vigoris quāuis Ariſt. Ariſto.
& Auerro . aliter opinati ſint , prima pars eſt fidei Auerr.
noſtrę.In ſymbolo dicimus , Credo in deū omnipo

Grego. tentem. Secūda pars ꝓbatur per Greg. ſupponendo primo ꝙ deus ſit appropriatus motor primi orbis. ſcđo deus mouet neceſſitate naturę ſecundū Ariſto. Ariſto. tūc rō talis inſtruit. Si de⁹ eſſet infiniti vigoris, tūc moueret cœlū in inſtanti, ꝓbať ſequela quia mouet cœlū; & mouet naturaliter ex ſuppoſitis, mō ſecūdū Ariſto. T.C.81. Ariſt. ſi eſſet virtus naturaliter mouēs infinita, illa moueret in nō tēpore. Cōfirmať quia ſi eſſet infiniti vigoris, ergo poſſet velocius mouere ꝙ mouet, patet quia aliogn nō eſſet velocitas & tarditas motus ſecūdū proportionē motoris potētię ad potētiā Et primo cœli moti, cuius oppoſitū ſępe dixit i. vij. & ſcđo cœli. At cœlū nō pōt velocius deus mouere ꝙ moueat ſe Ariſto. cundū Ariſt. 2. cœli & ibi Auer. Cōm. 38. expreſſe di Auerro. cit. Si potētia motoris eſſet infinita, motus inueniret in inſtanti. ¶ Tertio mobile hoc eſt cœlū eſt finitę potētię, ergo deus nō eſt infinitę potētię, tenet cōſequētia quia debet eſſe proportio inter potentias mouentis naturaliter & moti, aliogn nō poſſet ex a Auerro. liq̄ ſumi velocitas ei⁹. ¶ Hęc eſt expreſſa mēs Auer. ſcđo cœli Cōm. 39. vbi dicit. Cū dicimus ꝙ potētia motoris cœli eſt īfinita, nō intēdim⁹ ꝑ īfinitā niſi īfinitatē motōis .i. ꝙ motio eorū nō ceſſat, īfinitatē aūt intēſiōis, vt illic nō ſit ꝓportio inť potētiā motoris & mobilis, impoſſibile eſt in formis reperire. ¶ Quarto quęlibet potētia eſt reducibilis ad actū. 9. metaph. igiť ſi primus motor eſt infinitę potentię intenſiue, ab ipſo pōt prouenire motio infinitę ve Venetus locitatis, & effectus infinitę intenſionis vel multitudinis, hec eſt rō Veneti, ſed conſequentia eſt dubia, Thomas multi catholici doctores tenent antecedēs & negāt Ægidius conſequentiā ſ. deū poſſe facere infinitū vt S. Tho. Gotfrid⁹ Ægidius, Gotfridus &c. adde rationes maioris vbi Maioris ſupra.

Articulus. III.

Dubium. I. vnde mouentur proiecta?

Ariſto. ¶ Pręmitto. I. multiplicē eſſe de dubio ſententiam. Prima antiquior Ariſto. ꝙ moueať per antiperiſtaſim, eo ꝙ cōtinue ſuccedat alius & alius aer pellens lapidem de illa in textu.

Ariſto. Secunda opinio Ariſt. quod aer vt motus mouet proiectū, Imaginať eñ ſic ꝙ proijciēs pellit ꝓiectū & ſimul aerem proximū, qui ſecūdus aer pellit vlterius in tertiū & ſic vſq; in finē motus, aer aūt ſemp tardius & tardius moueť, & ita tandē ceſſat motus, cuius ſimile eſt in circulatiōibus aquę proiecto lapi Burid. de i illā, q̄ ſeipſas multiplicāt licet ſp remiſſius & re Saxo miſſius quſq; corrūpant. ¶ Sed cōtra oppōit Burid. & Saxo. quia ſic poſſemus remotius ꝓijcere plumā ꝙ lapidē, facili⁹ eñ illa poſſet moueri ab aere, Secūdo ſequereť ꝙ pellendo verſus te aerem per bombardam facere tam magnū impetum ſine lapide ſicut Ocham cum lapide.

Tertia opinio G. de Ocham in additiōe q. xxvi. ſecundi ꝙ proiectū ſeparatū a ꝓijciente moueať ſecūdum ſe, & nō ab aere vel impetu, aut aliqua virtute impreſſa. Eſſet eñ mirabile ait ipſe, ſi man⁹ mea cauſaret aliquā virtutē in lapide, per hoc ꝙ ſolum motu locali tangit lapidem. ¶ Sed contra lapis nō pōt ſe mouere ſurſum neq; a materia neq; a forma, & non videť ꝙ moueať a proijciente, quia ponas ꝓijcientem ſtatim expirare, adhuc lapis ſurſum mouebitur.

Quarta opinio, Cōmunis quod proijciens vel impellens ſecūdū fortitudinē ſuā & capacitatē ꝓiecti, imprimit vnā qualitatē & vim motiuā, quę dicitur impetus, ab initio aūt ſucceſſiue in partes ꝓiecti inducitur: ideo ait Marſil. telū ꝓpinque nō ferit tam Marſil. violente, ſicut ſi paulo longius fuiſſet eiaculatū, ſed dein ꝑ reſiſtentiā mobilis & medij īpetus ille remittiť & debilitať, adeo ꝙ cū venerit ad ęq̄litatē reſiſtētię, tūc ceſſat mot⁹ ꝓgredi. ¶ Et pōt dici q̄litas prima, quia nō generať ex alia, ſicut lux, tñ ſtricte loquendo nec eſt qualitas prima nec ſecūda, ſicut habitus, Et per hoc poſſunt ſaluari experientię de troco circulariter moto, ſimiliter de rota figuli, quę circūagitatur aliquādiu ceſſante figulo mouere, hec eſt Buridan⁹ ſententia Burid. Sax. Marſil. Bruxell. Tartareti, Sin Saxo tzelij & aliorū, miror vnū Vſingiū ad antiquā opi. Marſil. defeciſſe, Sed vide acutiſſimū Coronellū in. 3. phyſ. Bruxell. plura ſubtiliter diſquirentē. Et Albertū Saxonē (quē Tartare. Nicoletus de Thienis per iocū Albertutiū vocat) de Sintzel. fendentem cōtra Nicoletū. at hęc guſtaſſe ſufficiat. Vſinge⁹.

Coronel. Reſpondeť Proiecta moueri ab impetu impreſſo Nam impetū eſſe ponendū ꝓbāt predicta, ſimiliter Saxo graue deſcendens velocius moueť in fine, & hoc nō Nicolet⁹ niſi propter impetū, ſimiliter ꝓiectū in puncto reflexionis quieſcere nō pōt eſſe, niſi ꝓpter impetum.

Articulus. IIII.

Ratio. I. Ariſt. hoc octauo. T.C. 78. principaliter vo Ariſto. lens oſtēdere ꝙ primus motor nō eſt cōiunctus magnitudini, ꝓbat prīo ipſum eſſe infinitū, & ex hoc cōcludit, ꝙ virtus infinita nō eſt in magnitudine, Sed nō loquitur de infinitate durationis, quia illa nō repugnat magnitudini vt patet de cœlo: ergo loquitur de infinitate vigoris.

Secunda Auerr. xij. metaphyſ. Cōm. 41. ait Motus Auerr. cœli cōponitur ex duobus motibus, quorū vnus eſt finitę motionis, & eſt anima in eo exiſtēs, & alter infinitę motionis & eſt potentia quę nō eſt in materia, Aut ergo loquiť Auer. de infinitate duratiōis Auer. ꝙ dici non poteſt q̄a ſic etiā primus eſſet infinitus, aut vigoris, & ſic habetur propoſitum.

Tertia Primus motor mouet per tēpus infinitū, ergo non eſt mouens finitū vigore & duratiōe, ꝓbať quia mouere per diē arguit potētiā aliqualis intenſionis, ergo mouere per infinitos dies arguit potentiam infinitę intenſionis, Sco. addit quia virtutis Scotus infinitę eſſet mouere infinita, ſed deus ſecūdū Ari Ariſto. ſto. moueret infinita, ſi eſſent ergo deus eſt infinit⁹

Quarta Proiectū nō moueť ab impetu: ꝓbať primo per Ariſt. qui affirmat ipm moueri ab aere pul Ariſto. ſo. ¶ Confirmať quia nō eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, ſed oīa pñt ſaluari ſine impetu, & nō videť quō hō poſſit imprimere illā entitatē in baliſtam. ¶ Confirmať ſecūdo quia poſſibile eſt idē ꝓijci a duobus diuerſarū ſpecierū, ſed nō videť, quō talia poſſint natura ꝓducere rem eandem ſpecie.

Reſpondetur Ad primā ſecundū Greg. ꝙ Ariſto. Greg. nunq̄ fecit illā cōſequentiā, deus eſt infinitus, ergo Ariſt. nō eſt virtus in magnitudine, ſed ſic induciť rō eius nullū finitū mouet tpe infinito, oīs virtus in magnitudine eſt finita, ergo non mouet infinito tpe At deus mouet īfinito tēpore, ergo nō eſt virtus in magnitudine, Sed dico ꝙ loquiť de infinitate durationis, quia vult quod talis infinitas motionis repugnat virtuti cōiunctę (hoc eſt dependenti) magni-

tudini, Licet em̄ aliqua virtus finita poſſet durare in corpore ſed nõ mouere, Et ita intendit ſolū oſtendere, quod primus motor nõ vniat̃ primo mobili, vt anima corpori, vel forma materię, ſed ſolum aſſiſtat vt motor.

Odcham Ad.II. Reſpondet G.Odcham vbi ſupra, quod loquit̃ de infinitate duratiõis ex ſe, quia ſic cõiunctus non eſt ex ſe infinitus, ſed ex ſe eſſet in potentia etiā ad
Auer. quietē, vn̄ ſecūdū Auer. ſi dimitteret̃ ſuę naturę a primo motore, aliqñ ceſſaret a ſuo motu, Ideo ſua infinitas in mouendo neceſſario reducit̃ ad primū mo-
Ariſtot. torē, in quo ſecūdū Ariſt. nulla eſt potentia ad quietem primi mobilis, & ille eſt primus ſimpliciter &
Gregori9 ſeparatus a materia vt patet in fi.com. Greg. improbat illā ſolutionē, vide eū, & reſpondet, ꝙ ſit infinitę motiõis extenſiue, & finitę motiõis intenſiue, ſi-
Auerro. cut Auer. ſeipſum expoſuerit ſcđo cœli Com.39. qa non vult inquirere an ſint vnus motor &c̃.

Ad.III. reſpondet Venetus negando cõſequentiā,
Venetus & ad probationē dicit ꝙ mouere per ſex dies nõ arguit maiorē perfectionē intenſiue, quā mouere per tres dies, & hoc in potētijs infatigabilib9 abſtractis a materiā, Secus eſſet in Eckardo vel alio defatiga-
Ariſto. bili. ¶Ad annexū Scoticū, prio dic negare Ari. eſſe infinita mobilia in magnitudīe vel m̃titudine.iij. phyſ. Si loq̃ris de effectu primi motoris, hoc ē prio motu, qui ſit vnus, cõtinuus, ꝑpetuus & infinitus ſe-
Ariſto. cundū Ariſt. ergo cā etiā eſt infinita, dico diſtinguēdo añcedens, quoą motus ſit infinitus vel extenſiue ſic concedo etiā ī. cauſa, vel intenſiue, ſic nego.

Ad.IIII. Dicit Nyphus ꝙ Ariſto. nõ põt negare ad
Nyphus motū lapidis nõ cõcurrere impetū, ſed cū impetu cõ-
Ariſto. currit rarefactio & cõdenſatio aeris, & rurſus natura medij, quę cū leuibus eſt leuis, cū grauibus grauis.

¶Vn̄ ſecundū Ariſt. aliqua tenēt ſe ex parte rei mo- Ariſt.
tę, alia ex parte mouentis, Ex parte rei tenēt ſe rarefactio & cõdenſatio aeris, augent em̄ facilitatē motus, Ex parte agētis tenet ſe natura medij, Vult ergo Ariſt. ꝙ aer nõ vnus numero ſit motor, qa oportet Ariſto.
quantū fieri põt mouens eſſe aliud a re mota, Cauſa adiuuans eſt natura medij. ¶Eſt ergo in ꝓiectione, impreſſus impetus, ſciſſio anterioris aeris, clauſio poſterioris, qui ad velocē ꝓiectionē, velociter clauditur, ad lentam lente, vn̄ rotundū acutū celerius diuidit aerem ꝙ quadratū, Et ſic Ariſt. vnā cauſam, ſed Ariſto.
nõ oēs expreſſit. ¶Ad cõfirmationē primā dico ꝙ ſatis eſt neceſſitas ꝓpter rões in dubio & reſponſione eius adductas, quod alioqui experientię, nõ niſi cū ſomnijs ſaluari poſſunt, quō poſſit imprimere nõ eſt difficile, qm̄ ſi homo per diuiſionē aeris & motū localē cauſat qualitatē realem quę eſt ſomn9: & vocē per vocalē arteriam, cur nõ poſſet ꝑ virtutē motiuā imprimere impetū, & per motū localem imprimit̃ maximus ſonus campanę aeri, ¶Ad ſecūdā cõfirmationē reſpondet̃ nõ eſſe incõueniens aliquid eiuſdē ſpeciei ꝓduci ab agētibus diuerſarū ſpecierū hoc ꝓbat G.Odchā q.2. ꝓlogi de igne & ſole, de demõſtra- Odcham
tione quia eſt & ꝓpter qd, adde tu de obiecto & potentia, & quod eſt mirabilius in oī ꝓductione creaturę cõcurrit deus opt, max. cū cauſa ſecūda, ſicut ipſe autor & largitor oīs boni, mihi in pñti ope opitulatus eſt miſericorditer, quod illo breuiſſimo tēpore Cõmētarios iſtos elucubraui, Ad eius laudē, & S. Pauli cuius cõuerſionē cras celebrabimus. qui viuit cum benedicto in ſecula.

Deo Gloria. 1518. Ian.24.

PERORATIO AD LECTOREM

CVM ſuperiori anno, Iucundiſſime Lector Ariſtotelis ſūmi Philoſophię antiſtitis Dialecticā, Ornatiſſimorū virorū Leonhardi de Eck, & Sebaſtiani Ilſungi ducaliū ſenatorū iuſſu, Cõmētarijs & ſcholijs explicaſſem, Phyſicas etiā Ariſtotelis acroaſes ſum aggreſſus, Ita em̄ voluerūt vigilantiſſimi illi Gymnaſij noſtri reformatores, vt eliminata barbarie, expulſis ſophiſmatū ſq̃uilijs, Iuuentus Germanica ꝓbe in politioribus litteris, nitida caſtaꝗ inſtitueret̃ philoſophia, Medullā textuū imbiberet, Vn̄ maximas his viris gratias agat, Si ingrata eſſe noluerit, Germana & ſtudioſa iuuentus, qui tam flagranti ſtudio bonas artes, rectāꝗ inſtitutionē erigere, maximis conatibus meditant̃. Quod ad nos vero attinet Amiciſſime lector ſperamus ea te eſſe modeſtia, eo cādore, & dexteritate, vt noſtrā agnoſcas diligentiā, vigiles noſtros labores, animūꝗ ꝓdeſſe cupientē ſuſpicias, atꝗ ſi quid ſecus quā voluimus exciderit (excidiſſe aūt ſtrenue ꝓperanti nõ dubito, pauciſſimis em̄ diebus iſta ducubrauimus, vt verā dicenti vix crederes) veniā impertiaris rogo, qđ facile es facturus, ſi nihil nos ſpectaſſe cognoueris quā ſtudioſorū vtilitatē. Vale & ſalue Candide lector, & preces pro Eckio apud D.O.M. pie fundas. Soli deo gloria.

M. Vrbani Regij Poetę & oratoris laureati: oratoriā ordinarie Ingoldſtadij legentis ad lectorem Endecaſyllabon

Si mens corporea abuolaret arca
Tum mox hoſpitium petat nouū, quod
Longi forte ſilentij Magiſter
Mira tranſanimatione natus
Dixit, Nempe animū Sophi ſupremi
Qui nomen ſuū ab ambulando ſumpſit
Artus protinus Eckij tenellos
Iurarem ſubiiſſe, tam ſcienter
Explanat Phyſicen fideliterꝗ
Tam doctum bene protulit lyceum
Sublimi explicat inuoluta ſenſu
Obſcuris nitidam deditꝗ lucem
Condiuit ſale tedioſa grato
Turpi barbarie procul fugata
Phœbo iudice, & eloquente lingua
Et rara valet eruditione
Hoc vel Momus & obloquutor amens
Liuenti tn̄ hoc fatetur ore


Deo duce

In Auguſta Vindelica, in Sigiſmundi Grim̄ Medici & Marci Vuirſung officina, Menſe Iunio. Anno Gratię. M.D.XVIII.
LEONE.X.PONT.MAX.ET MAXIMILIANO IMP.AVG. ORBI CHRISTIANO PRÆSIDENTIB.
Cautum priuilegio Cæſareo, vt in reliquis Cõmentarijs Eckianis: neqs decēnio imprimat, aut alibi impreſſos in Imperio vendicet, vt in Dialecticis totū reſcripſimus priuilegium.

ARISTOTELIS STAGYRITAE

Libri	De Cœlo. IIII.	Argiropilo	interprete
	De Generatione. II.	Nypho	
	Meteororum. IIII.	Boetio	

¶ Adiectis Eckij Commentarijs.



Reuerendiſſimo D. Georgio Epiſcopo
Bambergen. D.

Reuerendiſſimo patri & domino D. Georgio ſacræ Bambergeñ. eccleſiæ Epiſcopo venerando domino ſuo pientiſſimo Eckius minimus Theologus S.D.P.

FERVNT Antigonidan Muſicæ artis peritiſſimum Antiſtes digniſſime: cum diſcipulo probe in arte inſtituto: populo tamen non admodum grato: in ſcenam progreſſum cũctis audientibus dixiſſe: Mihi cane & muſis: ꝙ ars fœliciter cœpta quãꝗ naſutulorum deſtituatur plauſu: iuſta tamen laude ac comprobatione non priuatur. Et quorſum hæc: Cum ſuperioribus annis humaniſſimus princeps meus Vuilhelmus illuſtriſſimus Boiariæ dux: probam deſyderaret iuuentutis in ſuo gymnaſio inſtitutionem, id ꝙ negotij celebribus viris Sebaſtiano Ilſungo patricio Auguſtano & nobili Leonhardo de Eck de Vuolfeck acuratiſſime demãdaſſet: qui peruigili cura queꝗ optima in Gymnaſio ordinarunt. Ne autem philoſophię ſcholaſtici in quiſquilijs ſophiſmatum neglecto Ariſtotelico textu diutius hęrerent: effecerũt apud me nobiliſſimi principis mei nomine vt Ariſtotelis libros ad nouiſſimam tralationẽ vbi commode haberi poſſet: commentarijs & annotationibus vtcunꝗ illuſtrarem: quibus non grauatim ſum obſecutus: ꝗuis re bene cœpta ſtatim liuidi reperti ſint: qui meũ hunc laborem damnarunt: verum vt Antigonidas mihi cano & ſtudioſis ac bonis viris. Te vero ampliſſime præſul elegi potiſſimum: cui hos tres Ariſtotelis libros non contemnendos dedicarem. Nam libros de Cœlo Ioannes Picus doctiſſimus comes Ariſtotelis ſapientia dignos dicit. Et Apuleius pro honeſto furto tanquam ſuos ex græco in latinum vertit ad Fauſtinũ. Suſcipe ergo placido vultu optime antiſtes hos cõmentarios tibi dedicatos: tuoꝗ eos defende patrocinio. Nam tu vnus mihi viſus es & eccleſiaſtica dignitate & nobilitate ſanguinis clariſſimus: omniumꝗ virtutum fulgore ſplendidiſſimus: eckiumꝗ clientulum tuum eſſe ſinito: eumꝗ cõmendatum habe. Vale & ſalue pręſulum decus.

In noīe tuo dulcis Ieſu.

LIBER DE COELO ARISTOTE lis ſtagyritæ Philoſopho rum principis

Ariſtote. ANTEQVAM TEXTUM Ariſtotelis exordiamur, viſum eſt vtile fore (vt paratiorem reddamus auditorē) aliqua præmittere, ne illotis, vt aiunt manib⁹ librū tā elegātē, & Ariſtotelis ſapiētia, vt Ioan. Picus picus ait, dignū ipru dētes adgrediamur. ¶ Vnde hoc non ignorandū, quamuis latini interpretes hunc librū de Cœlo & mūdo inſcribūt, græce tamen περι τοῦ οὐρανοῦ id eſt de cœlo intitulatur, qđ & Argiropilus obſeruauit. Argiropilus Priuſq́ tamen ordinē eius ad alios libros aſſignemus, operę pretium erit materiam ac ſubiectum eius explicare, non enim in eadem omnes ſunt ſentētia. Primo enim Alexander Aphr. opinatus eſt ſubiectū huius primū eſſe vniuerſum, ita q̄ cœlū non accipiatur pro orbe, ſed pro toto mūdo. Aphrod. ¶ Contra Iamblychus Cœlum orbem principaliter hic tractari opinatus eſt, reliqua vero corpora hic ex conſequēti conſiderantur, quia influentiam eius recipiunt, Iāblych⁹ vel vt Syrianus exiſtimauit, per accidens alia corpora hic notificari, in quantū manifeſtant cœlum. Syrianus ¶ Georgius Bruxellenſis neotericus ſubiectū primū huius libri circūloquitur hoc cōplexo corpus Bruxel. mobile localiter, cuius paſſio ſit mobile localiter.

¶ At contra Alexandrum obijcit Simplicius. Simpli. Si vniuerſum eſſet primo conſideratū hic, iam oporteret Ariſto. conſiderationem ſuā extendere ad omnes partes mundi, vſq; ad plantas & animalia, ſicut Plato in Thimeo. Plato ¶ Dein Syriani & Iāblichi ſentētia improbatur hoc pacto, nam. iij. & iiij. libris totis agit Ariſto. de corporibus ſimplicibus inferioribus, at non cōſueuit Ariſto. principalem partem ſcientiæ tribuere his quæ per accidēs ſumuntur in ea. Ariſtote. ¶ Brux. in acroaſibus reiecimus, quoniā paſſionē formaliter exprimit in ſubiecto, quod fieri non debet, nam cū paſſio prędicetur de ſubiecto in ſecūdo modo dicēdi per ſe, vt fiat propoſitio mediata, hoc pacto immediata fieret, & in primo modo dicēdi per ſe. Bruxel.

Rectius dici videtur, ſubiectum primum eſſe ens naturale ſimplex, cuius paſſio ſit mobile ad vbi, ſeu mobile localiter, hæc etenim eſt Simplicij ſententia, & ex Ariſtotele ſatis liquet; quod in primo de corporibus ſimplicibus in cōmuni, in ſecūdo de cœlo, in reliquis duob⁹ de corporibus agit ſimplicium inferiorum, & quia inter alia corpora ſimplicia cœlū eſt perfectius, ideo Ariſto. de cœlo inſcripſit hunc librū, & q̄uis mobilitas localis pluribus conueniat, tamen ſi intelligas illud mobile localiter, quod primo & per ſe natum eſt moueri ad vbi circūſcriptiuū motu naturali, iam habebis ſolū corpora ſimplicia mobilia localiter, vt Ioānes magiſter hic explicat. Simpli. M. Ioan.

Subinde patet ordo huius libri ad alios, nā in acroaſibus phyſicis ī gñe actum eſt de corpore mobili & motu, & quia motus localis eſt primus motuū, vt in. viii. phyſi. oſtenſum eſt, ideo primo agit de motu locali corporū ſimpliciū hoc libro.

ARISTOTELIS DE COELO LIBER. I. DE VNIVERSO. Cap. I. De Perfectione mundi.

1 SCIENTIA naturalis fere plurima circa corpora, magnitudines atq; horum affectus motuſue, & inſuper circa principia, quæ ſunt ſubſtantiæ talis verſari videtur. Quorum eñ quæ natura ſunt altera ſunt corpora magnitudine ſua, alia corpora ac magnitudinem habent, alia principia habentiū ſunt. 1 Cōcluſio
2 Continuum igitur eſt, quod in diuiſibilia ſemper diuiſibile eſt. 2 Diffinitio prima Corpus autem eſt quod eſt diuiſibile omī ex parte, Secunda at magnitudinis, ea quidem quæ ad vnum eſt diuiſibilis linea eſt. Tertia Ea vero quæ ad duo ſuperficies, Quarta at ea quæ ad tria eſt corp⁹. Atq; pręter has nulla alia prorſus eſt magnitudo, propterea qđ ipſa tria omīa ſunt & ter ipſum omni ex parte, Cōcluſio probatur primo nā vt pythagorici etiā inquiūt ipſum omne ac omnia tribus ſunt definita. Autoritas Finis eñ medium atq; principium ipſius omnis numerum habent, hęc aūt trinitatis, quapropter hoc a natura numero ſumpto perinde atq; quadam illius lege, & in deorū ſacrificijs celebran Secundo

Tertio Autori tas dis vti ſolemus,aſſignamus inſuper & appellationes hoc modo,~~duo em̄ ambo dicimus,& duos ambos,atq; vtroſq; non omnes,at de tribus hanc appellationem dicimus primo~~.Hec autem ita dicimus,quia ſequimur vti diximus

3 Cōcluſio ipſam ſic proficiſcentē naturam. Quare cum omnia,omne atq; perfectum in-

Suppō ter ſeſe non differant forma niſi materia tm̄ & hiſce de quibus dicuntur, corpus profecto magnitudinū ſolum perfectum erit,ſolum em̄ iſtis tribus eſt definitum,hoc aūt eſt omne atq; cum ſit tribus ex partib⁹ diuiſibile omni ex par

Suppō te atq; omnino eſt diuiſibile.Cæterarū aūt magnitudinū altera ad vnū altera ad duo eſt diuiſibilis,nam vt numerum ſubeunt ſic & diuiſionis cōtinuationiſue participes ſunt,alia em̄ ad vnum continua eſt,alia ad duo,alia ex omni parte,atq; omnino eſt talis.Quæ igitur magnitudinum ſunt diuiſibiles,eæ cōtinuę quoq; ſunt.At ſi omnes quoq; continuę diuiſibiles ſint, non dū ex hiſce quæ nunc diximus patet,verū illud emerſit in aliud inquā genus e corpore migrationē nō eſſe,vt ex longitudine in ſuperficiē & ex ſuperficie ſit in corp⁹.Nō

probatur cōcluſio em̄ talis profecto magnitudo perfecta erit,fiat em̄ egreſſio ratione defectionis neceſſe eſt.At perfectū defectionē habere negāt.Eſt em̄ omni ex parte,eorum igitur corporum que partis ſubeunt formam tale eſt vnumquodq; per rationē, omnes em̄ habent dimēſiones.Attamen ad id quod eſt propinquum tactu eſt definitū,iccirco corporū vnūquodq; multa quodāmodo eſt. Ipſum aūt omne ac vniuerſum,cuius hęc ſunt partes,perfectum eſſe neceſſe eſt, & omni ex parte atq; omnino vt nomen ipſum ſignificat, & non partim eſſe partim non eſſe.

Capitulum ſecundum.

4 Suppō prima DE ipſius igitur vniuerſi natura, ſiue ſit magnitudine infinita,ſiue tota mole finita poſterius cōſideremus oportet.Nūc de partibus ipſi⁹ per ſpeciem dicendū eſſe videtur,hinc exordio ſumpto.Omīa nāq; corpora naturalia magnitudineſuemobiles per ſe loco dicimus eſſe

Secunda natura em̄ principiū ipſis inſitū eſſe motus aſſerimus, ¶Omnis aūt motus ad locū accōmodatus,quē lationē cōſueuimus appellare,aut rectus eſt,aut circula

Tertia ris,aut ex hiſce mixtus.¶Simplices em̄ hi duo ſunt ſoli ꝑpterea quod & magnitudines,hę ſolū ſimplices ſunt recta & circularis.circularis igitur is eſt qui circa mediū fit. rectus aūt quo ſurſum itur atq; deorſum.atq; eo ſurſum iri dico quo e

Quarta medio pergitur.Eo vero deorſum quo ad mediū ꝑficiſcitur.¶Quare lationem ſimpliciū aliā e medio.aliā ad mediū.aliā circa mediū eſſe neceſſe eſt. atq; hoc cum ratione.ea quę initio dicta ſunt ſecutū eſſe videtur.Nam & corpus trib⁹ cō-

Quinta fectū eſt & ipſius etiā mot⁹. ¶Cū aūt corporꝝ alia ſimplicia ſint alia ex hiſce cōpoſita atq; ea ſimplicia dico quę motus ſecūdū naturā principiū habent. vt ignē terrā horūq; ſpecies & ea quę ſunt hiſce ꝑpinqua.Motiones etiā alias ſimplices alias quodāmodo mixtas eſſe neceſſe eſt.ſimpliciū quidem ſimplices.Cōpoſi-

Autori tas torū aūt mixtas moueriq; cōpoſitorū eiuſce ſimplicis. quod in his ipſis dominatur ac ſuperat. ¶Si igitur ſimplex in ratione rerū eſt motus. cōuerſio aūt mot⁹

5 Cōcluſio eſt ſimplex.atq; corporis ſimplicis ſimplex eſt mot⁹.& ſimplex motus corporis

Ratio prima ſimplicis eſt.Nā ſi cōpoſiti ſit per id.illi ſimplex quod ſuperat cōpetit,Simplex quippiā eſſe corpus in ratione rerꝝ ꝑfecto neceſſe eſt,quodquidē ſit aptū circu-

9 lari motu ſuapte natura ferri. ¶ Etenim fieri poteſt vt vi quippiã eo moueatur 6 Ratio ſe-
motu, qui ad aliud corpus accõmodatur, at vt eo moueatur ſcd'm naturã fieri cunda
nequit. Si vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis vnus ſit mot⁹ ei cõpetens ſcd'm na ſupponit
10 turã. Si hiſce pręterea mot⁹ qui pręter naturã eſt ei qui ſcd'm naturã eſt aduer- ſupponit ſupponit
ſatur, vnũq; vni contrariũ eſt cũ cõuerſio ſit motio ſimplex, ſi nõ ſcd'm naturã Ratio
ei corpi qd' fertur ineſt pter naturã inſit eidẽ neceſſe eſt. Si igitur ignis ſit qd' formať
aduerſatur aut quippiã aliud tale naturalis ipſius mot⁹ cõuerſioni cõtrarius erit.
11 At vnũ vni contrariũ eſt, atq; motus ijs quibus infera ſuperaq; loca petũtur, in
ter ſeſe cõtrarij ſunt. Sin vero quippiã aliud corpus adſit qd pręter naturã in or-
bem fertur, erit alius quiſpiã motus ipſius ſcd'm naturã. At id eſſe non põt, nã ſi
ſit hiſce motus quo ſurſum itur ignis vel aer erit. Sin hiſce quo deorſum accedať 7
12 terra erit vel aqua. ¶ At vero talẽ lationẽ & primã eſſe neceſſe eſt, perfectum em̃ Tertia
imperfectũ antecedit natura, atq; circulus quidẽ pfectũ eſt, linea vero recta nul- ratio
la eſt ſane perfecta, neq; em̃ infinita, terminũ em̃ atq; finẽ haberet, neq; finitarũ
& vlla oratio. Eſt em̃ quippiã extra oẽs quippe cũ fieri poſſit vt cuiuis icremẽ
tũ addatur: quare ſi prior quidẽ motus corporis ſit prioris natura: cõuerſio vero
prior ſit recto atq; ipſe rectus corpoꝝ ſit ſimpliciũ motus: ignis em̃ loca recto
motu ſupera petit & terrea corpora eodẽ ad infera mediũq; ferunť: & ipam ſane
cõuerſionẽ cuiuſpiã corpis ſimplicis eſſe neceſſe eſt. Mixtoꝝ em̃ lationẽ eiuſce
13 nutu ſimplicis fieri dixim⁹. qd' in mixtiõe dñať ac ſuperat: Ex his igiť patet aliã
quandã in ratiõe reꝝ corporis ſubſtãtiã eſſe: pter eas corpoꝝ cõſtitutiones quę
14 hic ſunt diuiniorẽ his vniuerſis atq; priorẽ. ¶ Pręterea ſi motus oĩs aut ſcd'm na 8 Quarta
turã aut pręter naturã eſt: & qd motuũ eſt cuipiam pręter naturã: is alij naturalis ratio
eſt quod quidẽ intueri licet in hiſce motibus quib⁹ ſurſum itur atq; deorſum: al
ter em̃ igni alter terrę ſcd'm naturã & pręter naturã eſt: cõuerſionẽ etiã cũ hoꝝ rẽ 9
15 ſpectu ſic pręter naturã: alij cuipiã cõpetere ſcd'm naturã neceſſe eſt. ¶ Inſup ſi cõ Quinta
uerſio cuipiã cõpetit ſcd'm naturã poteſt eſſe qppiã corpoꝝ ſimpliciũ atq; prin ratio
cipiorũ qd' quidẽ ſic ſuapte natura verſať vt ignis ſurſum: & terra deorſum fertur
Si vero corpora quę verſanť circa mediũ pręter naturã ferunť mirabile ſane me-
taſq; poenit⁹ egredi rõnis videť hunc ſolũ motuũ continuũ eſſe ppetuũue: qui
quidẽ pręter naturã illis corporibus ineſt: in cæteris em̃ ea quę pter naturã ſunt:
citiſſime corrũpi perireq; videnť. Quare ſi ignis ſit id qd' verſatur, vt quidã in- autoritas
quiunt, non minus hęc motio pręter naturã eſt ipſi, q̃ ea qua infera loca petunť
16 ignis em̃ eũ motũ eſſe videmus quo recta pergiť: e medio ſurſum. Quapropter Epilogus
ex his omnibus quiſpiã rõnibus corpus: quippiã aliud eſſe, crediderit, pręter ea
corpora, quę hic & circa nos ſunt ſeparatũ tanto pręſtabiliorẽ habens naturam:
quanto plus ab iſtis corporibus diſtat. ¶ Capitulum tertium.

17 CVm coꝝ quę dicta ſunt alia ſuppoſita ſunt, alia demonſtrata, patet nõ 10
omne corpus leuitatẽ aut grauitatẽ habere, atq; ſupponať quid nam ſit Cõcluſio
id quod leue, & quid id quod graue nuncupamus oportet, quo ad ſa
tis eſt ad vſum pręſentẽ, exactius aũt rurſus dicemus, cũ ſubſtantiam diffinitio
ipſoꝝ cõſiderandam aggrediemur, graue igiť id ſit quod aptũ eſt ad medium prima
ferri: leue id quod aptũ eſt medio ferri. Grauiſſimũ id quod ſub his omnibus ſecunda

Tertia Quarta 11 probatur cõcluſio collocatur que deorſum feruntur:leuiſſimũ id:quod ſuꝑ oĩa collocatur quę ſur
ſum pergunt.Omne aũt quod fertur ſurſum aut deorſum, aut leuitatẽ aut graui=
tatẽ habeat aut vtrũq;:at non ad idem neceſſe eſt.Ad alia nãq; grauia ſunt leuiaq;
vt aer ad aquã,& aqua ad terrã.Corpus igitur id qđ verſatur,impoſſibile eſt gra 18
uitatẽ aut leuitatẽ habere.Fieri eñ non poteſt:vt ipſum aut ſecũdum naturã aut
pręter naturã ad mediũ aut e medio moueatur: latio eñ recta nõ cõpetit ipſi na=
tura,nã vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis vna eſſe latio dicebatur: quare erit idem
quod ignis aut cęterorũ quippiã corporũ quę recto motu cientur: quod ſi pręter
naturã feratur ſi ea latio qua deorſum itur ſit pter naturã: ea ſane qua ſurſum per=
gitur ipſi cõpetit ſcđm naturã.Si pręter naturã ſit iſta:ſecũdum naturã illa cõpe
tet ſane:poſuimus eñ ſi cõtrariorũ motuũ:alter eſt cuipiã pręter naturã alterũ ei=
Confirmatur dem cõpetere ſcđm naturã. ¶Cũ aũt ad idem totũ & pars ſcđm naturã feratur: 19
veluti tota terra paruaq; gleba:primo quidem fit vt neq; grauitatẽ neq; leuitatẽ
habeat vllam:nã aut ad mediũ aut e medio ſane ferri ſuapte natura poſſet:dein=
de fieri nequit:vt ipſum moueatur motu ad locũ accõmodato:aut ſurſum aut de
orſum ſubiẽs detractionẽ:neq; eñ ſcđm naturã neq; pręter naturã alio motu mo
autoritas ueri poteſt,vt ipſum aut pars vlla.~~Eadẽ eñ eſt ratio de toto & parte.~~¶Simili mo 20
12 Cõcluſio do rationi conſentaneũ eſt,& ingenerabile atq; incorruptibile ipſum eſſe exiſti=
mare,& neq; incremẽta decremẽtaq; ſuſcipere,neq; alterationibꝰ ſubijci poſſe:ꝓ
pterea quod oĩe quod generat̃ ex cõtrario & ex ſubiecto fit quodam & idẽtidẽ
quod corrumpit̃,ſubiecta materia & a cõtrario & ad cõtrariũ ſane corrumpit̃: vt
primis in ſermonibꝰ diximus,cõtrariarũ vero rerũ & lationes,cõtrarię ſunt.Si igit̃
nihil huic cõtrariũ eſſe poteſt,ꝓpterea quod & conuerſioni nullus eſt contrarius
motus,natura recte id a contrarijs excepiſſe videt̃ quod ingenerabile atq; incor=
13 ruptibile eſt:generatio nanq; corruptioq; in ipſis contrarijs eſt. ¶At vero & id 21
Cõcluſio quod accreſcit a propinquo quodam accedente ſubeunteq; reſolutionẽ in mate
14 riam auget̃,hoc aũt non habet id ex quo eſt ortũ.¶Quod ſi neq; accreſcere neq;
Cõcluſio corrumpi poteſt,eiuſdem eſt ꝑfecto ſentẽtiæ,& alterationibus ipſum ſubijci nõ
poſſe putare,alteratio eñ motio eſt in qualitate. Qualitatis aũt habitus quidem
& diſpoſitio non ſine mutationibus in paſſionibus fiũt,vt ſanitas atq; morbus.
Quę vero naturaliũ corporũ ĩ paſſionibus mutantur,ea vniuerſa incrementa ſuſci
pere decremẽtaq; videmus vt animaliũ corpora parteſq; ipſorũ atq; plantarum
etiã & elementorũ ſimili modo.Quare ſi corpus quod verſatur neq; incremẽta 22
Epilogus neq; decrementa ſuſcipere poteſt:expers ipſum & alterationũ eſſe conſentaneũ
eſt rationi:patet igit̃ ex hiſce quę dicta ſunt id quod primũ eſt corporũ ꝑpetuũ
eſſe,& neq; accreſcere neq; decreſcere neq; ſeneſcere,neq; alteratiõibus neq; paſ
Probat̃ a ſigno primo ſionibus ſubijci,ſi quiſpiã hiſce quæ ſunt ſuppoſita credit.¶Videtur aũt & ratio
teſtis ijs eſſe quę apparẽt,& ea q̃ apparẽt teſtes eſſe etiã rationi.~~Oẽs eñ hoĩes de~~
~~dijs exiſtimationẽ habẽt,& vniuerſi qui deos eſſe putãt tã græci q̃ barbari ipſum~~
~~ſupremũ locum dijs tribuerunt: propterea quod~~ immortale ad immortale eſt ac
autoritas commodatum:alio nãq; modo eſt impoſſibile.Si igitur quippiam eſt diuinum
queadmodum & eſt,ea ſane quę de prima corporũ ſubſtantia dicta ſunt bene re
Secundo cteq; ſunt dicta.¶Emergit aũt hoc & per ſenſum reſpectu fidei humanæ ſuffici
enter,in toto nanq; pręterito tẽpore per traditã ſucceſſiõe memoriã poſteris non


mutatū vllo pacto fuiſſe videtur, aut in toto vltimo cœlo aut in ſuarū partiū vlla.
Videtur aūt & ipſum nomen vſq; ad hoc tēpus ab antiquis hęc opinatis, quę & Tertio
nos dicimus ſucceſſione traditū eſſe. Nō em̄ ſemel neq; bis, ſed infinities eaſdē auoritas
opiniōes ad nos accedere putare oportet. Quapropter quia primū corpus diuer-
ſum quoddā eſt a terra igne aere atq; aqua ætherem ſuperū locū appellauerunt a 15
23 ſemper currendo perpetuo tēpore poſita appellatiōe. Anaxagoras vero hoc no- Reprobatio
mine abutitur non recte: pro igne em̄ ætherē dicit. Patet aūt ex dictis & cur im- Epilogus
poſſibile eſt numero plura eſſe ea quę ſimplicia corpora dicuntur. Simplicis em̄
corporis motū ſimplicē eſſe neceſſe eſt: ſolos autem motus hoſce ſimplices di-
cimus eſſe circularem & rectū, & huius duas partes: vnam qua a medio alteram
qua ad medium pergitur.

¶Capitulum quartum.


24 NOn eſſe aūt aliam lationem conuerſioni contrariā, ex cōpluribus quiſ- 16 Cōcluſio
piam ſumere fidem poteſt. Primo quidem ex eo quia circūflexæ lineæ
rectā opponi maxime ponimus. Concauū em̄ & curuū non ſolum in-
ter ſeſe oppoſita eſſe videntur, ſed etiam recte coniuncta ſimulq; ſum
25 pta. Quare ſi qua eſt contraria latio, eū motū maxime qui fit ſup linea recta con- 17
26 uerſioni cōtrariū eſſe neceſſe eſt. At ij qui ſuper linea recta fiunt, inter ſeſe oppo Cōcluſio
ſiti ſunt ob loca: ſupra em̄ & infra differentia loci atq; contrarietas eſt. ¶Deinde
27 ſi quiſpiam eandem etiā rationem & in recta linea & in circūflexa: lationem em̄
ab a. ad b. ei contrariam eſſe dicit, qua a. b. ad a. pergitur is eam lationem dicit q̄
ſuper linea recta fit: hæc em̄ finita eſt: circūflexæ aūt circa eadem puncta infinitæ 18



28 eſſe poſſunt. ¶Similiter & in ſemicirculo vno velut a. c. ad d. & a d. ad c. eſt em̄ Cōcluſio
illa quę ſup diametro fit. Semper em̄ vnūquodq; per lineā rectā diſtare ponim⁹. 19 Cōcluſio
¶Similiter res ſeſe habet & ſi quiſpiā circulo facto lationē eā quę ſuper altero fit
29 ſemicirculo ei contrariam poſuerit lationi quæ ſuper altero fit: veluti toto in cir-
culo eā qua ab e. ad f. itur ſuper g. ſemicirculū ei qua ab f. ad e. pergitur in ſemicir
30 culo h. Quod ſi & hæ ſunt contrariæ, at nō eæ ſunt ob hoc inter ſeſe contrariæ la



tiones quæ ſuper toto circulo fiunt. At vero neq; ea latio circularis qua b. ab a. pe
titur ei contraria eſt qua ab a. ad c. proficiſcitur. Ad idem enim hęc ex eodem eſt
motio: contraria vero latio cōtrarijs eſt locis definita. A cōtrario enim ad contra
31 rium itur. ¶Quod ſi circularis motio circulari eſſet contraria fruſtra altera eſſet
Ad idem em̄ fit ꝑfectio per vtraſq;: præterea id quod verſatur a quocūq; ſigno
incœperit ad omnia ſimiliter accedere contraria loca neceſſe eſt: ſunt autem lo-
ci contrarietates ſupra & infra: ante & retro: dextrum & ſiniſtrum: lationis ve-



32 ro contrarietates per locoꝝ ſunt contrarietates. Si igitur ęqualia eſſent motus 20 Cōcluſio
ipſorum non eſſet. Si alterum ſuperaret: alterū profecto nō eſſet. Quare ſi vtraq;
eſſent fruſtra ſane corpus alterum eſſet: ſuum non ſubiens motum: fruſtra enim autoritas
calceum eum dicimus eſſe: cuius vſus non eſt. At deus & natura nihil prorſus autoritas
33 faciunt fruſtra. Veꝝ vbi hæc ſatis emerſerūt, de reliquis conſideremus oportet.

Deus et natura nihil faciunt frustra

Explanatio textus

Aristote. ¶ Hoc libro vt prefati ſumus agit Ariſto. de corporibus ſimplicib9, diſſecatur aũt in quattuor partiales. In primo agit de vniuerſo, in ſecũdo de cœlo, in tertio de elemẽtis ſecundũ antiquos, in quarto de elementis ſecũdum propriam. Capite vero primo agit de perfectione mundi.

I. Phyſica maxime verſatur circa corpora, magnitudines & paſſiones & motus eorum, quia naturalia aliqua ſunt corpora, alia habent corpora, alia ſunt principia eorum.

II. Continuũ eſt quod diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia. Linea eſt diuiſibilis ad vnam ſuperficiem. Superficies ad duas, Corpus ad tres. Probatur p

pythagoras. Pythagoram, quia dicebat rem tribus eſſe perfectam. ſ. principio medio & fine, & ita ponebant perfectionẽ in ternario. Secũdo quia antiqui quaſi natura edocti trib9 ſacrificarũt deo. ſ. ignẽ thure & orõne. Tertio qa naturã imitari ſtudẽtes de duob9 dicim9 ambo, ſed de trib9 dicimus omne.

III. Corpus inter magnitudines ſolũ eſt perfectũ, probatur, quia totum & perfectũ non differũt, at corpus eſt tota magnitudo, quare erit & perfecta, quia vndiquaq; diuiſibilis.

IIII. Vniuerſum eſt perfectum, pro quo præmittit primo vnũquodq; corporũ eſſe determinatum ad proximũ, nã vnũ corpus non tranſit in aliud, ſicut ſuperficies in corpus, & linea in ſuperficiem, ſecundo ſupponit omnia corpora per contactũ facere vniuerſum. i. p cõtiguitatẽ, tũc probat cõcluſio primo, qa corp9 eſt pfectũ, ergo & vniuerſum ſimiliter omnia alia continet, ergo eſt perfectum.

IIII. Suppoſitio prima. Omnia corpora phyſica

Secunda pars poſſunt moueri ad loca ſecũdum ſe. Secũda omnis latio aut eſt recta, aut circularis, aut miſta. Tertia motus rect9 aut circularis eſt ſimplex. Quarta oĩs motus ſimplex eſt aut a medio mundi, aut ad medium mundi, aut circa medium mũdi. Quinta, ſicut aliqui mot9 ſunt ſimplices, aliqui mixti, ita aliqua corpora ſunt ſimplicia, alia miſta, miſta autẽ mouentur ſecundũ naturã elemẽti prędominãtis.

V. Præter corpora ſimplicia quattuor recte mota, eſt corpus quintũ circulariter motũ. Probatur primo, quia omnis motus ſimplex debetur corpori ſimplici, ergo & motus circularis, ſed non debetur alicui elemẽto, ergo cœlo.

VI. Probatur ratione, ſupponit primo. Cuiuſlibet corporis ſimplicis eſt tm vnus motus per naturam, ſecũdo q; motus naturalis contrariatur motui violento, tertio q; vnum vni opponitur, quarto quia manifeſtum eſt aliquid circulariter moueri, tũc cõcluſio ſic probatur. Motus circularis per naturam conuenit alicui corpori, & non alicui elementorum, ergo cœlo, minor probatur, quia ſi cõueniret alicui vel ſecũdum naturã, & hoc nõ, quia rectus ei conuenit, non cõtra naturã, quia vni motui vnus non contrariatur, ſed alius motus rectus ei contrariatur, ergo non circularis.

VII. Tertio probatur cõcluſio, quia motus circularis eſt prior recto, ergo eſt corporis prioris quã motus rectus, qui eſt elementorum.

VIII. Quarto probatur, quia omis motus qui cõuenit alicui præter naturam cõuenit alteri ſecũdũ naturã, ſed motus circularis conuenit igni præter naturam, ergo alteri cõuenit ſecundum naturã, & non conuenit alicui elemento, ergo cõuenit cęlo.

IX. Quinto probatur concluſio, quia motus circularis eſt vnus & perpetuus, ergo oportet q; conueniat alicui ſecũdum naturã, quia nullum violentũ eſt perpetuũ, ſed non conuenit ſecundũ naturã alicui elemento, ergo cõuenit coelo.

X. Suppoſitio prima. Graue ẽ quod fertur ad medium mundi, leue quod fertur a medio mundi, leuiſſimũ quod omibus ſurſum latis ſuperfertur. Grauiſſimũ quod ſubſtat omnibus deorſum latis. Tertia pars

XI. Corp9 ſimplex circulariter motũ, neq; eſt graue neq; leue. Probatur, quia cœlũ nec mouetur a medio mũdi, nec ad mediũ mũdi, ergo nõ eſt graue vel leue. Cõfirmat, in idẽ fert totũ & pars, ſed nulla ps cœli fert ad mediũ mundi ergo nec pars.

XII. Cœlum eſt ingenerabile & incorruptibile. Probatur, quia omne quod generatur vel corrumpitur, a ſuo cõtrario corrũpitur vel generatur, ſed cœlum non habet contrarium, quia alioqui motui eius eſſet aliquis motus contrarius.

XIII. Cœlum non eſt augmẽtabile, nec diminuibile, patet, quia augmẽtatio fit aliquo corpore adueniente, diminutio aliquo recedente, & omnia talia ſunt ſecũdum partẽ generabilia & corruptibilia, quod non conuenit cœlo.

XIIII. Cœlũ eſt inalterabile, probatur quęcunq; ſecũdum paſſiones alterãtur poſſunt augeri vel minui, ſed cœlum eſt inaugmẽtabile, ergo & inalterabile, probatur ſecũdo a trib9 ſignis. Primo quia omnes gręci & barbari qui putauerũt deũ aliquid eſſe, dixerunt eũ eſſe in cœlo, vt immortalis immortalem haberet locũ, ſecũdo quia nemo tam ſenex, neq; in ſcriptis de cœlo quicq; proditum, q; eſſet mutatũ cœlũ, tertio quia antiqui vocauerũt cœlũ ęthera, quaſi perpetuo currens, & ita q; antiqui arbitrati ſunt & nos exiſtimamus, quia oportet eaſdem opiniones infinities redire.

XV. Corollariũ Anax. abuſus eſt ęthera p igne.


XVI. Motui circulari mot9 rectus nõ cõtrariat. Quarta pars Probatur, quia motui recto cõtrariatur rect9, modo vni vnũ eſt contrariũ.

XVII. Diuerſi motus facti ſcd'm diuerſos ſemicirculos ſup eadem diametro nõ ſũt cõtrarij. Probat quia alias infinita vni opponerentur, cũ plures ſemicirculi ſic poſſint cõſtitui.



XVIII. Diuerſi mot9 ſemicirculorũ oppoſito modo facti nõ ſunt cõtrarii. i. is qui fit ab oriente nõ opponitur ei qui fit ab occidẽte, Probatur eadem ratione quia poſſunt eſſe etiã indeterminati, itẽ debent diſtare ſecundũ lineam rectam.

XIX. Mot9 facti ſup duobus ſemicirculis eiuſdẽ circuli non cõtrariant. Probat, qa faciũt vnũ motũ circularẽ, vt mot9 a b a. in c. per b. non opponit ei qui fit a c. in a. per d.



XX. Vni motui circulari totali non contrariatur alius motus circularis totalis. Probatur primo, quia motus contrarij ſunt inter terminos contrarios. Secundo quia motus contrarij debent eſſe inter contraria loca. Tertio, quia ſi eſſent motus cōtrarij, tūc fierēt a virtutibus cōtrarijs, ſed in cœlo virtutes nō ſunt cōtrariç: ergo patet, quia vna impediret aliam, & ita impedita eſſet fruſtra, fruſtra aūt eſt calceus/cuius nō eſt vſus, & deus & natura nihil faciunt fruſtra.

Annotatio in textum.

¶ Themiſt. per motū intelligit lationem, per affectus reliquas ſpecies motus.

¶ 2. Corpus hic accipitur quātitatiue nō quidditatiue, vide in Sum.

¶ 2. Ternariū dixit eē numerū cuiuſlibet, & ꝙ natura oīm eſt trina, authoritate pythagoricoꝝ, hāc naturā ſequiē voluntas in lege, quç magnificabat deum in ſacrificijs tribus. ſ. thure igne & oratione hoc idem oſtendit in grammatica.

Trapezō tius ¶ Hic Georg. Trapez. arbitrat⁹ eſt Ariſt. trinitatem ſupbenedictā intellexiſſe in libro de comparatione Ariſt. & Platonis, eū librū in Auguſto anni 1516 Viennç vidim⁹ apud D. Grāperiū ex bybliotheca bellicoſiſſimi Hungariç regis Mathiç allatū, at ei refragatur beſſario li. iij. Apologiç cap. 15 & 19. Nam hoc myſteriū a phis abſcōditū fuit ſanctoꝝ doctoꝝ ſnīa, vñ & Auer. exponens illud Ariſt. xij. metha. deū eſſe ſubſtāciā ſapientē & viuentē ꝑ impoſſibili reputat trinitatē in perſonis. At hic Ariſt. nō ꝓcedit demōſtratiue, ait Simplicius, ſed topice, quoniam ſimiliter ꝓbaret ſic tm̄ tria eſſe elementa, ſed ſupponit hoc demōſtratum in Mathematica, ꝙ non ſint niſi tres dimēſiones, ſicut demonſtrat Ptolo. ꝑ hoc ꝙ impoſſibile eſt plures lineas perpendiculares cōcurrere ſup idem punctum ꝗ tres. Quod duos ambos dicimus. non omnes, hoc vt arbitror Ariſt. ad ꝓprietatē linguç ſuç dixit, vbi grāmatic⁹ habet tres numeros. ſ. ſingularem dualem & pluralem, quare apud græcos duo non ſunt plures, ſecus apud latinos. — Graperi⁹ — Beſſario — Auerrois — Ariſto. — Simpli. — Ptolo.

Auerrois 6. hic Auer. Com. 10. adnotat primam phīam. i. metaphyſicam appellari Canonem maiorem. Ios. Grā.

Ariſto. ¶ 12. Hic Ioan. Grāma. reclamauit Ariſto. quia cœlū eſſe genitū autoritate Platonis: ſed parū cōficit: qm̄ & ſi Plato dixerit cœlū & mūdum ꝓductū, nō tñ per generationē & tranſmutationē naturalem: ſic chriſtiani dicimus cœlū īgenerabile: at tñ creatū: verū eſt Simplicius hic contra chriſtianos tria adducit, quod cœlū non poſſit ex tēpore, ſed coeterne a deo ꝓduci: q̄ rōnes facile diluuntur ex his q̄. viij. li. phyſ. diximus. Vñ & Galenus exiſtimauit nullū poſſe ſcire mūdū eſſe eternū niſi ꝓpter ꝓpōes, quaꝝ origo a ſenſu & teſtimonio vetuſtatis deſcēdit: & dicit ſibi incertum eſſe an mundus ſit nouus vel antiquus. — Plato — Simpli. — Galenus

¶ 14. Oēs barbari & grçci dixerunt cœlū eſſe locum beatoꝝ: hoc celebre eſt etiam apud poetas. Ouidius.6. Metamorpho. ait — Ouidius

Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,
Regalemq; domum, dextra leuaq; deoꝝ
Atria nobilium, valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis, a fronte potentes
Cœlicolæ: clariq; ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt, quē ſi verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palacia cœli.

Barbaros aīt chaldeos forte dicit vt īnuit Auer. nam Ariſto. primus ex phyſicis grçcis cœlum dixit ingenerabile. — Ariſto.

¶ 14. Aether ait Ariſt. hic & li. i. Metheoroꝝ eē cœlū: & Anaxagorā īcrepat, qui ignē çthera vocarit: verū nolit velit Ariſto apud grçcos & latinos çthera pro vtroq;. i. cœlo & igne accipiē: at origo nōis varietatē fecit, nā Ariſt. ἀιθὴρ ab ἀεὶ & θέω deduxit, quaſi ſemper currens ſeu volutū: & ſic cœlo conuenit, ſic Ouidi. ait. Altoq; ſub çthere fixis Incurſant ſtellis. & alibi ad Cæſarē. Sic habites terras, vt te deſideret çther. At cum çther ab ἀιθω. i. ardeo ducitē: tunc igni tribuiē: ſic vſus Oui. 1. Metamor. Quaq; erat & tellus/illic & pontus & çther, Hçc ſuper impoſuit liquidū & grauitate carētē Aethera: nec quicq̄ terrenç fecis habētem. vſurpatur prætērea pro aere. — Ariſto. — Anaxag. — Ariſto. — Damaſ. li. 2. c. 6. Ignem etheravocat. Oui. — Celius li. 1. ca. 14. — Ouidius

¶ 17. 18. Auer. poſt Themiſtiū reputat hūc locū difficilē: & ſe lōgā morā in eo feciſſe, quouſq; deus duxit eū ad hāc veritatē: at tñ iā lrā vniuerſaliter tranſlatione & cōmentarijs noſtris plana: quō mot⁹ circularis non opponatur motui circulari in corpore in q̄ ſunt natura. Io. Grāma. aliqua opponit cōtra rōnes Ariſto. at quia nō ſunt multū ꝓficua: ideo ꝑtermittenda. Vide tñ ſi placet in diuo Tho. hic: ꝙ em̄ planetç videnē motu cōtrario ferri cōtra firmamētū, non eſt ꝓprie diuerſitas/ſed cōtrarietas: quia ſunt diuerſa mobilia/ diuerſorū locoꝝ: cuius ſignum eſt ꝙ planetç mouentur motu firmamenti abſq; hoc / ꝙ proprijs motibus impediantur. — Auer. — Themi. — Io. Grā. — Thomas

Explicatio ſcholaſtica.

An ꝑter quattuor elementa ſit quintū corpus ſimplex ſimplici motu motū. Articulus. I.

Nota. I. Nō dici hic corp⁹ ſimplex/eo ꝙ nō ſit cōpoſitū: cū elemēta oīa ſint cōpoſita ex materia & forma, & gñatim ex ptib⁹ q̄titatiuis: ſed diciē corp⁹ ſimplex vt oppōiē miſtiōi: & ſic diciē corpus ſimplex/qđ nō eſt miſtū: q̄d aūt ſit mixtū vide i fine primi de Gñatiōe. Corp⁹ aūt ſimplex ſic diffiniebat ꝑceptor nr̄ Io. Vetter Vrachius: Corpus ſimplex eſt qđ ex naturali ſua diſpoſitiōe determinat ſibi vnā q̄litatū primaꝝ in ſūmo vel nullam: vt quatuor elemēta primas aſciſcunt qualitates, celū nullum. Euidētior fit diffinitio ex ſcđo de Gñatiōe. vñ mineralia, plantç, arbores, animātia, bruta &c̄. nō dicunē corpora ſimplicia. Similiter dicamus de motu: diciē em̄ ſimplex, nō ꝙ nō habeat ptes, aut ꝙ ptes ſint eq̄ veloces, aut ꝙ fiat ſcđm magnitudinē ſimplicem: nā ſic mola fabri ſimplr̄ moueretē: cū tñ fiat ex pulſu & tractu. Vñ — Vrachi⁹

motus ſimplex eſt qui fit ſecūdū lineā breuiſſimā a medio mūdi vel ad mediū mūdi ſine circuitiōe aut circa mediū mundi circulariter ſine aſcenſu & deſcenſu:& hoc ſecūdum Ariſto. Ariſto.

Nota.II. Q̄ motus ſimplex diuiditur in motū circularē & rectū:Rectus rurſus diuiditur in eum qui eſt a medio mūdi & ad mediū mundi. Diffinitiones oēs facile ſumuntur ex diffinitione motus ſimplicis:vñ motus ſimplex rectꝰ debetur elementis, circularis cœlo. Rectus vero qui eſt a medio mundi debetur leuibꝰ/qui eſt ad mediū mūdi/debetur grauibus. Et non refert ꝙ plures ſūt cœli:qm̄ controuerſum eſt an ſint vnius ſpeciei: porro ſi ſpecie differāt/adhuc motꝰ circularis eis pōt cōpetere. ¶Verū anxij ſunt plurimi/an motus cœli ſit naturalis aut violētus:res prorſus nō neceſſaria:dependet tamen a diſcuſſione quidditatis cœli,an ipm̄ ſit cōpoſitum/aut minus:de q̄ ſtatim: in preſentia tñ magni fit dictū Auicēnę. 9.metaphy. vt refert Sco.diſtin.48.q.2.quarti. Motus cœli ex parte agētis eſt voluntarius.ſ.ex parte intelligētiæ:ex parte vero paſſi eſt neuter: habet eñ habilitatem ad motū/ nō q̄ faciat motum naturalē/ſed nō violentum. ¶At tu dic ad mentē philoſophi/qui affirmat motum circularē eſſe cœlo ſecūdū naturā/quod motꝰ cœli eſt naturalis orbi/& eſt voluntarius intelligētiæ/voluntate determinata ſcd'm Ariſto. q̄uis nō ſcd'm veritatē:qm̄ poſt extremum iudiciū philoſophia fidei dicit cœlum non amplius mouendum. Eſt aūt ita naturalis orbi/ꝙ nō eſt preter naturā eiꝰ ſicut ignis motus circulariter in ſphera ſua,qui naturaliter ſurſum moueť, Saxo tñ hic dicit pulchꝛ vniuerſum/quod prius Simpliciꝰ voluit. Cœlū moueri a principio intrinſeco: per p̄ſentiā & appropriationē,puta ab intelligentia:ꝙ ſufficit ad motum naturalē:q̄uis nō moueať a principio intrinſeco per inherētiam: vñ ſic extēſe oīs motꝰ animalis etiam eſt naturalis &c̄.

Auicēna. Scotus

Cōtra alber. trac. 2.ca.6.

Diciť etiam ipro prie motꝰ aīalis Sco. diſ. 49.q.6. quarti. Saxo Simplicius.

Nota.III. Q̄uis contingat corpus ſimplex moueri pluribus motibꝰ:tamē hoc non euenit,ꝙ aliquod ſimplex moueať pluribꝰ motibus ſimplicibus ęque primo. Primum patet de igne qui per ſe mouetur ſurſum motu recto:& tñ mouetur motu circulari in ſphera ſua:ſic terra cadēs deorſum ſupra tabulā tranſuerſam moueret pluribꝰ motibꝰ: an autē motui circulari aliquis ſit motus contrarius:plana eſt Ariſt. ſentētia quod nō:tñ diu hic controuertunt/cum autē non ſit tātæ vtilitatis/quātæ difficultatis,ſciēs p̄tereo, Saxonē conſule. ¶At ābigunt an poſſibile ſit corpus aliquod eſſe non motum localiter:& in hoc cōiter conueniunt ꝙ omne corpus naturale ſit mobile ſecundum ſe totum aut ſecundum partē eius. Et eſto ꝙ hęc terra ſ.in centro non moueret localiter vn̄q̄: tñ alia eiuſdem ſpeciei moueť: quod ſufficit:obiectionē de potētia fruſtratoria vide arti.4.

Ariſto.

Nota.IIII. Q̄ cum miſtum ſit ex elementis ſicut prioribus: ideo non habet ꝓprium motū ſimplicē:ſed vt Ariſt. ait moueť ad motum elemēti p̄dominātis. At elemēta p̄dominari in mixto, vt intelligiť ſubſtātialiter:et ſic non admittitur:qm̄ elemēta ſecundum materiā,non ſcd'm formā manēt in mixto. I. de Gn̄atione in fi, vel accidētaliter:ita ꝙ habet ſimiles qualitates motiuas, elemēto alicui/ꝙ diciť p̄dominari. Et ita capiēda ſunt verba philoſophi:qm̄ hic non attēdimus qualitates primas vel alteratiuas/ ſed ſolum motiuas.ſ. grauitatē et leuitatē. ¶At pro clariori intelligentia aduerte primo/qualitates motiuę elementoꝝ naturaliter ſitoꝝ: non mouent pœnitus ac ſi non eſſent. Patet de vrna plena aquæ/q̄ ſiſtiť in aqua et ſine reſiſtentia trahitur q̄ diu eſt in aqua:at vrna attracta ad ſupficiem aquę tunc percipitur eiꝰ grauitas. Corollariū:exiſtens in mari/etiā ſi mille dolia aque ſint ſuper caput eiꝰ non grauāt eum niſi ſicut vnum caldariū aquę/ quod geſtaret de fonte. Aduerte ſecūdo ꝙ mixtum eſt naturaliter locatum qn̄ graue eſt ſub leuiori ipſo, et ſup grauiori ſe. Corol. Si vas aqua plenū eſt in ſphera aeris vel ignis:adhuc lignum in eo natās eſt naturaliter locatum. Corol, Graue non mouet/ niſi qn̄ eſt ſuper leuiori ſe: ſicut leue non mouet / niſi qn̄ eſt ſub grauiori ſe. ¶Aduerte.3.ꝙ mixtum non mouetur ſcd'm dominium qualitatum motiuaꝝ ſimpliciter:ſed ſolum ſecundum ꝙ habēt virtutē mouēdi et trahēdi ſurſum vel deorſum. Primum patet/quia ſit corpus leue leuitate ignea vt 2.aerea vt 3.graue grauitate aquea vt 2.et terrea vt 2 et ponať in igne:iā licet leuitas p̄domineť:tñ mouebitur deorſum:quia leuitas aeris ī ignea ſphera nō reſiſtit motioni grauitatis terrę et aq̄. Corol. Mixtum non ſolum mouetur a dominio vnius/ſed etiam plurium elementoꝝ. Cape exemplum: oleum habet leuitatē aereā/grauitatem aqueā et modicum terreā. Cum eſt in aere/leuitas non reſiſtit motioni grauitatis/quia eſt in proprio loco at qn̄ venit ad aquā:tunc grauitas aque nihil amplius trahit per p̄dicta:ſed grauitas terrea trahit: cui reſiſtit leuitas aerea. Et p hoc liquet inquiunt Scoticolę Parrhiſ. cur lignum in aere mouetur et non in aqua:at tu etiam aliā cauſam alibi repies.

Ariſto.

Articulus.II.

Concluſio Tātum quin𝔮 ſunt corpora ſimplicia, motibus ſimplicibus mota. Patet primo Ariſto. autoritate numerantis quattuor elemēta et cœlum, capiēdo aggregatiue pro omnibus orbibus cœleſtibꝰ: Et de terra et aqua, nemo vn̄q̄ dubitauit:de aere probať in veſica et vtre et pluribus alijs. Alioquin eſſet vacuū, cōtra demōſtrata in quarto phyſi. de igne patet:quia experimur ignem ſurſum eleuari: et hoc non eſt:niſi quia eiꝰ locus naturalis eſt ſurſum: et ratione motus nobilioris ſ. circularis:vt patet.8.phyſi. eſt ponēdum corpus quintū ſeu eſſentia quinta.ſ.cœlū, qd' eſt nobilius & diuinius elementis. Ariſto.

Articulus.III,

Dubium.I.An mundus ſit continuus & perfectus?

Pręmit. I. Quid cõtinuũ, quid contiguũ ex. 6. phyſico. quibꝰ adde, ꝙ in continuo non ſufficit vltima eẽ vnũ ſcđm materiã: ſed requirit̃ ꝙ ſint etiã vnũ ſcđm formã: ex q̃ ſequitur ꝙ licet virga ꝑtim arida, ꝑtim viridis ſit cõtinua vulgariter & ſcđm materiã: phyſicus tñ acutiꝰ vidẽs non dicet continuum ratione formæ.

Præmit. II. Mundũ multifariã vſurpari. Primo

Bruxell. em mũdus, vt Bruxell. meminit, oĩm entiũ collectionem ſignat: ſic nihil eſt ꝙ eiꝰ rationẽ ſubterfugiat, rarior hæc ſignificãtia. Secũdo vſurpat̃ pro

Cleome. Celius cęlo, terra & omībꝰ creatis: eũ tũc Cleomedes ita definit (Celio li. 1. referẽte) mũdus eſt cõſtitutio

defini: fit cœli & terræ, & naturæ rerũ q̃ intracludunt̃. Tertio capitur mũdus pro rebꝰ corporeis: ſic mundus in ſphærã cœleſtẽ & elementarẽ diuidit̃. Quarto pro elemẽtis & elemẽtatis mũdo vtimur: & hæc quidẽ phyſica ſunt. Quinto porro mũdus ꝓ mun

Augusti. Ioannes danis vſurpat̃ illecebris & dei inimicis: ita A. Auguſtinus meminit ꝑſępe & alij chriſtiani philoſophi. Ioã. 15. Venit em̃ princeps mũdi huiꝰ. Vide Auguſt. tracta. 52. & 79. ſup Ioã. at hęc vltra crepidã. ¶ Aduerte aũt ordinẽ ꝑfectiõis in his vſurpationibus, q̃ prima ꝑfectiſſima, ſcđa deinceps, tertia ꝑfecta, quarta impꝑfectior, quinta mala.

Plinius Præmit. III. Mũdũ fuiſſe appellatũ vt Pliniꝰ voluit, ex abſoluta & ꝑfecta elegãtia: qua ratione &

Plato greci κόσμον ipſum appellarũt, ꝙ nihil ſit eo mũdius, pulchriꝰ & ornatiꝰ. Vñ & Plato in Gorgia ait. Tradũt ſapientes cœlũ, terrã deos & hoĩes ſocietate quadã & amicitia modeſtoq; ornatu & iu

plutarchꝰ Pythag. ſticia contineri: atq; id vniuerſum ꝓpterea mũdũ ornatũq; nominãt. Plutarchus quoq; teſtis eſt Pythagoram, ob abſolutiſſimam quæ in ipſo eſt, ſeriem, vniuerſi cõtinentiã κόσμον .i. mundum appellaſſe. Verum cum iam intelligas mundum ab elegantia & ornatu dictum: facile aſſenties, mun

Brant dum pro mundanis per contrarium nominari: vt Sebaſtianus Brant in inuectiua canit.

Munde nihil mundi, caſti quoq; nil vel honeſti
Semper habens &c̃.

Præmit. IIII. Perfectionem dici multipliciter Primo dicit̃ perfectio ſumma ſeu completa: & eſt cui nihil deficit: & cui nulla poteſt fieri additio: ſic ſolus deus eſt perfectus: alia eſt perfectio ſimpliciter: & eſt illa quæ ſine addito perfectio denotatur, vt ſimplicitas, intellectio, volitio. Corollarium. Quicquid eſſentialiter etiã reperitur ĩ deo dicitur eſſe perfectio ſimpliciter, vt agere, ſapere eſſe vnum bonum &c̃. Alia eſt perfectio ſecundũ quid, vt eſſe gradariũ in equo, eſſe facundum in concionatore, eſſe bene auritum in aſino ¶ Ex hoc inferas omnes hic erraſſe in deſcriptione perfectio

Anſnel. nis ſimpliciter, quod ego vidi: & ex Theologia liquet: quod Anſelmus dicat perfectionem ſimpliciter eſſe eam: quam in quolibet melius eſt eſſe q̃

Camera. non eſſe &c̃. Vide Cam. q. 7. N. & iterum. q. 13 X. at hæc vltra crepidam. Sat ſit digito monſtraſſe, omnes erraſſe quos hic viderim.

Præmit. V. Aliquid eſſe de perfectione vniuerſi dupliciter: primo principaliter, vt cœlum elementa homo: ſecundo quo ad decentiam, vt mixta imperfecta, & genita per putrefactionem, immo etiam mõſtra, quæ ſua varietate mũdum ſpectabilem reddunt velut paries varijs coloribꝰ pictuRatus.

Reſpondetur Mundus ſi deum dicit indubie eſt perfectus, ratione perfectiſſimi dei: in alijs vero ſignificantijs mundus eſt perfectus in ordine & ſuo genere: adeo ꝙ de eo etiã plures perfectiones ſimpliciter verificantur: primum ſatis liquet: eſt em̃ deus perfectiſſimus, qui eſt aliquid iſtius mundi. ¶ Aduerte ꝙ totum vniuerſum ſic non eſt perfectius deo ſolo: nã deus & Eckardus non ſunt maior imperfectio, q̃ deus ſolus. Vide G. Ochã. Ocham 17. concluſio. Centilogij. Ex iſto inquit patet faceta queſtio laicorum: quis vnq̃ portauit melius bonum: quibus ſi reſpondeatur, ꝙ beata Maria aut crux portauit melius bonum .i. Chriſtum: opponunt Aſinus in ægyptum portauit melius bonũ: quia portauit Chriſtum & Mariam ſimul: Maria tamen portauit Chriſtum. Cui dicas, iſtam bene eſſe obiectionem aſininam: quia cum Chriſtus ſit infinitum bonum: ideo mater eius & ipſe nõ ſunt maius bonum. ¶ Secunda pars patet ex quid nominis terminorũ: niſi ꝙ oportet mũdum iniquorum excipere: qui ſicut nõ eſt bonꝰ: ita nõ eſt perfectꝰ.

Reſpõdetur Secundo ꝙ mundus non eſt vnum continuum: ſed quatuor elementa ſunt ſibijn uicem contigua: & ſphæra elementaris eſt contigua cœleſti: orbes item cœleſtes ſunt adinuicem contigui. Hæc reſponſio paſſim ſolidatur in phyſica contra antiquos: vnde non laboro in eius probatione.

Dubium. II.

An cœlũ grauitatis & leuitatis expers ſit ingenerabile, inaugmentabile & inalterabile?

Pręmit. I. Cœlum multifariam vſurpari, vt D. prepoſitus in ſecundo docet diſtin. 14. Vſurpatur Gabriel em̃ cœlum aliquando pro cœlo benedictæ trinitatis ſic Albertus intelligit verba Luciferi Eſdræ 14. Aſcendam in cœlum, non inquam corporeũ: Albertus quoniam erat in illo, ſed ad ęqualitatem cœli increati: hæc vltra crepidam. Secundo cœlum vſur Esaias patur pro corpore perſpicuo & cõtentiuo inferiorum: ſic aer ignis & orbes dicuntur cœlum: & frequens eſt hæc acceptio apud poetas, ꝙ cœlum ꝓ aere vſurpant. Vergilius. Maria ac terras, cœlumq; profundum: idem voluit Plinius libro ſecundo Daniel dixit. Benedicite volucres cœli domino. Daniel Tertio dicitur cœlum, eſſentia illa ſimplex & nobilis, aſtris decora, ſuper elementariam contrarietatem eleuata: tractum autumat verbum Iſenach. a celando ideſt tegendo: plauſum dat Ouidius Iſenach. ſententiæ ſuæ dum ait

Ouidius Ante mare & terras, & ꝙ tegit omnia cœlum
At verius videtur dictum cęlũ a cęlãdo.i.ſculpendo, quod cęlatũ ſit, & picturatũ varijs ſyderibus:
Ambro. ſic Ambro.in Hexameron ait. Cęlum dicit̃ cũ impreſſa ſtellarũ lumina, velut ſigna habeat, tanꝙ
Perottus cęlatũ appellat̃. Vñ Nicola. Perot. iprobat Var
Varro ronem cęlũ dici quaſi cauũ a κοῖλον: nã hac ratiõe
Clichto. per œ ſcriberet̃. Et ita hic accipimus cęlũ pro orbibus cęleſtibus: Clichtoueus videat quõin.2. Damaſceni grãmatice docuerit cœlũ p̃ œ ſcribi.

Premit. II. Q, & ſi cœlũ vlteri⁹ poſſem⁹ diſtinguere vt caperet̃ pro orbe tm̃, vel pro orbe & intelligentia ſimul: tñ in p̃ſentia his contenti, ſupponamus etiã quid graue & leue ex textu: hoc aũt addentes gñationem ſtricte poſſe vſurpari pro tranſmutatione naturali ad ſubſtantiã: large itẽ pro inceptione rei. ¶ De augmentatione libros vide de gñatione. ¶ De alteratiõe ſimiliter diſtinguim⁹, qm̃ large oĩs qualitatũ ſuſceptio alteratio dicitur ſtricte aũt ſolũ qualitatũ actiuarũ & paſſiuaꝝ adinuicem, ſuſceptio alteratio dicitur.

Reſpondetur Cœlũ ꝙ neqꝫ graue eſt, neqꝫ leue, ꝗuis a deo ſcd̃m veritatẽ fidei ꝓductum, eſt tamen ingenerabile ꝓprie, inaugmẽtabile, & inalterabile proprie: ꝗuis illuminationẽ recipiat ſine
Aristo. contrarij abiectione: oĩa ex textu liquẽt: dẽpto eo quod chriſtianus ſtatuo, etiã ſi rũpatur Ariſt. cęlũ
Moſes incepiſſe Geñ. 1. In principio creauit de⁹ cœlum & terram.

Articulus. IIII.

Ratio. I. Oĩs mot⁹ eſt cõpoſit⁹, & ſimiliter corpus: ergo fictio eſt aſſerere ſimplicitatẽ: neqꝫ motus his corporib⁹ cõpetit: qm̃ terra eſt imobilis, ſimiliter cœlũ Empyrrheũ eſt imobile: & ſecundũ
Aristo. Ariſto. cœlũ octauũ nihil ambiẽs habet: ergo non mouet̃ de loco ad locũ ex.4. phyſi.

II. Planetę aſcendũt ĩ auge, & deſcendũt in oppoſito augis: ergo mot⁹ eoꝝ nõ eſt ſimplex. Et oĩbꝰ lunæ mouet̃ duob⁹ motib⁹.ſ. diurno & proprio: ergo vni corpi ſimplici, coaptari poſſunt duo motus ſimplices: p̃terea ignis eſt corp⁹ ſimplex: & tñ mouetur motu circulari & recto.

III. Non omnis motus circularis eſt circa mediũ mũdi: etiã ſimplex. Patet de motu planetæ in epicyclo: ꝙ ſi dixeris eũ eſſe ſimplicẽ reſpectu ſui orbis & cẽtri: contra ergo motus molę fabri, ſic etiã eſſet ſimplex, quod eſt falſum: quia cõponitur ex pulſu & tractu. Cõfirmatur, quia terra eſt corpus ſimplex: & tamẽ ipſa eſt immobilis: ꝙ ſi ais eam non moueri: tamen habere potẽtiam vt moueat̃. Cõtra fruſtra eſt potẽtia quę nõ reducit̃ ad actũ.

IIII. Mixtum non mouetur ſecundũ naturã elemẽti p̃dominantis: primo quia nullũ elementũ p̃dominatur in mixto: quoniam nullum eſt in eo. Secundo quia in oleo dominatur aer. 5. Metaphyſi. & tamen oleum deſcendit per aerem, & aſcendit per aquam: & tamen non eſt aſſignabile aliquod elementum, ꝙ ſic moueatur: nam aer non deſcenderet per aerem: nec aqua aſcenderet per aquam. Confirmatur, quia in ligno dominatur terra. iiij. Metheoroꝝ. & tamen ſuperfertur aquæ.

Reſpondetur Ad primam, ꝙ hic ſimplicitas non opponitur cõpoſitioni, ſed miſtioni. Ad annexum, terra nõ mouetur actu, tamẽ ſi eſſet extra locum moueretur: item mouetur ſecundũ aliquid eiuſdẽ ſpeciei, vt terra proiecta ſurſum. De cœlo Empyrrheo dicimus Ariſto. loqui de corporibus ſimplicibus mobilibus, etiam ipſe interemiſſet aliquod cœlum non moueri vt infra. Ad aliud dico ꝙ cœlum mutat locum, non ſecundum ſe totum, ſed ſecundum partes; & maxime locum iudicatiuum. Aristo.

Ad ſecũdam Plures dãt ſolutionem tacite tertia obiectiõe reiectam: at tu dic planetas bene eſſe propinquiores nobis vel remotiores: ſed non proprie aſcendunt vel deſcẽdunt: quoniam non omẽ appropinquare centro eſt deſcendere: ſed duntaxat dum fit intra concauum orbis lunæ. Verum Ariſto. & Auer. p̃ſuppoſitum negarunt: quoniam Aristo. diſplicuerunt eis ecentrici & epicycli. Ad annexũ Auerro. dicitur ꝙ luna mouetur vno motu tm̃ per ſe: aliũ vero motum habet ex motu primi mobilis. Idem patet de igne, qui per ſe mouetur ſurſum: rapitur autem ab orbe lunæ circulariter.


Ad tertiam Do aſſumptum: & confutatio eſt bona, vt in Saxone liquet. ¶ Ad cõfirmationem Saxo dico ꝙ fruſtra eſt potentia quæ non reducitur ad actum a tota ſpecie: mõ terra in ſpecie ſæpe deſcẽdit: vt experti ſunt Neubergenſes Rhenani ſupra Friburgum. Secundo dic aliquando potentiã nõ reduci ad actum ſecundum ſpeciem, ſed genus: vt Talpa potens videre, non inquãtum talpa, ſed inquantum animal. 5. Metaphyſi. T. Com. 27. Dic tertio potentiam aliquando non reduci ad actum a tota ſpecie ſed in aliquo perfectiori: vt in embrione hominis eſt potentia educendi vnam formam imperfectiorem noſtra. Vide. 2. de anima. & tamen illa nunquam educitur: quia deus præuenit illam educendo perfectiorem animam.ſ. creando animam.

Ad quartam Nullum elementum prædominari ſubſtantialiter, ſed bene qualitatiue, De oleo diximus art. 3. de ligno dic ſicut de oleo ſecundum cõmunem: vel dic ꝙ hoc ſit ratione poroſitatis: quia aqua ingrediẽs poros, facit ſupnatare lignũ. ¶ Hic ambigunt an cœlum ſit compoſitum, an habeat materiã, an ſit animatũ: at de his in ſecũdo.

¶De finitate vniuerſi. Cap,II.

Atq̄ primo conſiderandum eſt,vtrum ſit corpus quippiam infinitū 1 Intentio
vt cōplures antiquorū putarūt:an id ipſum . Vnum quid ſit eorū:quę
fieri nequeunt:hoc em̄ an illo modo res ſeſe habeat,non parum ſed
totum ad veritatis contemplationē vtiq̄ refert.Etem̄ hoc fere contra Cauſa
rietatum oīm hiſce qui de natura tota aliquid dixerunt,principiū & fuit & fieri
ſane poteſt:ſiquidem & paruus exitus a veritate fit hiſce qui exorbitarunt:ſi lon autoritas
ge progrediātur:decies milies maior: velutiſi quiſpiam magnitudinē aliquam
minimam dixerit eſſe.Hic em̄ minima magnitudine introducta,maximas rerū minima .i.indiuiſibili
mathematicarū vtiq̄ dimouebit.Atq̄ huius cauſa eſt principiū in maius q̄ ma
gnitudine eſſe.Iccirco quod in principio paruum eſt,id in fine valde magnum autoritas
emerget.Infinitū aūt & principij vim & quātitatis maximā habet:quare nō eſt
abſurdum neq̄ egreditur rationem admirabilem differētiam eſſe ex infiniti po
ſitione:ſi quiſpiam ſumpſerit infinitum corpus in ratione rerum quippiam eſſe.
34 Quamobrem a principio repetētes de ipſo dicamus oportet.¶Omne itaq̄ cor 2
pus aut ſimplex aut cōpoſitum eſſe neceſſe eſt.Quare & infinitū ipſum aut ſim- Cōcluſio
plex aut cōpoſitum erit.Atqui patet ſi ſimplicia ſint finita,cōpoſitum neceſſario
finitum eſſe.Quod em̄ ex multitudine finitis ac maguitudine cōſtat, id & mul
titudine & magnitudine eſt finitum.Tantū em̄ erit quanta ſunt ea ex quibus cō
35 ponitur atq̄ conſtat. Reſtat igitur videre vtrū ſimpliciū quippiam corporū in-
finitum magnitudine eſſe poſſit,an hoc fieri nequeat : atq̄ prius hoc de primo
corpore viſo ac pertractato, de reliquis deinceps cōſideremus . ¶Corpus igit̄ 3
quod verſatur neceſſario omne finitum eſſe ex hiſce patere poteſt: nam ſi corp⁹ Cōcluſio
quod verſatur eſt infinitum:infinitę profecto erunt & rectę lineæ,quę e medio Rō pria
protrahūtur.Infinitarum aūt interuallū infinitū etiā eſt,atq̄ interuallū linearum
id dico.Extra quod nulla magnitudo tangens lineas ſumi poteſt.Hoc igitur in-
finitum eſſe neceſſe eſt,finitarū em̄ interuallū ſemper finitū erit. Fieri præterea
poteſt,vt eo maius ſemper ſumatur quod datum eſt. Quare eadem ratio eſt &
de ſpacio,queādmodum numerum ex eo dicimus infinitum, quia maximus nō
eſt.Si igitur fieri nequit vt infinito trāſitus fiat,atq̄ ſi cœlum ſit infinitū,interual
lum etiam infinitum eſſe neceſſe eſt:fieri profecto non poteſt vt ipſum cœlum
verſetur:at verſari cœlū videmus,rationeq̄ iam definiuimus conuerſionem cor-
36 poris motionem cuiuſpiam eſſe. ¶Pręterea ſi a finito tempore finitum tempus 4
abſtuleris,& reliquum finitum eſſe principiūq̄ habere neceſſe eſt. Si tēpus autē Rō ſc̄da
ambulationis principium habet & motionis etiam principium eſt. Quare prin-
cipium & magnitudinis eius erit ſuper qua ambulatio fuit:eadem eſt & in cæte
ris ratio . Sit itaq̄ a.b.c.linea altera ex pte infinita qua ipm̄ eſt c.& rurſus alia in-
finita vtraq̄ ex parte d.e.Si igitur ab a.centro circulū linea a.b.c.deſcribat,lineā
ſecans d.e.in orbem aliquando lata finito in tēpore erit. Totū em̄ tempus quo
verſatum eſt cœlum finitum eſt, & id ergo tempus finitum eſt quod eſt ablatū:
in quo ſecans linea ferebatur. Erit igitur principiū quoddam quo primum a.b.c
linea d.e.lineam ſecuit:at eſſe non poteſt. Non ergo fieri poteſt, vt infinitum
37 verſetur:quare neq̄ mundus ſi infinitus eſſet.Præterea ex his etiā patet fieri non







finita a b fini. a poſſe:vt infinitum motu ſit agitatũ.Sit eñ linea a.quæ prope b.lineã ferat:finita inquã prope finitã.Simul igit̃ A.lineã a.b.& B.ab A.abſolutã fore neceſſe eſt Quantũ eñ alterius altera occupabit:tñ illius & altera occupabit.Si igitur ambę in contrariũ moueantur:citius abſoluentur:ſin altera prope manentẽ alteram moueatur tardius:ſi modo eadem quod prope illam mouetur celeritate feratur.

Suppõ ad rationem

5 Tertia ratio ¶Verum illud eſt manifeſtũ fieri nõ poſſe: vt finito in tẽpore quicq̃ trãſeat in- 38
finitũ:tranſibit ergo in tẽpore infinito. Hoc eñ eſt demonſtratũ prius in hiſce, quę de motu ſunt pertractata. Nihil aũt intereſt finita ꝓpe infinitam feratur: an infinita prope finitam.Nã cum hæc prope illam mouetur, & illa per hanc tranſire videtur.Similiter & ſi moueatur, & ſi non moueatur: verum ſi moueantur ambę citius abſoluentur:q̃q̃ nihil prohibet eam interdum quę prope quieſcentem mouetur citius q̃ eam quę fertur contra tranſire.Si quiſpiam eas quidem quę cõtra mouentur vtraſq; ferri tarde poſuerit:eã vero quę prope quieſcentẽ mouetur multo celerius illis ferri.Nullum igitur rationi prorſus impedimentũ afferetur: ſi prope quieſcentem altera moueatur. Cum fieri poſſit vt A.ſi prope B.lineam moueatur motionem & ipſam etiam ſubeuntem tardius tranſeat vti diximus. Si igitur id infinitum eſt tempus quo finita ſubiẽs motũ abſoluitur & id ſane quo infinita finitam trãſiuit infinitum eſſe pari ratione neceſſe eſt:vt infinitum ergo ſit motum minime fieri poteſt: nam tempus fiat infinitum neceſſe eſt. Etiam ſi per minimum fuerit motum. At cœlum tempore finito verſatur, totũq; fertur in orbem.Quare totam eam tranſit circunferentiam quæ eſt intus ceu.a.b.finitam



6 Impoſſibile eſt ergo id infinitum eſſe quod ſubit conuerſionem. ¶Præterea vt 39
Quarta ratio eſſe non poteſt linea infinita ex ea parte qua finis eſt: niſi ad longitudinem fine careret:ſic & ſuperficies infinita eſſe non poteſt ea ex parte qua finis eſt.Cum vero fuerit terminata nulla ex parte eſt infinita.Quadratum eñ aut circulũ aut ſpheram infinitam eſſe non dixeris:queãdmodum neq; lineam bipedalem. Si igitur neq; ſphera neq; circulus neq; quadratum eſt infinitum: atq; ſi circulus non eſt
7 conuerſio non erit:& ſi infinitus non eſt:infinita non erit:ſi ipſe circulus infinitꝰ
Quinta ratio non eſt:verſari profecto corpus infinitum non poteſt.¶Præterea ſi C.ſit centrũ. 40
A.B.vero ſit infinita: & E.ſit erecta ad rectos angulos infinita: & inſup infinita ſit C.D.ſubiens motum, nunq̃ ipſa C.D.ab E.linea abſoluetur: ſed ſemper perinde atq; A.B.linea ſeſe habebit.Secat enim in ipſo f.puncto.Non ergo infinita verſatur.¶Inſuper ſi cœlum eſt infinitum atq; verſatur, infinitum profecto fini- 41
to tempore pertranſibit.Sit eñ cœlum quidem quod manet infinitum: id autẽ quod in hoc mouetur ęquale.Quare ſi verſatum fuerit:cum ſit infinitum, æquale ſibi infinitum tempore finito tranſibit: at hoc eſſe impoſſibile dicebatur. Atqui 42
8 dicere contra etiam licet: cum finitum ſit id tempus in quo eſt verſatum, magni-
Sexta ratio tudinem quoq; finitam eſſe neceſſe eſt eam quam cõuerſione tranſiuit.At ęqua-
Epilogus le ſibi conuerſione tranſiuit:& ipſum ergo cœlum finitum eſt. Corpus igitur id 43
quod verſatur exitu non vacare:nec infinitum eſſe: ſed finem habere ex hiſce iam quæ diximus patuit.



44 AT vero neq̧ id quod e medio: neq̧ id quod ad medium fertur, infini tionem ſubibit: lationes em̃ eas quibus ſurſum itur atq̧ deorſum: con trarias eſſe conſtat. Contrarijs aũt contraria loca petuntur: atq̧ contra riorum ſi alterum definitum eſt: & alterum definitum erit: medium ve ro eſt definitum. Nam ſi vndeuis deorſum feratur id quod ſub omnibus collo catur fieri non poteſt vt vltra medium ipſum progrediatur. Cum igitur mediũ ſit definitum & ſuperum locum definitum eſſe neceſſe eſt. Quod ſi loca ſunt de- 9 Cõcluſio Rõpria

45 finita atq̧ finita: & corpora ſane erunt finita. Pręterea ſi ſuperus ac inferus locus eſt definitus: & id quod eſt inter hęc definitum eſſe neceſſe eſt: nam ſi definitũ non eſt motus, infinitus erit profecto. Hoc aũt impoſſibile eſſe antea demõſtra uimus: ergo medium ipſum eſt definitum. Quare & id corpus definitum eſt ſa ne: quod in hoc eſt aut fore poteſt: at id corpus quod ſurſum & deorſum fertur, in hoc fore poteſt: aliud em̃ e medio: aliud ad mediũ ferri ſuapte natura poteſt. Cõfirmatio dictorum

46 ¶ Ex his igitur patet corpus infinitum in ratione rerum eſſe nõ poſſe: & inſuper ſi pondus non ſit infinitum: neq̧ quicq̧ horũ corporũ infinitum eſſe profecto poteſt. Infiniti nanq̧ corporis pondus infinitum eſſe neceſſe eſt. Eadem fuerit ratio & de corpore leui: nam ſi eſt grauitas, infinita eſt & leuitas infinita: ſi id eſt infinitum quod ſuper omnia eminet: quod quidem ex hiſce patere poteſt. Sit 10 Scd'a rõ Incõuenienſ primũ Explanatio

47 em̃ finitum: atq̧ ſumatur infinitum quidem corpus A.B. pondus autẽ ipſius C. ab infinito igitur magnitudo finita auferatur. B.D. atq̧ põdus ipſius ſit. E. ipm igitur. E. pondus minus erit ipſo pondere C. Minoris em̃ magnitudinis pondus minus nimirum eſt. Minus itaq̧ pondus maius menſuret numero aliquo repe titum: atq̧ vt minus ſeſe habet ad maius: ita b.d. ſeſe habent ad b.f. magnitudinẽ Fieri em̃ poteſt vt quanta vis ab infinita auferatur. Si igitur magnitudines ſimili tudinem rationum ſubeunt cum ponderibus: & minus pondus minoris eſt ma gnitudinis: maius etiam magnitudinis erit maioris: ęquale ergo finiti pondus erit ac infiniti. Si maioris pręterea corporis maius eſt pondus ipſius B.d. põdus maius erit pondere corporis ipſius B.f. quare finiti pondus maius erit pondere infiniti. ¶ Inęqualiũ etiam magnitudinũ idem fuerit pondus: finitum em̃ ac in- A B infinitũ C grauitas eius b d ps ĩfiniti E grauitas eius b f ps infiniti Aliud incõueniẽs

48 finitum inęqualia eſſe conſtat. Nihil aũt intereſt cõmenſurabilia ipſa pondera, an incõmenſurabilia ſint. Etem̃ eadem erit ratio ſi incõmenſurabilia ſint: veluti ſi E. pondus menſurans C. pondus ter repetitum exuperet. Nam ſi tres totę ma gnitudines B.d. ſumantur: pondus ipſarum maius erit pondere C. quare idẽ eue Euaſio eli ditur Cõmenſurata grauitas.i.ęq̄ľ vtrobiq̧

49 niet impoſſibile. Prętereafieri poteſt: vt cõmenſurabilia ipſa ſumãtur. Nihil em̃ intereſt a pondere an a magnitudine initiũ fiat: veluti ſi E pondus cõmenſurabi le ſumatur ipſi ponderi C. atq̧ ab initio ea magnitudo auferatur quę habet ipm E. pondus: ceu B.d. deinde allata fuerit alia magnitudo ceu B.f. ad quam ita B.d. magnitudo ſe habet: vt pondus ſe habet ad pondus. Fieri em̃ poteſt: vt ſi magni tudo A.b. ſit infinita: quãtauis ab ea magnitudo auferatur. His em̃ ſumptis tam Incõmẽſurata inęq̄ľ Euaſio eliditur

50 magnitudines q̧ pondera inter ſeſe ſane cõmenſurabilia erunt. At vero nihil ad demonſtrationem etiã refert: ſimilis ipſa magnitudo ponderis ac diſſimilis ſit. Semper em̃ ęqualis corpora ponderis magnitudinis ipſius b.d. ponderi quot quot vis ab infinito ſumere aut auferendo aut addendo licet. Quare patet ex his Tertia euaſio

quæ diximus corporis infiniti põdus finitum nõ eſſe: erit igitur infinitum, quod
Altera pars rõis ſi hoc eſſe non poteſt: nec infinitum quicꝙ in ratione rerum corpus etiã eſſe po
teſt. Atqui pondus infinitum quid in ratione rerum eſſe non poſſe ex hiſce pate 51
Non eſſe infinitũ põdus patẽtius probat re poteſt. Si eñ tantum pondus per tantum ſpacium hoc in tempore motu cie-
tur: tantũ & inſuper in minore ſane mouebitur, atꝙ tempora rationem eam quã
habent pondera cõtra ſane habebunt: veluti ſi dimidium pondus hoc in tempo
re mouetur: duplũ in dimidio huiuſce mouetur. Præterea põdus finitum omne 52
Deducit ad cõtra dictionẽ. finitum ſpacium finito quodam in tempore tranſit. Quæ cum ita ſint: ſi quippiã
pondus ſit infinitum: moueatur ipſum & non moueatur neceſſe eſt. Moueatur
eñ neceſſe eſt: quo tñ quantũ eſt finitum & inſuper: nõ moueatur rurſus neceſ-
ſe eſt: quo exceſſuum quidem ratione ipſum moueri oportet: cõtraꝙ maius i mi-
autoritas nore moueri. Ratio vero infiniti nulla eſt ad finitum: temporis autem minoris
eſt ad maius tempus finitum ſed in minore ſemper. Minimum autem nõ eſt: ne 53
ꝙ ſi eſſet vtilitas vlla eſſet. Sumptum eñ fuiſſet quippiam finitum maius in ea-
dem ratiõe: in qua reſpectu temporis infinitum ad minus eſſet. Quare ęquale in
tempore per ſpacium ęquale finitum ac infinitum vtiꝙ moueretur: at fieri nõ po
teſt. At neceſſe eſt ſi infinitum quantouis finito tamen tempore moueatur: aliud
etiam pondus finitum in hoc eodem per ſpacium finitum quoddam moueri.
Impoſſibile eſt ergo pondus infinitum eſſe, & ſimiliter leuitatem: & corpora er 54
go infinitum pondus habentia leuitatemue in ratione rerum eſſe non poſſunt.
Epilogus Patet igitur corpus infinitum non eſſe, & ſi hoc modo contemplatio de ipſo fi
at per rationes particulares: & ſi vniuerſaliter conſideretur non ſolum per ratio-
nes eas quę in ſermonibus de principijs a nobis ſunt dictæ. Determinatũ eſt eñ
& illo in loco de infinito vniuerſaliter prius quomodo eſt & quomodo non eſt
Intẽtio ſed etiam nunc alio modo. Poſt hæc autem conſiderandum eſt: ſi infinitũ qui- 55
dem vniuerſum corpus non ſit: tantum tamen ſit: vt plures ſint cœli. Forſitan eñ
hoc quiſpiam dubitauerit nihil obſtare: vt hic qui nos circundat mundus eſt cõ
ſtitutus: ſic & plures alios eſſe cœlos: plures quidem vno non tamen infinitos: 56
Prius autem vniuerſaliter de infinito dicamus.

11 Cõcluſio Rõ ad eã OMne itaꝙ corpus aut finitum aut infinitum eſſe neceſſe eſt: & ſi infi-
nitum eſt aut ſimilium aut diſſimilium partium eſſe. Et ſi diſſimilium
partium eſt, aut ex finitis ſpecie, aut ex infinitis conſtare. ¶ Patet igitur 57
Prima pars probatur ex infinitis conſtare non poſſe: ſi quiſpiam nobis primas ſuperpoſitio
nes manere ſinat. Nam ſi primi motus finiti ſint ſpecies quoꝙ ſimplicium cor-
porum finitas eſſe neceſſe eſt: etenĩ ſimplicis quidem corporis motio ſimplex
eſt. Simplices autem motiones finitæ ſunt atꝙ omne naturale corpus motionẽ
habere neceſſe eſt. At vero ſi infinitum ex finitis erit, & quamꝙ partium infini-
Improbatio prima ſecunda tertia tam eſſe neceſſe eſt: dico autem aquam vel ignem: at hoc eſſe non poteſt. Demõ
ſtratum eſt enim, neꝙ pondus, neꝙ leuitatem in ratione rerum infinitam eſſe.
¶ Præterea loca quoꝙ ipſarum magnitudine infinita eſſe neceſſe eſt. ¶ Quare 58
& motus omnium infinitos eſſe: hoc autem eſſe nequit. ſi primas ſuppoſitiones
poſuerimus veras eſſe: & neꝙ id quod deorſum neꝙ id quod ſurſum fertur in

Infinitum moueri poſſit. Impoſſibile eſt em̃ fieri id quod ortum ſubire nõ po-
teſt: tam in qualitate, q̃ in quantitate: q̃ etiam in vbi: dico aũt hoc pacto. Si ipoſ-
ſibile eſt album quippiam fore, aut pedale, aut in ægypto: & fieri quicq̃ horum
impoſſibile eſt. Impoſſibile eſt igitur & illuc etiam quicq̃ ferri: quo nullum cor
59 pus peruenire poteſt ſubiens lationem. Præterea & ſi ſeiuncta ſunt: non minus
60 tamẽ hiſce qui eſt ex omnibus ignis infinitus eſſe poteſt. At corpus eſt id: quod
omni ex parte dimenſionem habet. Quare qui fieri poteſt vt plura quidem ſint
diſſimilia: vnumquodq̃ autem ipſorum ſit infinitum. Omni em̃ ex parte quodq̃
61 infinitum eſſe oportet. ¶ At vero neq̃ ſimilium partium infinitum eſſe poteſt.
Primo em̃ non eſt alius præter hos motus: horum igitur vnum habebit. Quod ſi
hoc concedetur, eueniet ſane grauitatem aut leuitatem infinitam in ratione rerum
eſſe. Atqui impoſſibile eſt id quod verſatur infinitum eſſe. Fieri em̃ non poteſt:
vt infinitum ipſum verſetur. Nihil em̃ intereſt hoc: an cœlum infinitum eſſe di-
62 catur: hoc aũt demonſtratum eſt impoſſibile eſſe. ¶ At vero fieri omnino non
poteſt, vt infinitum ſubeat motum: aut em̃ ſcd'm naturam: aut vi motu ciebitur:
atq̃ ſi vi moueatur eſt ipſius profecto & ſecũdum naturam motus. Quare & lo-
cus proprius alius erit: ad quem ipſum ſuapte natura feretur: at hoc impoſſibile
63 eſſe conſtat. ¶ Omnino autem fieri non poſſe: vt infinitum a finito patiatur: aut
in quippiam finitum agat ex hiſce patere poteſt. Sit em̃ infinitum quidem A. fi-
nitum autem B. & tempus in quo finitum mouit ac infinitum eſt motum. C. Si
igitur ipſum A. calefactum eſt aut pulſum a. b. aut aliquid quippiam paſſum in
tempore C. ſit. d. ipſo. B. minus: atq̃ minus ęquali in tempore moueat minus. Sit
64 autem E ab ipſo d. alteratum. Quod igitur d. eſt ad B. id ipſum E. ad finitum ali-
quod erit puta f. Atq̃ alterare ponatur ęquale quidem æquali in tẽpore æquale.
Minus autem in æquali minus, & maius etiam maius: atq̃ tantum ſane: quantũ
ratio flagitabit: quam habet maius ad minus A. nullo ergo finito vllo in tempo-
re mouebitur infinitum. Minus em̃ aliud æquali in tempore a minore mouebit:
ad quod id quod rationem ſubit finitum nimirum erit. Infinitum em̃ ad finitum
65 nullam rationem ſubire poteſt. ¶ At vero neq̃ infinitum vllo in tempore finitũ
mouebit. Sit em̃ infinitum quidem A. finitum vero B. tempus autem C. igitur d.
in C. tempore minus B. ipſo mouebit. Sit illud f. atq̃ quam rationem B. totum ha
bet ad f. eam habeat E. ad d. ergo E mouebit ipſum B. f. in tempore. C. finitum er
go & infinitum æquali in tempore alterabunt: at fieri non poteſt. Supponebatur
em̃ maius minore in tempore alterare: atq̃ tempus ſumptum idem faciet ſemper.
Quare nullum erit tempus: in quo mouebit. At vero fieri non poteſt: vt tempore
infinito moueat aut etiam moueat: finẽ em̃ nõ habet: actio aũt atq̃ paſſio habẽt.
66 ¶ Atqui neq̃ fieri poteſt vt infinitum ab infinito aliquid patiatur. Sit em̃ tam A
quã B infinitum C. d. autem tempus in quo paſſum eſt B. ab A. Pars igitur infini
tæ quæ eſt E. quoniam totum. B. fuit paſſum non æquali tempore paſſa eſt idem
Supponatur enim minus tempore minore moueri: ſit E. motum ab A. in tempo-
re d. E. Quid igitur eſt ipſum f. d. ad C. d. id eſt ipſum E. ad quippiam finitũ ipſi⁹
B. hoc igitur ab A. in C. d. tempore motum eſſe neceſſe eſt. Supponatur em̃ ab
eodem in maiore tempore atq̃ minore maius minuſue pati: quæ quidem diuiſa

Nihil non ũũ ſub ſole

Quarta

Scd'a ps rõis deducitur


12 Rõ ſcd'a

13 Cõcluſio

c tempus
a infinitũ
b finitũ agens
d finitũ minus
E paſſum minus
F paſſum adhuc minus

14 Cõcluſio

a



15 Cõcluſio

16 Cōcluſio ſunt ꝑ tēporis rationē. ¶Nullo ergo tēpore finito infinitū ab infinito moueri po 67
repetitur teſt: in infinito ergo: ſed infinitū quidē tēpus finē non habet: id aūt quod eſt mo
ꝑ corol- tum habet. ¶Si igitur omne ſenſibile corpus actiuam aut paſſiuam aut vtramq; 68
lario primo potentiam habet: impoſſibile eſt corpus infinitum ſenſibile eſſe: at vero quę cor
Secūdo pora etiam ſunt in loco omnia ſenſibilia ſunt. Non ergo corpus vllum extra cœ 69
Tertio lum infinitum erit: At neq; etiam finitum. Nullum ergo corpus omnino eſt
extra cœlum. Nam ſi intelligibile ſit erit ſane ī loco. Extra em̄ & intus locum ſi-
17 gnificat: quare ſenſibile corpus erit: ſenſibile autem nullum eſt non in loco. ¶Li 70
Rō logica ad prin cet etiā & rationes afferre ad artificem differendi magis accōmodatas. Neq; em̄
cipale verſari poteſt infinitū ſi ſit ſimiliū partiū: quippe cū nō ſit mediū infiniti: id vero
De circulari quod verſatur circa mediū moueatur: neq; recta moueri: oportebit em̄ alium tm̄
De recto infinitum eſſe locum ad quem ſuapte natura mouebitur: & aliū item tm̄ ad quē
primo pręter naturā ferretur. Præterea ſiue natura motum habeat recte pergendi ſiue vi 71
Secundo moueatur: vtroq; profecto modo mouētes vires infinitas eſſe oportet. Vires em̄
infinitæ ſunt infiniti: & infiniti vires ſunt infinitæ: quare & id quod mouet infi-
nitum eſſe neceſſe eſt. Eſt autē in hiſce quæ de motu ſunt dicta ratio quædam:
qua demonſtratur nihil finitorum potentiam infinitam: neq; quicq; infinitorū
finitam habere. Si igitur id quod ſecundū naturam mouetur & præter naturam
moueri poteſt: erunt infinita duo: id inquam quod ſic mouet: & id quod mouet.
Euaſio Præterea quid eſt id quod infinitum mouet. Nam ſi ipſum ſeipſum mouet: ani- 72
euacuat matum erit profecto: hoc autem quo nam pacto infinitum animal eſſe poteſt: ſin
aliud quippiam eſt: duo erūt infinita profecto: id inquam quod mouet: & id qđ
18 mouetur, forma potētiaq; diuerſa. ¶Si vniuerſum aūt non ſit continuum: ſed vt 73
Cōcluſio cōtra De Democritus dicit ac Leucippus corpora vacuo ſint diſtincta: vnū omnium eſſe
mocritū motum neceſſe eſt: ſunt enim figuris diſtincta. Naturam autem ipſorum vnā in-
quiunt eſſe: perinde atq; ſi quodq; ſeparatum aurum eſſet: horum autem vti dici
mus eundem eſſe motum neceſſe eſt. Quo nanq; vna gleba fertur: eo & vniuer-
Alia rō ſa terra mouetur: & totus ignis atq; ſcintilla eundem ad locum feruntur. Quare ſi
cūcta pōdus habent: nullum corpus leue ſimpliciter erit: ſi cūcta ſunt leuia: nullū
Alia rō erit particeps grauitatis. Pretereaſi pondus habent vel leuitatem, aut vltimū quid 74
vniuerſi aut medium erit. Hoc autem eſſe nequit: quippe cū ſit infinitū: omnino
autem etiam medium non eſt, aut vltimum: neq; hoc quidem eſt ſupra: hoc autē
infra. Et nullus lationis locus corporibus erit: at hic ſi non ſit motus non erit. Mo
ueantur enim aut ſecundum naturam, aut pręter naturam neceſſe eſt. Hæc autem 75
Tertia rō definita ſunt proprijs alieniſq; locis. Præterea ſ. vbi pręter naturam manet quip-
piam aut quo fertur: illum alij locum cuipiam competere natura neceſſe eſt:
quodquidem ex inductione patere poteſt. Non omnia ſane pondus aut leuita-
tem habere: ſed quædam habere, quędam non habere neceſſe eſt: vniuerſi igitur
corpus infinitum non eſſe, ex ijs quæ diximus patet.

Explanatio textus.

¶Cum cōmune ſit dubium infinitudinis: īquirit hic p. an vniuerſum, aut aliquod corpus ſimplex ſit infinitum: fundum rei habes .iij. phyſi.


I. Differendum eſt an corpus aliquod ſit infinitū quoniam varię opiniones & ſectæ ob id in philoſophia ortæ ſunt: quoniam hoc eſt principium in philoſophia: modo principia parua ſunt quātitate, maxima virtute: & error paru9 circa principia millies maior erit in fine.

II. Nullum corpus eſt infinitum, neq; ſimplex neq; compoſitum: compoſitum em̄ non conſtat ni-


ſi ex finitis/ & de ſimplici iam dicemus.

III.Corpus circulariter motum nequit eſſe infinitum.Probatur ſex rationibus : prima ſi motum circulariter eſſet infinitum : iam ſpacium infinitū pertranſiretur tempore finito/contra demonſtrata in.vij.phyſi.ſequela probatur: quia eductis lineis de centro non ęque diſtantibus:tandem erit inter eas infinita diſtantia:ſed illa finito tempore pertranſiri nequit.

IIII.Secunda ratio: quia tempus/motus & magnitudo ęqualiter ſe habent quo ad eſſe infinitū: tūc volo ex corpore infinito protrahatur linea infinita, ex parte.c. quæ ſit a.b.c.Alia item ſit linea ex vtraq́ parte infinita.e.d. Iam tempus in quo a.b.c,pertranſit e.d.eſt finitum: quia cœlū voluitur in.xxiiij.horis:ergo linea illa & corpus erunt finita.




V.Ratio tertia ſupponit : ſi magnitudines moueantur iuxta ſe inuicem:tunc illæ ęque cito pertranſeunt inuicē: tempore autem finito pertranſit cœlum, circulum deſcriptum circa centrum mundi:ergo in eodem tempore cœlum ab eodem pertranſitur:at infinitum finito tempore pertranſire nequit ergo cœlum eſt finitum.



VI.Quarta ratio. Om̄e quod habet finem & terminum eſt finitū: ſed omne figuratum habet finem & terminum: ergo omne figuratum eſt finitum:ſed cœlum eſt figuratum.q̇a ſphericum.



VII. Quinta rō a cētro circuli c.ducatur linea infinita ex vtraq́ pte a.b quieſcēs:ſit itē e linea erecta infinita ſup a b. intelligat̄ tertia linea c.d.ſecās cōtinue e ad motū circuli mota ꝟſus e.tūc rō ſic format̄:corp⁹ tūc neq̄t motū ſuū abſoluere:niſi linea c.d.pertrāſeat lineam e.ſed hoc non pōt fieri in tpe finito: nam vtraq́ eſt infinita.



VIII.Sexta rō. Tēpus quo celū voluitur eſt finitū: ergo & cœlū q̄m ſi eſſet infinitū ptrāſiret ſpaciū ſibi ęq̄le.i.etiā infinitū,in tēpore finito:quod eſt impoſſibile.

IX.Corp⁹ recte motū nō eſt infinitū.Probat̄,q̇a mouet̄ a medio vel ad mediū,ſurſum vł deorſum ſed ſurſum & deorſū ſūt finita : ſił'r loc⁹ medi⁹ eſt finit⁹:alioq corp⁹ extra locū ſuū naturalē exiſtēs nūq̄ poſſet ad ip̄m puenire:cū ptranſire deberet mediū infinitum,extremis itē finitis,medium oportet eſſe finitum.

X.Scd'a rōne ſic probat̄: ſi eſſet aliquod corp⁹ recte motū infinitū,tūc haberet infinitam grauitatē vel leuitatē : qđ eſt impoſſibile:ſequela patet:q̇a alias corp⁹finitū haberet tantā grauitatē ſicut infinitū:cū in maiori corpe ſit maior virt⁹ &c̄. Sed ꝙ non poſſit eſſe infinita grauitas; patet,quia moueret & non moueret : quia aliquāta grauitas mouet aliquanto tēpore & aliquāto ſpacio:& dupla mouet eodē ſpacio tpe ſubduplo:q̄re infinita grauitas mouebit in nō tēpore:cū abſq́ ꝓportiōe excedat vim motricē finitæ grauitatis. Qđ ſi dicas mouere eā in tēpore:iā dabis finitam grauitatē & infinitā ęque velociter mouere: euaſiones quæ fieri poſſent refellit.

XI.Mūdus nō eſt infinit⁹: probat̄, quia vel eſſet ſimiliū aut diſſimiliū partiū. Non eſt partiū diſſimiliū:q̄m aut eſſet ex finitis ſpecie vł infinitis:nō infinitis:quia corpora ſimplicia ſunt finita.Nō finitis:quia ex finitis nō reſultat niſi finitū:vñ alterā partē oporteret ſaltē eſſe infinitā.¶Sed hoc nō poteſt eſſe primo:quia ſic daret̄ leuitas aut grauitas infinita cōtra ꝓbata. Scd'o quia loca oportet eſſe infinita . Tertio quia motus eſſent infiniti:& ſic non ferret̄ ſurſum vel deorſum: qđ em̄ factum eſſe non cōtingit,impoſſibile eſt fieri.Quarto,q̇a cū corp⁹ habeat trinā dimēſionē,infinitū eſſet ex omni pte infinitū: vbi ergo aliud diſſimile locari in toto poſſet? ¶Nec ſunt partes ſimilares:q̇a oē tale ſimplex eſt cui debet̄ vnus motus ſimplex:& ſic tale habebit infinitā grauitatē vel leuitatē:aut cœlū eſſet infinitū:ſed demōſtratū eſt circulariter motum non poſſe eſſe infinitū.

XII.Alia rōne ꝓbat̄ īfinitū moueri nō poſſe:q̄m motus ei⁹ aut erit violentus aut naturalis:ſed neutrum eſſe poteſt:cum non ſit dabilis loc⁹ in quem infinitū moueretur.

XIII.Infinitum a finito pati nō poteſt: probatur quia ſic inęquali tempore agens finitum ageret in finitū & infinitū : hoc ꝓbat a ꝓportione maioris & minoris : & liquet ratio tranſlatione & figura.

XIIII.Corpus finitum non poteſt pati ab infinito:quia alias finitū & infinitum mouerēt in ęquali tēpore:cuius oppoſitū ſupponebatur,maius in minori tempore alterare:ſequela patet tranſlatione & formula.

XV.Infinitū nō pōt pati ab infinito: ꝓbat̄ quia tūc infinitū moueret ī ęquali tpe finitū & infinitū ſ.totū & pt̄e ei⁹:aut q̇a mouet in tpe infinitū : augeatur ergo virtus reſiſtēs finiti, quo ad finitum moueatur in æquali tempore cū infinito.

XVI.Nullo ergo tempore finito,infinitum moueri poteſt nec infinito:quoniam finem non haberet:motus aūt habet finē:ſecūdo īpoſſibile eſt corpus ſenſibile eſſe infinitum: tertio nullum corpus extra cœlum eſt infinitum : quia nullum corpus eſt extra cœlum.

XVII.Nullū corpus eſſe infinitū rōne logica ꝓbat̄ primo : nullum corpus circulare aut recte motū eſt infinitū:de circulari ꝓbat̄:q̇a nullū infinitū mouet̄ circa mediū:at om̄e circulariter motū mouetur circa mediū:ergo &c̄.Nec pōt recte moueri:primo quia tunc haberet vnū locū infinitū/ad quem natura moueret̄: & ſic eſſent plura infinita: ſcd'o quia tūc hr̄et moues infinitū: & ſic iterū plura eſſent infinita:nā in phy.libris diximus,finitū nō habere potentiā infinitā:nec infinitū potentiā finitam:neq́ infinitum illud poteſt eſſe animal/

XVIII. Non eſt corpus infinitum compoſitum
ex infinitis corporibus eiuſdem rationis diſtanti-
bus per vacuitates: ſicut poſuit Leucippus & De-
mocritus. Primo quia tunc omnium corporum eſ-
ſet vnus motus: quorſum em̄ fertur tota terra, &
globus. Praeterea ſi illa corpora ſunt eiuſdem ra/
tionis: tunc quodlibet erit graue: & ſic nihil erit le
ue/vel quodlibet leue: & ſic nullum erit graue: &
per conſequens non moueretur aliquo motu latio
nis/quoniam non eſſet locus motui: nam mouere-
tur vel motu naturali, vel violento, non violen-
to: quia tunc eſſet aliud corpus, cui ille motus de-
beretur: nec naturali: quia ille motꝰ fit definito lō
co proprio, ſicut violentus alieno.

Annotatio in textum.

1. Acute nimirum toto libro philoſophatur Ariſt.
grandes affert maxīas. & paruus error ī principio
magnus erit in fine. principia ſunt parua quantita
te, maxima virtute.
2. Homiomerorum. i. ſimilium partium, antiquus
interpres intactam reliquit dictionem grecam: at
Argyro. Argyropilus latinam fecit ὅμοιος ſimilis μέρος
pars. Et quia de infinito latiſſime diſputatum fuit
iij. phyſi. ideo hic aliqua tentabimus ſuperiori ca-
pite intacta.

Q. II.

An coelum habeat materiam?

Articulus. I.

Aegidiꝰ **Nota. I.** Varias & pugnantes hic eſſe doctorum
Thomas ſententias. Prima eſt Aegidij Thomae de Argen.
Nicolaꝰ diſtin. xij. ſecundi. Nicol. de Ly. Gen̄. 1. Guilhel.
Guilhel. de ocham. q. xxij. ſecundi: ꝙ coelum habeat mate
riam eiuſdem rationis cum iſtis inferioribus. Vn-
de dicunt primo Coelum non eſſe ſimpliciter ſim-
plex ſubſtantialiter, ſed preter intelligentiam, cō
ponatur ex materia & forma. 2. Materia illa pre-
ciſiue loquendo, eſt eiuſdē ratiōis in coelo & iſtis
inferioribus. 3. Materia tamen coeli nō habet pri-
uationem annexam, velut materia iſtorum inferiorū
quoniam priuatio non eſt in materia, niſi vt perfi
Ariſto. citur a forma habente contrarium. 4. Ariſtotel. &
Com. quando negant materiam de coelo, negant
Auer. pri materiam non ſimpliciter, ſed materiam priuatio
mo phy. ni annexam, ſeu quae contraria ſuſcipiat. 5. Mate-
Com. 81 ria de ſe non eſt principium corruptionis: ſed ſolū
&. 28. inquantum eſt ſubiecta priuationi & contrarieta-
ti: nam ſic elementa & elementata ratiōe cōtrarie
tatis adinuicem agunt & patiuntur de ſenſu & ſen
ſato, vt ignis & terra. 6. Sicut coelum eſt cauſa ge
nerabilium & corruptibiliū: ita forma coeli virtu
aliter continet omnes formas naturaliter educibi
les de potentia materiae. 7. Ideo illa forma cōple-
te ſatiat appetitum materiae coeli: cum ſua forma
ſit omnis forma generabilis virtute. 8. Et ſic liq̄t
cur materia coeli non habeat priuationem annexā
1 cum non poſſit dici priuata aliqua forma/ quae ha
beat omnem formam virtute: ꝙuis etiam ob id
2 poſſit dici non habere priuationem: quia non de-
terminat ſibi qualitatem habentem cōtrarium ſui
aut etiā ob id quod habet formā a deo impreſſam 3
non habentem contrarium. 9. Quare cum mate-
ria coeli non appetat aliam formam, nec habeat
priuationem annexam, nec contrarietatem recipi
at, ſequitur coelum ex principijs ſuis intrinſecis eſ-
ſe incorruptibile ad mentem Aegidij. 10. Ioannes Aegidiꝰ
duns cognomento Scotus, qui ſecundum Theolo di. 14. 2.
giam conſentit opinioni Aegidij, affirmat coelum Scotus
quantum eſt ex natura ſua ſimpliciter eſſe corrupti Aegidiꝰ
bile: quia ſibi inſit potentia ad cōtrarium: at quia
forma coeli non habet contrarium potens vincere
iſtam formam: ideo non poteſt corrumpi ab agen
te naturali. 11. Quis materia terrae ſit eiuſdem ra
tionis cum materia coeli: ipſa tamen non appetit
formam coeli, nec eſt priuata forma coeli: primo
non appetit/quia ad eam recipiendam non habet
potentiam naturalem: nec eſt ea priuata: quoniam
ipſa modo naturali non habet contrarium. Argen Argē̄ti.
tinus. 12. Non diſcrepat Scotꝰ. Cur in materiam Scotus
ignis coelum formam coeli non introducat: quia
coelum non poteſt alterare elementum ad qualita
tes conuenientes corpori coeleſti. Et tamen forma
coeli intantum dominatur materiae ſuae: vt nō poſ
ſit ab aliquo alterari recipiēdo peregrinas impreſ-
ſiones: & per conſequens nec corrumpi. 13. Hanc
ſententiam plures theologi ſtatuunt ſacrae ſcriptu
rae Gen̄. 1. ꝙ in principio creauit deus coelum & Moſes
terram, coelum empyreum ſignificet, terra vero
materiam elementorum & totius firmamenti de-
ſignet: nam poſtero die primo firmamentum fecit
ex illa priori materia informi: quod diuiſit aquas
ab aquis &c̄. ¶ At quia G. Ochā in principali con Ocham
ſentit verbotenus Aegidio: re autem ipſa plurimū Aegidius
diſcordat: quod demiror dominum noſtrum Iu- Iudocus
docum Iſenachium non animaduertiſſe. Ideo pro
ſententia ſua aliqua dicta adijciamus ex. q. xxij. ſe
cundi. 1. Conſentit Scoto: ꝙ ſcd'm Ariſto. coelum Scotus
non habeat materiam / ſed ſecūdum theologiam. Ariſto.
2. Scd'm philoſophū: materia coeli eſt forma coe- Ariſto.
li. 3. Materia coeli eſt in potentia ad aliam formā
& appetit eā: & priuatur ea: & hoc loquendo ſim
pliciter & reſpectu dei. 4. Materia coeli nō habet
illas conditiones reſpectu agentis creati. Et in hoc
diſcordat a prioribus. Rationes iſtius vie audie-
mus arti. 4. Bonauē. diſtin. 12. in principali his ac Bonauē.
cedit: gaudet tamē ſuo modo loquēdi. Habes iſtā
ſentētiam, ni fallar, fideliter & ſyncere recitatam
quam ſanctus Tho: etiā fuiſſe Auicebrōtis narrat. Tho.
Nota. II. Aliam eſſe ſentētiam diui Thomae. 1. Tho.
par. q. lxvi. arti. ij. Gotfridi de fontibꝰ. q. ij. q̊t. v. Gotfridꝰ
Henrici de Gandauo/ & aliorum: quam breui manu Henricus
ita ſoluamus. 1. Ponenda eſt materia in coelo: eſt de Gāda.
em̄ coelum quantum, materiale & corporeum. 2.
Materia iſta non eſt tota quidditas coeli: vt fingit
Auerrois: quoniā impoſſibile eſt ponere aliquod Auerrois
ens actu: quin vel ipſum totum ſit actus vel forma
vel habeat actum vel formam. 3. Coelum eſt cō-
poſitum ex materia & forma: cū em̄ non ſit purus
actus, ſecluſa intelligentia motrice: quia eſt ſenſi-
bile, erit compoſitum ex materia & forma. 4.
Materia coeli non eſt eiuſdem rationis cum iſtis

inferioribus: quoniam non habet priuationẽ annexam: nec eſt in potentia ad alias formas recipiendas: ſicut tamen eſt materia cõmunis plurium. 5. Quare nõ eſt eadem materia corporis cœleſtis & elementorum/ niſi ſecundum analogiam: ſecundum ꝙ conueniunt in ratione potentiæ: illa. ſ. ad vbi: alia ad eſſe/ vt ait Ariſto. Ariſto.

Ariſto. Auerrois Ioã.bac. Marſili9 Aureol9 Gabriel Tho. Alber. Bruxel. Ioan.de magiſt. Albertus magnus

Nota.III. Diuerſam eſſe ſententiam Ariſtotel. Auer. Durandi diſtin. 12. ſecundi. Ioan. Bacho. diſtin. 14. Marſil. q. 8. ſecundi. Aureoli, Gabriel quoq; reputat eam probabiliorem q̃ eam quæ ſit ſancti Thomæ. Alberti Saxonis & Bruxel. hic. Ioannes quoq; de magiſtris attribuit eam Alberto magno Sueuorum & Germanorum omnium philoſopho, q̃uis mihi contra videatur diſtin. 3. primi in vltima parte: accipe his notulis. 1. materia vſurpatur trifariam primo pro ente in potentia, pro hile, quod cum forma facit vnum per ſe: de qua 1. phyſi. 2. capitur pro ſubſtantia ſubiecta motui & mutationi. 2. metaph. In omni eo quod mouetur neceſſe eſt intelligere materiam: voluit Auer. 8. metaphy. Com. 12. Et apertius ponit Ariſtoteles. xij. metaphy. vtramq; acceptionem, vbi ait. Omnia habent materiam quæcunq; tranſmutantur/ ſed aliam & ſempiternam, quecunq; non generabilia, mobilia autem latione ſunt. Tertio capitur materia pro omni quantitatiuo: ſic albedo dicitur eſſe qualitas materialis. 2. Cœlum nõ eſt compoſitum ex materia & forma informante q̃uis bene habeat ſecundum p. formam aſſiſtentem. 3. Cœlum proprie & primo modo non habet materiam cœlũ, nec eiuſdem, nec alterius rationis cum iſtis inferioribus. 4. Cœlum ſecluſa intelligentia motrice nõ eſt compoſitũ/ ſed eſt quædam ſubſtantia ſimplex: vnde nõ ſub corpore p̃dicaminis ſubſtantiæ/ ſed ſub ſubſtantia ſimplici locari debet. 5. Talis tamen ſimplex ſubſtãtia potius forma q̃ materia dici deberet per analogiam patet quia materia nullius eſt actiuitatis: cœlum. autem eſt actiuiſſimum, agẽs motu lumine & influentia. 6. Eſt tñ materia in cœlo ſcd'o & tertio modo, vt arti. iiij. manifeſtabitur. Et ſecundum hãc ſententiam reſpondetur ad quæſitum

Ariſto.

Articulus.II.

Cõcluſio. Cœlum non habet materiam, quæ ſit altera pars compoſiti, & hoc ſit reſpõſum probabiliter, citra aliarum opinionum derogationẽ. Probatur primo autoritate Ariſto. 1. Cœli. T. c. xx. Cœlum eſt ingenerabile &c̃. quia non habet contrarium: at vbicunq; eſt materia ibi eſt cõtrarietas: materia em̃ eſt ſubiectum contrariorum. 1 phyſi. 2. quando probat cœlum inaugmentabile inquit. Cœlo non ineſt aliquid ex quo factum eſt quod dicere non poſſet/ ſi cœlum haberet materiam. 3. Auer. Com. 5, huius dicit non paruã quæſtionem fore de mouente per ſe &c̃. & ſubdit: ſed cum hoc continget ꝙ corpus cœleſte ſit compoſitum ex materia & forma: quapropter continget ꝙ ſit generabile & corruptibile: at infra: & iſte locus eſt fortior locorum facientium errare opinãtes ꝙ corpus cœleſte componitur ex materia & forma. 4. Auerrois hic Com̃. xx. ait. ex hoc apparet bene/ ꝙ corpus cœleſte non eſt compoſitum ex materia & forma: formæ em̃ quæ ſunt in materia cõtrariç ſunt: & ſi eſſet forma in materia ſine contrario: tunc natura ageret otioſe &c̃. ſimile dicit. 1. phyſi. Com̃. 69. 5. Ariſto. 9. metaphy. ponit omnem potentiam paſſiuam materiæ fore cõtradictionis: ſed perpetuum non eſt in tali potentia, ergo nõ habet materiam. 6. hoc expreſſis verbis ponit Auerrois de ſubſtantia orbis/ ꝙ cœlum ſit ſubſtantia ſimplex ſine materia. 7. quæ habent eandem materiam ſunt adinuicem tranſmutabilia. 2. de generatione. ſed cœlum non eſt tranſmutabile cum elementis: ergo non communicat cum eis in materia.

Aristo. Auerrois Auerrois Ariſto. Auerrois

Rationibus Idem agitur primo quod non ſit eiuſdem rationis: quia materia iſtorum inferiorũ non eſt perfectibilis per formam cœli: ergo non eſt eiuſdem rationis cum materia cœli: antecedẽs probatur/ quia tũc forma ignis appeteret eſſe ſub forma cœli/ cum appeteret ſuam perfectionem: vel ergo appetitus ille naturalis erit ad impoſſibile: vl cœlũ erit generabile ex materia ignis: quod eſt in confeſſo falſum. ¶ Si dicis cum Argentino materiam ignis non appetere formam cœli, nec ipſam eſſe ea priuata, vt notabili primo dicto. ij. At contra obijcit Marſilius. Illa ſolũmodo admittit propoſitum: quia appetitus naturalis ſequitur eſſentiam & quidditatem ſpeciuocam rei: ſi ergo materia terræ, nõ habet appetitum naturalem ad formam cœli a qua perficiatur, non erit eiuſdem rationis cum materia cœli: ſi vero appetit & non habet: iam eſt priuata forma cœli. Confirmatur, quia ſi materia non appeteret formam non habẽtem contrarium: iam materia cœli non appeteret formam ſuam: cum illa non habeat contrarium, quod nec Aegidi9 admittet. Vnde ſi materia per potentiam dei ſtaret nuda, adhuc appeteret oẽm formam: ergo contrarietas nihil facit ad hoc. II. Idem. Si materia eiuſdem rationis eſſet in cœlo & igne, ſequeretur ignẽ calefacere cœlũ: quod improbatur primo cœli. Sequela probatur quia ea quæ communicant in materia ſunt adinuicem tranſmutabilia. Maxime cum cœlum ſit virtualiter calidum. ¶ Si reſpondes materiam cœli eſſe ſatiatam forma ſua, continente formas inferiores virtute.

argẽtin9 Marſili9 Aegidius

¶ Contra forma homĩs eſt multo perfectior: quia ratione eius inquit Dauid: Minuiſti eũ paulo minus ab angelis &c̃. pſal. 8. & nos ſumus quodam modo finis omnium. 2. phyſi. & tamen illa nõ ſatiat appetitum materiæ: nam ſenſitiuum eſt in intellectiuo, ſicut trigonum in tetragono. ¶ Et ꝙ cõtinentia virtualis nõ excludat priuationem annexam. Probatur, quia magis eſt formaliter tale & virtualiter, q̃ ſolũ virtualiter: modo cœlũ eſto ꝙ cõtineat calorẽ virtualiter cur nõ recipit formaliter

Dauid

Confirmatur, piper & ſimiliter vinū ſunt virtua-
liter calida & calidiora q̄ aqua calefacta: & tamē
calefiunt ab aqua calida: ergo virtualis cōtinētia
in creatis non obſtat, quin materia poſſit recipere
qualitatē vel formā formaliter. Tertio ſpecialiter
Tho. contra Tho. ſi materiæ illę ſunt diuerſarū rationū
tunc erunt duæ materiæ primæ, imo plures ſcd'm
pluritatem cœlorum : Nam ſi eſſet in eis materia
eiuſdem rationis: tunc in materia ſolis erit priua-
tio formę lunę, at ipſe ponit formā cui annexa ſit
priuatio eſſe cauſam ꝑpetuitatis: ſi non eſt eiuſdem
rationis, tunc quęlibet erit prima. ❡Quarto ſi cœ-
lum eſt cōpoſitum ex materia & forma: ergo cœ-
lum eſſet ex ſe mobile circūſcripta intelligētia cō-
Aristo. tra Ariſto. Probatur, quia haberet ex ſe principiū
actiuum & paſſiuum motus .ſ. materiam & formā
Confirmatur, quia motus circularis eſt ſimplicior
motibus rectis, ergo corpus circulare etiā eſt ſim-
plicius elementis: ſed elementa ſunt compoſita ex
materia & forma: ergo cœlum erit quid ſimplici⁹
Multa ſciens prętereo, quę apud doctores præno-
minatos vide.

Articulus. III.

Dubium. I. An cœlum ſit animatum.

Præmitto. I. pugnantes eſſe doctorum ſuper du-
bio ſententias.

Prima eſt ꝙ cœli ſeu corpora cœleſtia ſint ani-
mata: & ita cœlum ſit compoſitum ex materia &
Anaxag. anima. Vnde cum Anaxagoras dixit ſolem eſſe la-
Aug. 18. pidem ardentem, vt Plutarchus & diuus Auguſti-
de ciuita. nus meminerunt, factus eſt reus apud Athenień.
dei Ricius iſraelita ex iudaiſmo conuerſus reuerendiſ-
Ritius ſimi domini Mathei Langij Cardinalis Gurceń.
aliquandiu familiaris in Iſagoge cabalę. xxxvi.
conclu. hoc affirmat, & ait hoc ſentire totam tur-
bam Platonicorum cum Arabibus & plæriſq; A-
Theoph. riſtotelis ſectatoribus, & præcipue Theophraſto
refert quoq; Iamblychum & Proclū, ſingulis ſtel-
lis ſingulas animas tribuentes. Adducuntur in ean-
dem ſententiam plura ab eo: nos ex Originalibus
De dubio veritatem dictoꝝ proponamus primo. Origenes
Aug. li. x Adamantius libro. 1. περὶ ἀρχῶν .i. de principijs.
de ciuita. cap. 1. vbi ponit cœlos & ſtellas habere animas
ca. 29. rationales: & ꝙ mereantur & demereantur alle-
Iob gans illud Iob. Stellæ quoq; non ſunt mundæ in
conſpectu illius. Iob. xxv. Q; non referatur ad na-
turalem conditionem / cum eſſet iniuria creatoris
& ita refertur ad labē peccati: & hoc arguit ex or-
dinatiſſimo motu ſtellarum: quomodo inquit nō
eſt vltra omnem ſtoliditatem, tantum ordinem,
tantamq; diſciplinę rationis obſeruantiam dicere
ab irrationabilibus exigi vel expleri. Apud Hie-
Hieremi. remiam ſane etiam regina cœli luna eſſe memora-
Auguſt. tur: plura alia addit. ❡Auguſtinus in Enchiridio
Scotus capi. 58. (Sco. ad veterem formam citat cap. 42.
vel. 43.) vbi dubitat. Sed nec illud quidem certū
habeo: vtrum ad eandem ſocietatem pertineāt ſol
& luna, & cūcta ſydera: q̄uis nōnullis lucida cor-
pora eſſe non cum ſenſu vel intelligētia videant.

❡Hieronymus ſuper illud Eccś. 1. Luſtrans vni- Hiero.
uerſa per circuitum pergit ſpiritus. Ipſum ſolem, Ecc'ś
inquit ſpiritum nominauit: ꝙ animal ſit, & ſpiret,
vigeat & annuos orbes curſu ſuo expleat. Alber- Albertus
tus quoq; diſtin. xiiij. ſecundi dicit hoc eſſe de mē- Ariſto.
te omnium Arabum Ariſto. Auicēnę Auer. Alga- Auicēna
zel, Alpharabij, Mauri, Albumaſaris & rabi moy- Auer.
ſi, Pau. Corteſius diſt. iiij. ſecundi hoc idem Stoi- Algazel
cis tribuit: hoc voluit Aureo. diſt. 14. 2. ꝙ etiam Alphara.
ſint animalia. Albuma.
Rabi

Alia eſt ſeń. Cœlos non eſſe animatos: quod Corteſi⁹
Scotus diſtin. 14. ſecundi probat eſſe de intentio- Scotus.
ne Ariſto. Et beatus Hieronymus cribrans libros Ariſto.
Periarchon Origenis, inter cęteros damnabiles er- Hierony.
rores hunc quoq; recenſet & damnat. Et Damaſ. Damaſ.
libro. 2. cap. 7. ait. Nullus etiam cœlos aut lumi-
naria arbitretur animata: inanima em̄ ſunt & in-
ſenſibilia. Hoc idem voluit Baſilius: voluit quoq; Baſilius
Auguſtin⁹ de agnitiōe verę vitę, ait, qui dicit cœ- Auguſti.
los eſſe rationales, ipſe merito eſt irrationalis: hoc
voluit ſ. Tho. par. 1. q. 71. arti. 3. ſanctus Bonauē. Tho.
Duran. Tho. Argētinus. Albertus vbi ſupra dicit Bonauē.
de opinione contraria: ꝙ totū ſit error maledict⁹ Duran.
ſed cœlum moueatur ab intelligentia ſcd'm Ptolo- Tho. ar
meum Albategni, Geber & alios. G. Ocham. q. gentinus
xxij: ait. Innitendo rationi poſſet teneri cōtra phi- Albertus
loſophum, ꝙ cœlum eſſet animatum: quia tn̄ ſan- Ptolo.
cti dicunt contrarium: ideo teneo cum eis. Albateg.
Geber
Ocham

Tertia ſentētia Scoti. diſtin. xiiij. quem ſequi- Scotus
tur Summer. ſuper Alberto dubium eſſe, an cœli Sūmer.
ſint animati necne: quia neutrū poteſt ratione pro-
bari: & vtraq; pars innititur autoritatibus ſancto-
rum: tamen ſi cœli non ſint animati, hoc eſt credi-
tum, & non ratione concluſum. Vnde Auguſtin⁹ Auguſti.
videtur dubitaſſe: qm̄ in Enchiridio ſolum dubi-
tatiue loquitur: & in libro Retractationū cum in
libro. 2. ſuper Geń. dixiſſet, mundū eſſe animal cō-
formiter ad Platonem, retractat hoc libro. 1. cap.
11. Sed animal eſſe iſtum mūdum: ſicut Plato ſen-
ſit, alijq; philoſophi plurimi, nec ratione certa in-
dagare potui, nec diuinarum ſcripturarum autori-
tate perſuaderi poſſe cognoui: vnde tale aliquid a
me dictū / quo id accipi poſſit, etiā in libro de im-
mortalitate animæ, temere dictum notaui. Non
quia hoc falſum eſſe confirmo: ſed quia nec verum
eſſe comprehendo: ꝙ mūdus ſit animal. Ex hoc in-
fert Sco, librum de agnitiōe verę vitę nō eſſe Au- Scotus
guſtini. Hanc aūt Platonicoꝝ ſentētiam mundum
.ſ. eſſe animal poetę frequenter ſecuti ſunt: vt C.
Solinus arbitratur, & plures alij. vnde ex illa ſen- Solinus
tentia Vergilij. 6. æneidos cecinisse videatur. Vergili⁹

Principio cœlum ac terras, cāpoſq; liquentes
Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudūq; genus, vitęq; volantum
Igneus eſt ollis vigor: & cœleſtis origo
Seminibus: q̄tum nō noxia corpora tardant &c.

Manlij carmina ad hæc faciũt. Sed cũ tam diuerſa videatur prior ſentẽtia a vero, ad ſecũdam deſcendo ſentẽtiam, iuxta quã

Rñdetur Ad dubiũ. Cœlum ab animato maxime chriſtiano, non debere dici animatũ. Hãc reſponſionẽ confirmãt allegata pro ſcd'a ſnia. Et ad hoc facit ſtudij parrhiſini articulus, qui erroneum reputat, cœlum moueri per animam, ſicut animal hoc Sco. Ochã. & cõiter philoſophãtes affirmant etiã fuiſſe de mẽte Ariſto. Et quicquid alibi dicat Auer. tñ. viij. metaph. oĩno peripathetice loquit. In corporibus cœleſtib⁹ nõ eſt res animata, quia illic nõ eſt aliquid quod animetur per animã, vel quod viuat per vitã. Item ſecũdo cœli hæ formæ ſunt abſtractæ ſcd'm eſſe: neq; Plato cœlũ animatum voluit anima informãte: vt Celius li. 1. antiquarum lectionũ ex li. x. legũ colligit. Quæ diſſona in theologia ſequantur nõ excutio: ſunt em̃ ſupra crepidam: nã ſi beati ſunt, poſſent adorari ſtellæ & planetæ: quõ itẽ peccarent non videtur, aut quo tẽpore reciperẽt meritũ. & ſi cũ corpore præmiantur: magnũ erit corpus ſolis ĩ cœlo: ſi ſine corpore, diſſolutio erit corporis principalis in mũdo ſi peccauerunt, an pœnitent, an redimantur &c. Hæc ſufficiant.

Scotus. Ocham Ita vult Plutarc. de placitis phõꝝ Auerrois Plato Celius

Articulus. IIII.

Ratio. I. Cœlũ eſt cõpoſitũ ex materia. Probatur nulla ſpecies per ſe recipiens prædicationem alicuius gñis põt eſſe ſimplicior illo genere: ſed cœlũ tãq̃ vera ſpẽs corpis (qd' eſt in p̃dicamẽto ſubſtantiæ genus ſubalternũ) recipit p̃dicationẽ p ſe. Et corp⁹ p̃dicamẽti ſubſtãtię eſt cõpoſitum ex materia & forma, vt patet per Boetiũ ſup p̃nta. Confirmat quia in quocũq; reperiunt accidentia materiam cõſequentia, in illo reperit materia: cœlũ eſt hmõi: quia quãtitas/ſpiſſitudo/raritas &c. Maior patet, quia ſimplex forma, materialiũ accidentium ſubiectũ eſſe non põt: rarũ item & denſum diffiniuntur per materiam.

Boetius

II. Qñcunq; aliqua ſunt adinuicẽ cõparabilia penes materialiũ reꝝ accidẽtia, illa cõem habẽt materiã: ſed cœli & partes cœloꝝ ſunt hmõi. Maior patet. 2. de Gñatione. vbi phũs cõtra Emped, ait Q; ſi elemẽta ſunt adinuicẽ cõparabilia, oportet q; habeant aliquod cõe qd' eſt materia. Minor patet: quia cœlũ ſaturni eſt maius cœlo ♀. Confirmatur quia omne qd' mouet, habet materiã partẽ ſui: cœlũ vero mouet: ergo habet materiã. Maior eſt Ariſto. 2. metaphy. Materiam in omni eo qd' mouetur intelligere neceſſe eſt.

Ariſto. Ariſto. Ariſto.

III. Ariſto. 1. Cœli, qui dicit cœlũ dicit formam qui dicit hoc cœlũ dicit formam in materia: ergo cœlũ habet materiã: & Auer. de ſubſtãtia orbis, ait cœlum eſſe ex duabus naturis: ſed duæ naturę ſunt materia & forma. 2. phyſi. Item. 5. metaph. Vnũ numero ſunt quoꝝ materia eſt vna: ſed cœlum ſolis eſt vnum numero, ergo habet materiam vnam. Præterea Ariſtoteles ait cœlum eſſe vnum, quia ſit ex tota materia ſua &c̃. ergo cœlũ habet materiam. Porro. 12. Metaphy. In non habentibus materiam, non contingit eſſe plura indiuidua ſub eadem ſpecie, at plures ſunt cœli, ergo habẽt materiam. Item ſexto Ariſto. & Com. 12. Metaphy. expreſſe ponunt materiã in mobili ad vbi, ĩ generabili & corruptibili, aliã a materia inferiorũ, & primo Cœli. Com. 90. expreſſe ponit om̃e corpus tam naturale q̃ artificiale cõponi ex materia & forma. Septimo quia cœlum eſt ſenſibile: & omne ſenſibile viſu eſt ſenſibile per materiam: qm̃ per formam eſt intelligibile: ergo cœlũ habet materiã. Com, vbi ſupra. Non contentus plura videat in Bachone,

Auerrois Ariſto. Ariſto. Cõmen. Bacho

IIII. Cœlũ eſt animatum. Probatur per adducta arti. 3. dub. 1. ſentẽtia. 1. Adde Com. de ſubſtantia orbis: quẽ citat Auer. Corpus cœleſte eſt materia animarũ cœleſtiũ. Et. 12. metaphy. bene apparet corpora cœleſtia eſſe animata: & q; non habent de virtutib⁹ animę, niſi intellectũ & virtutẽ deſideratiuam/quę mouet ĩ loco. ¶ Adde tertio Auer. 12. metaph. com. 40. Motus cœli inquit ex duobus motoribus componitur: quorum vnus eſt finitę motionis: exiſtẽs in eo: alter vero motionis infinitę: & eſt potẽtia/ quę non eſt in materia: ergo tacite videtur inſinuare, potentiã primam eſſe in materia.

Com. de ſubſtãtia orbis. Auerrois Auerrois

Rñdetur Ad primã q; cœlũ non eſt ſpecies corporis, vt corpus eſt in p̃dicamento ſubſtantię: quia cœlum non eſt ſic corpus/ ſed ſubſtãtia ſimplex: vt in categorijs ordĩnem diſpoſuimus: bene cœlũ eſt ſubſtantia corporea. i. quãta: ¶ Ad confirmationem reſpõdet Marſi. q; iſta non ſunt eiuſdem ſpeciei in cœlo & elementis: denſum hic eſt q; multum habet de materia ſub parua quãtitate: in cœlo eſt denſum qd' multum habet de ſubſtantia cœleſti. Ad probationem dico q; ſimplex forma. i. non quanta, non habet accidentia materialia: ſecus de cœlo quod eſt quantum.

Marſili⁹

Ad. II. Diſtinguo maiorem: vel loqueris de accidentibus reꝝ materialiũ. i. rerũ quantaꝝ: ſic maior eſt falſa. Vel loqueris de accidentib⁹ reꝝ materialiũ. i. reꝝ habentiũ materiã: maior tũc eſt vera/ſed non minor: in cõfirmatione Ariſto. loquit de materia extenſe.

Ariſto.

Ad. III. Reſpondet per ordinẽ. i. loquit Ariſto. diſputatiue non ex intẽtione, ait Saxo. 2. Auer. accipit ibi cœlũ pro aggregato ex orbe & intelligentia mouente. 3. Ariſto. hic non intelligit materiam ex qua: ſed intelligit materiã obiectiuam: vt ſit vnum numero/ quando plures termini eãdem rem ſignificãt: vt Eckardus iſte ſcribens/Marſilius bene dicit, nõ ſic legi, ſed de vno genere. ſ. p naturam. 4. Cœlum eſt ex tota materia ſua, extẽſe loquendo, hoc eſt ex ſua q̃ddidate. 5. bene vult ſanctus Tho. ex hoc/ quod non ſint plures angeli eiuſdẽ ſpeciei: ſed phĩ Theologię nrę cõiter hoc non ſequuntur: tu dic nõdum cõſtare: an cœli ſint

Saxo Auerrois Ariſto. Marſili⁹ Tho.

eiuſdem ſpeciei ; & ſimiliter ſtellę de quo in ſcďo
Saxo huius. vñ Saxo & Bruxelľ, negãt eã in phyſica fi
Bruxelľ. dei. 6. ponunt materiã extenſe in cœlo, nõ ꝓprie
habet em̃ cœlũ materiã, quę eſt potẽtia ſubiecti-
ua motus. Sic qñ primo cœli aſſerit omne corpus
naturale habere materiã : vſurpatur materia pro
potentia quam requirit ſubiectũ quãtitatis & mo
tus. 7. Iterum extenſe vſurpatur materia, vt iam
diximus.

Eckius Ad. IIII. Diximus plura in chryſopaſſo prædeſtinationis. Athenieñ. idololatrę ſicut alij multi
P. Ritius coluerunt ſolem. De Ritio diſputauimus cũ eo ſu
per illa materia: diſplicuere oĩa quę dixit : nam
Langius dum iuſſu Cardinaľ. diſputaremus vi argumẽtoꝝ
cardinaľ. meoꝝ coactus cõceſſit. aĩam cœli eſſe eiuſdem ra
tionis cũ iſtis inferiorib⁹. Audiamus quę adducat
Celius de platonicis audiuimus Celiũ: quomodo cœlum
Theoph, poſuerint animatũ. De Theophraſto ſentimus qď
Ariſto. de Ariſto. vbi em̃ dixerunt cœlũ animatũ, intelli
gunt de intelligentia aſſiſtẽte & motrice: Iambly Iãblych⁹
chum & Proclum non recipimus. Proclus
¶ Origenes hoc loco quo citatur a b. Hieronymo Origenes
obelis notatus, & verubus iugulat⁹ eſt. ¶ De Au Auguſti.
guſtino ſatis dictum / ꝙ retractando hæc reijcit,
quaſi temere dicta. ¶ Hiero. ſuper Eccleſiaſtẽ ſen- Hiero.
tentia euacuãda eſt per contrariã ſententiã, aut ꝙ
Grego. Reiſchius autumauit, eũ non ex intẽtione Reiſchi⁹
ſed recitatiue locutũ ad aliquoꝝ philoſophoꝝ &
poetarũ ſententiam, quoꝝ teſtimonia illic citat.
¶ Sic ad Auer. inductũ reſpondet Argẽtinus diſt. Auer.
14. ſecũdi, quod ad intelligentiã reſpexerit: cuius Argẽtin
cœlũ materia dicatur / non proprie ſed metaphori
ce & extenſe : quia eſt ſubiectũ motus / quẽ efficit
intelligẽtia. ¶ Ad Auer. vltimo inductũ nihil in Auer.
pręſentia dicimus : niſi ꝙ Sco. vbi ſupra ait, quic Scotus
quid ſit de Auer. tñ Ariſto. conformiter cẽſuit cœ Ariſto.
lum nõ eſſe animatũ ad principia ſua: at neru⁹ illi⁹
autoritatis, deo volẽte. xij. metaphy. diſcutietur.

¶ De vnitate mundi Cap. III.

1 NVnc aũt dicamus cur & plures eſſe cœli nõ poſſunt. Hoc em̃ conſide- 76
Intẽtio. randum diximus eſſe: ſi quiſpiam demonſtratũ eſſe de corporib⁹ vni
uerſaliter nõ putet, extra mundũ hũc nihil ipſoꝝ eſſe poſſe, ſed ſermo
nem dictũ eſſe dũtaxat exiſtimet de hiſce corporib⁹ quę idefinite po-
Suppõ prima nuntur. Omnia itaq; corpora & vi & natura & manẽt & etiã mouentur atq; quo
in loco nõ vi manẽt ad eũ ſecũdum naturã feruntur, & ad quẽ nõ vi ferentur, in
Secunda eo manent natura. Quo vero in loco vi manẽt, ad eũ & vi ſane ferũtur, & ad quẽ
Tertia vi feruntur in eo vi quoq; manent. ¶ Pręterea ſi hæc latio vi fit: contraria cõpetit 77
ſecũdum naturã: atq; ſi ad hoc mediũ illinc vi terra feretur, hinc illuc ſcďm natu-
ram ferreť. Et ſi hic terra nõ vi manet, & huc natura ſane ferretur. Vnũ em̃ eũ mo- 78
Quarta tũ qui ſcďm naturã cõpetit eſſe conſtat. ¶ Pręterea mũdos vniuerſos ex eiſdem
Probatio prima corporibus conſtare, cũ ſint eiuſdem naturę neceſſe eſt: corpoꝝ etiã vnũquodq;
potentiã eandem habere neceſſe eſt: vt terrã ignẽ & ea quę inter hęc collocãtur.
Nam ſi hęc ſolo conueniũt nomine, & non forma eadem ea quę illic & hic ſunt
Secunda dicuntur: vniuerſum quoq; noĩe ꝑfecto tm̃ mundus dicetur. Patet igitur ipſoꝝ
aliud e medio, aliud ad mediũ aptũ eſſe ſuapte natura ferri, ſi ignis omnis eiuſdẽ
eſt formę, & vnũquodq; etiã cæteroꝝ, queadmodũ & eæ: partes ignis quæ hoc
in mũdo ſunt. Hęc aũt ita ſeſe habere neceſſario ex ſuppoſitionibus hiſce patet,
quas de motib⁹ prius attulimus: Nã & motiones finitæ ſunt, & vnũquodq; ele-
mentorũ per vnũquẽq; motuum dicitur. Quare ſi motiones eędem ſunt, & ele- 79
menta ſint eadem vbiq; neceſſe eſt. ¶ Partes igitur terræ quę in alio mũdo ſunt,
2 Cõcluſio probatur primo ad hoc mediũ aptę ſunt ferri. Et ignis etiã qui eſt ibi, ad hoc vltimum ferri ſuapte
natura poteſt: at impoſſibile eſt. Si em̃ hoc eueniat, ſurſum quidem terram ſuo in
mundo: ignem aũt ad medium ferri neceſſe eſt. Simili modo & terrã quę eſt hic
bationes liquent tranſlatione & formula adiecta.
XVII. Incõueniens eſt extimare aliquid eſſe ge-
nitum, & illud non eſſe corruptibile: probat trib⁹
rationibus: patent tranſlatione.


Annotatio in tex.

Quoniam pugnãtes fuerũt de ortu ac interitu mũ Plutarchus
di ſentẽtiæ. Pythagoras eñ eum factũ voluit cum
ſtoicis: & ſuapte natura corruptibilem: at volunta Pythagoras
te dei perennaturũ. Epicurus corruptibilem poſuit
mundum vt ſtirpem. Anaxago. Plato & Empedo Epicur⁹
cles ſenſerũt velut Ariſto. ĩ textu renarrat. At Ari Anaxa.
ſtoteles ſecutus Xenophanẽ naturali rationi con- Plato
formiter a fide noſtra diſcrepãs cõcluſit mundum Empedocles
ingenitum & incorruptibilem: quod & Manlius
voluit: qui vbi diſpoſitionem mundi expreſſerat Ariſto.
ſubdidit. Xenophanes

Hęc ęterna manet, diuiſq; ſimillima forma
Cui neq; principiũ eſt vſq;: nec finis in ipſo. Manlius
Sed ſimilis toto remanet: perq; omnia par eſt.
Et infra.
At manet incolumis mundus: ſuaq; omnia ſeruat
Quæ nec longa dies auget, minuitq; ſenectus.

Opinionem tamen Anaxagoræ. ſ. mundum eſſe
generabilem & corruptibilem tenent tres leges/
quę ſunt modo notæ ait Auer. ſ. Maurorꝝ chriſtia
norum & iudęorꝝ: at certe Platonis opinio eſt no
bis vicinior.
1. Grandes aduerte Ariſto. ſentẽtias morales. Pri Ariſto.
ma dubitationes contrariorꝝ ſunt cauſę manifeſta
tionis veritatis. Secunda, credibiliora fiunt dicta
auditis in rebus aduerſariorꝝ. Tertia, abſentes cõ- Ariſto.
dẽnari non debent. Quarta, iudices veritatis non Plato
aduerſarios, ſed arbitros eſſe oportet. Orpheus
2. Narrat Ariſto. opiniones ſui tẽporis: platonis Heracli.
ſumpta eſt ex orpheo. Heraclit⁹ mũdum aliquãdo Auer.
igne conſumẽdum dixit: ſed vnde hęc ethnico: for Com.
te ſicut dicit Auer. ꝙ Ariſto. fuit primus phõrum 102
græcorꝝ (Xenophanem excipio) qui mundum po Xenoph.
ſuit ingenitum & incorruptibilem: & hoc tenebat Lex chaldeorum
antiqua lex Chaldeorꝝ: & hoc intelligitur ex oc-
cultis verbis chaldeorum; ſic Heraclitus & hoc a Heracli.

chaldeis ſuffuratus ſit, mūdum igne interiturum.
Heraclit⁹ 2. Heraclitus Epheſinus dictus eſt ab Epheſo patria: eſt aūt Epheſus Achaię ciuitas, ait Clichtoue⁹ (Clichtoueus) ego Ptolomeū ſequor qui libro quinto cap. 2. po (ptolome⁹) nit Epheſum in Aſia minore, & beat⁹ Hiero. Ephe (Hierony.) ſios Aſianos vocat populos ſup epiſtola pauli ad Epheſios: & fuit ab Amazonib⁹ cōdita: in q̄ nobile fuit Dianę tēplū. cc. & .xx. annis cōditum &c. Agrigentū ciuitas fuit Siciliæ Empedoclis & pha (Empedo.) laris tyrāni patria.
Phalaris 3. Vniuerſa quæ fiūt etiam ſunt corruptibilia: ob hoc G. Ocham dixit. q. x. quarti Ari. voluiſſe ani (Ocham) mam eſſe mortalem: at hęc alio loco petenda.
3. Ariſt. hic excuſatione Platonis reprobat ex Ti (Plato) meo Platonis, vbi ponit elementa ordinata à deo quę prius fuiſſent inordinata.
6. Non diſtinguere diſtinguendum facit mentem confuſam, quod perpetuo nota.
13. Hic habes apud Ariſto. quō potētia poſſit eſſe (Ariſto.) ſimul ad oppoſita pro Sco. diſt. 39. primi contra (Scotus) G. Ocham.
Ocham 14. Diametrū eſſe cōmenſurabilem coſtę, impoſſibile: de hoc in Geometrię epitomate: at nota antiquum interpretem hęc omia ex ſuppoſitione po ſuiſſe, ſcilicet ſi hæc ſint: & quadrat ꝓpoſito: qm̄ aliquod dicit Ariſto. verū vel impoſſibile ex ſuppoſitione: at diceres q̄ eſt iſta ſuppoſitio: vn̄ hęc poſſent eſſe vera: diameter eſt cōmenſurabilis coſtę: dic iſtā eſſe: ſi ſcilicet cōponeret ex pūctis vt hic: ibi diameter eſſet tria ſicut coſta.



Camera. 18. Ad p̄teritum non eſt potētia. Cam. contra. q. 11. primi: ſolus vult hoc neſcire, quod oēs ſciunt.

Q.IIII.

An mundus ſit ingenitus & æternus: Articulus. I.

Nota. I. Præmiſſis his quę libro. 8. diximus ī auditu phyſico de æternitate motus maximos ſemp philoſophos mundi inceptionē turbaſſe. Cuius ſola cauſa fuit neſciencia mutationis ſupnaturalis. ſ. creationis, cū omne quod fieret, neceſſario ex materia præſuppoſita fieri debere cōcluderent: vt liquet li. 1. phyſi. Huc quoq; Cicero reſpexit li. 1. (Cicero) de natura deoꝝ, inquiens. Sin alia cauſa eſt / cur mortalē fecerit mundū, nō quēadmodū platonici dicūt ſempiternū: ab vtroq; ſciſcitor: cur mūdi ędificatores repente extiterint: innumerabilia aūt ſæcula dormierint: & infra. Quid aūt erat quod cōcupiſceret deus, mūdum ſignis & luminib⁹ tanq̄ ędilis ornare: ſi vt deus ipſe melius habitaret: antea videlicet infinito tēpore in tenebris tanq̄ in gurguſtio habitauerit: poſt aūt varietate ne eū delectari putamus: quia cœlū & terrā exornatas videmus &c. Similia aliqua ꝓducit maximus latinorū orator, in foro quidem romano prudentiſſimus, in philoſophia vero fidei imprudēs & ſtult⁹ vt hęc apud theologos notiora ſunt: q̄ṫū vero ad philoſophū attinet iacula ſua facile deprecaberis, ex his quę libro. 8. phyſi. diximus

Nota. II. Q. in philoſophia fidei aliud eſt hoc eſſe ęternū: & hoc ſemper eſſe, vt ex A. Auguſtino (Auguſti.) vbi ſupra docuimus: tempus etem ſemp fuit, at tēpus non eſt ęternū. ¶ Porro mundū factū aut genitum pōt bifariā intelligi: aut ꝙ nō ſit genitus proprie: vt gn̄atio diſtinguit cōtra creationē: quo pacto & chriſtiani cōcedimus mundū nō eſſe genitū (1. phyſi.) ſed creatū: vt ille diuinus ph̄us Moyſes ait Gen̄. 1. In principio creauit deus cœlū & terrā. At ſi geni (Moſes) tū dicit quod accepit eſſe poſt nō eſſe: ita oīa ingenue fatemur, creatore excepto, genita eē: nā quid aliud à deo fuiſſe ęternū ſancti īprobāt doctores: & parrhiſianū ſtudium ob hoc quoſdam ſophiſtas dānauit. ¶ Pari pacto diſtinguas de corruptione: (Parrhiſi.) ſi em̄ corruptio diſtinguit cōtra annihilationē plura corrumpūtur quotidie, pauca annihilant: large corruptio accipitur pro deſitione rei poſteaq̄ fuit. ¶ Hoc adde, aliquid eſſe perpetuū vel ſcd̄m ſe totū vt aīa: aut ſcd̄m partē ei⁹ principalē integrantē hoc vltimū addo: quia alias ſuſpicari poſſes hoīem eſſe perpetuū, quia aīa ſua eſt ꝑpetua: verū aīa nō eſt pars p̄cipua integrans, ſed caput animatum.

Nota. III. Q. Ariſto. aſſumit omne gn̄abile neceſſario generari, & omne corruptibile neceſſario (Ariſto.) corrūpi. Pro quoꝝ intelligētia aduerte corruptibile dupliciter ſumi. Primo pro omi eo quod poteſt corrūpi: ſic dices antichriſtū corruptibilē. Secūdo pro eo quod eſt, & corrūpi natū eſt: iſto ſcd̄o mō vſurpat in p̄ſentia: poſſumus itē loqui de potentia naturali aut ſupnaturali: de quaꝝ differētia vide 1. phyſi. Saxo Bruxell. Tarta. & alij diſtinguunt (Saxo) de iſtis, an ſint cōpoſitę vel diuiſę: at hoc parū con (Bruxell.) fert ad rē, q̄nis ad diſputatiōes ꝓderit. Eſt āt mēs (Tartare.) Ariſt. ꝙ neceſſariū ſit, oēm ſubſtātiā corruptibilē corrūpi: ꝙ oīs talis ſit cōpoſita ex materia, quę ſit in potentia ad aliā formā: quę vtiq; potētia non ꝑpetuo fruſtrabit: pretęrea oīs talis ſubſtātia qualitatibus cōtrarijs eſt affecta: quæ quia pugnātes ſunt & cōtinuo belligerant nō perpetuo in eadem manebūt cōſiſtentia: ſed vna alterā ſuppeditabit, & q̄nq; corrūpet: aut ambę debilitatę corrūpent ab extrarijs affectionibus. ¶ At nos qui certiſſime agnouim⁹: qm̄ nō ſit impoſſibile omē verbū apud deū, dicimus natura quidē omē corruptibile aliq̄n corrūpendū: at dei potētia quoduis eoꝝ poſſit ꝑpetuari: ita ꝓcedas in hac ſententia ſine ſcrupulo: qm̄ cū his ſtat corruptibile pro determinato tempore, contingenter corrumpi.

Nota. IIII. Pari ferme paſſu incedere: an omne gn̄abile generet: qm̄ naturaliter & ſcd̄m Ariſto. loquēdo omē gn̄abile generabit ſcd̄m ſe vel ſibi (Ariſto.) ſimile in ſpecie: quia nulla noua ſpecies ſcd̄m Ariſto. de nouo poſſet incipere: verū chriſtiani philoſophi plures arbitrant deū iter ſpecies duas datas poſſe creare mediam prius non creatam. ¶ Et hoc (diſt. 44.) quoq; aſſumpſit Ariſto. nihil de nouo genitū poſ (primi) ſe perpetuū eſſe: quod iterū accipiendū eſt genitū (Ariſto.) per tranſmutationē naturalē / quæ nō fit ſine contrarijs nō poteſt perpetuari potētia naturali, ſecus de potētia diuina in philoſophia fidei. ¶ Ad horū moderationē etiā accipiendū eſt / quod Ariſt. ait

illa mutuo conſequi.ſ. gñerabile & corruptibile: quod intellige per illationem.: nam ſi aliquod eſt generabile naturaliter, ipſum eſt corruptibile naturaliter.

Articulus.II.

Cõcluſio Mundus ſcd'm veritatem non eſt genitus tranſmutatione naturali, ſed creatus: erit tñ perpetuus ſcd'm partes principaliores vniuerſum integrantes.ſ.angelos, homines, cœlos, elementa &c̃. Hæc chriſtiano ſunt obuia: q͛ ſi Ariſto.aliter ſenſit ei renitimur tanq͛ tam ſplendeſcente lumine fidei nõ illuſtrato: vnde die vltimo magna fiet in elementatis mutatio & in aſtris: vt.48.diſt.4. docto.ex armario ſacræ ſcripturę ſuxerũt. Neſcio an ethnici vel ex noſtris(vt ſępe memini)aut quo alio doctore, ſimilia hauſerunt. Seneca in Hercule cecinit. Seneca

Iam iam legibus obrutis Et ſiccus boreas ferit
Mundo cõueniet dies Auulſum trepid⁹ polo
Auſtralis polus corruet Titan excutiet diem
Quicquid per lybiã iacet Cœli regia concidet
Et ſparſus Garamas tenet Certoſ atq͛ obit⁹ trahet
Arctous polus obruet Atq͛ oẽs pariter deos
Quicquid ſubiacet axibus Perdet mors aliqua

Lucanus Simile quid dicit Lucanus li.1.pharſaliæ
Sic cũ compage ſoluta
Secula tot mundi ſuprema coegerit hora
Antiquũ repetens iterum chaos &c̃.

At igne mundum purgandum neſcio quo pacto Ouidius nouit cum caneret li.1.Metamorph. Ouidius

Eſſe quoq͛ in fatis reminiſcitur affore tempus:
Quo mare, quo tellus, correptaq͛ regia cœli
Ardeat: & mundi moles operoſa laboret.

Lucanus Et Lucanus li.vij.Pharſaliæ ait.

Hos cæſar populos: ſi nunc non vſſerit ignis:
Vret cum terris: vret cũ gurgite ponti
Communis mundo ſupereſt rogus

Articulus.III.

An omnis potentia actiua terminetur in maximum?

Præmitto.I. Plęroſq͛ tangere hoc faſtidioſum dubiũ in primo phyſi: quo ad quantitatẽ rerum in ſe: hic vero tractari ſolet quo ad actionẽ: quare cũ dedita opera alibi vitauerimus: iam tamen prætererire non poſſumus: quin debitum vectigal perſoluamus. Curabimus tamen obnixius mi lector a ſophiſmatis temperare: niſi quorundam multiloquẽtia in hanc abducat lubricitatem: vnde terminos, quia vbiq͛ nobis ꝓderũt, ab initio declarabim⁹.

Præmit.II. Q̃ potentia hic eſt quo aliquid potens eſt agere vel pati, aut aliter ſe habere: & primo eſt duplex.ſ.actiua & paſſiua. Actiua eſt potẽtia tranſmutandi alterum inquantũ alterũ: nam ſi aliquid agat in ſeipſum, hoc ſolũ facit inquantum alterũ. Paſſiua eſt potentia tranſmutandi ab altero inquantũ alterũ: hęc ſunt Ariſto.ix.metaphyſi. ¶Potentia paſſiua eſt duplex.ſ.receptiua tm̃, receptiua & reſiſtiua (ita loquuntur mei vocula nõ vſq͛ adeo probata)ſeu reluctatiua. Receptiua tm̃ quę recipit/& agenti non reſiſtit: vt potentia materię in recipienda forma, & animæ in recipiẽdo intellectionem. Reluctatiua eſt quæ recipiẽdo reſiſtit actioni agentis in ipm̃ impediẽdo vel remorando: vt potentia aquæ vt calefiat. Q̃ alĳ ponunt potentiam mediam/nihil moror: eſt em̃ ꝑter artem: volunt em̃ quantitatem innuere, ſine qua non fit actio corporalis.

Prẹmit.III. Potentiam actiuam eſſe duplicẽ.ſ. finitam & infinitã: quid nominis terminoꝝ rẽ indicat. Solus deus ſupbenedictus habet potẽtiam infinitã, varie a creaturis participatã. ¶Potẽtiaꝝ finitarum(qm̃ infinita terminari nequit)quędam eſt productiua, quędam motiua, quædam portatiua, alia leuatiua: poſteriores duę ſubſunt ſecũdę. ¶Finita aũt adhuc duplex eſt.ſ.naturalis & libera. Naturalis eſt potentia quę omnibus poſitis ad agendum requiſitis, neceſſario agit: ita q͛ nõ poteſt nõ agere. Libera eſt potẽtia quæ poſitis omnibus ad agendum requiſitis, poteſt agere vel non agere, vt homo. ¶Porro productiuarum quędam producit effectum confortantem & iuuantẽ agẽs vt ignis in cõbuſtibilib⁹ appoſitis: quędam producit effectum non iuuantẽ agens ad ſimiliter producendũ: ſicut pater producendo filium: propter filium genitum: nõ poteſt pater producere eo melius alium filium.

Prẹmit.IIII. Potẽtiam poſſe cõparari ad ſex.ſ. ad reſiſtentiam paſſi, ad diſtantiam, ad effectum, ad tempus, ad velocitatem & ad ſpacium. ¶Porro potentia terminabilis poteſt quatuor terminis terminari.ſ.maximo ſic, maximo nõ, minimo ſic minimo non: in actiuis exprimuntur per in quod poteſt vel nõ poteſt: in paſſiuis, per a quo pati poteſt vel non poteſt. Qui mediam ponũt potentiã quantitatem exprimunt per ſub quo: illis aũt quatuor terminis non oportet aptare diffinitiones: nã ſeipſos manifeſtant proloquẽdo: vt maximum in quod dicitur illud in quod paſſum, aut a quo agẽte, vel in quo tempore, vel per quod ſpacium, vel per quantam diſtantiam, vel qua velocitate agẽs poteſt agere vel paſſum pati/cum excluſione maioris: ita de omnibus pro ſubiecta materia dicere potes. ¶Quibus omnibus addendũ intelligi poſſe terminari potentiam de facto.i. q͛ ita iam ſit, vel de poſſibili. ¶Volumus etiam hic habere pro ꝑſuppoſito ſuppoſitiones, quas primo de gñatione in q.de repaſſiõe agentis explicabimus: eſſem his contentus, at ob alios impellor etiam explicationem terminoꝝ q͛ breuiſſime adnotare.

Maximum in quod.i.in hoc poteſt, & in quodlibet minus/& in nullũ maius

Maximum in quod non.i.in hoc non poteſt: & in nullũ maius poteſt: & in quodlibet minus poteſt.

Minimum in quod.i.in hoc poteſt, & in nullum minus.

Minimum in quod non.i.in hoc non poteſt, & in quodlibet maius poteſt.

¶Addunt & hoc quandam potentiam eſſe productiuam ſubſtantiæ/aliquam qualitatis. Itẽ quędam producit ſimile/quædam diſſimile: Saxo & Saxo

Bruxel.

Bruxel. ſcd'm ſex ad quæ cōparatur potentia: verum ars debet eſſe methodus & via compendiaria: non ducemus te mi lector per hos anfractus: at recto tramite ad veritatis domum te ducturi ſumus.

Reſpōdetur Ad dubium per propoſitiones I. in qualibet ſpecie, quantorum de facto dat̃ minimum. Patet inter homines eſt aliquis pomilio minimus & pſillus, minor omnibus alijs: aut ſaltem quo nullus eſt minor: vt ſit exempli gratia franciſculus, non moror


Nyph. Hōgenea S. Tho. Arimiñ. diſt. 17. primi. Buridan⁹ .. phyſi. Scotus

II. De poſſibili: licet aliqui voluerunt homiomera non terminari ad maximum vel minimum de poſſibili: tamen hoc dederunt de etherogenijs: nã tale propriam operationem ſuę ſpeciei non habent niſi in certa quantitate. ¶ Alij voluerunt eſſe minimum in corporibus non ex parte naturę intrinſecę ſed ſenſibilitatis: ad hunc ſenſum, ꝙ minus illo de ſpecie illa per ſe exiſtens ſentiri non poſſet. Scotus diſt. 2. q. 9. ſecundi. ¶ Quibus dimiſſis nos hic figimus fidem/ cum antiquis peripateticis, cuiuſlibet generati eſſe minimum & maximum incluſiue ex parte intrinſeca: quia forma eſt radix terminationis, a qua proficiſcitur actio & ſpecies: materia vero eſt radix infinitudinis (vt ita loquar Platonice) eſt ergo forma certæ quantitatis ad certũ effectum: mens eſt Auer. 1. phyſi. Com. 37. 38. & 6. phyſi. Com. 32. & 3. phyſ. Com. 23. & 41. & 62. & 3. cœli. . Com.

Auer.

Vſing.

III. Entia naturalia quãta q̄ ad ſuã ꝑuitatẽ terminant̃ de poſſibili maximo ſub q̄ non: ſicq̄ ad magnitudinem terminantur minimo ſub quo non. recito illam propter declarationem: quia condenſetur materia aeris: quouſque forma amplius nõ ſit in materia, & immediate ante hoc fuit.



Iã illa quantitas e. eſt maxima ſub qua forma aeris nõ eſt in materia propter eius paruitatẽ: & dicitur maxĩa ĩ reſpectu ad alias minores ſub quibus etiam non poteſt ſtare, illa forma aeris: nũc de potẽtijs.

IIII. Non eſt dabilis maxima reſiſtentia in quam potentia poteſt. Probatur ſic potentia A. & maxima reſiſtentia B. aut ergo a excedit b. vel nõ: ſi nõ excedit/ non fit actio: quia a ꝓportione ęquali nõ fit actio: ſi excedit: ille exceſſus non eſt indiuiſibilis: diuidatur ergo per c. d. tũc aucto b. ad c. adhuc moueri poſſet per a. ergo b. prius nõ fuit maximũ


Nyphus

Nyphus dicit ꝙ iſta ſit ſententia cucullatorum: ſed certe propter iſtam rõnem aſſentior ei quicquid ipſe dixerit.

V. Non eſt dabilis minima reſiſtentia in quã potẽtia actiua poteſt. Probat̃ da illam: potentia poteſt in eius medietatem.

VI. Non eſt dabilis maxima potentia reſiſtiua, in quam potẽtia actiua nõ poteſt. Probatur, quia ſemper dabilis eſt maior in quã nõ poteſt.

VII. Dabilis eſt minima potentia reſiſtiua in quã potentia actiua non poteſt; ſequitur ex ſufficienti diuiſione. ¶ Alij dicunt potentiam actiuam nõ terminari per maximũ incluſiue/ ſed excluſiue: & hoc eſt minimum quod non.



VIII. In tempore conſenſim omñes aſſentiuntur potentiam durationis cuiuſque rei corruptibilis, neque maximo neque minimo tẽpore coartari. Non maximo: quia tunc rei ꝑmanentis daretur vltimum inſtans. Minimo nõ, quia quocũque tempore dato; res poſſet durare minori tempore.

Dubium. II.

Sed quomodo terminat̃ in minimũ?

Præmitto. I. Q; potentia paſſiua alia eſt receptiua tm̃: alia receptiua & reſiſtiua ſimul ¶ Reſiſtiua q̄dã ẽ paſſiua tm̃: q̄dã reſiſtiua & actiua ſimul. ¶ Illarum potentiarum q̄dam eſt cognitiua: q̄dam non cognitiua. ¶ Paſſiuarum quædam patitur cũ abiectione contrarij quædam ſine abiectione contrarij: hæc omnia ſunt obuia. Iam reſpondetur.

I. Potentia reſiſtiua nõ terminatur per minimam potentiam actiuam a qua poteſt pati: ſimiliter nec a maxima a qua poteſt pati: nec terminat̃ a minima potentia actiua a qua non poteſt pati: ſed potentia reſiſtiua terminatur maxima potentia actiua a qua non poteſt pati. Patet ſic: potentia leuatiua Eckardi ęqualis potentię reſiſtiuę lapidis: tunc illa potẽtia eſt maxima inter potentias leuatiuas quæ non poſſunt leuare: quia nulla minor poteſt eum leuare, & maior quælibet poteſt.

Siſt̃ dicas de viſibili

II. Potentia pure receptiua, quia non reſiſtit recipit quemcunque effectum / quem agens in ipſam ꝓducit. Similiter talis potentia a quacunque diſtantia pati poteſt actiuo agẽre potente: ſicut ſum pollicitus: ita preſto: quoniam ſi vellem omnia proſequi: ſicut Lud. Corone. & Dullaert in primo phyſi. fecerunt: Saxo & Bruxel. hic dies deficeret: tu qui eſuris illic prandeto: in re minus vtili non expedit diu laborare.

Corone. Dullert Saxo Bruxel.

Articulus. IIII.

Ariſto. Cicero

Ratio prima Poteſt conferre omnia quę Ariſto. inducit. 8. phyſi. & hic in teſtu, cum his quæ inducit Cicero notabili. 1.

II. Aliquod genitum poteſt perpetuari patet de anima intellectiua: ſimiliter aliquod perpetuum poteſt finiri: patet de potentia materię ad formã Eckardi: quæ ſcd'm Ariſto. fuit perpetuo in materia ſine initio: & tñ terminat̃ in introductiõe formæ Eckardi. ¶ Similiter nõ omñe corruptibile corrumpitur: patet de centralibus partibus terræ: ſimiliter de auro, quod etiam Alchimiſtę neſciunt corrumpere: ſimiliter de lumĩe ſolis quod eſt perpetuum/ & tamen corruptibile. ¶ Similiter non omne corruptibile eſt generabile: quoniã Ariſto. dum hunc librum ederet fuit corruptibilis: non tamen fuit generabilis, ſed genitus.

Ariſto.

Ariſto. Auer.

III. Reſponſiones dubiorum ſunt directe contra Ariſto. hic & Auer. T. Com. 116. 117. Potentia actiua terminatur per maximum in quod poteſt. Ex quo ſequitur potentiam paſſiuam definiri per minimum e quo poteſt. Erit em̃ potentia paſſiua

ad minimum agens vti maximum illius: hęc iacula Nyphi. ¶ Confirmatur, quia niſi potencia eſſet terminata per maximum in quod: ſequeretur nō dabile maximum pondus / quod Eckardus poſſet portare. ſequela liquet / & falſitas probatur: quia ſic quocunq; pondere portabili dato poſſet portare maius: & ſic poſſet portare infinitum pondus. ¶ Confirmatur, ponatur lapis vt. 8. ſuper caput Eckardi potencię vt. 8. vel Eckardus portabit lapidem: & ſic terminata eſt eius potentia ad maximū in quod / vel deprimetur a lapide: ergo a proportione ęqualitatis fieret actio.

IIII. Potencia paſſiua terminatur per minimum. Probatur primo: quia dabilis eſt minima caro. 1. phyſi. & dabile eſt minimum viſibile / quod viſus poteſt videre: de ſenſu & ſenſato. Similiter dicunt perſpectiui dabilem eſſe minimum angulum ſub quo viſus poteſt pati. ¶ Confirmatur, quia minimum ſub quo non, non eſt dabile: ergo potentia non definitur eo: probatur quia quacunq; quantitate data quę dicatur ſub quo non, dabilis eſt maior ſub qua poteſt ſtare adiutorio potentiæ diuinæ.

Reſpōdetur Ad primum. Sicut dictum fuit 8. phyſi. in quæſtione. Ad ea quæ inducit primo contra Platonem: quia illa vadunt etiam contra nos: quia videmus cōmuniter q̄ quę generantur, etiam corrumpuntur: dico q̄ lumen fidei altius viſum noſtrum effert ad videndum producta a deo aliqua eſſe ęterna: cum ſcd'o aſſumit omne generabile fieri ex materia: hoc eſt verum de generatione naturali: mundus autem eſt creatus. ¶ Ad Ciceronem dicimus deū non dormiuiſſe ante creationem mundi: ſed ſemper ſe intellexiſſe & ſe ſumme dilexiſſe: ex quo intellectus & voluntas eius ſummę fuerūt beati. Neq; de⁹ aſtra & lumīa propter ſe poſuit / qui eſt ſumma & infinita lux: ſed ꝓpter homines facta ſunt. diſt. 1. ſecundi magiſter.

Plato

Cicero

Petr⁹ lōgobard⁹

Ad. II. Aſſumptum concedimus: at quid Ariſt. ſenſerit ſuo loco aperiemus. Ad primum annexū dico hoc procedere ſi potentia illa ponatur res diſtincta a materia: ſicut fit apud reales: ipſi tunc viderint quomodo ſoluant: ſed apud nos nihil realiter corrumpitur: quia potētia materiæ eſt ipſa materia. 1. phyſi. ¶ Ad aliud dicit Saxo & cōmuniter omnes / q̄ partes centrales aliquando corrumpentur propter motum & continuum fluxum: at quia alibi hoc improbabo velut prorſus irrationabile dictum: ideo aliter dico q̄ ſcd'm Ariſto. nullum totale elementum eſt generabile vel corruptibile: quare nec terra totalis eſt generabilis: & hoc maxime ratione centri & partium quæ diſterminant cruſtas. De auro nego non eſſe corruptibile: bene durat in magnum tempus ſimiliter argentum: reperiuntur denarij Cæſarum Romanorum antiqui: quales plures habet chunradus peutinger iureconſultus patricius auguſtanus Cæſaris a conſilijs: quales habet Volfgagnus de Tanberg decanus Patauieñ. qui nummum habet Moſaicum: & mihi quoq; nummum donauit Philippeum Græcum: cuius nulla alia eſt inſcriptio litteraria q̄ φιλιππου. De alchimiſtis, q ſunt & laichimiſtę decipientes homines & lachrimiſtę / quando omnia abſumunt ait Grego. Reiſchius Chartuſianus pręceptor noſter, nihil moror: etem Ioan. xxij. vt habetur in extrauagantibus communibus ſub ti. de crimine falſi: Alchimiam interdicit & ꝓhibet & alchimiſtas infames eſſe decernit. Incipit extrauagās. Spōdent q̄s nō exhibēt diuitias pauperes Alchimiſtæ. ¶ De lumine concedit Saxo illatum. at hoc videtur abſurdum: ideo dic lumen continuo generari & etiam corrūpi: vt. 2. de anima. ¶ Ad aliud dico licet nō potuerit amplius generari poſt q̄ erat genitus: tamen fuit generabilis.

Ariſto.

Saxo

Ariſto.

Chūrad⁹ peutinger

Volfg. de Tanberg.

Grego. Reiſchi⁹

Ioan. 22.

Saxo

Ad. III. Reſpōdetur primo q̄ Ariſto. voluit potentiam terminari in maximum. ſ. ſine fractione: vt Eckardus poteſt portare. c. libras & non. c. & vnā: ſed bn̄ centū & 100. vni⁹ librę: vel dic potētiam terminari in maximū: non in maximū quod poteſt: nec in maximum quod non poteſt: ſed in maximum infra quod poteſt: & hoc eſt minimū in quod non. ¶ Ad confirmationem concedatur ſequela ad improbationem: liquet ex paruis logicalibus, quo ſenſu illa admittatur: infinitum pondus pote r Plato portare: at tu dic ad rem, quod non poterit propterea portare infinitum pondus: quia erit ſtatus ad minimum pondus quod non poteſt portare. ¶ Ad aliam dico q̄ Eckardus ſuſtineret lapidem: & cum dicis: ergo a proportiōe ęqualitatis fieret actio: nego illationem, & ratio eſt: quia Eckardus nihil agit in lapidem / ſed ſolū ei reſiſtit ne deſcendat: ſimiliter lapis non agit in Eckardum: ſed ei reſiſtit ne moueatur ſurſum.

Ariſto.

Ad. IIII. Ariſto. hoc dixere diſputatiuę contra Anaxago. tanq̄ ab eo datum / vt dictum eſt ibi. Ad autoritates alias dicitur, q̄ hic minimum accipitur pro omni illo per quod potentia paſſiua terminari poteſt. Melius dicit Saxo q̄ loquantur de minimo ſine fractione in integris. Ad cōfirmationem dicitur, q̄ propoſitiones ſunt poſitæ reſpectu potentię finitę. Sed potentia dei eſt infinita, nec maximo nec minimo terminata. Hæc de lib. primo ſufficiant. Deo gloria, 2. Martij. Anno. 1518.

Ariſto. Anaxag.

Saxo

ARISTOTELIS de Cœlo liber. II. & de ſempiternitate Cœli. Capitulum. I.

1 C OELVM igiẗ vniuerſum neqꝫ ortũ eẽ neqꝫ corrũpi poſ ſe, vt q̄dã inquiũt. Sed vnũ eſſe ac ſempiternũ principiũ quidẽ & exitũ ęternitatis vniuerſę nõ habẽs: infinitũ autẽ habẽs & cõtinẽs in ſe ipſo tẽp⁹ & ex hiſce quę dicta ſunt. ¶ Et p opinionẽ eoꝝ qui aliter dicũt ipm̄qꝫ generãt fidẽ ſumere licet. Nã ſi ſic quidẽ ſeſe habere poteſt: eo aũt mõ quẽ illi dicũt: nõ põt: magnũ & hoc vtiqꝫ momentũ ad faciendam fidem de imortalitate ęternitateqꝫ ipſius habet. — Cõcluſio / Patet primo / Secundo

2 ¶ Quare bñ ſeſe habet queqꝫ ſibi pſuadere veteres & maiorũ maxĩe noſtroꝝ ſñias veras eſſe: q̄ q̄dẽ aſſerũt eſſe q̄ppiã eoꝝ imortale atqꝫ diuinũ, q̄ motũ q̄dem ſubeũt: talẽ tñ vt nullus ipſius ſit finis: ſed poti⁹ ipe cęteroꝝ ſit finis. Et finẽ eñ ex hiſce eſſe cõſtat q̄ cõtinẽt: & hic cũ ſit pfect⁹ impfectos cõtinet: & eos qui finẽ habẽt atqꝫ ceſſationẽ: ipe nãqꝫ neqꝫ principiũ neqꝫ exitũ vllũ habet, ſed inceſſabilis eſt tpe infinito. Cęteroꝝ aũt aut eſt pricipij cã, aut ſuſcipit exitũ, ceſſationẽue: at q̄ ſuperũ locũ cœlũqꝫ veteres q̄dẽ dijs tribuerũt: ꝓpterea ꝙ ſolũ eſt imortale. — autoritas / Tertio

3 ¶ Pręſens aũt oratio teſtis eſt incorruptibile ac ingñabile eẽ va careqꝫ p̄terea oĩ difficultate mortali: & inſup eſſe ſine labore: ꝓpterea ꝙ nulli⁹ indiget vim inferẽtis neceſſitatis: q̄ quidẽ ꝓhibẽs detineret ipm aptũ alio mõ ferri om̄e nãqꝫ tale laborioſum eſt: q̄ magis ppetuũ eſt & optimę diſpoſitionis expers. — Quarto

4 ¶ Iccirco neqꝫ putandũ eſt ipm ita ſeſe habere, vt veteꝝ fabula dicit, quiquidem ſalutẽ ipſius, atlãte q̄dã inquiũt indigere. Et hi nãqꝫ q̄ hãc ſñiam attulerũt: idem ꝙ poſteri videnẗ exiſtimaſſe: nã quaſi põd⁹ haberẽt ſupra corpa terrea, terreaqꝫ eẽnt neceſſitatẽ aĩe pticipẽ ipi fabuloſe ſuppoſuere, neqꝫ igiẗ hoc mõ. ¶ Neqꝫ ob conuerſionẽ: ꝓpterea ꝙ lationẽ habet motu ſuapte celeriorem: vt Empedocles dicit. — Error primus / Error ſecundus

5 Cõſeruari putandũ eſt adhuc ipm tpe tãto atqꝫ incolumẽ eẽ. ¶ At vero nec ab aĩa cogẽte ſempiternũ manere cõſentaneũ eſt rõni: neqꝫ eñ talis ipi⁹ aĩe vita ſine dolore beataqꝫ eẽ põt. Et motũ eñ q̄m eſt cũ vi: ſi mouet corpus primũ aliter aptũ ferri. Cõtinueqꝫ mouet negotioſum atqꝫ ab om̄i voluptate mẽtis ſemotũ eſſe neceſſe eſt: ſi neqꝫ vt aię mortaliũ aĩaliũ requies ineſt ea q̄ circa ſomnũ fit corꝑis relaxatio ſed Ixionis fatũ cuiuſdã ipam ppetuũ inſuperabileqꝫ detinere eſt. ¶ Si igiẗ vti dixim⁹ res dicto mõ de prima latiõe ſeſe habere põt nõ ſolũ cõcinnius eſt ita de ęternitate ipſius exiſtimare, ſed etiã hoc modo dũtaxat cõſentane⁹ ei vaticinationi quã de dijs habem⁹ ſñias poſſum⁹ certo ꝓferre: ſed de his hactenus. — Error tertius / Improba turpi primo / Secundo / Tertio / 3 Rõquita ad cõcluſionẽ primã


7 D Vm aũt ſint qui dextrũ ipſi⁹ cœli q̄ppiã & leuũ inquiũt eẽ: vt ij qui pythagorici nũcupanẗ. Eſt eñ hęc illoꝝ ſñia: cõſiderandũ eſt vtrũ res ſic ſeſe habeat vt illi dicũt: an alio poti⁹ mõ: ſi hę principia corpori ipſius vniuerſi ſunt adiungẽda: cõtinuo nãqꝫ ſi dextrũ ineſt ei leuũqꝫ: priora principia prius in ipo exiſtimandũ eſt eſſe: determinatũ igiẗ de his eſt in his q̄ de animaliũ motib⁹ ſũt tractata: ꝓpterea ꝙ hę priora ſunt illoꝝ naturę atqꝫ accõmodata: manifeſte nãqꝫ animalib⁹ ineſſe videnẗ quibuſdã oẽs iſtiuſmodi ptes: dextrũ inquã atqꝫ ſiniſtrũ: quibuſdã nõnullę plantis vero ſupa atqꝫ infera ſolũ. — 4 Cõcluſio / Probatur primo

8 ¶ Quod ſi — Secundo

d iij

cœlo talium quippiam eſt adiungẽdum:& id ipſi cõpetere quod primum vti di
ximus in animalibus ineſt conſentaneũ eſt rationi. Vnũquodq; em̃ triũ:dico au
tem trium ſuperũ inferũq; ipſum ante atq; oppoſitũ: & dextrũ leuũq; vt princi-
pium quoddam eſſe videtur. Has em̃ oẽs dimẽſiones pfectis corpib⁹ ineſſe con
Tertio ſonum eſt rationi:atq; ſuperũ qdem longitudinis:dextrũ aũt latitudinis: ipm ve
ro ante altitudinis principium eſt. Inſup alio mõ motuũ rõne: hęc em̃ principia
dico:vñ mot⁹ ijs incipiũt quę hęc habent. Eſt autem ab ipo quidem ſupero accre
tio:a dextris autẽ ea motio quę loco accõmodatur: ab hiſce vero quę ante ſunt ea
5 Cõcluſio motio quæ fit ſenſu:atq; id ante dico:in quo ſunt ſenſus. ¶Quapropter & non 9
omni in corpore querẽdum eſt ſuperũ atq; inferũ,& dextrũ leuũq;,atq; ante &
retro:ſed in hiſce quę cũ animata ſint mot⁹ in ſeipſis principium habẽt. In nullo
em̃ eorũ quę vacant anima:id cernimus vnde eſt principiũ motus. Quędam em̃
omnino non mouent̃:quędam mouentur quidem:ſed omni ex parte ſimili mo-
Quo ad nos do:veluti ignis ſurſum ſolum,& terra ad mediũ. Sed in his ſuperũ & inferũ,de- 10
Primo xtrũ leuũq; dicimus,ad nos ipſos referẽtes. Nã aut reſpectu noſtri dextri leuiq;
Secundo vt augures dicunt,aut ſimilitudine noſtri:vt ea quæ ſunt ſtatuę:aut ea quæ cõtra
Tertio rio modo ſeſe habent,poſitioneue. Etem̃ dextrũ quidem id dicimus, quod op-
ponitur noſtro ſiniſtro:leuũ aũt contrariũ: & retro ac ante ſimili mõ. In his autẽ
ipſis nullã differentiã cernimus. ſi cõtra nãq; vertant̃: contraria dextra leuaq; ſu-
6 Quarta rõ ad concluſionẽ quartę notulę pera ac infera & añ retroq; ſane dicemus. ¶Quapropter & Pythagoricos qſpiã 11
mirabit̃ ſola hæc duo principia dixiſſe: dextrũ inquam atq; ſiniſtrum. Cæteras
autem quatuor differentias omiſiſſe:non minus rationẽ principij ſubeuntes. Nõ
em̃ minorem ad infera ſupera:& ad ea quæ ſunt retro ea quæ ſunt ante:q̃ ad le-
ua dextra vniuerſis in aĩalib⁹ differentiã habẽt:hæc em̃ vi ſolum illa figura etiam
differunt:& ſuperum quidem ac inferum omnibus animantibus ineſt: tam ani-
Quĩta rõ ad principale malibus q̃ etiam plantis. Dextrũ aũt leuũq; plantis non ineſt. ¶Prętera vt lon 12
gitudo latitudinẽ antecedit:ſic prius erit generatione ſuperum dextro:cum mul-
tipliciter prius dicatur/ſi longitudinis quidem ſuperum,latitudinis vero dextrũ
principium eſt atq; prioris principium antecedit. Inſuper ſi ſuperum quidem eſt
id vnde eſt motio: dextrũ aũt a quo & ante:ad quod:hoc quoq; modo vim quã
dam principij ſuperum ad cęteras ſpecies habet increpandi ſunt igitur pythago
rici:& quia maxime propria principia omiſerũt:& quia in vniuerſis hęc ſimiliter
7 Cõcluſio ineſſe putabant. ¶Cum autem a nobis ſit antea definitum tales potentias ijs in- 13
eſſe quæ principium motus habent. Et cœlum ſit animatum atq; principium ha
8 Obiectionis tacitę dilutio beat motus:patet ipſi ſuperũ inferũq;,& dextrũ atq; leuũ ineſſe. ¶Non em̃ du-
bitare oportet ob vniuerſi rotũdam figuram:quonam pacto aliud ipſius dextrũ
aliud leuũ erit:ſi partes ſint ſimiles vniuerſę ppetuoq; motu cientur. Sed intelli-
gere perinde oportet:atq; ſi quiſpiã in hiſce quæ dextrum ad leuũ figuris quoq;
differẽtiã habẽt circũpoſuerit ſphęrã:habebũt em̃ potẽtiã differentẽ: at ob figurę
ſimilitudinẽ habere nõ videbunt̃: eodẽ mõ de pricipio quoq; mot⁹ intelligam⁹
oportet. Etem̃ & ſi nunq̃ moueri cœlum incepit:principiũ tamen habeat ipſum
neceſſe eſt:vnde incepiſſet:ſi inciperet moueri:& rurſus ciebitur motu,ſi ſtabit.
9 ¶Dico aũt longitudinẽ ipſius quidem eã eſſe quæ eſt inter polos diſtantiam,& 14
Cõcluſio polorũ alterũ ſuperã:alterũ inferã partẽ. Differentiã em̃ i ſolis his ſemiſpheriorũ

cernimus: ex eo quia poli nõ mouent̃: & inſup̃ in mundo non ipſum ſuperũ atq; inferum: ſed ea quæ ſunt prẹter polos latera dicere conſueuimus: quo patet hanc ipſius cœli longitudinẽ eſſe. Id eſt em̃ latus quod eſt p̃ter ſuperum inferũq;. Polorũ aũt is: quidẽ qui apud nos videt̃: pars infera eſt: is aũt qui nobis manifeſtus non eſt: partis rationem ſuperẹ ſubit. ¶ Dextrũ em̃ vniuſcuiuſq; id eſſe dicimus: vnde principiũ ad locũ accõmodatẹ motionis emerget. Cõuerſionis vero cœli principiũ id eſt: vnde oriunt̃ ſtellæ: quare hoc erit dextrũ: id vero vbi fiunt occaſus leuũ. Si igit̃ a dextris incipit & circũfert̃ ad dextra: polũ eũ qui non videt̃ ſuperũ eſſe neceſſe eſt. Si em̃ erit is qui videtur: motus ad p̃tes erit ſiniſtras qđ q̃dẽ nõ dicimus. Patet igit̃ eũ polũ qui nõ videt̃ a nobis cœli partẽ ſuperã eſſe & eos quidẽ qui illic habitant in ſemiſpherio ſupero eſſe atq; in dextris: nos aũt in infero ac ſiniſtris: cõtra atq; pythagorici dicũt. Illi em̃ nos ſupra faciũt dextraq; in parte, illos infra atq; ĩ leuis: contrariũ aũt accidit. ¶ Verũ ſecũdẹ conuerſionis veluti vagarũ ſtellarũ: nos quidẽ in ſuperis dextriſq; ſumus: illi vero ĩ inferis ſunt atq; ſiniſtris. Eſt em̃ hiſce principiũ motionis cõtra: propterea q̃ lationes cõtrariẹ ſunt. Quare fit vt nos in principio ſimus: illi in fine ſint collocati. De partibus igit̃ p̃ dimenſiones locoue definitis tot a nobis ſint dicta.



a oriens
b occidẽs
c arcticus
d ãtartic⁹

10 Cõcluſio

Cõtra pythagori.

11 Cõcluſio

Explanatio textus.

Ariſto.

Libro ſecũdo Cœli Ariſt. agit de cœlo: & q̃ celũ ipſum circumſtant: & primo de eius duratione.

I. Cœlum eſt ingenitum & incorruptibile, vnũ & ſempiternum, infinitum temporis tractum in ſe habens. Probatur quia hoc cõgruit prius dictis de ẹternitate mundi: & non poteſt ſe ita habere, ſicut veteres dicũt: ergo. Secundo quia ſapientes multi exiſtimauerunt cœlum quid immortale & diuinum: cuius nullus ſit finis: ſed ip̃m exiſtat finis aliorum. Tertio, quia veteres dixerũt cœlum eſſe locum deorum: vt ſic immortali immortalis daretur locus. Quarto quia eſt impaſſibile motũ ſine labore, & fatigio ac prohibitiuo: ideo merito eſt perpetuum.

II. Antiqui tres erroneas opiniones habuerũt. Primo aliqui cœlum ne decideret dixerunt Atlante ſuſtentari: & ſic crediderunt cœleſtia eſſe grauia. Secundo Empedocles cœlum graue dixit: ſed nõ deorſum ferri ob circulationẽ. Tertio nec poteſt dici q̃ ab anima cœlum ſuſtineatur ſurſum: ſicut auis in aere pendula: primo quia illa anima perpetuo eſſet miſera ſemper mota. Secundo, quia ſi nõ natura ferretur: tunc violente moueretur ab anima: & ſic non duraret perpetuo. Tertio, quia abſurdum eſt animam illam perpetuo motu torqueri ſine ſolatio: cum animẹ animalium, requiem accipiant & laboris intermiſſionem: & non Ixionis fatum agunt.

Empedocles

III. Pro prima cõcluſione eſt alia rõ: quia id debemus in natura aſſerere quod eſt meli⁹, ſubiectẹ materiẹ cõformius, & dictoꝝ ſapientũ congruẽs: ſed melius eſt eſſe cœlũ p̃petuũ: & eſt diuinis conformius: & plus conſonat dictis ſapientũ: ergo.

IIII. Non conuenit dare cœlo ſiniſtrum & dextrũ & non ſurſum vel deorſum &c̃. Probatur primo: quia vbi eſt dextrum & leuũ, ibi eſt ſurſum & deorſum & nõ ecõtra, patet in plantis: vbi ſolum eſt ſurſum & deorſum: in aĩalib⁹ vero oẽs differentiẹ ſunt. Probatur ſecundo, quia cũ iſta tria. ſ. ante & retro: ſurſum & deorſum: dextrũ & leuũ inſint corporibus perfectis: quare nõ eſſent in cœlo. Tertio probatur ratione motuũ: quia augmentatio fit ſecundum ſurſum: motio localis ſcđm dextrum: & motus animalis ante.

V. Non in omnĩ corpore ſunt ſex differentiæ poſitionũ: ſed ſolum in p̃fectis: patet in elementis & inanimis: in quibus reperiuntur ſolum quo ad nos ſcđm augures: & fit trifariã: primo q̃ñ in eis dicit̃ dextrũ ſcđm dextrũ noſtrũ. Secundo oppoſitum dextri noſtri: ſicut de altari dicimus. Tertio ſimilitudine vt in ſtatuis & picturis.

VI. Quarta ratio. Mirãdi ſunt pythagorici q̃a poſitiones ĩmanifeſtas tribuerũt deo: & non manifeſtas: quia dextrũ & ſiniſtrũ non ſolum vi, ſed etiã figuris agnoſcuntur. Quinta ratio: quia ipſi attribuunt cœlo principalia, & acceſſoria tribuere deberent: nam ſicut longitudo latitudinem antecedit: ſic ſurſum antecedit (vt cõmunius) dextrum.

VII. Cœlũ habet ſex differẽtias poſitionũ: probatur: quia ſunt in animatis: ergo & in cœlo.

VIII. Nõ valet dicere: poſitiões variãt̃ p̃ figuras cœlũ habet tñ figurã ſphericã. Rõ q̃a diſtinctio figuraꝝ eſt acceſſoria nõ prĩcipalis ĩ his poſitiõi b⁹ patet q̃a ſi hõ fieret ſphericẹ figurẹ adhuc ĩ eo poſitiões diſtĩguerẽ



IX. Surſum & (tur. deorſũ ſumũt penes polos: p̃bat̃ q̃a differẽtiã hemiſperioꝝ accipim⁹ p̃ polos: nã p̃tes iuxta polos appellam⁹ latera

X. Polus arcticus ſupra nos eſt deorſum: pol⁹ aũt antarcticus infra nos eſt ſurſum, Probat, quia dextrum eſt vnde motus, qui fit ortu aſtrorum, ſiniſtrũ ĩ occaſu: ergo pol⁹ antarctic⁹ eſt ſurſum: alioq̃ mot⁹ celi fieret a ſiniſtro: vt pythagorici dixerũt.
XI. Surſum & deorſum in ſphęris planetarum oppoſito modo aſſignando ſunt: patet, quia motus eorꝫ opponitur motui primi mobilis.
XII. Ad motum planetarum nos ſumus ſurſum: ad motum vero primi mobilis nos ſum⁹ deorſum & antipodes ſurſum.

Annotatio tex.

1. Quiſq; ſibi perſuadeat ſententias maiorum noſtrorum veras eſſe.
2. Atlantem cœlum ſuſtinere (quod poetæ ante Ariſtotelis tempora fabulati ſunt) Ariſto. hic improbat: meminit huius rei Auguſti. li. xviij. de ci. dei: frater promethei, inquit, Atlas magnus fuiſſe aſtrologus dicitur: vnde occaſionem fabula inuenit, vt eum cœlum portare cõfingeret: q̃uis mõs eius nomine nũcupetur: cuius altitudine poti⁹ cœli portatio in vulgi opinionem veniſſe videatur: Plinius de Aſtrologia Atlãtis idem ſentit: habes duplicem cauſam fabulæ: vnde & inter labores Herculis narratur: q̃ feſſum iuuerit Atlantem: ſic Bœothius ait li. iiij. — Ariſto. Auguſti. Atlas Plinius

Vltimus cœlum labor irreflexo
Suſtulit collo: pretiumq; rurſus
Vltimi cœlum meruit laboris.

2. Noluit Ariſto. perennem motionem dare animę cœlum ſuſtinenti: q̃ ſine intermiſſione laborare cogeretur: velut Ixion frater phlegię apud inferos: cuius Ouidius meminit li. iiij. metamorph. & Seneca in Hercule meminit & Tibul. li. 1. — Ariſto. Ixion Ouidius Seneca Tibullus

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi:
Verſatur celeri noxia membra rota.

¶ Reliqua ſunt perſpicua. Aduerte aũt q̃ pulchre Ariſto. oſtendat ſententiam ſuam ſapientibus cõformem, & nulla ſequi abſurda: vnde Alexander hic ait, vt renarrat Auer. Nos non ſumus ſuſtentati ſuper ſententiã huius hõis inter oẽs alios: niſi quia vidimus ipſam minoris ambiguitatis, & remotiorẽ a cõtradictione. ¶ Hoc quoq; addas trãſlationẽ Auer. eſſe omnino diuerſam a nr̃a maxĩe Com. 5. vellẽ tñ Ariſto. ita habere ſicut Auer. legit: qui ſint poli ex epitomate requiras. — Ariſto. Alexan. Auer.

7. Q. cœlũ ſit aĩatũ, ſatis licet eũ nõ loq̃ de aĩa informãte quã notula ſcd̃a reiecit: ſed aĩa aſſiſtẽte.


Q. V.


An ſex differentiæ poſitionum reperiantur in cœli natura?

Articulus. I.

Nota. I. Poſitionẽ eſſe ſitũ, vt in categorijs docuimus: ſex autem ſunt differentiæ poſitionum in tribus oppoſitionibus. ſ. ſurſum & deorſum/ante & retro, dextrum & ſiniſtrum: pro maiori autem enucleatione materiæ ſciendum: poſitionũ differentias bifariam reperiri in rebus: primo reſpectiue: & hoc vel quo ad nos/vel quo ad locos elementorum: nam pars reſpiciẽs ignem reſpectiue dicit ſurſum: reſpiciens terram deorſum, quo ad nos: vt in tex. 5. ¶ Dicuntur eſſe in rebus ſimpliciter: hoc eſt ex natura rei: & hoc accidit in rebus diuerſarũ virtutũ & potẽtiarum. Et ſic ſurſum attẽditur penes virtutem nutritiuam vbi ſit eius principium: & ex oppoſito eſt deorſum: ante ſumitur penes vigorem potentiæ ſenſitiuę: homo enĩ in locum anteriorem videt, olfacit, guſtat &c. retro habebis oppoſito modo: dextrum ſumitur ab ea parte quã incipit motus. ¶ Corollariũ primũ: vna res ſimul poteſt habere varias poſitiones: patet radix arboris eſt ſurſum ex natura rei: & deorſum reſpectu ſitus elementaris. Corollariũ ſecundũ: habens ſitũ ex natura rei quocunq; moueatur non mutat: vt quomodocũq; voluatur homo, caput eſt ſurſum, & pedes deorſum. Corollarium tertiũ: ſurſum & deorſum nutritiõi, dextrũ & ſiniſtrũ motui locali ante & retro ſenſationi conueniunt.

Nota. II. Q. vt cõmodius loquamur & diſtinctius, ponemus ſex puncta in cœlo. ſ. polorum: ortus & occaſus meridiei & mediæ noctis a. ortus. b. occaſus. c. arcticus. d. antarctic⁹. e. meridies. f. media nox ſeu angul⁹ terrę & noctis: aſtrologi autẽ quatuor angulos aliter figurãt in eorꝫ erectionib⁹: tũc dicimus aliter ſumi lõgitudinẽ cœli, quo ad quantitatẽ/aliter q̃ ad motum: vnde a polo ad polum attẽdit lõgitudo quãtitatis cœli: & ab oriente in occidentẽ attẽdit latitudo quãtitatis cœli. Cõtra vero latitudo motus cœli ſumitur verſus polos: & longitudo ex oriente vñ etiã ptolome⁹ li. 1. Coſmographiæ, latitudinis gradus ab æquinoctiali ad polos, longitudinis ab occidua terrã in orientẽ colligit: at hæc ex ſcd̃a pte epitomatis aſtronomici noſtri petẽda ſunt. ¶ Hoc quoq; non ignorandũ ſummitatẽ a vulgaribus cœlo attribui q̃ ad nos: ſic & infernã: nã ſolẽ in meridie dicim⁹ eſſe ſurſum in ſummo: rurſus media nocte in imo ſeu infimo: quem morem vulgariũ poetę ſequunt vt Verg. canit. 1. æneid. — Ptolomeus Virgil.





Et iam finis erat, cũ Iupiter ęthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolũ, terraſq; iacentes
Littoraq;, & latos populos, ſic vertice cœli
Conſtitit, & lybię defixit lumina regnis.

Nota. III. Aduerſantes eſſe ſuper quæſito ſnĩas: Prima eſt Platonis, negãtis illas differẽtias in cœlo ex natura rei, orbicularitatis rõne: quoniam natura cœli ſit vniformis: reperiantur tamen quo ad nos, q̃ ſuperna dicamus, quæ ſunt ſupra caput ſurrecta: inferna dicimus: quæ pedibus ſubijciuntur: ſic & antica poſticaq; in cœlo reperiuntur — Plato

quo ad nos. ¶ Alij attribuunt cœlo moto has differentias ex natura rei. Pythagoras quidem polū arcticum ſurſum dixit, antarcticum deorſum: quoniam ad ſeptentrionem plures viſuntur ſtellæ & ſtellarum imagines, q̄ ad auſtrum: vt in tabellis duab⁹ ad oculū cernit, i qb⁹ imagines auſtrales & ſeptētrionales faberrime depictæ ſunt & exaratæ cū ſtellarū numero & ſitu: nuper mihi a Germano Apelle (harū tabularum cum Stabio noſtro opifice) Alberto Durer Norinbergenſi dono miſſis, & a fratre noſtro D. Chriſtophoro ſtheurlin Norinbergenſi, patriæ aduocato mihi preſentatis: at hæc alibi quęrito.

Pythag.

Ioſ. Sta.

Albertus durer

Chriſtophorus ſtheurlin

¶ Porro Ariſto. & peripatetici omnes ferme in cœlo ponunt differentias ex natura rei: ponunt em̄ dextrum in oriente: ſiniſtrum in occidente: ſurſum in polo antarctico: deorſum in polo arctico ante verſus auſtrum & meridiem, retro ad angulum noctis: quæ partes non ſolum quo ad nos, ſed & vi naturæ diſtinguuntur, ſecundum rōnes arti. 4. adducendas. At iuniores vt opinionem alioquin hiſpidam magis deplanent, ponunt duplex oriens (nam in oriente eſt totum fundamentum Ariſto. ex quo incipiat motus) Eſt em̄ vnus oriens reſpectiuus, qui variatur ad variationem orizontium: vt vides per. 2. epitomatis noſtri aſtronomici. Et de illo vere ait Sco. li. 2. diſtin. 2. q. 5. Si cœlum ponatur mobile, nullus punctus in cœlo eſt magis oriens q̄ alias: quia quilibet ſucceſſiue oritur: & melius diſtinctio. 43. quarti. q. 5. ibi ait. punctus qui in vno orizonte eſt punctus mediȩ noctis, in hemiſpherio oppoſito eſt punctus meridiei. ¶ Aliud dicūt eſt oriēs verus, quē Saxo dicit accipi ex ciuitate Arim: nā penes orizontem illius ciuitatis ſumatur oriēs & occidēs; vnde imaginari⁹ atlas eorum corpore tranſit per ciuitatē Arim, manum porrigit dextram in orientem, ſiniſtram in occaſum, facie meridianum eius ciuitatis intueatur, dorſum ad angulum noctis vertat Nam oriens ab illa ciuitate ſumptus nobiliorem habet influentiam q̄ in alijs.

Ariſto.

Scotus

Saxo



Nota IIII. Q uis hęc Ariſto. & ſuorū interp̄tū ſententia cōmunis ſit: & quæ adhuc vno colore per expoſitores quos ego viderim, non tacto: poſſet a calumnijs omnibus defenſari: at quia tertiam opinionem iam enarrandam, veritati ęquabiliorem puto: ideo ne quicquam ei incommodem, alijs pręteritis ad illam declarandam deſcēdo: quę ſummatim vult: primo differentias poſitionum cœli mobilis non eſſe ex natura rei. Secundo, q̄ bene ſint ibi reſpectiue, & quo ad nos vtiq; variabiliter ſecundum diuerſos orizōtes. Tertio in cœlo mobili ſunt etiam differentiæ poſitionum immobiles, & continuo perſeuerantes. Quarto, q̄ illæ differentiæ neceſſario ſumuntur ab aliquo immobili. Quinto q̄ illē immobile eſt cœlum empyrrheum, cœlum theologorum. Sexto, q̄ cœlum empyrrheum habet differentias poſitionum ex natura rei diſtinctas: puta imaginetur talis Atlas, ſicut dixerunt: in cœlo empyrrheo: qui extendat manum dextram ad eam partem cœli: cuius meridianus tranſit per zenith aureę Cherſoneſi & indiæ: aut taprobanæ &c̄. vbi clementiam cœli experimur in macrobijs. i. hominibus longioris vitæ, in rebus aromaticis & thuriferis, in gēmis, auro, herbis & fructibus &c̄. quorū oīm maxima copia ibi habetur: & ſecundum hanc reſpondetur ad q.

Ariſto.

Pro Tho. argen̄. li. 2. diſ. 14 S. Tho. cōtra diſ. 2. q. 2. art. 3. li. 2

Articulus. II.

Cōcluſio In cœlo mobili differentiæ poſitionum non diſtinguūtur ex natura rei. Probatur primo: quia tres differentiæ accipiuntur ex motibus ſed iſti motus non poſſunt eo modo hic haberi: non enim nutritur cœlum / quo ad ſurſum: nec ſentit quo ad ante: bene fertur localiter: ſed non prius incipit motum ab vna parte q̄ a toto: cum totum ſimul moueatur. ¶ Confirmatur, vnde dicis antarcticum eſſe nobiliorem, vel ex motu poli ſunt immobiles: imagines & ſtellæ plures ſunt in auſtro: ſi ſeptentrione ſecundum communem: verum q̄ Americus Veſputius in tertia nauigatione ad regē Luſitaniæ ſcribit, ſe nauigaſſe verſus auſtrum: q̄ polus antarcticus fuerit eleuatus ad. xxxij. gradus: vbi multo plures viderit ſtellas, multoq; maiores ac lucidiores, q̄ ſint ſtellę noſtri poli: at hoc pro Ariſtotele.

Empedocles dextrū dedit ſiniſtrū ſeptētrioni autore Plutarcho

Veſpuci⁹

¶ Alia incedamus via: nobilitas non arguit vnā partem eſſe ſurſum / ex natura rei: patet in animalibus: ſecūdo, quia alias cor eſſet ſurſum & caput deorſum, quia eo ignobili⁹. ¶ Præterea accipio partem quam ex natura rei dicis dextram, quæ quia mobilis aſcendit per meridiem in occidentem & ſic erit leua. Et cum omnes partes ęquinoctialis in xxiiij. horis fiant aſcendentes ſeu orientes, dubium relinquitur: quę pars illarum ſit oriens: an. ♈. aut. ♉. ſeu. ♊. vel. ♋. &c̄. ¶ Porro ſi eſſet dextrum ex natura rei in cœlo mobili: tunc virtutē influxiuam ſecum deferret per motum in meridiē & occidentem: q̄ experientia non admittit, & ipſi ingenue fatentur. Quare non videtur motum magis incipere ab vna parte q̄ alia. ¶ Addamus & hoc, cœlum ſic moueri ad partem ignobiliorē quia capio piſces: fuerunt hodie in ortu: & ita in parte nobili: a qua tranſierunt ad occidentem minus nobilem: & modo mouentur ad partem adhuc ignobiliorem: quia cum ſit prope. xij. mouentur ad angulum noctis: quare piſces non progredi ſed more cancri retroirent ad ignobiliorem partem.

¶ Nec hoc obmittamus exquirere: quis eſſet meridies ille Atlantis aſpectu commendabilis: cum ſecūdm grad⁹ lōgitudinis ſemp meridiani mutentur: q̄ ſi meridianum ciuitatis Arim fabularis in

facile concedam:quoniam eſt voluntarie dictum quare eadem facilitate contemnitur/ qua probatur. Præterea non compertum habeo de illa tua ciuitate/vt arbitror ficticia: Ptolomeus nullibi eiꝰ meminit: bene reperio Ariam in Aſia : & iterum remote ab ęquinoctio/& in aphrica armeiam.

Prolomeus

Concluſio.II. In cœlo empyrrheo analogice poſſumus dicere, reperiri ſex differentias poſitionum ex natura rei: & hoc ex diuerſitate influentię eius: vt notabili.iiij.diximus: diximus analogice quia propriæ ſolum reperiūtur in animatis per rationem Ariſto.in textu:ſed cœlum proprie nō eſt animatum/ſed intelligentiam habet aſſiſtentem, ergo.

Articulus.III.

Dubium.I. An cœlum moueatur cum fatigatione.

Definitio

Pręmit.I. Q, fatigatio eſt diminutio potentiæ actiuæ cognitiuæ propter diuturnam eius actionē per quietem reſtaurabilis. Corolla. Nulla virtus infinita fatigatur:patet quia non diminuitur. Corolla. Materia eſt infatigabilis:patet quia non eſt potentia actiua. Coroll. Ignis comburendo non fatigatur:quia eſt potentia mere naturalis:ſic nec homo ſenio deficiens:ſed labore deficiens eſt fatigatus.

Pręmit.II. Q, fatigatio cauſatur propter emiſſionem plurium ſpirituum/vnde principium illorum ſ. calor naturalis debilitatur:nam ſpiritus illi & humores membra ad laborem diſponentia corrumpuntur: & ſic corpus dicitur fatigari, vſq; quo reſtauretur per quietem. ¶ Adde q aliqua dicuntur fatigari per accidens vt intellectus & ſenſus.

Reſpōdetur Cœlū moueri ſine fatigio.probatur: quia non habet tales ſpiritus & humores ratione quorū virtus eius fatigaretur. Et cum nihil reſiſtit motui cœli/ſed ſola determinatio intelligentiæ volentis ipſum mouere tali & tanta celeritate. Nota q vnum cœlum tardius mouetur alio rō eſt: quia mouenē a diuerſis cauſis: & ſecūdo ꝓpter diuerſitatem motuum/& non propter fatigium.

Articulus.IIII.

Ratio.I. Si in cœlo non eſſent differentiæ poſitionum ex natura rei diſtinctę nō eſſet ratio : quare cœlum magis moueretur ad vnam partem q̄ ad aliam:non em̄ datur ratio ex parte noſtra/nec ex parte terræ:ergo ex parte poſitionum cœli. ¶ Cōfirmatur, quia lapis ex eo q non habet differētes poſitiones ex natura rei:ideo quaq; verſum mouetur:cœlum autē non ſic:ergo habet differentes poſitiones.

II. In magnete eſt diſtinctio ex natura rei differentiarum poſitionum : & talis diſtinctio ineſt ei ex cœlo:ergo in cœlo cauſante eſt prior talis differentia. Probatur totum aſſumptum:quia ea pars magnetis in terra iacentis/quæ reſpicit meridiem attrahit ferrum: altera vero pars alterius lateri reſpiciens ſeptentrionem fugit ferrum: vide hic diuerſos ſitus ex natura rei a cœlo cauſatos: & refert Saxo de quodam tractatu de magnete/ quem nō vidi: in quo aſſeritur : ſi fieret ſphęra de magnete: & diſpoſiti eſſent poli eius ad polos mundi: tunc moueretur motu diurno ſicut cœlum.

Saxo

III. Ibi eſt dextrum/vbi eſt principium motus ex natura rei:ſed tale eſt in oriente: vt dicit Ariſto. in textu:ergo. Confirmatur, quia differentiæ poſitionum ibi diſtinguuntur ex natura rei / vbi eſt alia & alia vis naturalis mouēs: ſed ſic eſt in partibus cœli. Patet quia Genethliaci aliam virtutē tribuunt Ioui aſcendenti, vel meridiano, aut occidenti:ita de alijs ſtellis. Et liquet ex effectu : quia racemi recipientes radios orientales ſicut Alſatici ſunt dulciores/q̄ recipientes ſolem occiduum: vt ſunt Briſgoici.

IIII. Omis virtus naturalis eſt fatigabilis, de ſomno & vigilia. Cœlum eſt virtus naturalis:ergo fatigabilis. Confirmatur, quia in cœlo eſt reſiſtentia:ergo fatigium. Antecedens probatur primo: quia niſi eſſet reſiſtentia moueretur in inſtanti. Secundo quia ibi ſunt contrarij motus .ſ. diurnus & planetarum.

VI.Sed opponitur.Cũ aliquid augetur, eius quælibet pars augetur: & omẽ ꝙ augetur, augetur aliquo corporeo vel incorporeo:ſed non augetur aliquo incorporeo, quia materiã ſeparatã eſſe a magnitudinę eſt impoſſibile: nec aliquo corporeo, quoniam ſic duo corpora eſſent in eodem loco.ſ. augens & auctum.

VII.Illam obiectionẽ inſufficienter ſoluerunt antiqui:ꝙ auctio fieret ſine extrinſeco addito: ſicut quando ex aqua fit aer, fit maior moles aeris. Patet, quia ibi non eſt auctio, ſed generatio. Secundo quia oportet illud ꝙ augetur ꝑmanere & quãlibet partem:ipſi autem corrumpunt auctum. Tertio quia tria ſunt in auctiõe: primo ꝙ q̃libet pars augeatur. Secũdo vt aliquid adueniat. Tertio vt idẽ auctũ maneat:ſed illud tertiũ non euenit in generatione. Quarto addit in augmentatione magnitudinem non manere eandem:ſi autem reſpondeatur cum antiquis contrarium oĩm hominum euenit.

VIII.Quid augetur an additum, vel cui fit additio aut vtrunqꝫ: Reſpondetur ꝙ non adueniens, ſed corpꝰ cui aduenit augetur.Probatur, quia ſubſtantia illius manet, ſed ſubſtantia cibi non. Secundo quia ipſum pręd ominatur aduenienti. Tertio a ſimili in vino quod augetur apposita aqua. Quarto quia ſic eſt in alteratione, quia quod manet dicitur alteratum, non quod tranſit.

IX.Duplex eſt alterans in auctione .ſ. paſſum & non paſſum. Non paſſum vt anĩa mouens:paſſum vt cibus, qui adueniens alteratur: ſed alteratus dein corrumpitur.

X.Sex ſunt conditiones auctionis. Prima ꝙ auctum remanet idem.Secunda auctio fit aliquo adueniente. Tertia aucti quælibet pars augeť.Quarta neqꝫ propter hoc vacuum ponatur. Quinta neqꝫ penetratio corporum.Sexta neqꝫ fit auctio aliquo incorporeo adueniente.

XI.Cum diſſimilaria augeantur: & partes eorum ſint duplices, quælibet pars augetur ſecundũ ſpeciem, non ſecundum materiã:ratio huius eſt: quia auctum debet manere idem: partes materiales nõ manẽt, ſed fluunt:formales vero manent ergo: declarat exemplo in aqua.Secundo declarat in etherogeneis. vt cum manus augetur ſecundum ſpeciẽ & non ſecundum materiam.

XII.Auctum fit maius aduentu cibi contrarij, qui in eandem ſpeciem conuertitur cum aucto: & ita eſt partim ſimile.ſ.poſt alterationẽ: partim diſſimile añ alterationẽ ſiſe ĩ fine: diſſimile ĩ pricipio

XIII.Cibus talis eſt potentia, quale auctũ eſt actu:patet quia cibus ille non fit per ſe:cum eſſet iã generatio:ſed fit ĩ aucto nam ꝙ patitur a cibo augetur, ſicut eſt in vino, & in igne.

XIIII. Animal vniuerſale non augetur, ſicut non generatur, ſed caro, os &c̄. augētur: vnde caro vt caro nutrit, ſed vt quanta auget: differunt em̄ ratione nutrimentum & augmentum: quia animal nutritur ꝙ diu viuit, ſed non tam diu augetur.

XV. Forma membri aucti eſt velut ſine materia quando agit in cibum: ſed quando patitur ab eo eſt velut in materia: nam ipſa a cibo reagente debilitata: tandem non poteſt augere, ſed minuere.

Annotatio in textum

11. Similaria dicit, quę gręce homogenea dicũtur .i. ſimilis rationis partes habentes, vt quęq; pars aquæ eſt aqua: ſic de lapide: & intellige de integrali: diſſimilaria ſunt quæ heterogenea appellantur, quoniam partes diſſimiles ſunt, vt hoīs oculus & cor, arboris radix & ramus &c̄.

Alexãder

12. Hic Auer. ait contra Alexandrum: primus magiſter nihil dixit ſine forti ratione: nam hic ſolus philoſophatus eſt cum ratione ſenſata, eximia Ariſtotelis laus.

Q.II.

An auctio ſit generatio?

Articulus. I.

Nota. I. Augmentationem biuariam accipi. Primo pro maioratione: ſic ignis dicitur augeri, & aceruus granorꝝ, & illa fit per iuxta poſitionem: hoc modo etiã tribuitur qualitatibus ait G.Ochã diſt. 17.q.4. primi. Secundo proprie: & poteſt ſic finiri. Augmentatio eſt partialis adgeneratio formæ ſubſtantialis viui, facta ex nutrimento mediãte calore naturali, maiori adgenito ꝙ fuerit deperditum, vt viuum debitam attingat quantitatem.

G.Ochã.

Ochã.di. 17.q.6.

Pro declaratione nota illata. 1. Augmentatio nõ eſt generatio ſimpliciter nec totalis, ſed partialis. Ariſto. ait auctione non fieri per ſe ſubſiſtens. 2. Homo proprie non augmentatur: patet quia nulla noua pars formæ adgeneratur: ſed anima prior incipit replicatiue eſſe in materia adgenita. 3. Habes terminum auctionis abſolutum .ſ. partialem formã ſubſtantialem. 4. Explicat differentię obiectum, auctionis .ſ. nutrimentum. 5. Cauſam: nam principalis eſt forma viui, ſed inſtrumentalis eſt calor naturalis viui. 6. Differentia exprimitur auctionis ad nutritionem & diminutionem. Nam ĩ vniuerſum & generaliter dicitur vnum nutriri, ꝙ diu reſtaurat per cibũ deperdita at ſi plus acquiritur, ꝙ fuerit deperditum: dicitur auctio, vt ĩ puero: ſi minus dicitur diminutio, vt in ſene & decrepito: ſi ęquale, tunc dicitur nutriri in ęquali conſiſtentia, vt in iuuene. 33. an. 7. finis & completiuꝰ terminus auctionis, non eſt forma partialis abſoluta: ſed vt viuẽs debitam .ſ. ſpeciei & indiuiduo attingat quantitatem: nam omnium natura conſtantium, determinata eſt quãtitas. ❡ Vnde quinꝗ mutationes concurrunt ad auctionem .ſ. latio cibi ad animatum, alteratio cibi, corruptio cibi alterati, generatio partialis formæ in naturalibus, & nutritio, hoc eſt deperditi reſtauratio.

Nota. II. Quia calor naturalis eſt quietis impatiens, continue agit in corpus viuentis nonnullas partes conſumendo, & poros ſub cute vaporibus ſeu ſubtilibus corporibus replendo: vnde & hi pori ad hoc vtiles ſunt: vt per eos ſudor, & alia excrementicia tertiæ digeſtionis expellantur, vt ſcabies pili ſanies &c̄. cuius ſignum eſt, homine habẽte mundas manus dum it cubitum, mane ſurgens reperit immundiciem ſeu pinguedinem in manibus. ❡ Fiunt autem plures pori ĩ vna parte ꝙ alia quoniam calor in vno membro reperit maiorem reſiſtentiam ꝙ in alio. ❡ Pori autem non ſunt vacui, ſed vt diximus corporibus ſubtilibus replentur, in aduentu nutrimenti cedentibus. ❡ Sed antequam modum augmentationis enarremus, præſtat modum digeſtionũ & numerum referre: præter em̄ dentium maſticationem ponuntur tres digeſtiones. Prima fit in ſtomacho ad quem cibus traijcitur ab ore per meri: vbi facta digeſtione & decoctione impurum diuiſum a puro, expellitur p ſeceſſum: purum (ꝙ iam eſt vna maſſa alba, & kilus appellatur) autem decoctum vni magno inteſtino, quod duodenum dicunt, transmittitur: & ab illo per inteſtinum ieiunum & meſeraicas venas ad epar peruenit. ❡ In epate ſecunda fit digeſtio: vbi purum in maſſam rubeam decoquitur: & hæc in quatuor humores ſecernitur: nam calidum & ſiccum coleræ deſeruiens, partim ad ciſtam fellis, melancholiæ aptum ad ſplenem, flegmati congruens ad pulmonem deſtinatur: ſanguineum vero in epate remanet: & purum ſeparatur ab impuro: impurum per venam kilyn quæ ſpinæ adiacet ad renes deſcendit, per quos colatum ad veſicam per vritides veniens, demum virga eijcitur. ❡ Ab epate ſanguis genitus per venas maiores vſq; ad capillares ad ſingula membra diffunditur: in quibus denuo digeritur: & in ſecundarias humiditates conuertitur: vna earum prima dicitur, altera ros, tertia cambium, quarta glutẽ. Prima reſidet vt in plurimum ĩ poroſitatibus extremitatum paruarum venarum propinquarum ſimplicibus membris: ros vero quemadmodum ros per herbas diffunditur ſuper membra nutrienda: quibus venæ illæ accedunt: in quarum poroſitatibus extremalibus eſt prima humiditas. Cambium eſt iã imbibitum poris membrorꝝ ſimplicium, & in propinqua valde complexione ad formam illius mẽbri. Gluten iam quaſi cõtinuatum mẽbro cui aptabitur, & animationi proximum. Corollarium. Sẽper poſterior illarum humiditatum generatur ex priori, vt ſecũda ex prima, tertia ex ſecunda &c̄. Corollarium. Sẽper poſterior eſt vicinior aucto: liquet ex proceſſu. Hæc prælibaſſe ſufficiat philoſopho: quæ Saxo Marſilius Reiſchius, Chartuſ. pręceptor, Summerh. & alij hic prodidere: diſplicet em̄ mihi, quod aliqui tam lõge a principijs philoſophiæ recedentes, in medicinam ſe profunde immergunt. Recte agitur cum vnaquaq; arte, ſi inter limites ſuos continetur: & ad alias non niſi interpellata accedat, velut ſubſidiaria.

Adde. 10 Maioris diſt. 30. 4.5. ſcdi:

Reiſchius Sũmerh.

Nota. III. (Antequam modum augmentationis explicemus) plures potentias pręfatis actibus in-

ſeruire. Concurrit eñ attractiua, vi caloris alimẽtum conueniens cuilibet membro attrahens. Retentiua cibum vi ſiccitatis retinens donec digeratur. Digeſtiua vero retentum alterat & decoquit vi caloris: expulſiua digeſtum & impurum a puro ſegregatum expellit: incorporatiua alimẽtum cuilibet membro diſtribuit: aſſimilatiua cibũ aucto ſimilem efficit: vnitiua aſſimilatum partibus aucti vnit & continuat. ¶Et cũ de calore meminimus, hoc quoq; te non prętereat, Reiſchio præceptore in Margarita admonente, digeſtionem, diſſimilarium diſiunctionem: & ſimilarium coniunctionem, nõ fieri vi caloris ignei, ſed naturalis viuificatiui: cui aſſimilatur calor ſolis. ¶Adde duo quæ narratione ſuperiori, prę feſtinatiõe pręteriuimus: primum eſt ꝙ dum de diſcretione humorũ locuti ſumus, non intelleximus cum præciſione: quoniam nullus humor eſt omnino ſimplex & p̃ciſus: velut medici latius proſequuntur: ſecundum quod impurum in tertia digeſtione ſegregatum, partim redit ad epar, & per vias vrinę emittitur: & ex illa vrina medici diuinantur: & morborum cauſas agnoſcunt: nam prior tãto iudicio eſſet ineptum: partim impurum: illud ſudore reſoluitur ſaniẽ, pilis pẽnis & alijs vijs reſoluitur: ſi tñ purum fuerit ſuperfluũ ad vaſa ſeminalia mittit: & ſemẽ appellatur: de quo alibi.

Nota. IIII. Ex his facile liquet augmentationis modus: nam corpore phyſico plures habente poros ad capillares venas terminatos: & quãdo maior gluten ſeu cambium ſubintrauerit poros nutriendi, ꝙ ſit ipſa poroſitas: tunc ne fiat penetratio dimenſionum, oportet talem poroſam partem extendi: & ita pars ſubingrediens vnita mẽbro priori, facit ipſum maius: & ſic oſſa, nerui caro &c. augentur: & cum caloris ſit ſurſum moueri hinc eſt ꝙ membra pueri in longum porrigũtur & creſcũt & non in latum, ſicut natura ingeniauit: & ex dictis iam nutritionem & diminutionem agnoſcis. De humido radicali vide loco ordinario: vbi Ioannes Vrachius præceptor examinauit ſ. de lõg. & breui. vitæ. Adde ꝙ Aliaceñ. in tract. de anima duplicem poſuit digeſtionem in plãtis. ¶Hoc tamen ſcias cibum quo ad ſe violenter ſurſum moueri ab epate: qa tract⁹ fit cũ violẽtia: & ſicut magnes habet virtutem attractiuam: ſic quodlibet membrum, ꝙuis iſte motus ſit naturalis toti compoſito. Non refero dicentes augmentationem terminari: primo ad quantitatem accidens: quoniam illam opi. deſtruximus in. 1. phyſicarum acroaſum: acceleremus ad articulum reſponſiuum.

Ioã. Vrachius

Aliaceñ.

Articulus. II.

Cõcluſio Augmentatio bene eſt partialis generatio, ſeu generatio partialis formę ſubſtantialis: non tamen eſt generatio ſimpliciter: quia non eſt generatio per ſe ſubſiſtentis: ſed eius quod immittitur alteri: vt pars toti: poſſumus tamen dicere partem generari, & totum augmẽtari. Corolł. idẽ n̄ motus eſt generatio & augmẽtatio reſpectũ diuerſorum. ſ. partis & toti⁹: hoc dictum modo loquendi iuniorum plurimũ congruit: neſcio tamen ꝙ peripatetice ſit dictum.

Ochã. q. 6. tertij ſenten.

Articulus. III.

Dubium. I. An augmentatio ſit motus continuus?

Prę mit. I. Aliud eſſe loqui de continuitate motus propria, & de continuitate vulgari. Nam cõtinuitas proprie exigit vnitatem mobilis & diſpoſitionis ac temporis: & ꝙuis Marſil. arbitretur augmentationem non eſſe continuam: quia fiat ĩ diuerſis poris nõ cõtinuis, ſecundum diuerſas diſpoſitiones: hoc inquam non iuuat: quia ſufficit mobile principale eſſe vnum. ſ. animal quod augetur & quælibet pars eius: & ꝙ eodem cibo omĩa mẽbra nutriuntur & augẽtur: propterea iſta ratio parum proderit. Marſilius

Prę mit. II. Q₂ intentio dubitantium eſt, an puer quando incipit augeri, continuatur vſq; ad conſiſtentiam, quando deſinit augeri: Saxo Marſili⁹ & alij dicunt in imperfectis non ita continuari, vt pateat in dormitabũdis gliribus, ranis, plantis tẽpore hyemis non creſcentibus: itẽ de infirmis, qui aliquando diminuantur ante terminum auctionis: ſed ſi viuens perfectum fuerit ſanum, & ſufficiens nutrimentum ſibi apponatur: tunc continue nutritur & augetur vſq; ad conſiſtẽtiam abſq; interruptione temporis: at hoc eſſe contra Auer. 3. phyſico. Com. 6. vbi ait motus auctiõis: de initio ad finẽ componitur pluribus motib⁹ & quietib⁹. Saxo Auerro.

Prę mit. III. Supponendo aliqua. 1. Calor naturalis continue agit in humidum radicale, & etiam in corpus viuentis ipſum reſoluendo. Patet alioquin nutrimentum pro reſtauratione non eſſet neceſſarium: habet eñ ſe calor naturalis ad humidũ ſicut ignis ad oleum lampadis: de his de long. & breui. vitæ. 2. Ad huiuſmodi exſiccationem proderit aliquando medium extrinſecum. Patet in labore plus reſoluitur & exercitio, in hyeme de per accidens in animalibus in plantis in eſtate. 4. Animal ad ſuos actus exercendos indiget ſpiritibus: patet quia ligando membra & impediendo ſpiritus illud membrum amplius nequit operari, ſed tremit. Quarto ſpiritus illi cõtinuo generantur & reſoluũtur, tã ex humido radicali ꝙ cibali. Quinto viuens non poteſt conſiſtere omnino abſq; humido radicali. Non curo hic Monachum qui in ethico dicit nihil eſſe caloris naturalis: ſed bene calorem igneum & febrilem: ad medicos mittimus hanc controuerſiam. 6. Nutrimentum venit in locum reſoluti. 7. Sequitur viuens perfectum nõ durare per notabile tempus abſq; nutritione: niſi eẽt aliquid reſolutionis impeditiuum, vt de vrſis ſiluestribus dicitur. 8. Quia caro adgenita ſemp eſt impurior: ideo demum non ſufficit alterare: ſicut in vino ſi ſemper aqua imponatur. De ſpiritibus ĩ fine tertij de anima Sco. diſt. 44. quarti q. 2.

Reſpondetur Augmẽtationẽ non eſſe vnũ motum cõtinuum, nec nutritionẽ ꝙuis aĩal perfectum nõ impeditũ citra cõſiſtentiam non diu interrũpat augmentationẽ: ſicut citra mortem viuens

ſemper nutritur: ſic ꝗ notabili tempore non perdurat abſq; nutrimẽto. Illud probatur per Ariſt. in textu & Auerro. & ſuppoſitiones pręmiſſo.iij. adductas.

Dubium.II. An aucto viuo quęlibet pars augeatur?

Saxo Marſilius
Pręmit.I. Sax. Marſili. & alios hic diſtinguere de parte poroſa & non poroſa: diſtinguere item de auctione, quod vna fiat per intus ſuſceptionẽ altera per iuxta poſitionem: modo dicunt. 1. pars non poroſa non augetur primo: patet quia nihil intus ſuſcipit. 2. pars poroſa augetur ꝓprie: quia intus ſuſcipit cibum & gluten maius. 3. pars nõ poroſa augetur improprie per iuxta poſitionem.

Pręmit.II. Q. iſta ſententia vt iacet poſſet forte calumniari: at benigniter interpretando ſic poteſt vera fieri. Vnde ſcias triplicem eſſe iuxta poſitionem: vna eſt quantitatiua, ſicut arca augetur ꝑ iuxta poſitionem lignorum: alia eſt alteratiua: vt ſi corpus calidius ponatur iuxta calidum. Tertia eſt generatiua: vt dum ſurculus ſurculo iuxta ponitur & adgeneratur: nunc ſi pars poroſa ſuſcipit in ſe gluten maius & ſic extenditur: ſi fuerit pars ſolida, tunc ei adgeneratur gluten: & ſimili forma ei coniungitur & vnitur: puta os quia eſt ſolidũ & ſine poris: ideo nutrimentum non ſuſcipit intra ſe: ſed ei extrinſecus apponitur: & ita ei vnitur cõtinue, & fit os. ¶Verum hoc vltimũ ſit pro defenſione illorum, non ex intentione explicatum: quoniam & oſſa & cartilagines & carnes &c. dicim⁹ omnia poroſa.

Ariſto.
Pręmit.III. Quia prior declaratio etſi vulgaris tamen non videtur peripatetica: cum Ariſto. voluerit omnem partem aucti augeri: ideo aduerte partes hic accipi non quaſlibet particulas aut portiones, ſed partes integrales maiuſculas & alicui⁹ nominis: quas Ariſto. vocat ſignum ſenſatum: vt ſi os acceperis cruris tibiarꝫ digitorũ cranei &c. muſculos, cartilagines, carnẽ &c, quodlibet horꝫ augetur. Non ergo loquitur Ariſto. de partib⁹ ꝓportionalibus, aut eſſentialibus, aut quibuſq; modis: ſed de illis omĩbus membris, vt ita loquar diſectis.

Pręmit.IIII. In ſignum affirmatę partis nos videmus partes etherogeneas, poſtꝗ auctę fuerint manere in eadem proportione: propterea omnes partes ęque augentur in proportione: ꝗuis nõ in quantitate: niſi ex accidenti oppoſitum eueniret: vt hoc variam contingere poſſet: primo ſi pori eſſent opilati, vt patet in contractis & linieticis. Secũdo propter vicinitatem, quia homines plus impinguantur in ventre ꝗ alijs locis: quia venter eſt in propinquiori loco digeſtionũ. Tertio propter finem: nam multum coiens plurimum de nutrimẽto mitteret ad vaſa ſeminaria: & ſic alijs mẽbris neceſſarium ſubtraheretur: & hæc eſt etiam vna cauſa: cur pernicioſus eſt coitus, ſanitatis corruptiuus, oĩm membrorum debilitatiuus, & vitę abbreuiatiuus. Quarto propter inęqualitatem caloris: quia in viris latiora ſunt pectora: nam fortior calor attrahit cibum ad ſuperiora: ĩ femellis contra vbi calor debilior, cibum in inferis ſinit: quare podices habent, & nates maiores viris.

Reſpondetur Aucto viuo ſano & non mõſtruoſo, quęlibet pars integralis notabilis ſecreta & ſana, non impedita: ſi nutrimentum eſt ſufficiens augetur: probatur, quia poſita cauſa ſufficienti, ponitur effectus. ĩ omnib⁹ ęqualiter diſpoſitis.

Dubium.III. An auctio fiat ſecundum materiam, vel ſecundum ſpeciem?

Pręmit.I. Auerro. hic diu laboraſſe contra Alexandrum, qui hanc Ariſto. ſententiam non demõſtratam credidit: ſed poſſe dici partes materiales augeri: ſunt plures alię ſententię, & opiniones pugnantes. 1 aliqui per partes formales capiunt partes poroſas, per materiales non poroſas. ¶Hi aduerſantur Ariſto. quia ideo Ariſto. dixit partes ſecundum ſpeciem augeri, quia manent: pręterea porus nihil ponit: quomodo pars illa poſſet dici formalis. Auerro. G.Ochã.

¶Auer. per partes formales intellexit partes animę, quæ ſunt in partibus materię: per materiales intelligit partes materiæ: quæ ſunt ſub partibus formæ. Hæc in ſe poſſet eſſe vera: tamen nõ eſt ad intentionem Ariſto. & diſcrepat omnibus numeris ab eo: quoniam non dicit Ariſto. partem formalem, quæ agit: ſed quæ patitur auctionem: & non videtur, quomodo nutrimento vnitiue viuens augeatur, niſi ex parte materiæ. Albertus videtur eo declinare, ꝗ partes ſecundum ſpeciem, ſint humidi radicalis, ſecundum materiam humidi cibalis. G.Ocham.q.11.quarti dicit partes formales eſſe quibus competat agere: materiales quibus non competat agere: hęc omnia non faciũt ad rombum, vt Ariſto. voluit: ideo aliter ad mentem Ariſto. Auerro. Albertus G.Ochã.

Reſpondetur Ad dubium: auctionem fieri per partes ſecundum ſpeciem, & non ſecundum materiam, in hunc ſenſum: quia in aucto membra retinent ſimilem figuram, ſitum, diſpoſitionem ſecundum ſucceſſionem: ſed materia ex quibus ſunt mẽbra: quia continue fluunt & deperduntur: ideo ſecundum eos aliquid non dicitur augeri: accipe ſimile: igne accenſo, & continue appoſitis lignis manet idem ignis ſecundum ſpeciem, ſed non ſecundum materiam: quia iam apponis illa ligna: mox alia: ita eſt in auctione, manus infantis fixã habet ſpeciem & figuram, quę remanet per ſucceſſionem: licet auctior: & ꝗuis materia cõtinuo in ea fluat & reſoluatur: vt forte iam parum aut nihil habeam de materia manus meæ: quam habui ante. 31. annos: quare non ſecundum materiã ſed ſecundum formam ſeu ſpeciem Ariſto. dixit fieri auctionem. Non tamen aſpernamur ſententiam ſcoticam: ſentientis partem formalem eſſe eam: quæ potens eſt conuertere cibum in ſui naturam: quæ vero non eſſet tantę virtutis. materialẽ eſſe: at prior ſententia Ariſt. dictis eſt cõſonãtior. Scotus diſti. 44. quarti q.2.

Dubium.IIII.An auctum maneat idem ante & poſt auctionem.

Premit.I.Idemptitatis tres eſſe modos. Prim⁹ eſt proprijſſimus, quo aliquid manet inuariatum ſubſtantialiter: ſicut dicimus angelus coelũ &c̃. vere dixit Heraclitus: eũdem equũ non intrare bis fluuiũ: qm̃ nõ maneret idem. Secundus eſt quãdo principalior ei⁹ pars manet eadem: ſicut hõ ſemp dicit manere idẽ: quia anima manet eadẽ: vnde etiã ſi nutrito carnib⁹ humanis de⁹ daret aliud corpus in reſurrectione: adhuc eſſet idem hõ: propter eandem aĩam G.Ochã.q.11.quarti. at hec vltra crepidã. Tertius eſt quãdo partes ſuccedũt continue ſibi inuicẽ in ſimili ſitu, figura & ordine: ſicut Danubiũ dicimus eſſe eũdem, qui fuit ante c. annos: ſic dicimus eandem eſſe Rẽp. Auguſtę, q̃ fuit ante.50.annos: qm̃ licet ſinguli a cõitatis regimine per mortẽ: alij tñ cõſimili ordie ſuccedũt: ideo dicunt manere in eadẽ Rep. cũ maneãt, ſimilia officia &c̃. Et q̃q̃ Rob.Holcot.q.15.determinationum, obſtinatiſſime cõtendat, nõ manere eũdem hoiem in principio & fine: tñ qm̃ illud videt primo obtutu abſurdum: ideo ad cõem ſententiam

Heraclit⁹ | G.Ochã | Holcot

Reſpondetur Ad dubium q̃uis nullũm auctum maneat idem ante & poſt auctionẽ in numero proprijſſima idemptitate: manet tñ idem ſecundo & tertio modis: hoc ꝓbatur per Ariſto. in textu & per articulũ parrhiſ. dicere hoiem p nutritionẽ poſſe fieri aliũ numeraliter & ĩ diuidualiter error, Rationes non adduco: nã plures ſunt obuię quia nullus peccator egeret penitẽtia: qm̃ p ſolam augmentationẽ non eſſet ille qui peccaſſet: hoc in Theologia. Null⁹ fur poſt augmẽtationẽ eſſet ſuſpẽdendus: qm̃ nõ eſt ille idẽ qui furtũ feciſſet. In policia Ioãnes nõ eſſet nomen propriũ: quia ſignificaret plura indiuidua: itẽ fili⁹ poſſet ducere matrem in vxorem: quia nõ eſſet idem hõ qui fuiſſet filius: ꝙ ſi adhuc eſt filius, vna mater vnico partu cẽtum genuit filios, immo infinitos. Solutiões q̃s dat Holcot vbi ſupra ſunt ſophiſtice: ideo nõ curo eas: ſufficit me ſemel baptizatũ: & ille idẽ ſum qui baptizatus, confirmatus &c̃.

Holcot

Articulus.IIII.

Rõ.I. Ignis appoſitione cõbuſtibiliũ augetur: & nouus ignis generatur: ergo illa auctio eſt generatio. Confirmatur in augmentatione eſt corruptio ſimpliciter, ergo & gñatio: tenet illatio: quia generatio vnius eſt corruptio alterius: itẽ eſt ad ſubſtantiam, ergo eſt generatio: tenet cõſequentia qa motus diſtinguuntur penes terminos ad quos.

II. Si augmentatio eſſet motus continuus: iã differentia ab Ariſto. aſſignata eſſet inanũ: qua nutritionem continuã ponit toto tẽpore vitę, non aũt augmentationẽ. Pręterea augmentatio nõ eſt iter cõtraria: quare videtur ꝙ nõ ſit motus. ¶Confirmatur quia nutritio non eſt continua: ergo nec augmentatio: nam augmẽtatio nõ eſt ſine nutritione Antecedẽs patet, quia ſi cõtinue nutriret, nũq̃ fameſceret: ꝑuenit em̃ fames ex appetitu nutrimẽti

III. Nõ quęlibet pars aucti auget. Probat primo quia nõ quęlibet pars nutrit: ergo nõ quęlibet augetur: nam auctio nutricationẽ ĩcludit: antecedẽs probatur quia ſolum nutritur deperditũ ꝙ reſtauratur: ſed nõ quęlibet pars aliq̃d deperdit. Porro in auctione aliqua pars interdum diminuit, vt poꝛte paralytica: ergo nõ augetur. ¶Confirmatur qa cũ ſint infinitæ partes aucti, neceſſe eſſet cibum in infinitas partes ſecari: immo omẽ auctũ fieret duplum ſeu duplę magnitudinis: ſi cuilibet parti cibus accreſceret: nam oporteret cibum porrigi in longum latum & profundum membroꝝ. ¶Præterea pars quę prę̃fuit non augetur, nec quę addit nec aggregatũ, qm̃ non p̃fuit: ergo nihil augetur.

IIII. Non manet idem añ & poſt augmentatiõẽ. Probatur primo, quia totũ eſt ſuę partes. 1.phyſ. ſed nõ ſunt eędem partes ante & poſt auctionem: ergo nec idem totum. ¶Cõfirmatur.1.quia ſicut per euaporationem reſoluitur materia ĩ poris: ita & forma partialis corrumpitur: ergo ſtaret Bucephali partes principales omnes fore reſolutas per ſucceſſionem.25.annoꝝ: & adhuc veriſimilius eſt argumentum de lõgeuis, vt ceruo cornice phœnice &c̃. ¶Si dicis eſſe eaſdem partes per ſucceſſionem: cõtra tũc ſequeretur magnum abſurdum: ꝙ corruptibile eſſet ꝑpetuum apud Ariſto. Probat ſequela: quia Rhenus eſt corruptibilis: & tamen ſic eſſet perpetuus per ſucceſſionem.

Reſpondetur Ad primã: ignem augeri improprie, nõ proprie: qm̃ ſic auctio ſolis viuis conuenit: ad cõfirmationem diximus dubio q. primę cõtingit totalem formam corrũpi, & ſolum partialem generari. Ad aliam dico ꝙ eſt ad ſubſtantiam partialem: generatio ad totalem: item finis eius nõ eſt ſub ratione ſubſtantiæ, ſed ſub ratione maioris quantitatis.

Ad.II. Negando ſequelam: & ratio eſt quia nutritio eſt neceſſaria tota vita, ſed augmentatio vſ ꝙ ad conſiſtẽtiam, & ad illum terminum eſt motus continuus, vt in dubio. Ad annexum dico ꝙ eſt inter cõtraria large, quia inter diſtãtes terminos. ſ. paruum & magnum. ¶Confirmationẽ admittimus: quia non eſt talis continuitas indiuidua q̃uis vitare poſſemus argumentũ: dicendo ꝙ in ꝓbatione aſſumitur defectus nutrimenti: qui in reſponſo excluditur.

Ad.III. Negando antecedens: ad probationem dico ſolum deperditum reſtaurari, ſed non ſolum nutriri: ſed totum membrum, immo totum viuũ dicitur nutriri dum calor habet, in quod agat. Annexum aſſumit membrum infirmum: reſponſum dedimus de ſanis. ¶Ad cõfirmationem fateor eẽ infinitas partes proportionales: at de his non eſt ſermo. Annexi ſequelam negamus: quoniam non quælibet pars ad longum latũ &c̃. ſecundũ omẽs partes augetur: ſed vno cibo maiori adgenerato mox mẽbrũ fit mai⁹ quaſi dilatatiue ſeu expreſſiue: quare accedens non oportet eſſe tantũ, quantũ p̃fuit. ¶Annexum nihil conuincit: quoniã dico illud quod p̃fuit factũ maius: nam pars p̃exiſtens

dum conuertit in ſui naturam plus q̄ perdiderit, efficitur maior: verius dices totū eſſe auctū, quod iam ſit maius q̄ prius.

Ad.IIII. Diſtinguendo minorē, vel ꝙ non maneant eędem omnes ſic concedat, vel principales: & ſic negetur: at ſufficit pricipales partes manere. ¶Ad confirmationem dicas cōcedendo de pluribus, ſed non de omnibus, & maxime principalibus. ſ. corde, epate, cerebro &c̄. Et hæc eſt mens
G.Ochā. G. de Ocham q.11. quarti. qui exemplum ponit de corde, quod totum vel aliqua pars eius permanet non reſoluta: & cōmuniter dicetur inquit: ſi cor tangeretur: ſtatim animal moreretur. Hoc tn̄ dominis medicis, vt in hac re magis expertis & multiſcijs cōmitto, contentus renarraſſe G.Ochā proteruienti tamen aliter euades: dicendo ꝙ eſto omnia aſſumpta eſſent vera, probaret non manere ſemper idem ante & poſt auctionē ſecundo modo: maneret tamē idem tertio modo. ¶Ad reprobationem dicito non eſſe improbabile, corruptibile in ſe, eſſe perpetuum per ſucceſſionem ſimilis ordinis, figurę & ſitus: & hęc de auctione.

¶De actione & paſſione. Capi.IIII.

QVoniam vero oportet primum dicere de materia, deq; his: quæ vocan 1
tur elemēta, ſiue ſint, ſiue nō, vtrū videlicet vnumquodq; ſempiternū Intentio
ſit, aut aliqua ex parte genitum: & ſi generentur: vtrum generentur oia
ex inuicem modo eodem: vel eorꝫ ſit vnū quoddam primum: ne
ceſſe itaq; dicere ea, de quibus indeterminate dicitur nunc. Omnes em̄ & qui ele
menta generant, & qui hęc ex elementis, diſgregatione vtuntur & congregatio
ne atq; actione & paſſione: eſt autem congregatio mixtura: verum quomō miſce
ri dicimus non determinatum eſt manifeſte: amplius autem nec alteratio eſt poſ
ſibilis, neq; corruptio, neq; generatio nullo agente, neq; patiēte. Nam & qui plu
ra elementa faciunt, hi generant actione & paſſione eorꝫ ab inuicē. Et his qui ex
vno, neceſſe eſt dicere actionem: hocq; recte Diogenes facit: ꝙ niſi ex vno cun
cta eſſent: neq; erit horꝫ ab inuicem huius actio, illius paſſio: vtpote calidū frige
re: hocq; caleſcere iterū. Non em̄ caliditas & frigiditas inuicē tranſmutantur: niſi
cōſtet ſubiectum ſubijci: quare in quibus actio eſt & paſſio: eis vnam ſubeſſe na
turam neceſſe eſt. Omnia quidem igitur talia nō verum eſt dicere: ſed in quibuſ
cunq; ſubiectum eſt. ¶At vero ſi de actione & paſſione, & de mixtura ſpeculan 2
dum eſt, neceſſe eſt & de tactu. Neq; em̄ hęc facere & illa pati poſſunt proprie: q̄ De tactu dicendū
ſe inuicem tangere non poſſunt; neq; quæ aliqua ex parte nō ſe tangunt: cōtingit
miſceri primum. Quare de tribus his differendum: quid videlicet tactus, quid ue
mixtura, quidq; actio. Accipiemus autem principiū tale: neceſſe eſt em̄ eorꝫ quæ
ſunt: quibus eſt mixtura: hæc eſſe adinuicem tactilia: & ſi aliquid agit: illud vero 3
patitur proprie, & his ſimiliter. ¶Ideo primo dicēdum eſt de tactu: fere quidem Tactus
igitur, quēadmodum & cæterorum nominum vnumquodq; multipliciter dicit: ęquiuocū autoritas
& hęc qdem ęquiuoce: hęc autem altera ab alteris & priorib⁹, ſic ſe habet & de ta .i.analogice
ctu. Verum principaliter dictum eſt in habētibus poſitionem. Poſitio vero ineſt Primus
quibus quidem & locus: etem̄ mathematicis dandum eſt tactum atq; locum, ſi mod⁹
ue eorꝫ vnūquodq; ſeparatū ſit, ſiue modo alio. Si igitur erit tāgere vti prius de
terminatum eſt: habere videlicet vltima ſimul: ipſę vtiq; determinatę magnitudi
nes ſe tangent, quęcunq; habētes & poſitionem: vltima ſimul habent. Quia vero Secūdus mod⁹
poſitio quidem ineſt ijs: quibuſcunq; & locus ineſt: loci aūt prima differentia eſt
ſurſum & deorſum: talia quoq; aduerſantia ſunt: habebunt itaq; ſe tangentia cun
cta grauitatem, aut leuitatem, aut ambo, vel alterum. Talia autem ſunt paſſiua &
& actiua: q̄re patet hęc eſſe apta ſe tāgere q̄rꝫ (cū ſint determiatę magnitudines)

4 Cōueniētia vltima ſimul ſunt:ac exiſtunt motiuę & mobiles ab inuicē. ¶Quoniam vero mouens non ſimiliter mouet mobile. Sed alterū quidem neceſſario motum:& ipſum mouet:alterum vero immobile exiſtens:manifeſtū ꝙ in agente ipſo ſimiliter dicimus:nā & mouens:aliquid agere aiunt:atqꝫ agens ipſum mouere: verū tamen

differētia differunt:atqꝫ id determinare oportet:non eñ poteſt oīe mouens agere. Si quidem agens referimus ad patiens: hoc vero eſt in quibus motus ipſe paſſio eſt. Paſſio vero prout alteratio eſt ſola:veluti albū & calidum: itaqꝫ mouere in pluribus eſt ipſo agere.

5 Cōcluſio ¶Illud igitur manifeſtum eſt:ꝙ eſt quidem vno modo motiua mota tāgere iā:alio vero modo non eſt:verū determinato tactu ſimpliciter quidem, qui eſt habentiū poſitionem, atqꝫ huius quidem motiui, illius moti: motiui aūt & moti:videlicet ad inuicē:in quib⁹ agere erit, & pati erit:eſt quidem igitur vt frequenter tactam rem, ipſam tangentē tangere. Nam & mouent mota fere cūcta, quæ impedimento ſunt:quibus & neceſſario videtur rem tactam tangentē

Repetit priorem tangere. Eſt vero vt dicimus raro motiuum tangere motum ſolum: rem tactam vero non tangere tangentē:verū quæ mota mouent:cū eiuſdē ſint generis:de neceſſitate videtur eſſe, vt res tacta tangat. Quare ſi quid mouet immotū exiſtens: fiet vt aliquid quidem ſolū rē tangat motā:aliud vero minime:nam interdū dicimus triſtantē nos ipſos tangere:contra vero minime. De tactu quidem igitur eo

6 Opi. pria videlicet qui in naturalibus, hoc ſit determinatū modo. ¶De actione vero & paſſione dicendum deinceps:accepimus aūt a prioribus ſubcontrarios inter ſe ſermones. Plurimi quidem eñ dicunt hoc concorditer ꝙ videlicet nullū ſimile quidem patitur a ſimili. Cum non alterum altero actiuum magis ſit ꝙ paſſiuū. Exiſtunt eñ hæc oīa ſimiliter ſimilibus:diſſimilia vero & differentia apta ſunt inuicem agere & pati:nam & quādo minor ignis a plurimo corrumpitur: propter cōtrarietatē fieri illud aiūt. Eſt eñ plurimū pauco contrariū.

7 Opi. ſcda ¶Democritus autē extra alios ſingulariter dixit:ait eñ idē atqꝫ ſimile eſſe, & agens, & patiens. Non enim contingit altera:& differētia ab inuicem pati: immo ſi diſſimilia entia agūt inuicem quicqꝫ. Illud nō quatenus altera:ſed quatenus eis cōmune aliquid ineſt: accidere ipſis dicimus:quæ quidem igitur enarrātur:tot ſunt. Videntur vero hoc modo dicentes ſubcontraria ſenſu dicere. Cauſa autem contradictionis eſt:ꝙ cū

8 Cōcluſio decebat aliquod totum ſpeculari: partem aliquam dicunt ambo. ¶Etenī ſimile pœnitus, & oīno idē:rationabile non eſt pati aliquo modo a ſimili: quid enim magis alterū erit actiuū ꝙ alterum: Et ſi a ſimili pati aliquid eſt poſſibile, & idem a ſeipſo. Et ſic his ſe habentibus ita:nequaquā aliquid erit incorruptibile, aut immobile:ſi quidem ſimile quaten⁹ ſimile actiuū eſt. Nam ſe ipſum idem mouebit

9 Cōcluſio oīe. ¶Et oīno alterū, & nullatenus idē, ſimiliter. Non eñ patitur albedo a linea, aut linea ab albedine:niſi ſecundū accidens:vtpote ſi accideret albam vel nigram eſſe lineam. Non eñ extrahuntur inuicē natura: quæcunqꝫ neqꝫ contraria: neqꝫ ex contrariis ſunt.

10 Cōcluſio prīcipalis ¶Sed quoniā non quodlibet natum eſt pati & agere: ſed quæcunqꝫ aut contraria ſunt, aut contrarietatē habent:neceſſe eſt agens & patiēs genere quidē ſimilia eſſe atqꝫ eadem, ſpecie vero diſſimilia & contraria. Natū eſt eñ corpus a corpore, humor ab humore, color a colore pati, & oīno vnigeniū ab vnigenio:huius aūt cauſa eſt ꝙ contraria in eodem genere cuncta ſunt: agunt vero & patiuntur contraria. Quare aliquo quidem modo eſſe eadem agens &

patiens neceſſe eſt. Modo vero alio altera atq; inuicem diſſimilia. Quia vero & patiens & agēs genere eadem ſunt, & ſimilia. Specie vero diſſimilia: talia autem ſunt contraria: manifeſtum q actiua & paſſiua inuicem ſunt, contraria & media. Etenim vniuerſaliter corruptio & generatio in his ſunt. ¶Ideoq; rationabile eſt iā ignē ipſum calefacere: atq; frigus frigefacere: & vniuerſaliter actiuū ſibi ipſi aſſimilare patiens: nam agens & patiens cōtraria ſunt: & generatio in cōtrarium eſt: quare neceſſe eſt patiens in agens tranſmutari: nam ſic erit in contrarium generatio. ¶Itaq; & ſecundum ſermonem non eadem dicentes: oportet ambos ſimiliter eandem tangere naturam. Dicimus eñ pati interdum quidem ſubiectum, vt ſanari hominem: & calefieri & frigefieri, & cętera eodē modo: interdū vero calefieri quidē frigidū: frigefieri calidū: quæ ambo ſunt vera. ¶Eodem aūt modo & in agente: interdū quidem eñ hoīem dicimus calefacere, interdum vero calidū. Nam vt materia quidem eſt pati: vt vero contrariū eſt agere. Reſpiciētes quidem igitur in illud: oportere agens & patiens habere ſe vt idem aſſeuerauerunt: in altera vero: contra. ¶Eodem aūt modo de actione paſſioneq; ipſa agendum eſt: quo quidem & de motu & motione. Nā & mouens ipſum dupliciter dicitur: in quo eñ eſt motus principiū: hoc mouere videtur (principium eñ eſt cauſarū primū) rurſus & proximū mobili & generationi: ſimiliter aūt de agente: dicimus eñ & medicum ſanare & viuū. Primū quidem igitur mouens nihil prohibet in motu immobile eſſe: in quibuſdam aūt eſt & neceſſariū: nā proximum in mouendo mouetur: in agente quoq; primum quidem impaſſibile eſt: proximū vero ipſum eſt & paſſibile. ¶Quæcunq; eñ eandē non habent materiā: impaſſibilia exiſtentia agunt vt medicinalis. Ipſa eñ ſanitatē agens nihil patitur eo ab ipſo, qui curatus eſt. At cibariū agens, ipſum quoq; patitur aliquid: aut eñ calefit: aut infrigidatur: aut tale aliud ſimul agens patitur: eſt aūt medicinalis quidem veluti principium: cibariū vero proxime ac contiguū: quæcunq; quidem igitur in materia nō habēt formā: hæc quidem actiua ſunt impaſſibilia: quæcunq; vero in materia: hæc paſſiua ſunt. Materiā quidem eñ dicimus ſimiliter vt ita dicam eandem eſſe quorumlibet oppoſitorum veluti genus exiſtens: at poſſibile calefieri: id eſt quod præſente & approximato calido, neceſſario calefit: ideo vt dictum eſt: actiuorū hæc quidem impaſſibilia ſunt. Illa vero paſſibilia atq; ſicuti in motu: eodem modo & in actiuis ſe habet: mouens eñ primitus immobile eſt: & in actiuis agens primum impaſſibile eſt. ¶Eſt aūt cauſa actiua: vt vnde motus principiū: cuius vero gratia, non actiua. Ideo ſanitas non actiua eſt, niſi ſecundum ſimilitudinē. Etenim dū patiens eſt aliquo agente, fit aliquid quidem: at habitibus pręſentibus nihil fit: ſed eſt iā. Species vero & perfectiones habitus quidam ſunt: materia vero quatenus materia: paſſiuū quid. ¶Ignis quidem igitur habet ī materia calidū. At ſi ſit quod dam ſeparatū calidum: hoc vtiq; nihil patitur: hoc quidem forſitan ſeparatum eſſe impoſſibile eſt. Verū ſi aliqua talia ſint: in illis verū erit quod dictū eſt: quid quidem igitur actio & paſſio ſint, quibuſue exiſtant: propter quid quoq; ac quomodo determinetur hoc modo. ¶Quo modo vero poſſit hoc accidere, rurſus repetamus: quibuſdam quidem igitur videtur pati vnumquodq; quotiens per meatus quoſdam agens ipſum principale ac proximum penetrauerit: quo etiam modo, & videre & audire, inſuperq; cæteros omnes per ſenſus nos ſentire inquiunt:

11 Cōcluſio cōfirmatoria

12 rectificat antiquos

13 Cōparatio

14 Cōcluſio differētiā ponens

15 differētia agētis & finis autoritas

16 Cōcluſio autoritas

17 Opinio Empedo.

quo etiã viſionẽ fieri & per aerẽ & aquã, atq; perſpicua dicũt ea: videlicet q̃ mea
tus habent propter paruitatem quidem inuiſiles, propter turmam vero & denſos
& quoniã magis tranſparent. Hi quidẽ igitur ita in quibuſdam queadmodum &
Empedocles aſſignauerunt: non tantũ in actionibus & paſſionibus: ſed etiam ea
Opi. Democriti miſceri aiunt: quorũcunq; meatus inuicẽ cõmenſurantur. ¶ De omibus aũt maxi
me cõpendioſe & breui verbo Democritus & Leucippus definiũt: id ipſum aſſe
Opi. parmeni. & Meliſſi rentes eſſe principiũ: quod quidem eſt ſecundũ materiã. ¶ Antiquo℞ ſane qui
buſdam viſum erat de neceſſitate ens vnum eſſe, & immobile. Nam vacuum qui
dem nihil eſt: plenum eñ tantũ exiſtit: poteſt aũt moueri nihil: niſi vacuũ ſepa
Rõ pria pro illis ratum ſit. ¶ Itemq; plura non ſunt: cũ non ſit diſtinguens. Refert aũt hoc nihil: ſi
Secunda quis putet non continuũ eſſe omne: ſed ſectum contiguũ, apparentibus pluribus
Tertia & vacuũ nihil eſſe. Si quidẽ eñ vndiq; diuiſum ſit: nihil erit vnũ: quare nec plura
ſed vacuũ erit totũ: at ſi parte quidem ſit: parte vero non: figmento ſimile videbi
tur: ad quantũ eñ vſq; & ꝓpter quid: ipſius totius hoc quidem ſic ſe habet: & ple
nium eſt: illud vero diuiſum: adhuc aũt ſimiliter apparente: neceſſariũ erit motũ
Cõcluſio rationum non eſſe. Ex ijs quidem igitur rationib' tanq; ratione ſequi deceat: quidã dicunt
omne vnum eſſe & immobile ac infinitũ: nã finitũ in vacuũ finiri putant: hi qui
18 Improbatio Parmenidis dem igitur ita: & has ob cauſas de veritate protulerunt. ¶ Quoniam vero in ver
bis hæc accidere videntur: in rebus vero dementiæ ſimile eſt ita credere (nullus
eñ demens adeo delirare poteſt: vt ignẽ & glaciẽ vnũ eſſe cenſeat. Sed ob con
ſuetudinem ſolũ quæ apparent: bona eſſe dicent) hæc in quibuſdam ob demen
19 tiam, nihil differre videntur. ¶ Leucippus autem reputatur habere rationes: quæ
ad ſenſum conformia dicentes: neq; generationem tollunt, neq; corruptionem,
neq; motũ, neq; entiũ ſimilitudinẽ: profitebatur aũt hæc quidẽ, quibuſdam appa
rentibus, vnum tamen conſtituentib': ac ſi motus minime ſit abſq; vacuo, & va
cuum ipſum non ens: taleq; non ens nihil ipſius entis eſſe dicit. Nã q̃ principali
ter eius eſt: plenum eſt: licet neq; tale vnum ſit: immo multitudine infinita: parui
tate quoq; molis inuiſilia: feruntur aũt hæc in vacuo: nam vacuum eſt: quæq; con
ſtantia generationẽ faciunt: diſiuncta vero corruptionẽ: actionẽ quoq; & paſſio
20 nem quatenus contigua ſunt: qua ratione non vnũ ſunt. ¶ Et licet cõpoſita & cõ
Cõuenit Leucipp' cũ Empedocle binata generare dicat: nõ tamen ex vno ſecundum vnitatẽ: plura generari nec cõ
tra ex vere plurib' vnũ: ſed illud impoſſibile eſſe profitetur. Immo queadmodũ
Empedocles, & alij quidã dicunt per meatus paſſionẽ effici, ſic alterationẽ oẽm:
oẽmq; paſſionẽ per vacuum fieri hoc modo diſſolutione & corruptione factis: ſi
militer aũt auctionẽ quibuſdã ſubeuntibus. ¶ Empedocli itaq; fere neceſſariũ eſt
21 Empedo. cõuenit cũ leucip. dicere: queadmodũ Leucippus ait: eſſe eñ ſolida: indiuidua tamẽ niſi vbiq; mea
tus ſint cõtinui: quod impoſſibile eſt: nihil eñ ſolidũ eſſet ꝑter meatus ipſos. Im
mo vacuũ omne: neceſſe igitur erit indiuidua ipſa contigua quidẽ eſſe: media ve
ro eo℞ vacua: quos ille meatus vocat: ſic itaq; Leucippus & de actiõe & paſſiõe
ſcribit. Modi quidẽ igitur ꝑ quos hæc quidẽ agunt, illa vero patiuntur: fere tot di
22 Quid ſequens ſit ad dicta antiquo℞ cuntur: & de his quomodo dicũt: patet. ¶ Et ad eo℞ poſitiones: quib' vtuntur ſe
re illud videtur contingens: alijs vero minus: veluti Empedocli corruptio & alte
ratio non patent. Nã ijs corpora indiuidua erant prima corporũ figura differẽtia
tantũ: ex quibus primum generantur: & in quæ vltimo diſſoluuntur. Empedocli

autem alia quidem patet:ꝙ vſqꝫ ad elementa habēt generationē & corruptionē:
ipſoꝝ aūt taliū:quo modo generetur & corrūpatur coadunata magnitudo: neqꝫ
manifeſtum:neqꝫ ſibi competit dicere: non dicenti etiam ipſius ignis elementū
eſſe.¶Similiter aūt & alioꝝ oīm veluti in Timęo ſcripſit Plato:differt eīn adeo 23 Couenīē
vt cū Leucippo eodem non dicat modo.Nam ille quidem ipſa indiuidua dicit tia & dif
corpora eſſe:hic vero planicies:& ille conſtitui ait vnumquodqꝫ figuris indiui- ferentia
duorum corporum infinitis:hic autem finitis. Nam & ambo dicunt indiuidua Platonis & Leuci.
ipſa figuris terminari:ex quibus iā generationes & corruptiones ſunt: leucippo
quidem duo erant ſane modi,& per vacuum,& per plenū. Nam ratione hac vnū
quodqꝫ diuiſum erat:Platoni aūt per plenū ſolum: cum vacuum non eſſe dicat.
¶Et de indiuiduis planitiebus diximus in prioribus rationibus: at de indiuidu- 24
is corporibus reſtat nunc aliquod accidens amplius quidem determinare. ¶Vt Remittit 3. Cœli
autem parum digredientes dicamus eſſe neceſſarium dicere vnumquodqꝫ indi- 25
uiduum non poſſe pati. Nam paſſionis actiuum pati nō poteſt,niſi per vacuum Cōcluſio cōtra leu
q̄re neqꝫ durum neqꝫ frigidū eſſe poterit.¶Adhuc aūt inconueniens erit circula cippum
ri figuræ calidum tantū prębere:nam & contrarium quod eſt frigidum,alicui al- Probatur
teri figurarum neceſſe eſt accōmodare: ſed erit inconueniens hæc quidem exiſte primo. Secundo
re:videlicet caliditatem & frigiditatem,grauitatem aūt & leuitatem,duriciem &
molliciem non eſſe:Immo grauius ſecundū exceſſum vnumquodqꝫ indiuiduoꝝ
Democritus ait eſſe:quare patet ꝙ etiam calidius ſit.Sed talia entia nō pati adin-
uicem,impoſſibile eſt:vtpote a valde excellenti calido mite frigidum nō pati in-
conueniens eſt.¶Quod ſi durū ſit,& molle erit:molle vero eo quia patitur quic Tertio
quā iam dicitur:nam & molle nuncupatur ſuſceptiuum. ¶Adhuc aūt inconue- 26
niens eſt:ſi nihil exiſtat:niſi figura tantum:& ſi exiſtat aliud quicq̄: vnum tamen Quarta
ſolum(vtpote aut durum quidem,aut calidum) tunc vtiqꝫ non erit eorum natura ratio
vna.Similiter autem ſi plura inſint vni:nam ꝙ eſt indiuiduū in ſe paſſiones habe-
ret:quare ſi patitur: vbi quidem infrigidatur: ſic & aliud quid vel aget vel patiet̄
eodem modo & in cæteris paſſionibus. ¶Idem enim & corpora & ſuperficies 27
indiuidua dicentibus contingit eodem modo:neqꝫ eīn rariora,neqꝫ denſiora fie- Couenīē tia Plato
ri poſſunt:ipſo vacuo non exiſtente ipſis in indiuiduis. ¶Amplius autem & in- nis & Leu
conueniens videtur parua quidem indiuiſibilia eſſe,magna vero non: nunc qui- cippi
dem eīn rationabilibus maiora franguntur magis q̄ parua ipſa.Nam magna qui 28 Quita rō
dem facilius finduntur(emergunt eīn ex pluribus)omnino igitur indiuiſibilia ꝓ ad princi
pter quid magis ſunt parua ipſa q̄ magna. ¶Amplius aūt vtrū illoꝝ oīm corpo- pale Sexta
rum,vna ſit natura,aut altera differt ab alijs.Queadmodū ſi corporeitate hęc qui-
dem ignea ſint,illa vero terrea.Si quidem eīn vna ſit oīm natura: quid eſt diſtin-
guēs:aut propter quid dum ſe tangunt,vnum non efficiuntur: veluti dum aqua
aquam tangit: non eīn refert prius a poſteriori:at ſi altera:qualia hæc: & manife-
ſtum ꝙ hæc ſtatuenda ſunt principia & cauſæ magis accidentiū,q̄ figuræ ipſæ.
Amplius ea quæ natura differunt ſiue ꝙ agant: ſiue ꝙ patiant̄:inuicē ſe tangunt Septima
adhuc aūt quid mouet:ſi quidem enim alterum,paſſiua erūt. Si vero vnumquod
qꝫ idem ſe moueat,aut diuiſibile erit(ſecundū mouens quidem aliud,ſecundum
motum vero aliud)aut ſecundum idem contraria inerunt: & non tantum ſecun-
dū materiā numero vnā:ſed ſecundū potentiā etiā. ¶Quicūqꝫ q̄dem igit̄ ꝓpter

29 Cōcluſio cōtra em pedo. le primo Secundo meatuū ſuſceptionē dicūt paſſiões euenire:ſi quidē illę eueniūt plenis meatibus:
ſupfluent meat⁹.Nā ſi rōne hac patiť oīe:q̄uis meat⁹ nō habeat:ſed ſit vnum cō
tinuum exiſtens,eodem patieť modo. ¶Amplius aūt quo nam modo de ipſa vi
ſione contingere poteſt vt dicūt:neq; em̄ a principio per trāſparētia trāſire cōtin-
git:neq; per meatus:ſi vnuſquiſq; plenus ſit:quid em̄ refert meat⁹non habere:cū
totum ipſum ſimiliter plenum ſit:q̄ſi vacua quidem fuerint, corporibus tamē in
30 ipſis repoſitis:neceſſario idem rurſum eueniet. ¶Si autem hæc ſecundum magni
euacuatio ſolonis Prima tudinem talia ſint:vt non ſuſcipiant corpus aliquod: riſu dignum erit:paruum va
cuum putare eſſe:magnum vero nō:neq; vacuum quoduis aut vacuum aliquod
aliud putandū eſt dicere:præter corporis locum:nam omni corpori ęquale eſt ſe-
Secunda cundum cōtinentiā vacuum ipſum.Omnino autem meatus facere ſuperuacaneū
eſt:ſi quidem em̄ educens,neq; per plenum,neq; per meatus agit. ¶Si autem ta-
ctione meatibus ipſis nō exiſtētibus actio fiat & paſſio: eorū quę hoc modo apta
ſunt:hæc quidem patientur:illa vero agent inuicem.Quod quidem igitur mea-
tus ita dicere vt aliqui putant: ſit vel mendacium vel vanum:ex his eſt perſpicuū:
Tertia adhuc corporibus ipſis vndiq; diuiſibilibus exiſtentibus,meatus facere ridiculū
eſt:nam quatenus illa diuiſibilia ſunt,ſeparari poſſunt. ¶Generatio vero & actio
31 Ad prici-pale & paſſio quo nam modo ipſis in rebus ſint tranſigamus principium accipientes
quod frequenter diximus. ¶Si em̄ eſt hoc quidem potentia,illud vero actu tale.
Supponit primo ¶Aptum vero non ſecundum partem quidem pati: ſecundum partem vero nō:
Secundo ſed ſit vniuerſaliter quantū tale. ¶Minus vero & magis quatenus tale magis eſt
Tertio & minus(qua ratiōe vtiq; meatus quis dicet magis: veluti in metallicis venę quę
dam eius q̄ paſſiuum eſt perpetuę porriguntur.) ¶Cōnaturale itaq; vnūquodq;
Quarto Quinto alicui,& vnū cū eo exiſtēs,ab illo impoſſibile erit. ¶Similiter autem & quæ nec
ſibiipſis:nec aliis appropinquant:quę apta ſunt agere & pati:dico autē hoc: quia
non tantū ignis tangens calefacit:ſed ſi procul ſit:nam ignis quidem aerem:aer ve
32 ro corpus aptum agere & pati,calefacit. ¶Putare vero aliquid parte quadam pa
Cōcluſio cōtra De mocritū ti quidem:parte vero quadam non:determinantes a principio rem hanc tranſiga
mus.Nam ſi quidem magnitudo non omni ex parte diuiſibilis eſſet:ſed aut cor-
pus ſit,aut magnitudo indiuidua:nihil vtiq; omni ex parte paſſiuum erit: immo
33 Cōtra de mocritū neq; continuum.Quod ſi illud mendacium ſit:& ſit corpus omne diuiſibile: ni-
hil refert diuidere quidem:dum contiguum aut diuiſibile ſit:vbi nanq; ſecundū
tactus ſegregari poteſt:vt aiunt quidam:ſi nondum diuiſum ſit:erit diuiſibile: nā
34 Cōcluſio ad idem poteſt eſſe diuiſum:cum nullum fiat impoſſibile. Actionem autem illo modo in
eſſe ſimpliciter propter corpora ipſa indiuidua:eſt incōueniens:ratio em̄ hæc al-
terationem interimet:immo videmus idem corpus exiſtens continuū:humeſce-
re quidem interdum:interdum vero areſcere : & non diuiſione & compoſitione
id pati:ſed nec cōuerſiōe & tactu:vt Demo.ait:q̄a nec trāſlatū,neq; tranſpoſitū ſe
cūdū materiā areſactū ex humido fit:neq; q̄ magnitudine indiuiſibilia ſunt:dura
35 Rō ab i-poſſibili cōtra De mocritū ſūt & arida:ſed ſimiliter totū humidū eſt:interdū tn̄ durū eſt atq; aridū.Amplius
aūt neq; auctio neq; iminutio poſſibiles erūt:nō em̄ qď cūq; erit mai⁹ factū:ſi qui
dē erit appoſitio & totū nō erit auctū vel mixto aliq̄ vel p ſe corrupto. Quod qdē
igitur ſit gñare & agere:atq; gñari & pati inuicē:& quo modo contingat:& quo
modo quidem dicant aliqui:licet non ſit:hoc determinatum ſit modo.

Explanatio tex.

Auctione explicita, actionem & paſſionē, quæ nō fiunt ſine contactu p. adgreditur.

I. Tractandū eſt de numero elementoꝝ: & an ſint genita vľ ſempiterna, & de mixtura eoꝝ & actione. Probatur, quia omnes qui generant elementa vtuntur congregatione, & ita miſtura: ſecūdo qa alteratio & generatio non fiunt actione.

II. Etiam de tactu agendum: probatur quia illa ꝓprie non pñt facere & pati, niſi poſſint ſe tangere neq; poſſunt miſceri ſine tactu: & a tactu orditur.

III. Tactus ſicut ferme omnia alia noīa dicit multipliciter: primo ſe tangūt poſitionē habētia in loco, ſic ꝙ vltima ſint ſimul. Secundo magna quorum vltima ſe tangūt, & patiuntur adinuicem & agunt. Probatur, quia talia habent grauitatem & leuitatem.

IIII. Sicut mouentiū aliud eſt mobile, aliud immobile: ſic & de agente, ꝙ aliud eſt mobile. Sed differunt in hoc, quia non omne mouens pōt agere: ſed agens tm̄ dicit ad patiens, vbi poteſt eſſe alteratio: quare mouere eſt in plus ꝗ̄ agere.

V. Aliqua imota mouēt, & intacta tangūt vt intelligentiæ: alia mota mouēt & tacta tangūt: ſed vt in plurimum res tacta tangit, ſicut cōiter mota mouēt: & qñ ſubiecto cōueniūt ſemp tacta tāgūt.

VI. Sentētia eſt aliquoꝝ nullū ſimile pati a ſimili quia vnū non plus pateret, ꝗ̄ reliquū: ſed diſſimilia poſſunt adinuicē agere & pati: ſic paruū ignē a magno pati dixerūt: qa magnū puo cōtrarium.

VII. Sentētia Democriti eſt ſimile pati a ſimili: & diſſimilia non pati abinuicem, niſi vt in eis ſit aliquid cōmune: phūs dicit hos eſſe ſubcontrarios ſermones: ambo em̄ dicūt pticulariter, nō vľiter.

VIII. Simile nō patiť a penit⁹ ſimili. Probať primo qa nō appereť ꝙ potius eſſet actiuū vľ paſſiuū ſecundo quia eadem ratiōe quid patieť a ſeipſo.

IX. Nihil patitur ab omino diſſimili. Probať primo, qa albedo nō patiť a linea, niſi ꝑ accñs. Scd̄o quia agētia aut cōtraria ſunt, aut ex contrarijs.

X. Actiua & paſſiua ſunt quodāmodo ſimilia, & quaſi diſſimilia. Probať, quia ſunt cōtraria, q̄ ſunt genere ſimilia, ſpecie differētia: litera eſt patens.

XI. Agēs aſſimilat ſibi paſſū: ꝓbať qa actio eſt in cōtrariū paſſum, ꝙ ipſum in agens trāſmutetur.

XII. Scd̄m iſta, antiquos diuerſa loquētes, apparet eandē rē dicere: qa & ſubiectū patiť & cōtrariū, vt hō calefit & frigidū: mō reſpiciētes ad ſubiectū antiqui dixerūt actionē fieri a ſimili, reſpiciētes ad contrariū, dixerūt eā fieri a diſſimili.

XIII. Sicut in motu ita in actione, aliqd eſt agēs primū, aliqd ꝓximū. Quare ſicut primū mouēs in mouendo nō moueť: ſic primū agēs nō patiť: ſed ꝓximū agēs eſt & patiť: ꝓbat ſic quia agētia paſſiua cōicant ī materia c ī paſſis: ſed primū agēs cū paſſis nō cōicat ī materia: igiť agēdo eſt ī paſſibile: probat exemplis.

XIIII. Immo q̄cūq; hñt formā, nō ī materia ſunt ipaſſibilia: ſed in materia ſunt paſſiua: materia aūt cōis eſt cōtrarioꝝ, velut idem genus.

XV. Cā efficiēs efficit, & non finis. Probať, quia ad actionē agētis aliqd fit: ſed habitib⁹ p̄ſentib⁹ ceſſat mot⁹: ſic finis eſt termin⁹ mot⁹: forma habitus materiæ, materia vero paſſiua.

I. Tria ſunt principia rerū naturaliū. ſ. materia for ma & efficiēs probat primo qa ſic eſt in ſempiter nis. Secūdo qa q̄cunq; hn̄t materiā, hn̄t formā & agēs: gn̄abilia hn̄t materiā: ergo. Minor ꝓbat̄ per diuiſionē qa aliq̄ res ſūt neceſſarię, aliq̄ poſſibiles, aliquæ impoſſibiles.

II. Plato credidit ſufficere ad gn̄ationē ideas: qa earū ꝑticipatiōe res gn̄et̄: earꝫ abiectiōe res corrū petur: itaq; idea eſt cauſa generationis: aliq dixe runt ſufficere materiam ſine cauſa agente.

III. Neutri bene dicūt. Probat̄ primo, qa cū idea ſit ꝑpetua: gn̄atio eſſet ꝑpetua: cuius oppoſitū po nit Plato. Secūdo qa ſicut in arte, ita ī natura: ſed ī arte aliud ē agēs & aliud materia: ergo ī natura.

IIII. Poſitio ſecūda eſt naturalior prima: ſi qs po nit materiā ꝓpter diſpoſitiōes & inclinatiōes, eē principiū gn̄atiōis. Rō eſt qa materia cū motu ma gis cōuenit cū agente q̄ idea.

V. Tn̄ poſitio nō eſt vera: qa efficiens & materia nō coincidūt: & omittit cauſam principalē. ſ. for mā: & tertio qa ſic ſola agētia inſtrumētalia erūt: & pricipale nō erit: ſed hoc eſt falſum: qa ignis pa titur ī ꝓpria ſphera a cœlo: igit̄ vltra vires corpis eſt vis cœli. Quarto quia inſtrumentum non eſt ſine principali dirigente.

VI. Ex dictis alibi ſequit̄ gn̄ationes eſſe ꝑpetuās patet qa mot⁹ cœleſtis q facit gn̄atiōes ē ꝑpetu⁹. Probat̄, qa pri⁹ eſt cā poſterioris: ſed motus cœli eſt prior. 8. phyſi. & li. cœli. ergo eſt cā alioꝝ mo

VII. Mot⁹ cœleſtis diari⁹ ſeu diurn⁹ nō eſt ſ tuū. cauſa gn̄atiōis & corruptiōis: ꝓbat̄ qa idē ſemꝑ & ſimiliter ſe hn̄s natū eſt ſemꝑ facere idē: mō ge neratio & corruptio ſūt cōtraria: ergo oꝑtet dare motū variatū: qa cōtrarioꝝ cōtrarię ſunt cauſæ.

VIII. Mot⁹ cœleſtis q fit ī zodiaco eſt cā gn̄atio nis & corruptiōis: nā ille mot⁹ ē ꝑpetu⁹ & variat̄ ab auſtro ī ſeptētrionē: accedit ad nos & recedit.

IX. Infert primo: tēp⁹ gn̄atiōis eſt tpi corruptiōis æq̄le. Secūdo oīa viuētia hn̄t certū terminū a cœ lo. Tertio ꝙ nō eodē tempore oīa menſurantur.

X. Ad. 8. eſt experientia: nā recedente ſole plātæ corrumpuntur: accedente ſole renaſcuntur.

XI. Generatiōes ſunt inęquales: qa in minori tp̄e accidit rē gn̄ari: & hoc ꝓpter variationē materię varias ętates & complexiones.

XII. Quia natura appetit meli⁹ de poſſibilib⁹: & meli⁹ eſt eſſe, q̄ nō eſſe: & eſſe ſemꝑ idē ī numero eſt īpoſſibile: de⁹ aliter ꝑpetuauit res naturales ꝑ gn̄ationē: cui⁹ cauſa eſt motus cœli.

XIII. Corollariū hinc gn̄atio elemētoꝝ ſymboli ca, & dyſſymbolica ſunt ꝑpetuæ: qa imitant̄ mo tū ſuperiorē cœli perpetuum.

XIIII. Hinc etiā ſequitur cur elemēta ꝑ infinitū tē pus nō defecerūt, nec ceciderūt a regiōib⁹ ſuis. In cauſa em̄ eſt hoꝝ tranſmutatio: nā quantū ex vna parte iā generatur: tm̄ ex alia corrumpitur.

XV. Prim⁹ motor eſt ꝑpetu⁹ īmobilis & īuaria bilis: & ſi ſūt plures cœli, erūt plures motores: ſed erit vn⁹ prim⁹ inter eos. Probat̄, qa tēpus eſt ꝑpe tuum, ergo & motus: ſi motus, ergo & motor.

XVI. Mot⁹ eſt ꝑpetu⁹ & infinit⁹ nō propter ter minū ad quē, ſed ꝓpter mobile ī loco circulariter

XVII. Quæſtio eſt an oīe qđ gn̄et̄ neceſſario vel cōtingēter gn̄et̄. Reſpōdet̄ ꝙ aliq̄ neceſſario futura ſunt, aliq̄ cōtingēter. Sequit̄ ergo ꝙ aliqua generantur cōtingenter, aliqua neceſſario. Probat a ſimili: ſicut eſt de eſſe, ita de generari.

XVIII. Dubiū eſt, an neceſſe ſit pri⁹ fieri ſi poſte rius ſit. Reſpondet̄ ꝙ nō vniuerſaliter: ſed tūc qn̄ id quod fit neceſſario fit: vt ſi dom⁹ neceſſario fie ret: & fundamentū neceſſario fieret.

XIX. Sequit̄ in his q̄ fiūt a ꝓpoſito: valet a priori ad poſteri⁹, & ecōtra: licet nō eodē mō. ſeq̄t̄ ſcđo vbi poſteri⁹ ſequit̄ ad pri⁹: ibi cōuertit̄ cōſequētia

XX. Si ī gn̄atiōe ꝓcedat̄ in infinitū, ꝙ poſteri⁹ fit non neceſſario fit. Itē ſi gn̄atio habet fines. i. ꝙ incepit vel deſinet: poſterius nō neceſſario genera tur priori generato.

XXI. Si aliquid ex neceſſitate generatur: tunc ne ceſſe eſt generationem ſemper eſſe.

XXII. Gn̄atio eſt circularis & cōuerſiua: ꝓbat̄ qa non pōt eſſe in rectū: qa ſic hr̄et principiū & finē: ſed qa nō habet principiū niſi ſempiternū: iō oꝑtet ꝙ gn̄atio ſit circularis: & ideo oportet eā etiā eſſe cōuerſiuam: vt ſi mō ex vaporib⁹ fiat pluuia & ex pluuia vapor &c̄. & poteſt fieri per duo vel plu ra media: vt ex pluuia fit pluuia mediantibus va pore & nube.

XXIII. Conuertunt̄ illa. ſ. neceſſario gn̄ari & cir culo. Probat̄ qa & mot⁹ cœli ſempitern⁹ & circu laris eſt cauſa gn̄ationis circularis ꝑpetuę: nā ſole ita moto oꝑtet āno s & tꝑa currere ſic circulariter

XXIIII. Dubiū eſt, cū gn̄atio ex pluuia & vapo re ſit ꝑpetua & circularis: an etiā hoīm gn̄atio ſit circularis. Et reſpōdet ꝙ qđ ē idē corruptū nō pōt redire idē ī numero: ideo in aīalib⁹ nō eſt gn̄atio circularis: ea em̄ quæ ſunt poſſibilia. i. corruptibi lia non redeunt eadem in numero.

Annotatio in textum

Quia ab initio libri Ariſto. tria pollicit⁹ eſt ſe ex poſiturū. ſ. de gn̄atione & corruptione, de natura gn̄atoꝝ & corruptoꝝ, & de cauſis hoꝝ: expeditis ergo duob⁹ primis, adgreditur tertium.

1. Cauſam tertiam quam ait omnes ſomniare eſt cauſa agens ſeu efficiens.

Q. materiā ſtatuit Ariſto. cauſam cōtingētiæ: cōtra catholicus dicet cōtingētiæ cām eſſe volūtatē.


1. Nō meminit Ariſto. hic priuatiōis: quia ſolum meminit principiorū per ſe.


Plato 2. Phædon dialogus eſt Platonis in quo Socrates de ideis & de immortalitate animæ diſſerit.

6. De cauſis dictū eſt in. 2. Phyſico. de materia & forma in primo & hic, & de motu cœleſti in. 1. cœli. Dicitur aūt motus cœleſtis φορὰ græce legit quod & ſi multiuocū ſit: tamen motū hic deſignat cœleſtem eo q ſert ſtellas.

8. Obliquus circulus eſt zodiacus ſignifer, de quo in epitomate noſtro aſtronomiæ.

XXI. In ratione Ariſto. vult aliquādo eſſe cōuerti cum contingenti, & ſemper eſſe cum neceſſario: q hic intuere.





Explicatio ſcholaſtica.

Q.IX.

An omne viuens habeat determinatam periodum ſuæ vitæ.

Articulus. I.

Nota. I. Periodū græcum eſſe, latine interpretari circuitū: & q̄uis aſtronomi attendant periodum quoad motū aphere: tamen ſiſtendo in principijs philoſophiæ dicamus: primo periodū eſſe totam quæ natura determinata eſt, durationis ſeriem: eſt em̄ totum tempus determinatū quo viuens viuere poteſt a natura. Et eſt duplex. ſ. ſpeciei & indiuidui. Speciei attēditur in cōmuni a tota ſpecie indiuidui aūt ſcd'm cōplexionē indiuidui ſignati. ¶ Et tūc dico ſecundo q diuerſæ ſpecies habēt differentes periodos: vt tradit Ariſto. 6. de hiſtoria animaliū. Porcus viuit. 11. ānos. canis. 14. equus 35. ouis. 13. &c. de ętatib9 animaliū etiā circumfertur carmen P. Vergilij Maronis.

Per binos decieſq; nouem ſuper exit in annos
Iuſta ſeneſcentum, quos implet vita virorum.
Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix:
Et quater egreditur cornicis ſęcula ceruus:
Alipedem ceruū ter vicit coruus: & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales &c.

¶ Dico tertio omne indiuiduum de lege cōi mori intra periodū ſuę ſpēi. ¶ Dico quarto diuerſas eſſe periodos in eadē ſpecie, q̄m aliā habēt flegmatici aliā colerici, aliā melācolici, aliā ſanguinei: & tūc in eadem cōplexione ſunt periodi indiuiduorꝝ diuerſæ, ſecūdum fortitudinē vel debilitatē indiuidui: & ſcd'm q adiuuat vel extenuatur a cauſis extrinſecis. ſ. per medicinā, p dietā, aut ingluuiē vel laborē. ¶ Dico quarto q cauſa diuerſitatis vitarꝝ eſt duplex, vna ex pte materiæ: & eſt miſtura ſiue cōplexio: nā cōſtituta elementorꝝ & qualitatū pportio eſt potēs tāto tpe cōſeruare formā in materia. Alia eſt ex pte cœli ſcd'm Prolo. qa ſol ſua Prolo. luce & motu diſponit materiā: q tāto tēpore forma poſſit conſeruari in materia.

Nota. II. Q. vt diximus, idē eſt tēpus vitę oīb9 ſcd'm ſpēm, q̄uis varietur ſcd'm indiuidua: cui9 Ariſto. non explicat aliā cauſam, niſi materiā. q̄uis planetarij plura diuinent: nā hi in cœlo infanti gē- planetarij nito datorem vitæ cōſtituūt: quē apheta dicit: & anaereten. i. interfectorē ex quib9 duratione vitæ accipiūt: at q fallant oēs experimur: & Pic9 euidē- Picus tiſſime euincit libro diſputationū aduerſus aſtrologos: & Prolo. hoc vidit: cū ppēderet totā aliqn̄ Prolo. ciuitatē diluuio pire: cū tn̄ oēs hoies illi9 ciuitatis nō potuerīt hr̄e eūdem locū anaeretę: vn̄ alias cās periodi q̄ aſtronomorꝝ, apud medicos phyſicę viciniores inquire. ¶ Noſtri tn̄ afferūt ſex cauſas pmanentiæ ſeu lōgeuitatis: pria eſt ſimilaritas partium vt ī homogeneis. Secūda eſt cōuenientia medij cōtinentis ſeu loci, vt Macrobij in india. Ter- Solinus tia eſt bōa & tēperata humidi cū calido cōmiſtiō Quarta eſt fortitudo reſiſtētiæ, cū nō faciliter diuiditur vł alteratur. Quinta eſt latitudo cōplexiōis ſub qua pōt ſtare forma: nā quāto ſub maiori pōt ſtare, tāto diuti9 viuit. Sexta eſt tēperamētū calidi & humidi. ¶ Potes duab9 eſſe cōtentus: ab extrinſeco quidē medij cōuenientiā, ab intrīſeco aūt cōplexionis latitudinē: ſicut qa metalla habēt magnā latitudinē: ſub cui9 quolibet gradu poteſt ſtare forma eorꝝ: ideo diuti9 durāt. In viuis adde tertiā cauſam. ſ. pportionē equalitatis calidi & humidi ad iuſticiā: nā recedētib9 lōge ab illa ęqlitate iuſticię, ſupuenit mors. ¶ Cauſæ aūt ſex ſunt minus bene aſſignatæ: nā ptes ſimilares nihil ad hoc faciūt: cū plures arbores ſint breuioris vitæ mītis aīalibus: tertia itē & ſexta coincidunt: & quarta non eſt cauſa, ſed effectus longeuitatis.

Nota. III. Cauſam corruptiōis: & cauſa huius pprietatis eſt cōtrarietas: ita q corruptibilitas afficit corpa rōne cōtrarietatis. Ego addidi ſecūdam ſemp in artib9. ſ. cauſæ cōſeruantis ſubtractionē. Primū patet qa oīs corruptio actiue fit per cōtrarium per ſe vel p accidēs: p ſe vt in qualitatib9: p

accidēs vt in ſubſtantijs. Corollariū. Omnis ſubſtantia immunis qualitatum contrariarum eſt naturaliter incorruptibilis. Corollariū. Non ſolum attenditur contrarietas formalis, ſed etiam virtualis. Corollarium. Cōmuniter corruptibilia corrūpuntur a cōtrario extrinſeco: ſed ab intrinſeco corrumpuntur etiam per accidens: ſicut dum calor cōſumit humidū radicale in viuo. ¶ Aduerte ꝙ materia tamen ſemper eſt principiū paſſiuū corruptibilitatis: & ita loquentes de contrario intelligunt de actiuo principio. ¶ De cauſa conſeruante patet in occiſione hominis: item de ſcientia quæ obliuione obliteratur & ſimilibus.

Nota. IIII. Q₂ ſorticolæ hic diu litigāt, quale tempus ſit periodi an maximū per quod, vel per quod nō, aut per minimū per quod, vel per quod non: at de his ſatis ſuperq; egimus in li. cœli. breui dicas, eſſe tempus dabile minimum vltra ꝙ homo non poteſt viuere: & illud tempus eſt periodus hominis. At Nyphus arbitratur Auerro. ſententia, dari maximum & minimum tempus: ſed illum in li. cœli iudicauimus. Nyphus

Articulus. II.

Concluſio Omne viuens habet determinatā periodum ſuæ durationis. Patet autoritate Ariſt. & ex his quæ dicta ſunt arti. 1. & periodū etiam habent alia miſta, ſed non elementa.

Articulus. III.

Dubium. I.

An tempus generationis ſit equalę tēpori corruptionis

Pręmitto Hic quomodo aliqua gñatio eſt inſtā tanea, aliqua ſucceſſiua: corruptio item aliqua naturalis, aliqua violenta.

Pręmit. II. Q₂ generatio hic non accipitur pro acquiſitione formæ: ſed poteſt bifariam hic accipi. Primo modo vſurpatur generatio pro acceſſu ad perfectionem: quo modo accedens ad virilitatem dicitur generari: & recedens a perfectione dicitur corrumpi: & ſic genaratio eſt motus perfectiuus, corruptio deperditiuus: primus durat vſq; ad finem augmenti: ſecundus vſq; ad finem vitæ. ¶ Secūdo poteſt accipi generatio pro vſu operationis debitæ, & corruptio pro priuatione huiuſmodi operationis: vt ſic ſole accedente ad nos eſſet generatio: quia ſtirpes & animalia mouet ad opera vitæ: recedens vero nobis dicitur corrumpere.

Reſpōdetur Vnicuiq; enti naturali tempus generationis eſt æquale tempori corruptiōis per ſe & per naturam: q̄uis de per accidens oppoſitū ſepe contingat: vt ſi aliquis habet periodum vitæ 66. annos: tūc. 33. ann. habet pro generatione: & 33. pro corruptione: tamen per accidens ex infirmitate vel alia cauſa, poſſet aut per violentiam in 36. anno mori.

¶ Secūdo dico ꝙ poſteriori modo loquendo de generatione, iterum tempus generationis naturale eſt æquale tempori corruptionis, hyems ęſtati.

Dubium. II.

An vita humana poſſit perpetuari?

Pręmit. I. Q₂ catholicus & phyſicus hic differunt primo: quia ſancti dicunt mortem prouenire in hominem propter peccatum, vt ait Apoſto. S. Paulus Phyſici dicunt natura, propter caloris extinctionem, & humidi reſolutionem. Ob id ait Auerro. Auerro. 3. Metaphyſ. Com. 15. Mirum eſt quo modo qui indiget cibo & potu, maneat in ęternum. Secundo phyſicus innititur ſenſui: experitur em̄ omne nutritum extingui. Catholicus reuelationi, quę dicit homines in ſtatu innocentiæ fuiſſe immortales & idem futurum poſt reuelationem.

Pręmit. II. Q₂ medici complexionum alternationem perpendentes, vitam prolongari poſſe arbitrantur: cū natura colericus, vſu ciborum & aliorum ad hoc deſeruientium, ſanguineus effici poſſet. Et quāuis aliqui aſtronomi huic refragentur: tamen indubitata videtur medicoꝝ (quorum iudicium in hac re vt par eſt præfero) ſententia: cui Ptolo. non diſſentit, vt refert Nyphus: aſſerit em̄ ſe peripateticū eſſe in libro magnę cōſtructionis. Nyphus Is in proemio apotelesmaton affirmat aſtronomū verſari circa medium inter contingens & neceſſarium: propter ꝙ multa poſſe ait hominem contra conſtitutum a cœlo: multa quoq; quæ a cœlo nō promittuntur: & ſic complexionum alternationē concederet: quoniam cauſæ ſecundæ vt plurimū ſubduntur voluntati, & rationi humanæ.

Reſpondetur Q₂ pro illo ſtatu vita humana non poteſt perpetuari, ſed prolongari vel breuiari. Primum probatur, quia materia appetit aliā formam. Secundo quia completa auctione calor agit continue ad deſiccationem humidi radicalis Tertio impoſſibile eſt hoīem poni in aere ita temperato, qui ab illo cōtinuo reſoluat. Scd̄m patet quia medici hoc habēt in experiētia: & Arnold⁹ Arnoldus de villa noua mira ſcribit de lapide philoſophoꝝ & auro potabili: & ſimiliter Rupꝰtus minorita de Rupertus rupeſciſſa de quinta eſſentia, q̄ſi vera ſint neſcio. At homines noſtræ tempeſtatis videmus contra vitam crapula & compoculatiōibus maiorem in modum abbreuiare.

¶ Quia fide credimus reſurrectionem mortuorū: ideo dicimus idem corruptum numero rediturum ꝙ etſi Ariſto. negarit de corrupto ſimpliciter, condolendum eſt ei: ꝙ veritate ſuperna non fuit illuſtratus: idem de perpetuitate generationis eſt faciendum: vt in. 8. phiſico. docuimus.

Argumēta vel quia parum vtilia, & propter abitionem non collegi.

¶ Finis librorum de Generatione & corruptione Ariſto. Stagyritæ. 8. Maij. Anno. 1518

Deo gloria.

17. Maij. 1518

Q. Liminaris in li. Meteororum.

Q. I.

Quæ eſt materia Meteorologiæ Articulus. I.

Nota. I. Meteoros μετέωρος apud nos valere tātum ſicut ſublime: hic ſcia ītiꝰ li. μετεωρολογία dicit̄ qa ſit de īpreſſionibꝰ q̄ ī ſublimi fiūt: caue ergo ne methaurorꝝ dicas vt Alber. nec methereorꝝ, nec metheororꝝ, ſed meteororꝝ. At qa īpreſſiones dici ſolēt meteoricę: nō hoc te p̄tereat, īpreſſionē trifariā dici. Prio ꝓ derelictiōe veſtigij alicuiꝰ rei ſicut eſt īpreſſio ſigilli ī cerā. Scđo ꝓ actiōe q̄litatū primarum. Tertio pro effectu derelicto: ſicut ex actiōe frigidi ī calidū gn̄atur pluuia, ros &c̄. ex actione frigidi ī humidū gn̄atur aqua fontalis &c̄. Formulā aūt impſſionū ſic deſcripſit Iaco. Faber Stapuleñ. — Albertus

Mixta imperfecta

Ignea		Aquea	Aerea	Terrea
		Vapor	Venti	Aurum
Flammæ	phātaſmata	Pluuia	Terremotꝰ	argētū
Stipulæ	Hyatus	Ros	Fulmina	Aēs
Eges	Colores	Pruina	coruſcatiōes	ſtānū
Dali	Illūiatiōes	Nix	Tonitrua	Ferrū
Sydꝰ volās	Voragīes	Grādo	Ecnephias	Cuprū
Candelæ	Galatia	Fontes	Typhon	Electrū
Trabes		Flumīa	Halo	Plūbū
Columnæ		Mare	Iris	
Lanceæ			Virgæ	
Clypei			Parahelij	
Globi			Hæc quatuor radiorū apparitiōe fiunt	
Faces				
Pyramides				
Draco volans				
Cometa				

Nota. II. Q. hic dicunt̄ mixta īperfecta ſ. vapor & exhalatio: q̄ ſūt q̄ſi media iter miſta & elemēta ſimplicia vt ſtati dicturi ſumꝰ: vñ ſcias ſolū aīata dici mixta pfecta: alia v̄o oīa mixta iperfecta, vt ros, pruina, vētꝰ, vapor, aurū, cuprū, lapis, ſaxum &c̄. niſi eſſent corpa nata recipe aīam: ſicut corpꝰ hois mortui eſt mixtū pfectū q̄uis inaīatū, ſed tn̄ organiſatū. Sola em̄ aīata & organiſata ex q̄tuor elemētorꝝ cōcurſu formaliter vel virtualiter continentur. Sūt aūt īpreſſiones quadruplices. ſ. ignitæ aq̄ę aereę & terreę: & ſcđm has ſūt q̄tuor libri: in prīo de ignitis: ī ſcđo de aq̄is ī tertio de aereis ī q̄rto de terreis agit̄ īpreſſionibꝰ: q̄ & ſi nō oēs fiāt in ſublimi tn̄ meteorologicę dicūt̄ a nobis notioribꝰ

Nota. III. Varias eſſe de ſubiecto prīo huiꝰ ſcię ſniās: Albertꝰ magnꝰ ī Com. ariſtotelicis ꝓ ſubiecto prīo ponit corpꝰ ſimplex vt eſt ī via ad cōmiſtionē. Alij ponūt ꝓ ſubiecto corpꝰ ſimplex mobile ad formā mixti impfecti: alij corpꝰ naturale mixtū impfectū: alij poſuerūt ꝓ ſubiecto adeq̄to, impreſſionē metheorologicā: at ego veſtigiis ihęreo ab initio acroaſum diſpoſitis: idē plerūq; ſubiectū ī toto & ptibꝰ applicās: qđ paſſiōe cōtrahit̄ & determinat̄: iō ens naturale ſubiectū primū dicimus huiꝰ ſcię & p paſſionē prīo cōtrahit̄ & adequat̄ ei paſſionē vero circūloqmur hoc cōplexo, ens mobile ad formā mixti impfecti: & q̄uis nō ignorē pleroſq; metalla pōere iter mixta pfecta: attn̄ hoc videt̄ dictū cōuenietiꝰ & ordini librorꝝ Ariſt. magis cōmodū, ſicut nota. 2. diximꝰ. ¶ Sic habes qđ petis. ſ. materiā huiꝰ libri ~~eē ens naturale, vt ē mo~~bile ad formā mixti impfecti: & ī re illđ ens naturale eſt īpreſſio meteorologica. Adde q̄ argumēta q̄ hic appōi ſolēt ſūt facilia & ex alijs liquēt: nā q̄ corruptibiliū nō ſit ſcia dixi nꝰ ī ꝓlogo phyſicę: itē q̄ ſubiecta harꝝ nō ſupponūt, nix ē alba, tonitru eſt ſonꝰ &c̄. itē q̄ nō oēs īpreſſiōes ſint meteorologicę diximꝰ nota. 2. q̄ a notioribꝰ nobis & māifeſtioribꝰ fit denoīatio: his ſic p̄guſtatis Ari. heroē maximū phōrꝝ in meteorologico audiamꝰ. — Alber. — Ioan de mgris

¶ De cauſis impreſſionum. Capi. I.

De primis qdē igit̄ cauſis naturę, & de oī motu naturaliter: adhuc aūt de ſcđm ſupiorē lationē pordinatis aſtris: & de elemētis corpalibꝰ q̄t & q̄ & de ea q̄ inuicē pmutatiōe, & de gn̄atiōe & corruptiōe cōi dictū ē priꝰ. Reliqua aūt ps huiꝰ methodi eſt adhuc cōſiderāda, quā oēs priores meteorologiā vocabāt: hic aūt ſunt q̄cūq; accn̄t ſcđm naturā qdē inordinationē: tn̄ ea q̄ primi elemēti corporꝝ circa locū maxīe ꝓpinquū latiōi aſtrorꝝ puta de lacte, & cometis & ignitis & motis phātaſmatibꝰ, & q̄cūq; ponemꝰ, vtiq; aeris eē cōes paſſiones & aq̄. Adhuc aūt terrę q̄cūq; ptes & ſpēs & paſſiōes ptiū ex qbꝰ, & de ſpiritibꝰ & terręmotibꝰ cōſiderabimꝰ oēs cās: & de oibꝰ q̄ fiūt ſcđm motū horꝝ: ī qbꝰ hoc qdē dubitauimꝰ: hoc qdē attigemꝰ aliq̄ mō. Adhuc aūt de fulminū caſu & typhonibus & incēſionibꝰ & alijs circulationibꝰ: q̄cūq; ꝓpter coagulationē accn̄t: paſſiones ipſorꝝ horꝝ corporꝝ. Pertrāſeūtes āt de his ſpeculabimur ſi qd poſſumꝰ ſcđm inductum modū aſſignare de animalibus & plantis, & vniuerſaliterq; & ſigillatim: fere enim his dictis finis vtiq; factus erit omnis eius quæ a principio nobis electionis. ¶ Sic igitur incipiētes dicamus de ipſis primo. Quoniam em̄ determinatū eſt prius a nobis vnum quidem principium corporū ex quibus conſtat circulariter — Cōtinuatio — Intentio — 2 Petitio prima

Se.ūda latorū corporū natura:alia aūt quatuor corpa ꝓpter pricipia:quorū duplicē dicim⁹ eſſe motū:hunc qdē a medio:hūc aūt ad mediū:quatuor aūt exiſtētibus his,igne & aere,& aqua & terra:omnibus quidem his ſuperemines dicimus eſſe ignē:ſubſtans aūt terrā:duo aūt quæ ab his ꝓportionaliter ſe habent:aer quidē igni ꝓpinquior alīs,aqua aūt terræ. Qui itaq; circa terrā totā mundus ex his conſtat corpori

Tertia autoritas bus:de quo accidentes paſſiones dicimus eſſe ſumendum. Eſt aūt ex neceſſitate cōtinuus iſte ſupernis lationib⁹ vt omīs ipſius virtus gubernet inde:vnde em̄ motū principium omnibus:illam cauſam putādum primā. Adhuc aūt hic qdē ꝑpetuus:& finē motus non habens loco ſed eſt ſemꝑ in fine:hęc aūt corpora omnia finitis

Cōclusio diſtāt locis adinuicem. ¶ Quare accidentiū circa ipm̄ ignē quidem & terrā & ſyngenea his vt in materiæ ſpecie eoꝝ quæ fiūt cauſas oportet putare:ſubiectū em̄ & patiens appellamus hoc modo:ꝙ aūt ſit cauſa vt vnde motus principium:eā quę

4 ſemper motorū cauſandum virtutē ¶ Reſumētes igitur eas quæ a principio poſi

Quarta petitio tiones & determinatas prius determinationes dicamus:& de lactis phātaſia & de cometis & alīs quæcunq; exiſtunt his ſyngenea tenia. Dicimus itaq; ignē & aerē & aquā & terrā:fieri ex inuicē & vnūquodq; hoꝝ in vnoq̊q; exiſtere potētia:ſicut & aliorū quibus vnū aliquid & idem ſubjicitur:in quod etiā reſoluuntur vltimū.

5 dubitatio PRimo quidē igitur dubitabit vtiq; quis circa vocatum aerem quā oportet accipere ipſi⁹ naturā in mūdo ambientē terrā:& quo ſe habet ordine

Quātitas terræ ad alia dicta elementa corporū. Moles quidē em̄ vtiq; terræ quanta & quæ vtiq; ſit ad ambientes magnitudines nō immanifeſtū:iā em̄ viſum eſt per aſtrologica & theoremata a nobis quod multo quibuſdā aſtris minor eſt.

6 ¶ Aquæ aūt naturā conſtantē & ſeparatam neq; videmus neq; contingit ſegrega-

Cōclusio de aqua tam eſſe ab eo quod circa terram locato corpore puta in manifeſtis aquæ.ſ.mari &

7 fluminibus & vtiq; ſi quid in profundo immanifeſtum nobis eſt. ¶ Intermedium

dubitatio itaq; terræ & vltimorum aſtrorum vtrum vnum aliquod putandum eſſe corpus ſecundum naturam:aut plura:& ſi plura quāta & vſq; quo determinata ſunt locis.

Rñſio cū Anaxag. Nobis quidem igitur dictum eſt prius de primo elemento quale ſecundum virtutem eſt:& quare totus qui circa latiōes ſuperiores mundus illo corpore plenus eſt:& hanc opinionem non ſolum nos exiſtimamus habētes:videtur autem antiqua quædam exiſtimatio ipſa & priorum hominum. Dictus em̄ ęther antiquam accepit appellationem:quam Anaxago.quidem idem igni putaſſe mihi videtur ſignificare:ſuperiora em̄ plena igne eſſe:& ille eam quæ ibi potētiam æthera vocari putauit hoc quidem recte putans. Quod em̄ ſemper corpus currens ſimul & diuinū

autoritas aliquid ſecundum naturam viſi ſunt exiſtimare:& determinauerūt nominari ęthera ꝙ tale tanquā nulli eorum quæ apud nos idem exiſtens. Non em̄ vtiq; dicem⁹ ſemel neq; bis neq; raro eaſdem opiniones reiterari factas in hominibus,ſed infi-

8 Improbatio anaxagoræ nities. Quicūq; aūt ignē purū eſſe aiunt quod ambiēs & non ſolum lata corpora quod autem intermedium terræ & aſtrorum aerem conſiderantes vtiq; nunc oſtēſa ꝑ mathematica ſufficiēter forte vtiq; deſiſterēt ab hac puerili opiniōe. Valde em̄

In libris cœli ſimplex putare vnūqdq; latorū eē paruū magnitudinib⁹: qa videt aſpiciētib⁹ nobis hinc:ſicut dictū eſt qdē:igit & pri⁹ i his ꝙ circa ſupiorē locū theorematib⁹:dice

9 Cōclusio mus aūt eādē rōem & nūc. Si em̄ & diſtātię plenę ignę & corpa cōſtarēt ex igne: olim annihilatū vtiq; eēt vnūquodq; alioꝝ elementoꝝ, ¶ At vero neq; aere ſolo plena:multū em̄ vtiq; excederet ęqualitatē cōis analogiæ ad coelemētaria corpa.

¶ Et etiã ſi duob' elemẽtis plen' q itermedi' terre & cœli loc' eſt: nulla eñ vt eſt 10 Cõcluſio
dicere terre eſt moles i qua cõtenta eſt: & oĩs aq̃ multitudo ad ambientẽ magnitu
dinem: videm' aũt nõ in tãta magnitudine factũ exceſſum moliũ cũ ex aqua diſ-
gregita aer fiat, aut ignis ex aere. Neceſſe aũt eãdem rõnem habere quantã habet 11 Euacuat euaſio
tãtilla & pua ad factũ ex ipſa aerẽ & totũ ad totã aquã. ¶ Differt aũt nihil ſi qs di
cat qdẽ nõ fieri hec ex inuicẽ equalia tñ virtute eſſe. Scdm eñ hũc modũ neceſſe
eſt equalitatem virtutis exiſtere magnitudinibus ipſorũ: queadmodũ vtiq; ſi facta
ex inuicem exiſterent: quod quidem igitur neq; aer: neq; ignis tantũ replet inter-
medium locum manifeſtũ eſt. 12

Eliquũ aũt perſcrutãtes dicere quõ ordinata ſunt duo ad primi corpis Quæſtio prima
poſitionẽ. Dico aũt aerẽ & ignẽ: & ꝓpter quã cauſam caliditas a ſupio Secunda
ribus aſtris ſit his q̃ circa terrã locis. De aere igit dicẽtes prio ſicut ſup-
poſuimus: dicamus ſic & de his iterum: ſi itaq; fit aqua ex aere & aer ex Tertia Rõ ad tertiam
aqua: ꝓpter quã qdẽ cauſam nõ cõſtant nubes ſcd'm ſuperiorẽ locũ. Cõueniebat
eñ magis quãto remotior a terra locus & frigidior: qa neq; ſic prope aſtra calida
exiſtẽtia eſt: neq; prope radios a terra refractos: qui prohibẽt ꝓpe terrã cõſtare diſ-
gregãtes caliditate cõſiſtentias: fiũt eñ nubiũ cõgregatiões vbi deſinũt iã radij ꝓ-
pter ſpargi in immẽſum: aut igitur nõ ex oĩ aere nata eſt aqua fieri: aut ſi ſimiliter Cauilli remotio
ex oĩ qui circa terrã nõ ſolum aer eſt, ſed velut vapor: ꝓpter qd' iterum cõſtat in
aquã: at vero ſi tãtus exiſtẽs aer oĩs vapor eſt: videbit vtiq; multũ excedere q̃ aeris
natura & q̃ aque: ſi qdem ſupiores diſtãtie plene ſunt corpe aliq̃: & igne qdẽ ĩpoſſi-
bile: qa exſiccarent alia vtiq; oĩa: relinquit aũt aere: & qd' circa terrã totã aqua: vapor
eñ aq̃ diſgregatio eſt: de his qdẽ igit dubitatũ ſit hoc mõ. ¶ Nos aũt dicamus ſi- 13
mul & ad dicẽda determinãtes & ad nũc dicta: qm̃ qdem ſurſum & vſq; ad lunã Suppõ prima
dicimus eſſe corp' alterũ ab igne & aere: quinimo & in ipſo hoc qdem purius eſſe
hoc aũt minus ſyncerũ & differẽtias habere: & maxime qua deſinit ad aerẽ & ad
eũ qui circa terrã mũdũ. Lato aũt primo elemẽto circulariter & corporib' q̃ in ipõ: Suppõ ſecũda
qd' ꝓpinquũ ſemp inferioris mũdi & corpis motu diſgregatũ: accẽdit & facit cali
ditatẽ: oportet aũt intelligere ſic: & hinc incipiẽtes: q; eñ ſub ea q̃ ſurſum circulatio
nes corp' velut materia qdã exiſtẽs & potẽtia calida & frigida & ſicca & humida
& q̃cũq; alie his aſſequunt paſſiões: fit talis & eſt a motu & immobilitate: cui' cau
ſam & principiũ diximus. ¶ In medio qdem igit & circa mediũ eſt q; grauiſſimũ 14
& frigidiſſimũ eſt ſegregatũ terra & aqua circa hec aũt & habita his aerq;: & q; Reſpõſio ad q. 1.
ꝓpter cõſuetudinẽ vocam' ignem: nõ eſt eñ ignis: exceſſus eñ calidi & velut fer
uor eſt, qd' ignis: ſed oportet intelligere: dicti a nobis aeris qd' qdem circa terrã ve 15
lut humidũ & calidũ eſſe ꝓpter vaporẽ & exhalationẽ habere: quod aũt ſup hoc diffinitio
calidũ iã & ſiccũ eſt. Vaporis eñ natura humidũ & calidũ: exhalatiõis aũt calidũ diffinitio
& ſiccũ: & eſt vapor qdem potẽtia vt aqua: exhalatio aũt potentia, vt ignis.

Ius quidẽ igit qd' i eo qui ſurſum loco nõ cõſtare nubes hãc exiſtimãdã 16 Reſpõſio ad q. 2.
cauſam eſſe: qa nõ ineſt aer ſolũ: ſed magis velut ignis: nihil eñ ꝓhibet & Rõ prima
propter eã q̃ in circuitu latio lationẽ, prohiberi cõſtare nubes i ſupiori lo- Secũda
co: fluere eñ neceſſariũ oẽm q ĩ circuitu aerẽ qcũq; intra peripheriã capit Tertia
definitã vt & terra ſpherica ſit tota: videt eñ & nũc vẽtorũ gñatio ĩſtagnãtib' lo
cis terre: & nõ excedere vẽtos altos mõtes. ¶ Fluit aũt aer ĩ circuitu qa ſimul trahit

17 Probat ſecundã rationem

cũ toti⁹ circulatiõe: ignis quidẽ eſt cũ eo qđ ſurſum elemẽto: cũ igne aũt aer cõtinuus eſt: quare & ꝓpter motũ ꝓhibet̃ cõgregari in aquã. Sed ſemꝑ q̃cũq; ꝑs ipſi⁹ grauet̃ extruſo calido in ſuꝑiorẽ locũ deorſum fert̃ exhalato igne: alia aũt i ꝑte aer ſimul fertur ſurſum exhalato igne: & ſic cõtinue hoc qdẽ ꝑſeuerat aere plenũ exiſtẽs: hoc aũt igne & ſemꝑ aliud & aliud fit vnũquodq; ipſoꝝ. De eo quidẽ igit̃ qđ eſt nõ fieri nubes neq; aquã congregatione: & quõ opꝫ accipe de loco inter

18 Rñſio ad q. ſecũdã Probat primo

medio aſtrorũ & terræ: & quo eſt corꝑe plenus: tãta dicta ſunt. ❡ De facta aũt caliditate quã exhibet ſol magis qdẽ ſcđm ſeipſum: & diligẽter in his q̃ de ſenſu conuenit dicere: calidũ em̃ q̃dã paſſio ſenſus eſt: ꝓpter quã aũt cauſam fit nõ talib⁹ exiſtẽtibus illis ſcđm naturã dicendũ & nũc. Videmus itaq; motũ ꝙ põt diſgregare aerem & ignire vt lata liquefacta videantur ſępe. Eius igit̃ ꝙ eſt fieri eſtũ & calorem: ſufficiens eſt efficere & ſolis latio tantũ. Velocẽ em̃ oportet & nõ longe eſſe quæ quidem igitur aſtrorum: velox quidem: longe autem: quæ autem lunæ: deorſum quidem: tarda aũt: quæ autem ſolis: ambo hic habet ſufficiẽter: fieri autem magis ſimul cum ſole ipſo caliditatẽ rationabile: ſumentes ſimile ex his quę apud nos fiunt: etem̃ hic violentia latus vicinus aer maxime fit calidus: & hoc rationabiliter accidit: maxime em̃ mot⁹ ſolidi diſgregat ipſum: ꝓpter hãc igit̃ cauſam ꝑtingit ad

Secundo Tertio

hunc locum caliditas: & quia ambiens ignis, per aërem ſpargitur frequenter motu & fertur violentia deorſum. Signum autem ſufficiens ꝙ qui ſurſum locus non

Quarto

ſit calidus neq; ignitus: eſt diſcurſus aſtrorum: ibi quidem em̃ non fiunt: deorſum autem q̃uis q̃ magis mouentur & citius igniantur citius. Adhuc autem ſol q̃ maxime eſſe videtur calidus: videtur albus, ſed non igneus exiſtens.

Explanatio tex.

Superiori libro egit Ariſto. de Generã. in cõmuni, & generatiõe elemẽtoꝝ ex ſeinuicẽ: hoc libro agit de generatione mixti imꝑfecti ex elementis.

I. Recapitulat, & de quibus dicturus ſit proponit .ſ. de impreſſionibus quæ fiunt prope aſtra: & de his quæ fiunt in terra: & de omnibus alĳs quæ e x coagulatione aquæ aut aeris generãtur: & in alio libro dicemus de plantis & animalibus in vniuerſali & ſpeciali: & ſic erit completa doctrina a nobis intenta.

II. Petit primo eſſe corp⁹ ſimplex quintum motũ circulariter. Secundo quatuor eſſe elementa q̃ habent duplicem motum .ſ. a medio mũdi & ad medium mundi. Tertio ꝙ motus inferiorũ eſt continguus lationi ſuperiori: vt tota virtus eius inde gubernetur.

III. Quatuor elemẽta ſunt materialis cauſa mixtorum (ita appellamus paſſiuum ſubiectum) ſed virtus ſemper mota .i. cœlum, eſt principiũ vnde motus: id eſt cauſa efficiens.

IIII. Petit quarto omnia elementa eſſe adinuicem tranſmutabilia: quia vnũ eſt in potentia ad aliud.

V. Dicamus de aere & alĳs elementis: vnde cum nota ſit quantitas terræ, conſtat terram eſſe minorem quibuſdam aſtris.

VI. Idem patet de aqua quæ eſt coniuncta terræ q̃uis ignoremus an ſit aqua in profundo terræ.

VII. Dubitatur an inter cœlum & terram ſit vnũ corpus aut plura. Et reſpõdet primo ꝙ ſentẽtia noſtra de cœlo eſt antiqua: ethera em̃ appellauit Anaxago. quia ſemper currat. & ſit aliquid diuinũ: neq; incõuenit: q̃m infinities eę dẽ opiniões redeũt.

VIII. Secundo improbat Anaxago. quia valde puerilis eſt opinio, ꝙ cœlum totum ſit ignis, & inter medium aer. Nam puerile eſt credere aſtrum non eſſe maius q̃ videatur. Ratio eſt, q̃a tunc oĩa eſſent annihilata per ignem: ſi ignis in tanta quantitate excederet alia.

IX. Spacium inter cœlum & terram non eſt ſolũ aer: quia aer nimium excederet in proportiõe alia elementa.

X. Nec eſt aer & ignis. Probatur primo, quia terra nõ attingit omnes partes aquæ. Secundo, quia qualis eſt proportio partis ad partem: talis eſt totius ad totum: ſed aer habet ſe in ꝓportione decupla ad aquam: quia ex vno pugillo aquæ fiunt decem pugilli aeris.

XI. Nõ obſtat ſi dicas ex tota aqua nõ fieri aerẽ: quia adhuc ſemper oportet eſſe proportionẽ aquę & aeris adinuicem: ne mundus diſſoluatur.

XII. Tres ſunt q̃ſtiones. Prima quõ aer & ignis ordinantur ad cœlum. Secunda quomodo caliditas g̃natur a cœlo in inferiorib⁹. Tertia cur nubes nõ fiũt i ſuꝑma regiõe aeris: & argumẽtat̃ ꝙ ibi fiãt.

XIII. Reſpondet̃ ad primã q. Suppõẽdo primo ꝙ partes cœli in deſcẽſu variãtur ſcđm perfectionem & puritatẽ ac denſitatem & virtutem. Secundo ꝙ cœlum per motũ ſuum calefacit: & ita ignis a motu cœli inflammatur.

XIIII. Tunc dicit ꝙ terra ſit infima, poſt hoc aq. dein aer & poſtremo ignis: licet ſuperior pars aeris vocetur ignis, tamen non eſt: ſed quia inferior pars eſt mixta vaporibus, dicitur humida, ſupma regio aeris: his vacua dicitur ignis, quia calida & ſicca.

XV. Vapor eſt humidus & calidus: exalatio aūt eſt calida & ſicca.

XVI. In ſuperiori regione aeris non fiunt nubes. Primo quia illa eſt exceſſiue calida. Secūdo quia circulariter mouetur ad motū cœli, ſicut terra circa quā eſt ſphęrica. Tertio quia vapores ad eā nō aſcendūt, ſicut venti non fiunt in altis montibus.

XVII. Aerem moueri circulariter probat & oſtē dit quō aliqua pars ignis fiat grauis: & ita conuertatur in aerem: & ecōtra pars aeris in ignē.

XVIII. De caliditate ꝙ̄ magis facit ſol, ꝙ̄ alia aſtra: cū tñ ipſa nō ſint calida. Reſpondet ꝙ ſol ꝑ ſuū motū diſgregādo partes corpoꝝ inferiorū: ꝙ̄uis mot⁹ ſolis ſit velocior, lunæ tardior: ſol aūt ratione ꝓpinquitatis & velocitatis calefacit. Secūdo q̄a ignis partes ī motu per aerē ſpargi poſſunt. Tertio ꝓbat a ſigno: q̄a aſtra in cœlo non diſcurrunt, vt in aere impreſſa. Secundo quia ſi ſol eſſet igneus: iā appareret rubeus, non albus.

Annotatio in textum

De noīe Meteoros ſatis dictū in ꝓloquio: at te id nō lateat Ariſto. nō inſcripſiſſe hūc librū Meteororū: ſed μετεωρολογικῶν quaſi ſermonē de ſublimibus ſeu dictionem.

1. Impreſſiōes illas fieri ſecundū inordinatiorē naturā, intellige quia magis ſpontanee & caſualiter: ita ꝙ in illis non poteſt ita dari certa regula: mundus autem inferior gubernatur a ſuperiori.

3. Syngenea. i. eiuſdem rationis: nam aer accedit ad ignem, aqua ad terram.

5. De quātitate terræ vide in ſphęra: at de elemētorum ꝓportiōe vide in exercitio. Theoremata autem ſunt principia ſcientiæ ſpeculatiuæ.

7. De ęthere adnotauimus in libris cœli.

Anaxag. 8. Anaxago. vt Plutarchus dixit ſolē eſſe maiorē
Heraclit⁹ Peloponēſo: Heracl. aūt dixit eū latitudīs pedalis
Epicurus Epicurus probabile reputauit tantū eſſe ſolē, quan
Picus tulus apperet. Has ſentētias velut pueriles irridet hic Ariſto. alios citat Picus.

13. Lato aūt primo elemento, hic Ariſto. cœlum vocat elementum.

14. Et habita &c. habita intellige hic. i. cōſequentia: ſicut in. 5. phyſi. diximus. capi. 2.

16. In ſublimioribus locis non fieri nubes ꝓbat
Solinus a ſigno: quia ibi nulli ſint venti: ita refert Solinus in collectaneo rerū memorabiliū: ꝙ aſcēdentes in olympū deferunt ſpōgias pleñas aqua: & ꝙ imprimentes veſtigiū in pulueres, poſt reditū anni ad
Durādus huc reperiāt: ꝙ non cōtingeret, ſi ibi vēti pluuia, aut nix eſſet. Durandus illa adducens in. 2. diſtin.

17. ait. Admiranda canunt, ſed nō credenda poe
Marſiſ. tæ. Et Marſil. ait. q. 11. ſecundi. Solinum illa habuiſſe aliorum relatione: at illi poterant mentiri.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. II.

An cœlum agat in mundum inferiorem & eum regat.

Articulus. I.

Nota. I. Per mundum inferiorē intelligi mundū elementarē, quē Ariſto. dicit neceſſario eſſe continuum lationibus cœli: quod nō eſt accipiendum de neceſſitate abſoluta, ſed naturali, ſeruato ordine in potentijs naturalibus: hoc dixerim quia aliq adeo nos pēdere ex cœlo eſtimauerūt, vt ceſſante motu primo, oēs alij motus labefactarentur: qm̄ motus inferiores pendeant a primo. At Parrhiſia Articulus
num ſtudiū hanc ſentētiam vt erroneā repudiauit parrhiſia.
nam ſole ſtante adhuc Ioſue perſequebatur Gaba Ioſue
onitas: quare motus inferiores nō omnes pendent ex motu ſolis: ꝑ lationē ſuperiorē motū celi vult, continuum dixit συνεχὴν pro contiguo: ac ſi velit cœlum non poſſe agere in vacuū: quare vacuū nō eſt medium inter mundum elementarem & cœlū: gubernare non intellige ciuiliter: cum ſtellæ prudentia rerum agendarum careant: ſed pro dominari motibus inferiorū & eos impellere, adiuuare vel ſopire. Sic & vocula virtus in verbis Ariſto. pro potentia naturali vſurpatur ſiue actiua ſit ſiue
paſſiua. Picus doctiſſimus libro. 3. aduerſus pla Picus
netarios arguit diuinatores, ne ī annuis vaticinijs hoc philoſophi teſtimoniū, quaſi ſuæ fraudis honeſtamentum prætendant: quoniam per mūdum elemētaria tm̄ intelligat corpora, ſpaciū illud ſub lunare replentia: quod ex ſerie literæ deducit: quare nullus vereatur voluntatis noſtrę libertatem il lo dicto periclitari.

Nota. II. Quomodo cœlum agat ī inferiora, nō apud omnes cōuenire: nos meliora ſequamur. Pri
mo Picus vult Ariſto. ſolum lumen dediſſe cœlo Picus
quod & Moyſes Geñ. 1. fecit. Secundo Auerrois Auerrois
voluit ꝙ cœlum & lumē & calorem influat. Tertio Auicenna voluit plures alias virtutes cœlitus
huc demitti: mediam poſitionem Picus vterq; am Auicēna
plectitur. At receptius eſt Alberti magni Sueui di Albertus
ctum, triplici inſtrumento cœlum agere in hęc inferiora, motu, lumine & influentia. Primo motu: non ꝙ motus ſit per ſe actiuus: ſed quia per motū ſtellæ diuerſimode applicantur elemētis: ſicut ſol in deſcenſu facit nobis hyemem, aſcenſu aūt æſtatem: hinc venit etiam diuerſitas aīaliū in diuerſis partibus. ¶ Secundo lumine, quia cum cœlum ſit omnium corporū naturaliū perfectiſſimū: igit habet perfectiſſimū motū & pfectiſſimā qualitatē: Lux aūt ſumma eſt qualitas corporum: & cōſum matricem quandam habet corporum vim & virtutem: ac vitale non nihil poſſidet ait Picus: non ꝙ lux viuat aut vitam afferat: ſed corpus vitæ capax ad vitā maxime preparat & diſponit. ¶ Tertio influentia, nam in profundo terræ generantur metalla virtute aſtrorum: & tamē illuc lumē non pertingit: igitur influētia eſt quid aliud ꝙ̄ lumen.

¶Vnde triuariam differunt lumen & influentia. primo quia lumen eſt qualitas ſenſibilis, influentia non. Secundo quia lumen impeditur corpore interpoſito vel obiecto, ſicut feneſtra clauſa, influentia vero non. Tertio lumē ſolū fit ab aſtris: ſed influentia etiā fit ab orbe. ¶Eſt enī influētia vna occulta qualitas ſicut virtus in magnete, diffuſa a cœlo ī hęc inferiora: ſicut diffunduntur ſpecies coloris vel lucis, habens efficacem virtutem alterandi immutandi &c̄.

Nota. III. Quæ res ſit influentia ambiguum eſt apud idoneos viros. Picus exiſtimat ſenior lib. iij. contra aſtrologos, & iunior li. 5. prænotionū aduerſus bellantiū, nullā aliā eſſe influentiā Cœli pter lumen & ſobolē lucis, calorē. ſ. nō aereū, non igneum, ſed cœleſtem: quē cœlū cū lumine in hæc inferiora diffundat ſit aūt calor ille efficaciſſimus maxime ſalutaris, oīa penetrās, oīa fouēs, oīa moderans: quo corpora perficiunt, & ad vitā diſponuntur: nos quoq; ad motū faciat habiliores: non tn̄ ille calor eſt frigori contrarius, ſicut noſter elementaris calor: ſed qualitas eſt cōis quatuor qualitatibus primis, ſicut lux colorib⁹: quare per ip̄m frigus agit frigiditatē, calor calorē &c̄. noīe tamē caloris ſignificatur: ꝙ caliditas alijs qualitatibus actiuis ſit pfectior, & magis ad calorem cœleſtē accedat: hic ſemen digerit, regit, ſeruat, format, alit, & formas rerū educit &c̄. ¶Et ꝙ vltra illum calorem a luce & motu cauſatū non ſit alia influentia. Probat poſt Picū Nyph⁹. 2. de Genera. Primo quia motus cœli eſt omnib⁹ vita quę p naturā ſubſiſtūt. 8. phyſico. ſed motus nō cauſat niſi calorem. Secundo Ariſto. 2. Cœli tractās oīa cœli accidentia, non meminit influētiæ. Tertio q̄a Ariſt. hic aſſignans cauſas impreſſionū, aſſignat calorem ex parte cœli, & vaporē & exalationē ex pte elementorum: modo facile fuiſſet aſſignare cauſas ex influentia: ponunt autem calorem illum cœleſtem non ſemper eſſe æqualē: ſed hūc variari intēdi & remitti: prout ſtellæ varijs rationib⁹ cōfigurantur & ad luminaria & inter ſe: quia multiplex eſt cœleſtis mixtura: & calor iſte motu & lumine cauſatus varius exiſtit: hinc diuerſitas aſpectuū prouenit trini, quaterni, ſextilis &c̄. q̄uis hoc vltimum Picus improbet.

Picus

Nyphus

Nota. IIII. Aliam eſſe ſententiā, preter motum lumen & ſobolem lucis calorem, alias eſſe influentias: quæ non producantur ab aſtris mediante luce: ſed immediate ab ipſis diffundantur in iſtū mūdum: hoc ex multis cōprobat: quia cœlū nō eſſet cauſa oīm qualitatū: ſi ſolum produceret calorē. Secundo quia cœlum per iſtas influētias cōſeruat quaſlibet res in locis ſuis naturalib⁹. Tertio quia influit cœlum in vno mente pro auro, in alio pro cupro: ī tertio p argēto &c̄. qđ nō eēt: niſi influētia diuerſa a celo talem faceret diuerſum effectū. ¶Ob id ſaturnus frigidus dicitur Mars calidus, iupiter vernalis, luna humida &c̄. quod nō intelligendum eſt formaliter, ſed per influentiā. ¶Et ꝙ varia ſit influentia probant per hoc ꝙ in conſiſtentia ęſtatis ſępe viſum eſt magnū frigus: quod eſſe nō pōt niſi ab influentia cōſtellatiōis Simili rōne magnū calorē exp̄ti ſumus. An. gratię. M. D. V. quo tempore arbores frondebāt in ianuario Friburgi Briſgogię. ¶At de his influentijs ſobrie ſentias: ne tantū opificiū deus fruſtra cōdiderit: & ne oīm hoīm ſcelera, omneſq; caſus in aſtra referas. Sic predicat Hieremias. Ne timeatis ſigna cœli, quæ gentes timent: quare nō nimiū tribuamus cœlo, vt ſic voluntati opificis: & ordini vniuerſi repugnemus. Egit hoc vterq; Picus: egit noſter p̄ceptor G. Reiſchius in Margarita philoſophica ſanctorum patrū ac vtriuſq; iuris autoritatib⁹: ad q̄s nos remittimus: & ad Sco. diſtin. 14. q. 3. ſecundi quomodo cœlū agat in elemēta, mixta & aīata.

Picus

Reiſchius

Scotus

Articulus. II.

Cōcluſio Cœlum regit iſta inferiora motu, lumine & influentia, quo ad vires naturales: ſed non quo ad actus humanos, qui ſubſunt libertati noſtræ. Primū probatur de acceſſu ſolis ad nos & receſſu. Secūdo de luna tā influxu q̄ refluxu maris, q̄ in arborib⁹ cedendis, & humoribus animalium. Tertio quia dies cretici ſumuntur penes motum cœli a medicis. Quarto de metallis quia ſoli tribuitur aurū, lunæ argentū, mercurio argentum viuum, marti ferrū, ioui ſtānum, ſaturno plumbū: vt alchimiſtæ metallis nomina planetarū tribuūt: vnde quia motus iſtoꝝ inferiorū ſunt valde irregulares: ideo regulant motu ſuperiorū corporum qui eſt regularis, Secūda pars patet, quia illi act⁹ liberi nō regunt ab aſtris: vt ſanctus Auguſti. late probat. 5. de ciui. dei. Vir ſapiens dominabitur aſtris ait Ptolomeus.

Auguſti.

Ptolom.

Articulus. III.


Dubium. I.

An terra ſit maior quibuſdam aſtris:

Præmit. I. Q, ſicut in epitomate aſtronomiæ dicitur, ſicut cœlum diuiditur in 360. gradus: ita quælibet ſphera inferior. & quia vni gradui cœli in terra reſpondent. 15. miliaria germanica: ideo ambitus totius terræ habet miliaria germanica. 5400. Modo Ariſto. dicit quædam aſtra eſſe maiora.

Pręmit. II. Q, aſtronomi p inſtrumēta & aſtrolabia accipiunt quantitatē ſtellarū: & nos hic propter verba Ariſt. mouimus dubiū: ſed ſumus contenti in dictis Saxonis, ad cuius mentem reſpōdetur. Primo terra eſt minor ſole: patet quia radij ſolares concurrunt vltra terrā: ergo ſol eſt maior tota terra. Antecedens patet in plenilunio. & conſequentia probatur: quia luminoſum maius ſphæricum, pījcit radios ſuos vltra vmbroſum: ſic ꝙ ceſſante impedimento tandem concurrūt: ſicut ſi luminoſum ſit minus: tunc vltra vmbroſum ſemper elongantur plus ab inuicem: at ſi fuerit ęquale vmbroſo: tunc manent radij ęq̄ diſtātes: vt hic vides.

Saxo



II. Terra eſt minor ſaturno & ioue. Probat qa ſaturnus eſt maior ſole ergo & terra: quia maius maiore eſt maius minore: vnde ſi ſol eſſet ĩ tãta diſtãtia: ſicut ſaturn⁹ forſan nobis nõ appereret ait Saxo.

III. Terra eſt minor qualibet ſtella ſenſibili octauæ ſpherę. Probať quia quælibet illaꝝ eſt maior ſole & ſaturno. ergo terra per priora.

IIII. Terra eſt maior luna. Probať, qa ei⁹ vmbra cõtinet & cõplectiť lunã: ergo terra erit maior per regulã de radijs dictã in prima reſpõſione iã illius dubij: ita trãſit Saxo: at tu cũ reliquis vetuſtis phi loſophis ſentias nullũ aſtrũ ęq iucundũ, illuſtre ac
Celius magnũ eſſe veluti ſolem mũdi oculum. Vide Celium in antiquis lectionibus.

Dubium. II.

An motus ſit calefactiuus.

Prę̃mit. I. Quia Ariſto. hic ait corpa cœleſtia cauſare caliditatẽ in iſtis inferiorib⁹ motu: dubitatio eſt quõ mot⁹ ſit cauſa caloris. Et reſpõdet prio
S. Tho. ſanctus Tho. hoc eſſe ꝓpter primitatẽ mot⁹ cœli, qui ſit oĩm primus: poſt quẽ ſequiť alteratio, inter quas calefactio eſt prior alijs. Sed iſta ratio eſt inſufficiens: quia nõ reddit rationẽ cur motus hoĩs qui non eſt primus ſit calefactiuus.
alphemia ¶ Secũdo Petr⁹ de alphernia reſpõdet corpa mota in aere calefieri: qa aer exiſtens natura calidus, vniť & fortiter cõprimiť a corpib⁹ duris motis p ipſum: & ſic calor ei⁹ cõpreſſus & vnit⁹ intendiť, & corpa mota calefacit. Sed contra in hyeme vbi aer eſt actualiter frigidus adhuc ferrũ & lapis confricata faciũt calorẽ & ignitionẽ: & tñ oĩa ſunt fri
Albrech. gida. ¶ Tertio Auer. & Albrecht⁹ reſpõdent motũ calefacere: qa diſgregat, diſtrahit, & rarefacit: & qa raritas ꝓduciť a calore: & ſeinuicẽ cõcomitantur: quare ex veloci motiõe in ſic rarefactis ſequitur calor. Sed obijciť qa raritas eſt qualitas ſecunda & caliditas prima: ergo calor eſt poti⁹ cauſa raritatis, ꝙ econtra. ¶ Quarto aliqui volũt hoc eſſe ex natura rei: quia calefacere cõueniat motui locali a tota ſpecie ex natura: cuius alia ratio reperiri nõ põt: ſicut nõ datur rõ cur hoĩ cõueniat ridere & igni calefacere. Sed oppono quia motus lentus non calefacit: ergo non conuenit motui a tota ſpecie calefacere.

Prę̃mit. II. Qꝛ duplex eſt motus localis: vn⁹ eſt qui diſtrahit agitat & collidit aliquas partes mobilis ſibi cõtigui: & dicitur motus confricatiuus. Alius eſt motus quo nõ ſit talis cõfricatio aut partium diſtractio: & illis ſic præmiſſis

Reſpondetur Ad dubiũ. Motus localis confricatiuus, nõ extãte impedimẽto eſt calefactiuus, alius vero motus nõ. Probatur quia videmus aucta confricatiõe augeri calorẽ, & diminuta ea calorem diminui: ergo cõfricatio eſt cauſa ei⁹. Antecedens patet de ferro molaris lapidis, de terebrello & ligno, cultello acuendo ſuper cote. In ſignũ huius, qñ volunt vt minus caleat apponũt aliqď vnctuoſum: nã ſic minus cõfricantur: & motus ſit lenior. Aliud ſignũ eſt quia ſi plumbũ ſit in extremitate teli: tunc ꝓpter cõfricationẽ calefit: ſi autẽ ſit in medio teli: tũc nõ calefit: ꝗuis Valla frontoſe hoc neget in dialectica. ¶ Et dicitur ſine impedimento: quia aqua decurrens per lapides & confricata, per hoc non calefit: quia obſtat nimia frigiditas aquæ: & ſimiliter aqua ſtagnalis ſtãs melius recipit radios ſolis: & diutius manent in ea radij ſolares. ¶ Sic aliquis mouetur propter refrigerium p accidens: vt nouo aeri frigido approximeť & aliquod calidũ prę̃miũ ab eo ſeparetur. ¶ Vnde cæteris paribus aqua fluẽs eſt calidior aqua ſtãte. ¶ Sed queris quõ motus cœli ſit calefactiuus, cũ nõ ſit cõfricatiuus. Reſpõdetur qa mot⁹ cœli applicat calefactiuũ calefactibili. i. ſolem terræ: & facit illa inferiora moueri: ad quæ ſequitur calor. ¶ Sic cœlũ ſecũ trahit ſpherã ignis mouendo, ſicut magnes ferrum: ꝗuis alij reddant pro ratione cõtiguitatem & raptũ: quia ignis ſit cõtiguus cœlo, per motum cœli ſimul rapiatur.

Dubitatur. III.

An media regio aeris ſit frigida.

Præmit. I. Ex accidenti tria eſſe interſtitia aeris ſeu regiões: eſt aũt regio aeris nihil aliud ꝙ aer: ſuprema regio ab igne incipit, & tã diu durat: ꝙuſqꝫ ignis aerẽ poteſt calefacere: infima aũt regio a terra incipit: & durat ad diſtantiam illam ad quam radij ſolares poſſunt calefacere. Media regio inter has frigida eſt, turbida, & immundorũ ſpirituum habitaculũ: vt A. Auguſtinus teſtatur. 8. de ciui. dei. ca. xxij. In ſupremo interſtitio fiunt impreſſio Auguſti.
nes ignitæ maiores in medio impreſſiones aqueæ vt pluuia nix, ĩ infimo ros pruina &c̃. ¶ Cauſa calefactionis ſupmę regiõis aeris eſt ignis vt dixim⁹ & ſimul cœlũ influere põt calorẽ & cõſeruare: atqꝫ Bruxel. Saxo Iſenachi⁹ & alij aſtruũt radios ſo Bruxel.
lares calefacere ſupmã regionẽ aeris: nõ recipim⁹: Saxo
qm̃ radij ſolis directi non ſunt calidi niſi virtualiter: & nõ calefaciũt niſi reflexi fuerint: q̃re radij re Iſenach.
cti nõ calefaciũt: aliã tñ cauſam ęſt⁹ aerij dat Aliacẽ. ſ. agitationem & motũ: qm̃ ſupma regio aeris Aliacẽ.
circumagitur & rapitur motu ignis & cœli: ob id quoqꝫ eſt calidior.




Pręmit. II. Ab omnibus cauſam caloris infimæ regiōis aſſignari reflexionē radiorū ſolariū & influentiā aſtrorum: at tunc audi quid dicat ingenioſus Coronellus lib. 7. phyſi. 1. Lumen ſolis obſtaculo non occurrente porrigi in oppoſitam partem cœli: liquet in illuminatione lunæ. 2. Occurrente corpe opaco fit reflexio in ſupplemētū illiꝰ ꝙ debebat directe ꝑduci. 3. Q, reflexio debet eē tāta ſicut vltra locū obſtaculi debuerat directa actio extendi. 4. Radij ſolares poſſunt oblique reflecti, vt exiſtētibꝰ extra tropicos. Secūdo reflectuntur perpēdiculariter. vt exiſtētibꝰ intra tropicos. Cuius ratio eſt, q̄a angulus radij reflexi eſt ęq̄lis angulo radij incidentiæ. 5. Quia radiꝰ perpendicularis reflectit in ſeip̄m: ideo cauſat calorē intenſiorē: ſed in reflexiōe obliqua, vbi radiꝰ i aliū locū reflectitur, non fortior reddit̄. 6. In zona torrida nul'a eſt media regio aeris: quia eſt ęq̄ intenſum lumen in medio aeris, ſicut ꝓpe terrā. 7. Extra zonā torridā reperibilis eſt media regio aeris ex eo: q̄a dabilis eſt pars aeris ad quā nulli radij reflectuntur: vt hęc ad oculum oſtendit figura.

Coronel.



Pręmit. III. Q, ꝙ̄uis hoc ſit ſubtiliter & acute dictū: ei tn̄ nō aſſentior. Primo q̄a radij reflexi ſūt debiliores radijs rectis: & quāto plus recedūt a pūcto reflexiōis: tāto magis debilitant̄. Secundo ꝙ plus calefaciūt circa punctū reflexiōis: & recedendo a pūcto reflexiōis remittit̄ calor. Tertio ꝙ bene ꝓbat d. Coronel. latiorē eſſe regionē inferiorē intra torridā ꝙ̄ extra: ſed nō ꝙ ibi nulla ſit media

Pręmit. IIII. Q, ex dictis ſequit̄ regionē mediā aeris nō eſſe ęqualē ſupra diuerſas terras. Patet, q̄a eſt anguſta ſupra torridā, lata ītra tropicos & circulos arcticos & antarcticos, latiſſima ſub polis: oppoſitū cōtingeret ad dictū Coronel. vt liq̄t i eiꝰ figura. Scďo inęqualis eſt media regio aeris etiā ſup eadē terra: eſt em̄ latior hyeme ꝙ̄ ęſtate: ideo nix propiꝰ apud nos generat̄ ꝙ̄ pluuia. ¶Propterea cōueniunt oēs in hoc, ꝙ iſta interſtitia aeris nō ſūt ſphęrice diſtincta: ſed ſup̄ma aeris regio ſit oualis, lōgior a polo in polū: q̄a ignis ſub ęquinoctiali eſt latior: infima regio aeris ſcd̄m conuexū ſit lenticularis figurę: q̄a diametrū longiorē habeat ſub ęquinoctiali. Cōſequens ſit mediā eſſe oualē quo ad conuexū: & lenticularē quo ad concauū: parū hęc cōferunt: ideo in his exponēdis fui breuior.



Præmit. V. Q̄m aeris media regio eſt frigida: ideo dubium eſt vn̄ ꝓueniat. Et primo dicit Pe. de alphernia: ꝙ hoc ꝓuenit ex influentia cœli & aſtrorū hāc regionē infrigidantiū: ſequit̄ Tartare. Sed cōtra cur nō agit influētia i ſup̄mā regionē aeris ęq̄ capacē: cū agēs fortiꝰ agat i ꝓpinquū ꝙ̄ i diſtās. ¶Ideo eſt cōis poſitio ꝙ hoc fiat ꝑ antiperiſtaſim. i. iuxta poſitionem contrarij. Pro cuius intelligentia

Alpher:

Pręmit. VI. Duplex eſſe contrariū. ſ. penetrans & circūſtās: penetrās vincit & corrūpit ſuū oppoſitū: & tale nō fortificat. Circūſtans eſt ꝙ ſuo contrario iuxta poſitū, illud nō excedit actiuitate: & illud natū eſt fortificare ſuū contrariū: ſed quō fiat iſtud ponitur iſta propoſitio

Vnū cōtrariorꝫ ꝓpter meliꝰ cōſeruari i eſſe fugit ſuū cōtrariū ſibi ꝓpinquū. Hoc patet multis experientijs: prīo i lignis viridibꝰ ad ignē poſitis, in q̄bꝰ humor fugit ſiccitatē ignis ꝑ antiperiſtaſim: ſcďo exalatio vētoſa ſic moueri incipit lateraliter. Tertio cellaria & ſpeluncę ſunt frigidę in ęſtate: quia frigiditas fugit calorē exterius in aere, & fugit ad ptes illas ad q̄s radij ſolares nō pn̄t ptingere cōtra i hyeme. Quarto ī fluminibꝰ ī ęſtate diebꝰ calidis tūc i crepuſculo calor exiſtēs i medio, fugit ad extremitates ſenſibiliter. Quīto eadē cauſa fontes ī ęſtate ſūt frigidiores. 6. Quia cādela citiꝰ cōſumit̄ i hyeme i aere frigido ꝙ̄ calido q̄a flamę calor for

tifi catur p antiperiſtaſim. Septimo qa ſtomachus eſt fortior ī hyeme, q̄ ī ęſtate: & ideo magis comedimus hyeme q̄ ęſtate. 8. Quia homines ſūt robuſtiores & voraciores in regionib⁹ frigidis, q̄ ī calidis ſicut patet de Europeis & aphricanis, de ſuiceris & alijs, de ſchyticis tartaris, Gothis, thurcis &c. in his em̄ calor internus fortificat per antiperiſtaſim a frigore regionis: & ita ſunt animoſiores. 7. politicoꝝ.

Boethi⁹ Coronel. Premit. VII. Q, qa accidēs nō migrat de ſubiecto ī ſubiectū, ait Boethi⁹: ideo difficile eſt videre de illa fuga. D. Coronel. opinat̄ q̄ hoc inſit a natura cōi q̄ influit cuilibet enti, vt diligat ſe pmanere in eſſe: & tūc dicit ī antiperiſtaſi tria fieri. ſ. motū localē, cōfortationē & q̄litatis intēſionē. 1. Motū localē qa fugit cōtrariū. 2. Cōfortationē: nā ex hoc illa q̄litas vnit̄, q̄ pri⁹ fuit diſpſa: mō v̄t⁹ vnita eſt fortior: viſu pcipim⁹ humorē pri⁹ diſpſum ī ligno, ex iuxtapoſitione ignis vniri & appere. 3. Per intēſionē q̄ fit multiplicādo vel reflectēdo p iſtū modū: qa vnaq̄q; q̄litas ſenſibilis efficit ī ſubiecto apto nato q̄litatis intēſionē & q̄litatē realē: actio em̄ phyſica eſt ſphęrica, nullo accedēte impedimēto: cū ergo tali multiplicatiōi occurrit contrariū: tūc reflectit̄ & redit ad ſuā radicē multiplicando & pducēdo ī ſeipo: qa q̄ pduceret qualitatē in ſubiecto ppinquo ſi nō adeſſet cōtrariū: hāc pducūt ī ſubiecto pprio priorē intēdendo. ¶ Corollariū. Nō ergo migrat accidens de ſubiecto in ſubiectū: ſed gn̄at p multiplicationē noua qualitas ī ſubiecto pxio: niſi qn̄ ſubiectū ſimul migrat cū qualitate. Exēplū ī Nicero. Per diē fit calor, aduētu noctis aqua ſe reducit ad frigidita. ē adiuta a frigiditate terrę: fugit ergo calor a fluuio ad ptes extremales, nō p trāſmigrationē accidētis ſed qa calor multiplicādo ſe gn̄at v̄ſus ptes extremales: hīc aqua extrēa reddit̄ calidior poſt occaſum ſolis q̄ ante. Habes ni fallor mi lector quō fiat actio p antiperiſtaſim: adde exēplū pſecūdo, vt humor cū humiditate exiens e ligno iuxta ignem.

Reſpondetur Ad dubiū. Media regio aeris eſt ſemp frigida, vno tpe tn̄ frigidior alio. Probatur qa in ea fiūt effect⁹ frigidi, pluuia, nix, grādo &c. Secūda pars patet, qa in ęſtate eſt frigidior, cū ſit maior antiperiſtaſis: hinc grādines fiūt eſtate nō hyeme: maiores & vehemētiores pluuię fiūt ęſtate q̄ hyeme. ¶ Vn̄ ex hoc apparet cā finalis frigiditatis medię regiōis aeris. & eſt ſal⁹ aīantiū nā pluuię cōducunt fructib⁹ & aīalib⁹ ac plantis &c. vt ſic aīalia cōueniens poſſint hr̄e nutrimētū: & ſic apparet q̄ ridicule L. Valla aſſeruerit mediam regionem aeris non eſſe frigidam.

Articulus. IIII.

Ratio. I. Cœlum nō gubernat inferiora. Probat̄ qa nō cognoſcit: ergo nō gubernat: qa gubernare denotat cognitionē. 1. politi. Preterea hic mūdus nō eſt cōtinu⁹ latiōib⁹ ſupiorib⁹ qa nō eſt vnus: modo cōtinua ſunt quorū vltia ſūt vnū. 5. phyſi. Cōfirmat̄ qa ſi mūdus iſte gubernaret̄ a cœlo: ergo oia euenirēt de neceſſitate cōtra phm̄. 1. perihermenias. Tenet ſequela qa cœlū eſt cā naturalis itaq; ſp agit eodē mō & neceſſario. 9. Metaphy.

II. Operatio intellect⁹ & volūtatis nō gubernant̄ a cœlo: igit̄, antecedēs probat̄ qa alias hō nō eēt dn̄s ſuoꝝ actuū cōtra phm̄. 3. ethi. Confirmat̄ qa metheorice impſſiones fiūt ſcd̄m naturā inordinatiorē: ſed natura inordinatior nō ē cœlū: ergo nō fiūt a cœlo. Preterea vbi eſt inordinatio, ibi non eſt regimē & gubernatio: ſed ī metheoricis eſt inordinatio per Ariſto. ergo nō eſt ibi gubernatio.

III. Mot⁹ nō eſt calefactiu⁹: ergo &c̄. Antecedēs probat̄, qa plura mouent̄ pter refrigeriū. Scd̄o qa tūc frigidi⁹ cū ſit graui⁹ plus calefieret. Tertio qa aqua frās citi⁹ calefit q̄ mota: vn̄ ī igne voluēres digitū q̄ veloci⁹ mouēt, eo minus vruntur.

IIII. Media regio aeris nō eſt frigida. Probat̄ prio qa aer natura eſt calid⁹ & humid⁹: mō q̄dlibet elementū ī medio eſt ī diſpoſitiōe magis naturali q̄ in extremis, vbi attingūt elemēta cōtraria. Scd̄o qa tūc aer eſſet ibi dēſus & grauis: & ita deſcēderet qa eēt naturæ aqueæ. Tertio qa cū aer natura ſit calid⁹: ergo ſtat violēte ſub frigidita e: mō nullū violentū eſt ppetuū 1 Cœli. Quarto qa media regio aeris eſt vi inior cœlo, ergo calidior: quia cœlum ſicut aliud agēs naturale fortius agit in ppinquum, q̄ in diſtans.

Reſpōdetur Q, gubernat hic vſurpat̄ large & ipropriе vt ar. 3.. Ad annexū cōtinuū hic capit̄ p cōtiguo. Ad cōfirmationē licet cœlū ſit cā naturalis: tamen cauſæ ſecundæ mediantibus quibus cœlū agit ſunt variabiles & cōtingentes.

Ad. II. Cōcedo operationē intellect⁹ & volūtatis nō gubernari a cœlo: q̄uis & cœlum & cōplexio poſſint inclinare ad certos actus: ſed vt dici ſolet, aſtra inclināt, nō neceſſitāt. ¶ Ad confirmationē dico metheorica fieri inordinate: nō q̄ nō regulētur a cœlo ſed qa q̄ ad nos difformiter fiūt & contingēter: iā pluit: iā ſtat: iā ningit: iā ſerenat &c̄. Ad aliud iā dixim⁹ quō ſit inordinatio q̄ ad nos. Ad. III. Diximꝰ arti 3. i dubio: cur hoīes refrigerentur motu. Ad ſecūdum nego frigidi⁹ ſemp eſſe graui⁹: qa frigiditas nō eſt cauſa pcipua grauitatis: ita argumentaꝝ ab his q̄ p accidēs inſunt. Ad aliud annexū dixim⁹ ar. 3. cur hoc ſit de aq̄: & eadē rōē de digito: cū digiti motio īpedit ne ignis poſſit figere calorē & actionem in digitum.

Ad IIII. Ad ſubſumptū dico q̄ hoc verū eſt p ſe aeri ī medio eēt meliori mō diſpoſit⁹ naturę ſuę: mō q̄ eſt frigid⁹, hoc eſt p accidēs ſ. p antiperiſtaſim. Ad aliud cōcedo grauiorē aerē ex frigiditate q̄ ſine illa eſſet: at tn̄ grauitas illa nō ſufficit diuidere aerē inferiorē. Ad aliud annexū admitto nullū violentū eſſe ppetuū ī nūero: & aerē violēte eē frigidū: & igit̄ nō eſſe eūdē aerē in numero, q per petuo rigeat: ſed cōtinuo eē aliū & aliū: q̄uis maneat idē ī ſpecie: nā ille aer aliquādo calefit, vel in aquam conuertitur cum pluuia, vel ex grauitate deſcēdit. ¶ Ad vltimum dico agēs citius agere in vicini⁹ actiōe directa & formali: mō celū calefacit reflexe. ſ. radijs reflexis a terra, actione virtuali.

De impreſſionibus ignitis. Capi. II.

De flāmis [H]Is aūt determinatis dicamꝰ ꝓpter quā cauſam flāmę accēſę apparēt circa
cęlū & diſcurrētia ſydera: & vocati a qbuſdā dali & eges: hęc eñ oīa ſūt
Intentio idem materialiter & ꝓpter eādem cauſam: differūt aūt ꝑ magis & minꝰ
¶Principium autē hoꝝ & alioꝝ multorum hoc eſt: calefacta eñ ter-
1 Cōcluſio ra a ſole: exhalationē neceſſariū fieri non ſimplicē vt qdam putāt, ſed duplicē: hāc
2 Cōcluſio quidem magis vaporoſam: hāc aūt magis fumoſam: hāc quidem eiꝰ quod eſt in
terra & ſuꝑ terrā humidi vaporē: hāc aūt ipiꝰ terrę exiſtētis ſiccę fumoſam: & haꝝ
fumoſam quidem ſupuenire ꝓpter calidū: humidiorē aūt ſubeſſe ꝓpter pondus:
& ꝓpterea hoc modo ordinatū eſt quod in circuitu. Primo qdem eñ ſub circulari
latione eſt quod calidū & ſiccū: quod dicimꝰ ignē: innominatū eñ quod cōmune
in omni fumoſa diſgregatione: attñ qa maxime natū eſt tale exuri corporū: ſic ne-
3 Cōcluſio ceſſarium vti nominibꝰ, ſub hac aūt natura aer. ¶Oportet aūt intelligere velut hy-
ꝑcauma hoc qđ nūc diximꝰ ignē ordinatū circa vltimū ſphęrę q̄ circa terrā vt mo-
dico motu ſortiens exurat̃ ſępe ſicut fumus: eſt eñ flāma ſpiritus ſicci ardor. Qua
diffinitio cūq; igit̃ maxime optime ſe habet talis cōſiſtentia: qñ a circulatiōe mota fuerit, ali
4 qualiter exurit̃. ¶Differunt aūt ſcđm hypercaumatis poſitionē aut multitudinē:
Dr̄ia impreſſionū ſiquidē eñ latitudinē habeat & lōgitudinē hypercauma: multotiēs videt̃ accenſa
flāma velut in area ardētis ſtipulæ: ſi aūt longitudinem ſolū vocati dali & eges
& ſydera: ſi quidem plus hypercauma fuerit ſecundum longitudinem & latitudi-
nem: quando quidem quaſi ſcintillat ſimul combuſtum: hoc autem propter igni-
ri: ſecūdum modica quidē ad principiū aūt eges vocat̃: qñ aūt ſine hac paſſiōe da
lus: quādo vero lōgitudines exhalatiōis ꝑ modica diſperſerunt & multiplicant̃ ſi-
militer ſcđm lōgitudinē & ꝓfunditatē ſydera putata volare fiūt. Aliquādo qdem
igitur mota exhalatio exuſta gñat ipſa: aliqñ aūt ſub frigore cōſiſtente aere extrudit̃
& ſegregat̃ calidū ꝓpter quod & latio ipſoꝝ aſſimilat̃ magis ꝓiectiōi, ſed nō ex
5 uſtioni. ¶Dubitabit vtiq; quis vtrū velut q̄ ſub lucerna poſita exhalatio a ſuꝑiori
dubitatio flāma accēdat īferiorē lucernā: mirabilis eñ & huiuſmodi velocitas eſt, & ſimilis
ꝓiectiōi: ſed nō in alio & alio loco facto igne, aut ꝓiectiones alicuiꝰ corporis ſunt
Reſpōſio diſcurſus. Videt̃ aūt itaq; ꝓpter ambo: & eñ ſic fiūt vt a lucerna & q̄dam ꝓpter ex
pelli ꝓijciuntur: velut q̄ ex digitis elabētia: vt & in terrā & in mare videant̃ caden
tia: & nocte & ꝑ diē ſerenitate exiſtēte vident̃. Deorſum aūt iaciunt̃ quia coagula-
tio ad deorſum inclinat ꝓpellēs ꝓpter qđ & fulmina deorſum cadūt: oīm eñ ho
rū gñatio nō exuſtio, ſed ſegregatio ab expulſiōe eſt: qm̄ ſcđm naturā calidū ſurſū
6 natū eſt ferri omino. ¶Quęcūq; qdē igit̃ magis ī ſuꝑmo loco cōſiſtūt exuſta fiunt
Dr̄ia exalationū exalatiōe: q̄cūq; aūt demiſſius ſegregata: ꝓpter cōcerni & infrigidari humidiorem
exhalationē: hęc eñ cōgregata & deorſum tēdens ꝓpellit inſpiſſata, & deorſum
7 Cōcluſio facit calidi ꝓiectionē. ¶Propter poſitionē aūt exhalationis qualitercūq; cōtingat
ꝓpoſita latitudine & ꝓfunditate ſic fert̃ aut ſurſum aut deorſum aut ad latꝰ. Plurima
aūt ad latꝰ: ꝓpter duabꝰ ferri lationibꝰ violentia qdem deorſum: natura aūt ſurſum
oīa calida feruntur ſecundum diametrū: ꝓpter quod & diſcurrētiū ſyderū plurima
obliqua fit latio: oīm itaq; horū cauſa qdē vt materia exalatio: vt aūt mouens aliqñ
8 Cōcluſio quidē q̄ ſurſum latio, aliqñ aūt aeris cōcreti coagulatio: oīa eñ hęc ſub luna fiūt. Si
de loco gnū aūt apparēs ipſorū velocitas ſimilis exiſtēs his q̄ a nobis ꝓijciunt̃: q̄ quia ꝓpe

nos ſunt multũ videnť velocitate ꝑtergredi aſtra q̃ ad ſolẽ & lunã. ❡Apparẽt aũt 9 De phantaſmati.
aliqñ nocte ſerenitate exiſtẽte cõſiſtẽtia multa phãtaſmata ĩ cœlo: puta hiat⁹ & bo
chyni & ſanguinei colores. Cã aũt & ĩ his eadẽ cũ eñ manifeſt⁹ eſt cõſtãs q̃ ſurſũ
aer & ignitio fiat: & ignitio aliqñ q̃dẽ talis fit vt flãmę videanť ardere: aliqñ aũt ve
lut dali ferant & ſydera: nullũ incõueniẽs ſi colorať idẽ iſte aer cõſtãs omnimodis
coloribus. Perſpiſſius eñ trãſparẽs min⁹ lumẽ & refractionẽ ſuſcipiẽs aer omni-
modos colores faciet: maxime aũt puniceũ aut purpureũ: q̃a hi maxime ex igneo &
albo apparẽt ꝑmiſtis ſcd'm ſupappoſitões: velut oriẽtia aſtra & occũbẽtia ſi fuerit
cauma: & ꝑ fumũ punicea apparẽt: & refractionẽ aũt facit cũ ſpeculũ fuerit tale vt
nõ figurã, ſed colorẽ ſuſcipiat: q̃re nõ multo tp̃e maneãt hęc cõſiſtẽtia cã velox exñs
Hiat⁹ aũt diſrupto luie ex obſcuro & nigro facit putare habere aliquã ꝓfunditatẽ: 10 Cõcluſio
multotiẽs aũt ex talib⁹ & dali excidũt cũ cõgregant̃ magis: cõcretũ aũt ampli⁹ vo
rago videť: oĩo aũt ĩ nigro albũ multas facit varietates velut flãma ĩ fumo. ❡De die 11 Cõcluſio
q̃dẽ igiť ſol ꝓhibet nocte aũt excepto puniceo: alij ꝓpter ſimilẽ colorationẽ nõ ap
parẽt: de diſcurrẽtib⁹ q̃dẽ igiť aſtris & ignitis adhuc ãt & de alijs talib⁹ phãtaſma
tib⁹ q̃cũq; feſtinas faciũt phãtaſias has exiſtimare oꝑtet cauſas. De cometis aũt & 12 De cometis tertia pars
vocato lacte dicam⁹ dubitationes ad dicta ab alijs prio. Anaxagoras q̃dẽ igiť: De
mocrit⁹ aiũt eſſe cometas ſymphaſim errãtiũ ſtellarũ cũ ꝓpter ꝓpe venire: putent
tãgere iuicẽ. Italicoꝶ aũt q̃dã vocatoꝶ pythagoricoꝶ vnũ dicũt ipm̃ eẽ errãtũ ſy- Opinio prima
derũ: ſed poſt multũ tp̃s phãtaſiã ipi⁹ eẽ & exceſſum ad modicũ q̃d' q̃dẽ accidit & Secunda
circa Mercurij ſtellã: q̃a eñ modicũ diſgredit ſępe nõ apparet: ita vt poſt multũ tẽ
p⁹ appareat. Similiter aũt his & q̃ circa hippocratẽ chiũ: & diſcipulũ ipi⁹ Eſchilũ Tertia
enũciauerũt: ſed comã nõ ex ipo aiũt habere ſed errãtẽ ꝓpter locũ aliqñ accipere re
fracto noſtro viſu ab attracto hũore ab ipo ad ſolẽ: q̃a aũt diſcedit tardiſſimo tp̃e:
apparet poſt tp̃s plurimũ alioꝶ aſtroꝶ: vñ cũ ex eodẽ apparet ſubdeficiẽs ꝑ totũ
ſuũ circulũ: cedere aũt ipm̃ ad arctũ & ad auſtrũ. In itermedio igiť q̃dẽ tropicoꝶ
ꝓpter nõ attrahere aquã ad ipm̃ q̃a cõrupta eſt a ſolis latiõe. Ad auſtrũ ãt cũ ferať
copiã q̃dẽ habere talis humiditatis: ſed q̃a ꝑua ẽ deciſio circuli q̃ ſup terrã q̃ aũt de
orſum multiplex nõ põt viſus hoĩm fract⁹ ferri ad ſolẽ, neq; a ꝓpinq̃tate tropico
loco: neq; ĩ eſtiuis verſiõib⁹ exñte ſole: ꝓpter quod in his q̃dẽ locis nõ fieri cometã
ipm̃: q̃ñ vero ad boreã relict⁹ extiterit accipe comã: q̃a magna eſt ꝑipheria q̃ deſup
oriçõte: q̃ aũt ſubt⁹ ꝑs circuli ꝑua: facile eñ viſui hoĩm ꝑtĩgere tũc ad ſolẽ. ❡Oĩb⁹ 13
aũt his hęc q̃dẽ cõiter accidit dicere ĩpoſſibilia hęc aũt ſe atim. Prĩo q̃dẽ igiť dicẽ Improbatio opi. ſcdæ & tertiæ
tib' q̃ errãtiũ eſt vna ſtellaꝶ cometa: errãtes eñ oẽs ĩ circulo aĩaliũ ſubdeficiũt: co
metę aũt multi viſi ſũt extra circulũ. ❡Deinde & plures vno ſimul facti ſunt ſępe.
❡Adhuc aũt ſi ꝓpter refractionẽ comã hñt: ſicut ait Hipocrates & Eſchil⁹: oportę Prima Secunda
bat aliqñ appere: ſine coma ſtellã hãc: q̃ñ q̃dẽ ſubdeficit hęc & ad alia loca: comã Tertia
aũt nõ vbiq; habet nũc aũt nulla viſa eſt ꝑter q̃nq; ſtellas: iſtę aũt ſępe ſimul oẽs ele
uatę apparẽt ſup oriçõtẽ. Et manifeſtis aũt exiſtẽtib⁹ ipis oĩb⁹ & nõ apparẽtib⁹ oĩb⁹
ſed q̃buſdã exiſtentib⁹ apd' ſolẽ nihil min⁹ cometę apparent facti ſępe. At vero ne
q; hoc veꝶ q̃ ĩ hoc loco ad arctũ ſit cometes ſolũ ſimul & ſole exñte circa tropicos Quarta
eſtiuales: magn⁹ eñ comete: fact⁹ circa eũ q̃ ĩ achaia terręmotũ & circa fluct⁹ aſcẽſũ
ab occaſib⁹ ęquinoctialib⁹ ort⁹ fuit: & ad auſtrũ iã multi facti ſũt. Sub principe aũt
Atheniẽſiũ Molone facta fuit comata ſtella mẽſe gamelione .i. octobre: ſole exñte

Improbatio oīm opinionū circa tropicos hyemales:& qdē tātā refractionē factā eſſe:& ipſi ipoſſibiliū eē aiūt.
Cōe aūt & his,& cōtactū dicētib⁹ primo qdē q̄a & nō errātiū:accipiūt comā quādā
Quarta & hoc nō ſolū ęgyptijs credere optet eqdē & illi aiūt:ſed & nos vidim⁹:eaꝝ em̄ q̄
in femore canis ſtella q̄dā habuit comā debilē tn̄:intēdentib⁹ qdē em̄ i ipam debile
Quinta factū eſt lumē:adiacētib⁹ aūt viſum remiſſe pl⁹.Adhuc aūt oēs q apud nos viſi ſunt
ſine occaſu diſparuerūt i loco ſup orizōtē cōſumpti paulatim ita vt neq̧ vni⁹ ſtellæ
derelinq̄ret̄ corp⁹ neq̧ pluriū: qm̄ & magna ſtella de q̄ pri⁹ meminim⁹ appuit qdē
i hyeme i gelu & ſerenitate a veſpera ſub Aetio pricipe:& pria qdē die nō appuit tā
q̄ꝫ occūbens ante ſolē:ſequēti aūt appuit q̄ꝫtū cōtingit minimū em̄ relictū fuit &
mox occubuit:lumē aūt extēdit vſq̧ ad tertiā p̄tē cœli velut ſalt⁹:ꝓpter qđ & voca
14 ta fuit via:aſcēdit aūt vſq̧ ad zonā orionis & ibi diſſoluta fuit.¶ Et qdē Democrit⁹
Diluit apparētia ꝓ obtinere voluit ꝓ opiniōe ſua:ait em̄ apparuiſſe diſſolutis cometis ſtellas quaſdā:
Democrito primo hoc aūt nō aliqn̄ optebat fieri aliqn̄ aūt nō ſemp.Adhuc aūt & ęgyptij aiūt errātiū
Secundo & ad ſeipās & ad alias fieri cōuent⁹:& nos ipi vidim⁹ ſtellā iouis & i geminis ſub
Tertio euntē cuidā his iā diſparere faciētē,ſed nō cometē factū.¶ Adhuc aūt & ex rōe ma
nifeſtū:ſtellę em̄ & ſi maiores & minores appareāt:ſed tn̄ idiuiſibiles ꝑ ſe eē viden
tur:queādmodū & ſi eēnt idiuiſibiles tāgētes nullā vtiq̧ facerēt magnitudinē ma-
iorē:ſic & qm̄ nō ſunt qdē:vident̄ aūt idiuiſibiles & cōueniētes nihil videbunt̄ ma
iores ſcđm magnitudines exn̄tes:qđ qdē igit̄ dictę de ipis cauſę falſę exiſtūt: ſi nō
Intentio ꝑ plura:ſed tn̄ ꝑ hęc ſufficiēter palā eſt.¶ Qm̄ aūt de imanifeſtis ſenſui putam⁹ſuffi
ciēter demōſtraſſe ſcđm rōnem ſi ad poſſibile reduxim⁹ ex his q̄ nūc apparēt exi-
15 Petitio ſtimabit vtiq̧ aliqs ſic de his maxie accidere.Supponit̄ em̄ nobis mūdi ei⁹ q circa
prima terrā q̄ꝫtū ſub circulari eſt latiōe eſſe primā p̄tē exhalationē calidā & ſiccā:ipa aūt &
Secūda cōtinui ſub ipa aeris ad multū ſimul circūducit̄ circa terrā ſub ſphęra & motu circu
Tertia lari:lata aūt & mota hoc mō quacūq̧ cōtingit bn̄ denſabilis exn̄s ſępe ignit̄: ꝓpter
16 Gn̄atio qđ dicim⁹ fieri & diſperſorū ſyderū diſcurſus. ¶ Cū igit̄ i talē cōdēſationē icīderit
cometæ ꝓpter ſupiorē motū principiū igneū:neq̧ ſit multū valde vt cito & ad multū exu-
rat̄:neq̧ ſit debile vt extinguat̄ cito:ſed plus & ad multū ſimul āt de ſubt⁹ accidat
aſcēdere bn̄ diſpoſitā exhalationē hoc fit ſtella cometa.Qualitercūq̧ exhalatū exti
terit figuratū:ſi qdē em̄ omī quaq̧ ſimiliter cometes:ſi aūt ad lōgitudinē vocat̄ po
gonias.Sicut aūt talis latio ſtellę videt̄ eē:ſic & māſio quaſi ſimiliter ſtellę māſio vi
17 differētia det̄ eē:ſimile em̄ q̄ꝫ fit:velut ſi qs i paleaꝝ tumulū & multitudinē imiſerit titionē:
aut ignis inijciat pricipiū modicum.Videt̄ em̄ ſimilis & ſyderꝝ diſcurſus huic:cito
em̄ ꝓpter aptā diſpoſitionē hypcaumatis ſuccedit i lōgitudinē:ſi itaq̧ hoc maneat
& nō cōſumat̄:ptrāſiēs aūt maxie dēſatū eſt hypcauma:fiet vtiq̧ principiū lationis
cōſumatio diſcurſiōis:tale cometa eſt ſtella velut diſcurſus ſyderis hn̄s in ipō termi
18 nū & principiū.Qn̄ igit̄ qdē i ipo inferiori loco principiū cōſiſtentię fuerit ꝑ ſe ap
Varia apparitio cometæ paret cometes.Quādo aūt ſub aſtroꝝ aliquo errātiū,aut nō errantiū a motu conſi-
ſtit exhalatio:tūc cometes fit hoꝝ aliquod:nō em̄ apud ipa aſtra coma fit ſed quē-
admodū halo circa ſolē apparet & lunā aſſequēs & qdē trāſlatis:cū ſic fuerit cōden
ſatus aer vt paſſio hęc fiat ſub ſolis itinere:ſic & coma aſtris velut halo eſt:attn̄ halo
19 quidem fit ꝓpter rafractionē talis coloris:ibi aūt in ipſis exhalationib⁹ color appa-
Motus comete rens eſt.¶ Quando quidem igitur ſecundum ſtellā talis cōcretio eandem neceſſe
manifeſtare lationem & motū cometā quā quidem fertur ſtella: cū aūt cōſtiterit ꝑ

ſe tunc ſubtardantes videntur: talis eꝫ latio mūdi qui circa terrā: hoc eꝫ maxime inſinuat non eſſe refractionem quandam cometam vt halo in hypercaumate puro ad ipſam ſtellam factam & nō vt dicunt qui circa Hypocratem ad ſolem: quia & ꝑ ſe fit cometa ſępe & frequentius ꝙ circa aliquas determinatarum ſtellarū: de halo quidem igitur cauſam poſterius dicem⁹. ¶ De eo aūt ꝙ eſt eſſe ignea cōſiſtentiam ipſorum: argumentū oportet putare ꝙ ſignificant facti plures ſpiritus & ſiccitates. Palam eꝫ ꝙ fiunt propter multam eſſe talem ſegregationem: quare ſicciorem neceſſarium eſſe aerem: & diſgregari & diſſolui euaporans humidum a multitudine calidæ exhalationis: vt non conſiſtat facile in aquam. Manifeſtius autē dicemus & de hac paſſione quando & de ſpiritibus dicendi fuerit tēpus: quandoquidē igitur crebri & multi apparēt ſicut dicimus ſicci & fumoſi fiunt anni notabiliter: quando aūt rariores magnitudine ſimiliter quidem non fit tale: attamen vt frequenter fit quidem exceſſus ſpiritus, aut ſecundum tempus, aut ſecūdum magnitudinem. Quoniam & quādo in egis fluuijs cecidit lapis ex aere a ſpiritu eleuatus cecidit per diē accidit aūt & tunc cometes ſtella factus a veſpere. Et circa magnam ſtellam cometā ſicca erat hyems & borealis & fluctus: propter contrarietatem vētorum factus fuit: in ſinu quidem eꝫ boreas obtinuit: extra aūt auſter flabat magnus. Adhuc aūt ſub principe Nicomacho factus fuit paucis diebus cometes circa ęquinoctialem circulum non a veſpera faciens ortum in eo qui circa corinthum ſpiritus euenit. 20 Pronoſticatio cometæ Expꝛientia prima Secūda Tertia

21 ¶ Eius aūt ꝙ non eſt fieri multos ſępe cometas & magis extra tropicos ꝙ intra cauſa ſolis & aſtrorum motus non ſolum ſegregans calidum: ſed & diſgregans ꝙ cōſiſtat maxime aūt cauſa quia plurimum in lactis congregatur regionem. Qualiter aūt & propter quam cauſam fit: & quidem lac dicamus iam prędiſcutientes aūt & de hoc quæ ab alijs dicta ſunt primo vocatorū quidem igitur pythagoricorum quidam aiunt viam eſſe hanc: hi quidem excidentiū cuiuſdam aſtrorum ſecundū dictam ſub phętonte lationem: hi aūt ſolem hoc circulo aliquādo delatū eſſe aiūt veluti igiẽ exuſtū eſſe hūc locū: aut aliquā aliā talē paſſionē paſſum eſſe a latiōe ipoꝝ. Incōueniens aūt non cointelligere ꝙ ſiquidē hæc erat cauſa: oportebit & ȥodiacū circulū ſic habere & magis ꝙ eū q lactis. Oīa eꝫ i ipo feruntẽ errātia & nō ſol ſolū manifeſtius aūt nobis tot⁹ circulus ſemꝑ eꝫ ipi⁹ manifeſt⁹ ſemicirculus nocte: ſed nihil videẽ tale paſſus niſi qua copulaẽ pars ipſius ad lactis circulū. Raritas cometaꝝ 22 Quarta pars de galacia Opinio prima Improbať

23 ¶ Qui aūt circa Anaxago. & Demo. lumē eē lac aiūt aſtroꝝ qrundā: ſolē eꝫ ſub terra latū nō reſpicere quędā aſtroꝝ: ꝙcūqꝫ qdē igiẽ aſpiciunẽ ab ipo: hoꝝ qdē nō appere lumē ꝓhiberi eꝫ a ſolis radijs: qbuſcūqꝫ aūt obſtruit terra vt nō aſpicianẽ a ſole: hoꝝ ꝓpriū lumen aiūt eſſe lac. Manifeſtum autem ꝙ & hoc impoſſibile lac quidē eꝫ ſemper idem & in eiſdem eſt aſtris: apparens eꝫ maximus eius circulus a ſole autem ſemper altera quę non aſpiciuntur: quia non in eodem manet loco oportebit igitur trāſlato ſole transferri & lac: nunc aūt nō apparēt hoc factū. Adhuc aūt ſi queādmodū oſtēdiẽ nūc i his ꝙ circa aſtrologiā theorematib⁹ ſolis magnitudo maior quā ꝙ terrę: & diſtātia multo maior ꝙ aſtroꝝ ad terrā ꝙ ꝙ ſolis: ſicut ꝙ ſolis ad terrā ꝙ ꝙ lunę: nō itaqꝫ lōge alicubi a terra con⁹ q a ſole cōiacet radios neqꝫ vtiqꝫ vmbra terrę ꝙ vocaẽ nox erit apđ aſtra: ſed neceſſe ſolē i oīa aſtra ꝓſpicere: & nulli ipoꝝ terrā obſiſtere. Opinio ſecunda Improbatur primo Secundo

24 Ampli⁹ aūt eſt tertia qdā ſuſpicio de ipo: dicūt eꝫ qdā lac eē refractionē nři viſus ad ſolē ſicut & ſtellā cometā. Impoſſibile aūt & hoc: ſi qdē eꝫ vidēs quieue- Opinio tertia

Improbatur prio rit & ſpeculū quod videtur omne in eodē ſigno ſpeculi eadē apparebit vtiq̧ pars emphaſeos: ſi aūt moueat̄ ſpeculū & ꝙ videt̄ in eadē diſtātia quidem ad vidēs & quieſcēs adinuicē: aūt neq̧ ęq̄ velociter: neq̧ ī eadē q̄dem diſtātia īpoſſibile eādē emphaſim eadē eſſe p̄te ſpeculi: q̄ aūt in lactis circulo lata aſtra mouent̄ & ſol ad quē refractio manētibus nobis & ſimiliter & ęqualiter. Ad nos diſtātibus ab ipis aūt nō ęqualiter quādoq̧ em̄ delphis noctib⁹ medijs orit̄: aliq̄n aūt diluculo: p̄tes aūt lactis eędem manēt in vnoquoq̧: & quidem nō oportebat ſi emphaſis: ſed nō in eiſdem eſſet hęc paſſio locis. Adhuc aūt nocte ī aqua & talib⁹ ſpeculis lac quidē

Secundo illuceſcit aſpiciētib⁹ viſum aūt refrāgi ad ſolem quō poſſibile. Quod q̄dem igitur neq̧ via planetarū nullius neq̧ lumen eſt, neq̧ reſpectorū aſtrorū: neq̧ refractio ex his manifeſtū: fere aūt hęc ſolū ſunt q̄ vſq̧ nunc tradita ſunt ab alijs. ¶ Nos autē

25 dicamus reſumētes principiū nobis ſuppoſitū: dictū em̄ eſt pri⁹ ꝙ extremū dicti

Opinio propria aeris potentiā habet ignis: & motu diſgregato aere ſegreget̄ talis cōſiſtētia qualē & cometas ſtellas eſſe dicimus. Tale itaq̧ oportet intelligere factū quod q̄dem ī illis: cū non p̄ ſe ipa fuerit talis ſegregatio: ſed ab aliquo aſtrorū aut fixorū aut errantiū: tūc em̄ hęc vident̄ cometę quia aſſequunt̄ ipſoꝝ lationem: queadmodū ſoli talis cōcretio a qua ꝓpter refractionē halo apparere dicim⁹: cū ſic fuerit diſpoſitus aer.

Probabilitas dicti Quod itaq̧ ſecundū vnū aſtrorū accidit hęc oportet accipere factū circa totū cœlū, & ſuperiorē lationē oēm. Rōnabile em̄ ſi q̄dem vni⁹ aſtri motus & eū qui oīm facere tale aliquid & arripere: & cū his adhuc ſcd'm q̄dem locū creberrima & plurima & maxia exiſtūt entia aſtroꝝ. Quod q̄dem igit̄ aīaliū ꝓpter ſolis lationem & planetaꝝ diſſoluit talē cōſiſtentiā: ꝓpter quod q̄dem multi cometaꝝ extra tropicos fiūt. Adhuc aūt neq̧ circa ſolem neq̧ circa lunā fit cometa: citius em̄ diſgregat̄ ꝙ vt cōſtet talis cōcretio. ¶ Iſte aūt circulus in quo lac apparet aſpicientib⁹ & maxi

26 mus eſt exiſtens & poſit⁹ ſitu ſic vt multū tropicos excedat. Adhuc autem loc⁹ ple

Cōcluſio nus eſt aſtris lucidis & fulgidiſſimis adhuc ſporadicis vocatis: hoc autē eſt & oculis videre manifeſtum: vt & ꝓpter hoc cōtinue & ſemp̄ hęc oīs aggreget̄ cōcretio.

Probatur a ſigno Signum autem ipſius etem̄ circuli ampli⁹ lumē eſt ī altero ſemicirculo habente duplatum. In hoc em̄ plura & crebriora ſunt aſtra ꝙ in altero: tāq̧ nō ꝓpter alterā aliquā cauſam facta claritate ꝙ ꝓpter aſtroꝝ lationē. Si em̄ & in hoc circulo fit in quo plurima ponunt̄ aſtroꝝ & ipi⁹ circuli in q̄ vident̄ magis ſpiſſa eſſe & magnitudine & multitudine aſtroꝝ hāc veriſimile exiſtimare cōuenietiſſimā eſſe cauſam paſſionis: cōſiderat̄ aūt & circulus & q̄ in ipō aſtra ex ſubſcriptiōe. ¶ Sporadica autē voca

27 ta ſiquidē ī ſphęrā nō erit ordinare: q̄a nullā p̄ finem habet vnumquodq̧ poſitionē

Rō nōis manifeſtā ad cœlum autem reſpicientib⁹ eſt palā: in ſolo em̄ hoc circuloꝝ intermedia plena aſtris talib⁹ ſunt: in alijs autem deficiunt manifeſte. Quare autem ſiq̄dem

Siſ̄itudo cometę & lactis & de apparendo cometas acceptam⁹ cauſam tāq̧ dictā mediocriter: & de lacte eodem mō exiſtimādum habere: ꝙ em̄ ibi circa vnum paſſio hoc circa circulum quēdam accidit fieri eadem. Et eſt lac vt eſt dicere velut diffinitum maximi circuli ꝓpter ſegregationem coma: ꝓpter quod quemadmodum pri⁹ diximus, nō multi neq̧ ſępe fiūt cometę: q̄a cōtinue ſegregata eſt & ſegregat̄ ſcd'm vnāquāq̧ periodū ī hūc locū ſemp̄ talis cōſiſtētia: de factis q̄dē igit̄ in eo q̄ circa terrā mūdo cōtinuo lationibus dictū eſt: de diſcurſu q̄dem aſtrorū & ignita flāma: adhuc aūt de cometis & vocato lacte fere em̄ ſunt tot paſſiōes apparentes, circa locū hunc.

Explanatio tex.

Proſequit intentū: & primo de impſſionib⁹ ignitis, in ſuprema regione genitis.

I. Impreſſiones ignitæ ſunt idem materialiter, & fiunt ex eadem cauſa.

II. Materia impreſſionū ſunt vapor & exalatio, vapor in aqueis, exalatio in humidis: exalatio eſt altior, vapor inferior. Probat ex ordine elementorum: quia ignis eſt ſuperior, dein aer.

III. Quia exalatio fumoſa non habet ꝓpriū nomē, ideo appellatur ignis, quia faciliter in ipſum conuertitur: ſicut fumus apud nos faciliter exuritur: a fortiori ſuperius vbi cum hoc eſt in motu: eſt em̄ flamma ſpūs ſicci ardor.

IIII. Differunt impreſſiones ignitæ, multitudine, paucitate, ſitu & figura: quia ſi eſt lata longa & diſcōtinua: tunc apparent ſtipulę: quando per globos accenditur & ſcintillat dicuntur capræ: ſi non ſcintillat eſt dalus: ſi vero accenditur ſecundū longum, & currit ſuo tractu: tunc dicitur ſydus volās quāuis illud varietur: quia fit in infima & ſuprema regione aeris: poſſunt item habere frigidum a ſumma parte vel ab ima parte.

V. Mota dubitatione reſpōdet ꝙ vtroq; modo fit ſtella cadens. ſ. primo ſicut quia incēſio vadit de vna exalatione ad aliam, ſicut de ſulphure. Secūdo quia vna exalatio expellitur a ſuo cōtrario frigido: & proijcitur quaſi deorſum: fit aūt hęc ꝓiectio á nube inſpiſſata a frigore: horū generatio non eſt exuſtio, ſed expulſio.

VI. Hinc ipreſſiōes ignitę factę ī ſupma regiōe aeris inflāmant̄: ī media regiōe aeris expelluntur.

VII. Exalatio fert̄ ſurſū aut deorſū ex ſitu: qa ī ſuprema regiōe aſcēdit: ī media deſcēdit: ſed cōiter fert̄ ad latus: quia natura tēdit ſurſum: & impellit̄ violenter deorſum: & ita incipit moueri ad latus.

VIII. Hæc generantur ſub luna: patet ex velocitate motuum eorum ſicut in proiectis a nobis.

De hiatu & voragine pars ſecunda

IX. In nocte apparent ſæpe hiatus voragines & ſanguinei colores: ſicut em̄ aliæ impreſſiones fiūt ex exalatione incenſa: ſic aliquando ſolum lumine colorantur: & apparent illa phantaſmata: quia exalationes aeris lumine refractione cauſant colores maxime puniceum aut purpureum: quia ſunt colores permixti ex igneo & albo, vt apparet ī ortu ſyderū: albū em̄ viſum p nigrū apparet rubeū.

X. Hiatus apparet quando lumen interueniēte aliquo nigro apparet diſrumpi.

XI. In die iſta nō apparēt propter abundantiā lucis ſolaris: de nocte non apparent (excepto puniceo) ob obſcuritatem.

De cometis ſcd̄m antiquos

XII. Tres fuerūt antiquorꝫ de Cometis opiniōes prima Anaxa. & Democri. credentiū cometā eſſe cōgregationē planetarū, vbi ſe tāgere vident̄. Secūda Pythagoricorū cometā ēē planetā ſub radijs ſolarib⁹ latentē, & digrediēdo apparentē. Tertia Hippocratis Chij & Eſchyli cometā eſſe planetā: & comā accipe ab humore p ſolē eleuato: & quia tarde egrediat̄ radios ſolares: ideo raro apparet: & mouet̄ a ſole ad ſeptētrionē & meridiē: licet intra tropicos nō habeat comā ꝓpter defectum humorum: nec; ad auſtrum apparet nobis ita cometus, ſicut ad meridiem.

XIII. Improbatur opi. ſecūda & tertia: quia planetæ non ſunt niſi ſub zodiaco: cometæ apparent extra illum. Secūdo quia plures cometæ viſi ſunt ſimul. Tertio cōtra tertiam opi. ꝙ non poſſit coma appere ex refractiōe: & etiā ad auſtrū appaiēt Quarto cōtra opi. primā: qm̄ ſtellę nō erraticę accipiūt comā, vt volūt ęgyptij: & Ariſt. vidit ſtellā in femore canis debilē comā habentē. Quīto cōtra omes ait cometas ſuo tēpore diſparuiſſe ſupra orizontē abſq; hoc ꝙ ingrederent̄ radios ſolares.

XIIII. Non releuat Democritū, ꝙ diſſolutis cometis apparuit ſtella: quia ſi eſſet ſtella, oporteret ſemper apparere ſtellam. Secundo ſæpe fit coniunctio planetarū ſine cometa: ſicut ipſe vidit de ioue & ſtella geminorꝫ. Tertio qa ſtellæ ſunt puę & apparent quaſi indiuiſibiles: & ita vna addita alteri non apparebit in tanta quantitate: ſicut apparet cometa.

XV. Petit primo ignem eſſe ſub cœlo: & áerem eſſe ſub igne Secundo ꝙ ignis & ſuperior pars aeris mouentur circulariter ad motum cœli. Tertio petit exalationem calidam & ſiccam ſurſum motam faciliter accendi. Scd̄m ꝓpriam

XVI. Cometa gñat̄ qñ eleuat̄ exalatio calida & ſicca cōpacta & dēſa, bene inflāmabilis: ſic em̄ nō multū exuritur, nec ſtatim extinguit̄. Habet autē aliā exalatiōnē ei ſubiectā vt pabulū, cōtinuo aſcēdentē: variatur aūt ī figura: poteſt em̄ circūquaq; comam habere vel ſolum in longitudinem.

XVII. Differt cometa a ſtella cadēte: qa illa faciliter incēdit̄ & velociter mouet̄: ſed cometa tardi⁹ & mouet̄ & accēdit̄, ſicut ī ſimili, ſi titio inijceret̄

XVIII. Aliqñ p ſe apparet cometes ī lo (palec. co aſtri, aliqñ ſub planeta, aliqñ ſub alio aſtro fixo, nunc crinē, nūc barbā hn̄s, ſicut Halo apparet circa ſolē niſi ꝙ Halo fit refractione ſicut patebit cometa vero inflammatione.

XIX. Cometa aliqñ mouet̄ ad motū ſtellę, aliqñ ad motū cœli diurnū modico tardi⁹. Ideo Hypocrates nō bene dixit cometā eſſe refractiōnē ſolis: quoniam ſæpe fit cometa ſine ſole.

XX. Cometa ē ſignū ſiccitatis & vētorꝫ: nā quo plures comete, vel quo maior fuerit planeta eo ſiccior erit annus. Probat trib⁹ experiētijs: prima de lapide eleuato a vēto & ꝓiecto ī fluuijs ęgis. Scd̄a qñ ex vētis ī achaia apparēte cometa, inundatio maris facta eſt. Tertia ē de vētis circa Corinthū.

XXI. Comete raro fiūt: & rari⁹ ī ter tropicos. Rō primi ē qa raro tāta exalatio eleuat̄ cōpacta: q̄ ad cometā requiritur. Ratio ſecūdi eſt quia exalatio calore aſtrorū diſpergitur & conſumitur.

De galacia ſcd̄m antiquos

XXII. Tres fuerūt opiniōes de lacte: pria pythagoricorū fabuloſa, exuſtā eſſe a Pherōte: ſed cōtra tūc zodiac⁹ eēt cōbuſt⁹: qa cōtinue ſol ī eo mouet̄

XXIII. Secūda opi. Democriti & Anaxa. lac eſſe quorundā aſtrorū iūctorꝫ lumē: qñ a ſole non aſpicerētur: ſed cōtra qa lac ſemp apparet ī eodē loco ſed qa ſol nō ē ſp ī eodē loco: & ergo mutaret̄ lac. Scd̄o qa ſol eſt maior tota terra: ergo vmbra cauſata a terra, deficit citra aſtra.

XXIIII. Tertia opinio eſt lac eſſe radiorū ſolis refractionē: ſed cōtra tūc nō ſemꝑ appareret in eodē loco. Secūdo quia apparet nobis circulus lactis de nocte in aqua, vbi non eſt talis refractio.

Opi. propria XXV. Galacia generaꝰ, qa plurima exalatio eleuatur ad ſupremā regionē aeris: in qua recipitur lumen aſtrorum illius partis cœli: & ſic apparet circulus albus.

XXVI. Lacteus circulus non eſt inter tropicos: quia ibi exalatio virtute aſtrorū diſſoluiꝰ. Signū aūt hui⁹ eſt: quia circulus ille pro maiori parte eſt geminatus: & vna pars eſt albior alia.

XXVII. Aſtra ſub quib⁹ eſt galacia dicūtur ſporadica quaſi ſeminata ſparſim: & ſicut diximus de cometa: ita & de lacte ſentiendum.

Annotatio in textum

2. Ariſto. duplicē ponit exalationē .ſ. vaporoſam & fumoſam: & ꝓmiſcue vtiꝰ voculis: ſed iā exalationem dicimus ſiccā, vaporē humidū: igiꝰ caue ne confundas has dictiones.

3. ὑπέρκαυμα ſignificat ſupra calidū: & hic Ari. intelligit ignē elementarē: q̄uis in litera ſępe etiā ſignificet exalationē calidā ad ſupera eleuatā. Ga

Gaietan⁹ ietanus male expoſuit hypercauma .i. qd valde inſenſibile. Dalus λαλὸς id eſt lampas aut torris. αἴξ αἴγος capram ſignificat.

4. Stella cadēs nō eſt ſtella: ſed nobis apparet qdē ſtella: iuxta illud Ouidij

Nempe interdum de cœlo ſtella ſereno

Ouidius Et ſi non cecidit potuit cecidiſſe videri.

9. Phantaſmata hic appellat Ariſto. exalationem igneā, nō incēſam, ſed lumine ꝑfuſam: quod in eā incidens diuerſorum colorum qui non ſunt apparentiam facit.

12. σύνφασις a verbo φαίνω id eſt appareo ſignificat quaſi ſimul apparitionē: vt plures ſtellas ſimul

Democr. orientes Democri. cometā dixerit.

12. Italici philoſophi dicti ſūt pythagorici: ꝙ pythagoras Tarenti docuiſſet: eius q̄ꝙ philoſophia italica dicta eſt: ionici vero appellati qui ſub Talete Mileſio & ſuis ſucceſſoribus in gręcia didicerunt: meminit A. Auguſti. 8. de ciui. dei.

A. Augu. 13. Erraticę ſtellę dicunꝰ planetæ: circulus aīaliū eſt zodiac⁹, vt in epitomate aſtronomiæ.

13. Buris & Elice vrbes fuere Achaiæ olim aquis obrutæ: meminit poſt Ariſto, Oui.

Ouidius Si quęras Elicen & Burin Achaidas vrbes
Inuenias ſub aquis, & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis

13. γαμηλιὼν id eſt october.

13. Canis ſtellarum, imago prope orionem.

16. πώγων barba: inde cometā pogoniam hoc eſt barbatam appellat.

20. Vetus adeo validus fuit in ęgypto, vt magnū lapidē in aera ferret & in lacum proijceret: qua nocte cometa viſus eſt: vn̄ de prognoſticis vētorū ta

Stapuleñ. les verſus citat Iaco. Faber inſignis philoſophus.

Tu ſteriles agros & inania vota coloni
Siccus & efferuens ſeue cometa facis.
Cum crinem oſtētas: tūc ventorū impetus vrget.
Oppida: tu bella ſanguinolenta moues.
Principibus lethum, tu ſeditioſa minaris
Sic varijs mundus ducitur auſpicijs.

22. γάλα lac ſignificat: nā ob albedinē viā illā cœli lacteā antiqui dixerūt: trāſit aūt per geminos & principiū ſagittarij: meminit huius Ouidius Ouidius

Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo:

23. Sol plus diſtat a nobis, q̄ conus vmbræ a terra procedentis: hoc ex theoreumate. q. 1. liquet.

27. σποράς ſparſus: inde σποράδες ſtellę dictæ ꝙ ſparſæ ſint & quaſi ſeminatæ, Sunt & inſulæ ſporades in mari ęgeo, ſparſæ: inter quas eſt & Pathmos, diuo Ioan. celebris. S. Ioan.

Explicatio ſcholaſtica

Q. II.

An omnes metheoricę impreſſiones ignitæ ſint eiuſdem ſpeciei?

Articulus. I.

Nota. I. Q. materia oīm imp̄ſſionum eſt vapor & exalatio: vapor in aqueis, exalatio in ignitis & vētoſis. Gnaꝰ aūt exalatio ex terra ex qua reſoluitur vi caloris: nam tres ſunt partes terræ, vt refert Timon hic poſt Platonē in Timęo & Senecā: tu, adde trib⁹ cruſtis quartā ꝑtē nucleū. Prima cruſta eſt ad quā radices arboris ſe extendūt: & eſt multū poroſa in qua ſunt fluuij & aquę pluuiales. Alia eſt cruſta multum ſolida & cōpacta: q̄ nō eſt poroſa. Tertia pars eſt multū poroſa, amplis cauernis plena: vbi fontes generanꝰ & terręmot⁹. Quarta pars nuclei eſt multū cōpacta & ſolidior q̄ ſecūda cruſta: & ibi gn̄anꝰ metalla. ¶ Ergo qa prima cruſta eſt multū poroſa ꝟtute ſolis & aſtrorū eleuatur & ſubtiliaꝰ exalatio terrea, ſicca & calida: vbi aūt terra eſt humida aut e fluuijs eleuaꝰ ꝟtute caloris: vapor humidus & calidus, q eſt materia imp̄ſſionū aquearū. Habes ergo materiā ꝓpinquā imp̄ſſionū .ſ. exalationē & vaporē: materiā remotā .ſ. terrā vel aquā, aut aliud ei ęquiualens. Timon Seneca Plato

Nota. II. Q. vetus q̄ſtio eſt: an vapor ſit ꝑ ſubſtantiā aqua & exalatio terra leuificata: vn̄ pria ſentētia Marſi. q. 14. ſcdi. de Genera. Saxo & Burida. vaporē eſſe ſubſtātialiter illud in quod reſoluitur: & ſic vapor eēt aqua: ſed cōtra exalatio aliquando eſt indifferēs ad corpora ſpecie diſtincta tūc vapor ſtaret ſub ſpeciebus diſtinctis. ¶ Scda ſentētia Bruxellē: vaporē & exalationē eſſe illa a quib⁹ reſoluuntur: ſed cōtra cū exalatio reſoluaꝰ a terra: iam ipſa eſſet terra. Modo cum terra ſit grauiſſimum & groſſiſſimum elementum: quomodo poſſet ſtare tanta raritas & leuitas cum terra & aqua: ſicut eſt in exalatione. Secundo hæc poſitio improbatur ex motu: quia quodlibet recedens a loco proprio mouetur violentē: & per conſequens a prīcipio extrinſeco: vapor vero mouetur a principio intrinſeco: probatur quia aſcendit per ſuum contrarium. Adde ꝙ euaporatum a vino conuertitur in aquā, nō in vinū: vt dicit Ariſto. in. 2. hui⁹ Marſil. Saxo Buridan⁹ Bruxell. Ochā. q. 6. quarti.

Timon ❡Tertia ſentẽtia Timonis & alior̃ vaporem nõ eſſe aquã, nec exalationẽ terrã aut ignẽ: quia non ſunt corpora ſimplicia, ſed a talibꝰ aut ſimilibꝰ reſoluta ſunt aũt mixta imperfecta, media inter elementa & vera mixta: pars enĩ terræ adeo rareſit & lenificat & i fumũ quaſi cõuertit: vt forma terræ nõ poſſet cũ tãta raritate ſubſiſtere. Sic vapor cõſimiliter eleuat ab aqua aut alio humido corpe & quis exalatio & vapor ob ſubtilitatẽ nõ videantur: eſt enĩ exalatio ſubtilior fumo: tñ p frigiditatẽ cõdenſatę, aut calore ignitę, poſſunt videri.

Nota.III. Q multa accidentia circa impſſiones ſunt aduertenda: & quia ſunt facilia: & alij multũ luculenter ſcripſerunt, precipue preceptores noſtri Reiſchiꝰ Chartuſianꝰ & Iſenachiꝰ: ſunt etiam plures in his differentiæ.ſ.

Reiſchiꝰ Iſenach.

Inflammationis	Magnitudinis	Figuræ
Coloris	Temporis	Durationis
& loci.		

1: Differẽtia eſt in loco, qa inflãmationes aliq̃ fiũt in ſupma regiõe aeris, vt cometa, aliquę in media vt coruſcationes, aliq̃ in infima, vt lumina de nocte viſa circa torcularia, ſuſpendia, cimiteria &c̃. 2. Inflãmationis, qa in ſuõma regiõe aeris incẽdit a calore ignis vel motꝰ, i media motu vt in fulmine vel coruſcatione, in infima per antiperiſtaſim. 3. Magnitudinis: qa põt impſſio eſſe magna vl' ex magnitudine inflãmationis, vel qa exalatio tota ſimul inflãmatur, vel quia eſt prope nos: cometa quis ſit magnus, tamen ob diſtãtiam apparet nobis paruus. 4. Figuræ differẽtia puenit ob diſformitatem vel vniformitatem exalationis: aut eius diuerſas diſtractiones, agitationes & motus, vt quarto notabili dicturi ſumus. 5. Colores diuerſi apparent partim ex raritate & denſitate: quia rariores apparent albiores: item ex diuerſitate exalationum, ex materia ſulphurea aut viſcoſa & pingui: vnde apparent etiam albę, rubeæ, nigræ blauæ &c̃. 6. Temporis, q nunq̃ aut rariſſime fiunt in hyeme: quia calor deeſt ad exalandum: & exalati ſtatim deficiunt a frigiditate aeris: in eſtate raro, niſi per antiperiſtaſim, vt in fulminibꝰ: & hoc propter exceſſum caloris cõſumentis exalatiões. In vere fiunt, ſed pauciores: q terra gelu hyemis adhuc ſit compacta: in autumno ſunt frequentiores: quia ſufficiens eſt calor: terra ex æſtate adhuc ſicca: noctes nec nimium lõgæ, nec breues. 7. Diutius durant quæ ſunt ex materia magis groſſa & viſcoſa vt cometa: contra alię facilius depereunt.

Nota.IIII. Q, etſi Ariſto. ſatis dilucide explicat modum quo generentur impreſſiones ignitæ: non tamen erit abs re, eundem breuiter retexere: quoniam exalatione calore abundante fertur ad ſupremam regionem aeris: quæ ſi eſt inęqualiter
1 ſubtilis, pars groſſa & multa inferior, ſubtilior vero eleuata in modum candelæ & perpendiculi: quare illa accenſa apparet ignis perpendicularis,
2 aut per modum columnæ pyramidalis. Si vero tm̃ habet de groſſo ſicut de ſubtili, tunc apparet per modum lanceę ardentis. Exiſtente autem exa
3 latione ęque ſubtili, ſed diſcõtinua vna parte poſt aliam inflammata & incenſa: tunc dicuntur ſcintillæ ardentes. Si autem eſt continua, & in vna 4
parte incenſa: dicitur tunc candela ardens: quia licet latitudo ſit ęqualis longitudini: tamen ob diſtantiam apparet oblonga & rotunda. Si autem 5
æqualiter extendi non poſſit, inflammata ſurſum tendit: dicitur aſub aſcendens. Aſub nomen gñale Aſub
eſt impreſſionum ait Summerhart. ex cuiꝰ linguæ ideomate veniat, ignoro. ❡Si exalatio minus for 6
tis fuerit: & ad mediam regionem veniens, a frigido circunſtante fortificatur & incenditur verſus nos dicitur tunc aſub deſcendens: & apparet ſicut ſtipulæ ardentes: deijcitur enim a nube frigida: ideo videtur deſcendere: exalatione autem exi 7
ſtente conglobata: & vnus globus poſt alium inflammetur: tũc apparet per modum caprarum ſaltantium. Exiſtente autem continua materia & vi 8
ſcoſa & pingui, per antiperiſtaſim accenditur, & calido & ſubtili combuſto, graueſcit aliud & deſcendit: & dicitur ſtella cadens: in alpibus ſueuicis in agris ruſtici ſæpe mihi monſtrarunt talem materiam quam affirmabant, ſic decidere in tali apparitione. Exalatione autem exiſtente inęquali 9
& multa: q ſubtilius eſt aſcendit: groſſius in medio reſidet in modum ventris: & ex propinquitate nubis frigidæ, apparet fumare: & dicitur draco volans. ❡Exalatio debilis remanet in infima regione aeris: & vario motu varias accipit figuras: & ad motum accedentis mouetur: quia is mouet aerem in quo eſt: ſic apparent in modum candelarum, ſtipularum, ignis fatui &c̃. vt circa cimiteria, patibula, coquinas, torcularia, capita equorum fumantium. Hæc ſummatim: adde q parum refert: ſi inflammationes aliquas hi in media, alij in infima ponunt: quoniam non diſtinguuntur iſtæ regiones ex natura rei: nec nos ſcimus diſtinctionem illorum interſtitior̃ ad amuſſim.

Articulus.II.

Concluſio Omnes impreſſiones ignitæ ſunt in vna ſpecie inflammationis: quamuis exalationes aliquando ſpecie differant. Liquet concluſio ex ſecundo notabili: vnde denominationes eis datæ in quarto notabili ſunt ſolum accidentales.

Articulus.III.

Dubium. I.

An cometa ſit de natura elementari?

Pręmit.I. Iuxta dicta in textu cometam fieri ex exalatione terreſtri, multum calida, ſicca, pingui & viſcoſa, ad ſupremam regionem aeris eleuata & accenſa. Differunt autem cometæ: quia aliquãdo fuerunt magni, aliquãdo parui: interdum vnus apparet, aliquãdo multi. Sunt preterea aliqui barbati, aliqui comati, aliq caudati, ſi enĩ materia

in medio fuerit cōpacta, ſed in extremitatibꝰ rara tūc apparet velut ſtella crinita: ſi aūt in vna parte ſpiſſa fuerit & ꝓtenſa ſeu porrecta in vnā partem tūc apparet ſtella caudata: ſi v̾o altera pte tm̄ ra-
Damaſ. rior fuerit apparebit barbata. Damaſ. tn̄ li. 2. ca. 7. arbitratur cometā aſtrum eſſe de nouo factū: ꝙ diſſoluatur cōpleta ſignificatione ſua.

Variat colorē quoq; cometa ſecūdum raritatē & materiā ex qua eſt exhalatio: hinc aſtrologi cometā de natura ſaturni plūbei coloris, iouis albi martis rubei, ſolis aurei, mercurij cerulei eē arbitrant̄.



Præmit. II. Cometas variari motu: comati em̄ interdū nō mouent̄: caudati ſunt ī motu frequēter ad occaſum: interdū lateraliter mouentur, ad motū aeris cōtinentis. Et quia gn̄atio Cometę ſignificat magnā ſiccitatē & caliditatē fuiſſe: qa alias tanta materia ꝑ eiꝰ gn̄atione nō eleuata fuiſſet: ideo cōmuniter ſequit̄ ſterilitas ī terris nō paludinoſis. Signū etiā eſt alioꝫ venenatos halatus, & vapores plures eleuari p forte actionem aſtrorū: vn̄ aer infectus peſtilentiā agit in hoīes: ratiōe quoq; ſiccitatis hoīes ad bella incēdit, fantaſiā ꝑturbat ſenſus immutat: & ſic ad ſeditiones incitat: & eiſdem rationibꝰ vētos plures & terræ motus deſignāt ac inundatiōes: qm̄ tūc plures exalatiōes ad materiā vētoꝝ eleuātur: & ipediti eleuare terrā rūpunt: vēti aūt fluctus maris ad inundationem parant.

Reſpōdetur Ad dubiū ꝙ cometa nō eſt de natura cœleſti, ſed elemētari: nā alioqui ſemꝑ appareret. De cometis vide chronographos qn̄ & ꝙ diu & qualiter appꝰuerint: & qd fuerit ſubſecutū: q̄ diligēs magiſter ꝑ capacitate auditorū applicet nolo his membranas occupare.

Dubium. II.

An lacteꝰ circulus ſit de natura cœleſti:

Prępmit. I. Ariſto. voluiſſe galaxiā eſſe viā lacteā & latam propter exhalationes, ea parte cœli apparentes: ſed rationes motæ per eum de cometis cōtra antiquos merito debebāt eū mouiſſe ad oppoſitum dicēdum: cum galaxia ſemper ab eadem parte ęquabiliter appareat: & tamen vapores & exhalationes non æqualiter eleuantur in diuerſis partibus anni. ¶ Verum eſt ꝙ inſignis philoſophꝰ
Stapulē. Iacobus Faber Stapulen̄. nititur colorare intētionem Ariſto. per hoc ꝙ duplex ſit lacteus circulus vnus cœleſtis, noctis ſerenitate cōſpicuꝰ: alter elementaris, imp̄ſſionis ſub cœleſti aggregatæ: eius candoris ſimilitudinem repreſentans: & hic non ſemper appareat: modo Ariſto. fuerit locutus de ſecundo circulo lacteo impreſſionis: at glo. illa nō apparet mihi habere intentionem Ariſto, ideo aliter reſpondeo ad dubium.

Reſpōdetur Ad dubium, circulum lacteum eſſe de natura cœleſti, & nō impreſſionem metheoricam: illam reſponſionem ſic exorno. 1. quęlibet pars cœli eſt lucida per lumen incorporatum, aut lumen reflexum: lumen incorporatum id eſt lux. 2. Partes cœli non ſunt in ęquali raritate vel denſitate. 3. Partes dēſiores cœli fortius in ſe recipiūt lumen & fortius reflectunt. 4. Partes propinquiores ſtellis cæteris paribus fortius in ſe recipiunt lumen ꝙ̄ reliquæ. Modo quia a pedibus geminoꝝ ad principium ſagittarij plures paruæ ſtellæ exiſtunt ſporades: & ille tractꝰ cœli eſt denſior: ideo apparet luminoſior. Timo hic adducit demōſtra- Timo
tionem cōtra Ariſto. quam breuitatis cauſa omitto: acceptam refer hanc determinationem Ioanni Vrachio præceptori noſtro. Vrachius

Articulus. IIII. quotlibeticus.

1. Cur in cimiterijs & ſub patibulis ſępe apparent cādelę accenſæ. Reſpōdetur quia ibi continue vi aſtrorum exit aliquis fumus pinguis & calidus ex cadaueribus mortuorum: qui adueniente frigiditate noctis inflammatur per antiperiſtaſim: tunc vulgares credunt ſe ſpiritus vidiſſe.

2. Cur talia lumina apparentia de nocte fugiūt homines. Reſpōdetur, quia homines deambulantes mouent & impellunt aerem ante ſe: & ad motum aeris mouetur exalatio incenſa.

3. Cur parua lumina aliquando apparent ſuper auribus equorum vel capitibus equitantium de nocte. Reſpondetur quia exalationes per aerem diſperſæ adhęrent pilis equorum vel veſtibus hoīm & inflammātur vel motu vel per antiperiſtaſim etiam contingit homines vel iumenta motu calefacta exalare: & exalationes illas per antiperiſtaſim igniri.

Cur impreſſiones appareant eſſe in cœlo: cum tamen ſint propinquiores nobis. Reſpondetur ſicut viſus decipitur de magnitudine rei propter diſtantiam obiecti: ita decipitur ex diſtantia circa ſitum & ita vetulæ credūt tonitrua & coruſcationes fieri ex cœlo.

Cur apparet color ſanguineus in cœlo, & nō aliꝰ. Reſpondetur quia lucidum viſum p nigrum apparet rubeum: & ſic lumen ſolis vel alterius aſtri incidens in nubem, apparet rubeum.

Cur audiuntur voces nocturnæ circa cimiteria & ſepulchra mortuorum. Reſpondetur ꝙ fumus ſeu exalatio reſoluta in die calore ſolis, fugitura frigus nocturnum terrę erumpit per ſtrictū aliquod foramen: & ſecundum exigentiam ſtricturæ vocis cauſat diuerſum ſonū. Et ſicut cōtingit in pulſu campanæ: ꝙ quam vocem quis conceperit, illam videtur campana ſonare. Ita euenit de illo ſono proueniente ex illis ſepulchris: & ſępiſſime hoc contingit in autumno: & vulgares plurimum decipiūtur, opinādo ſpiritus ibi apparere & eiulare.

De impreſſionibus aqueis in aere. Cap. III.

Intentio

letur: & calibes faciũt ſic. Subſidet em̃ ſubtus & purificať ſcoria: quũ aũt ſępe patiať
& purũ fiat hoc: calibs fit: nõ faciunt aũt ſępe ipſum ꝓpter abſentiã fieri multã: &
pondus minus purificari. Eſt aũt melius ferrum quod habet minorem purificatio-
nem. Liqueſcit autẽ & lapis pyrimachus vt ſtillet & fluat: quod autem coagulatur
quum fluxerit iterum fit durum, & molle liquantur vt fluant: fluens autem coagu-
latum colore quidem nigrum ſimile autem fit calci: liqueſcit autem & lutũ & terra.
16 Diuiſio coagulabilium ¶ Quęcunq; autem a calido ſicco coagulantur: hęc inſolubilia ſunt quidem: hæc aũt
ſoluunť humido: later quidem igitur & lapidum quorundam genera: quęcunq; ab
igne terra cõbuſta fuerit velut molares inſolubilia: nitrum autem & ſales ſolubilia
humido: nõ om̃i aũt ſed frigido: propter quod aquæ: & quæcunq; aquæ ſpecies li
queſcũt: oleo aũt nõ liq̃ſcũt. Sicco em̃ calido, cõtrariũ frigidũ humidũ: ſi ergo coagu
17 Ingroſſibilia lauit alterũ alterũ ſoluit: ſic em̃ cõtraria erũt cauſę cõtrariorꝶ. ¶ Ingroſſanť quidem
igitur ab igne ſolum quęcũq; aquæ plus habent q̄ terræ: coagulanť aũt q̃cunq; ter-
18 Dubium de oleo ræ: propter quod & nitrum: & ſales terræ ſunt magis & lapis & later. ¶ Maxime
autem dubie habet olei natura: ſiquidem enim aquæ oportebat coagulari a frigido
vt glacies: ſi autem terrę plus ab igne vt later: nũc autem coagulatur quidem a neu
Soluitur tro. Ingroſſatur autem ab ambobus: cauſa autem eſt quia plenum eſt aere: propter
quod & in aqua ſupernatat: etẽm̃ aer fertur ſurſum: frigidum em̃ ex inexiſtente ſpi
ritu aquam faciens ingroſſat. Semper em̃ quũ miſta fuerint oleũ & aqua: ambobus

fit groſſi⁹:ab igne aūt & tp̄e igroſſat̄ & albeſcit.Albeſcit q̄dē euaporāte aqua ſi qua
inerat:ingroſſat̄ aūt ꝓpter ea qđ marceſcēte calido ex aere fit aqua. Vtroq; quidem
igit̄ mō eadē fit paſſio & ꝓpter idē ſed nō eodē mō:igroſſat̄ q̄dē igit̄ ab ābob⁹:de
ſiccat̄ aūt a neutro:neq; em̄ ſol neq; frig⁹ deſiccat:nō ſolū aūt q̄a viſcoſū: ſed & q̄a
aeris eſt:nō deſiccat̄ aūt aqua & neq; exiccata elixat̄ ab igne,q̄a nō euaporat ꝓpter
viſcoſitatē.¶ Queq̄cūq; aūt miſta terræ & aq̄ ſcđm pluralitatē vtriuſq; dignum dici 19 Alia coagulabilia
Vinū em̄ quoddā & coagulat̄ & epheſim patit̄ velut muſtū abſcedit aūt ab om̄ib⁹
talib⁹ dū deſiccat̄ aqua:ſignū aūt q; aqua:vapor em̄ cōſtat in aquā ſi q̄s velit collige
re:quare q̄buſcūq; relinquit̄ aliq̄d hoc terrę.Quedā aūt hoꝝ & a frigido ſicut dictū Alia
eſt igroſſant̄ & deſiccant̄:frigidū em̄ nō ſolū coagulat ſed exiccat q̄dē aquā:igroſſat
aūt aerē aquā faciēs.Coagulatio aūt dicta eſt q̄dā deſiccatio exiſtēs.Quecūq; quidē
igit̄ nō igroſſant̄ a frigido ſed coagulant̄ aq̄ ſūt magis:velut vinū vrina acetū & lixi-
uiū & ſerū.¶ Quecunq; aūt igroſſant̄ nō euaporātia ab igne: hec q̄dē terrę,hec aūt 20 Ingroſſata nō euaporantia
cōia aq̄ & aeris:mel q̄dē terræ,oleū aūt aeris.Sūt aūt & lac & ſanguis amboꝝ q̄dē
cōia & aq̄ & terrę magis aūt q̄ multa terrę:queadmodū ex q̄buſcūq; humidis nitrū
fit & ſales & lapides aut ex q̄buſdā cōſtant talib⁹:ꝓpter qđ & ſi nō ſeperetur ſerū
exurit̄ ab igne decoct⁹:q; aūt terreſtre cōſtat & a coagulo ſi aliqualiter decoquat q̄s
ſicut medici coagulū imponētes: ſic aūt ſeparat̄ ſerū & caſeus:ſeparatū aūt ſerū nō
adhuc ingroſſat̄ ſed exuritur,ſicut aqua.Si aūt aliquod lac nō habeat caſeū aut pau-
cum:hoc magis aquæ & inheſibile:& ſanguis aūt ſimiliter: coagulatur em̄ eo q; de
ſiccetur infrigidatus:quicūq; aūt nō coagulant̄:velut qui ceruí tales aq̄ magis & fri-
gidi hi:propter quod & nō habēt vias:in eis em̄ ſunt terrę & ſolidū: quare & extra-
ctis nō coagulat̄:hoc autem eſt quia nō deſiccatur:aquę em̄ quod derelinquit vt lac
caſeo ablato:ſignū aūt:lāgoroſi em̄ ſanguines nolūt coagulari:velut icor neq; hoc:
aut phlegma & aqua ꝓpter indigeſtū eſſe & inſuperatū a natura.¶ Adhuc aūt hæc 21 Solubilia & inſolubilia
quidem ſolubilia ſunt velut nitrū:hæc aūt inſolubilia,velut later & lapis.Et horum
hæc quidē mollificabilia velut cornu:hæc aūt non mollificabilia velut later & lapis
cauſa aūt quia contrarioꝝ contrariæ cauſæ. Quare ſi coagulant̄ duobus frigido &
ſicco:neceſſe ſolui calido & humido propter quod igne & aqua:hæc enim cōtraria:
aqua quidem quæcunq; igne ſolo:igne aūt quecūq; frigido ſolo: quare ſi a duobus
accidit coagulari hec inſolubilia maxime:fiūt aūt talia q̄cūq; calefacta:deinde fri-
gido coagulantur:accidit em̄ quū calidum exudauerit egrediens plurimū humidū
cōprimi iteꝝ a frigido vt nō hūido det penetrationē.Et ꝓpter hoc:nec calidū ſol-
uit:quæcunq; em̄ a frigido coagulantur ſolo hæc ſoluit:neq; ab aqua: quæcūq; em̄
a frigido coagulantur non ſoluit:ſed quæcunq; a calido ſicco ſoluit: ferrū autem li-
quefactū a calido frigefactū coagulat̄.¶ Ligna aūt ſūt terrę & aeris:ꝓpter q; vſtibi 22 Ligna
lia & nō liquabilia,nec mollificabilia & i aqua ſupnatāt p̄ter hebenū:hęc aūt nō:alia
q̄dē aeris h̄nt pl⁹:ex hebeno aūt nigra euaporauit aer & eſt plus i ip̄a terrę.Later aūt Later
terrę ſolum ꝓpterea q; deſiccatus coagulat̄ ſcđm modicū:nō em̄ aqua introitus ha
bet per quę ſolus ſpiritus exiuit:neq; ignis coagulauit em̄ ipſe: quid quidem igitur
eſt coagulatio & liquefactio: & propter quod & in quibus eſt dictum eſt.

Explanatio tex.

Proſequitur de paſſionibus mixtorum a qualitati bus paſſiuis prouenientibus.

1.Principia paſſiua corporū ſunt humidū & ſiccū: quorū aliqua ſunt magis humida, alia ſicca: & hoc actu vel potentia.

II. Humidũ eſt bene terminabile, & ſiccũ difficile igitur cōmiſcentur adinuicem, ſicut condimenta, aqua & farina.
III. Quia terra eſt ſicca, & aqua humida, nullum mixtũ eſt ſine his: ideo animalia ſunt in terra vel in aqua, vt in locis proprijs.
IIII. Duricies & mollities ſunt paſſiones corporũ terminatorũ: quia durũ eſt ꝙ non cedit in ſeipſum ſecũdum ſupficiem molle cedit. Et ita poſſunt ſimpliciter accipi vel ꝑ cōparationē ad alia corpora.
V. Omne corpus proprio termino contentum eſt durum aut molle: quare nō ſunt ſine coagulatione quoniam omne terminatum eſt coagulatum.
VI. Horũ .ſ. coagulatorũ liquatorũ &c. ꝑter materiam ſunt duæ cauſæ .ſ. efficiens & paſſio: efficiens duab⁹ virtutibus .ſ. calido & frigido: patiēs duabus .ſ. humido & ſicco. Dicamus ergo de his.
VII. Frigidũ eſt magis paſſiuũ ꝙ̃ calidũ. Probaẽ quia eſt in elemẽtis magis paſſiuis .ſ. terra & aqua adhuc tñ frigidũ eſt actiuũ: quia frigefacit, corrũpit calorẽ: vel generat per antipariſtaſim.
VIII. Deſiccabilia ſunt aqua & aquæ ſpẽs .ſ. ſerũ vinũ lac. Aliqua eñ habẽt humiditatẽ ſupinductã vt lana: aliqua cōnaturalem ſicut lac.
IX. Quæcũq̧ deſiccantur, a calido deſiccanẽ: q̃a oĩa deſiccanẽ vel calefacta vel frigefacta: calor reſoluit humidum vt patet in elixatis: frigus facit expirare calorẽ interiorẽ: qui ſecũ humidũ educit &
X. Tripliciter aliq̃d humectatur primo (exalat aere in aquã cōdenſato: ſecũdo ꝑ coagulati liquationem: tertio per humidi infuſionem.
XI. Coagulabilia ſunt de natura aquę vel aquę & terræ: & coagulanẽ calido frigido vł ſicco. Nã q̃ coagulanẽ calido ſicco, ſoluunẽ frigido hũido: vñ mel elixatũ coagulaẽ ab aqua inquãtum frigida.
XII. Aquea nō coagulanẽ ab igne, ſed liq̃fiũt: q̃m adueniẽs calor per ſe ſoluit: eadẽ recedens.
XIII. Illa q̃ ſunt cōia terrę & aquę coagulanẽ a frigido & calido. A calido euaporãte humidũ: tunc eñ ingroſſaẽ ſiccũ: a frigido exprimente calidũ: cũ quo humidum euaporãs ſimul recedit: ſimiliter talia mollia nō humida a calido coagulanẽ exeunte humido ſicut later: multũ aũt humida ingroſſanẽ.
XIIII. Quæ plus habẽt de terra, & coagulanẽ calido egrediẽte a frigido: liquefiũt calido ingrediente, ſicut lutum congelatum.
XV. Coagulata a frigido, calido totaliter educto nō ſolui poſſunt niſi ab exceſſiuo calido vt ferrũ: & ꝑ frig⁹ iterũ coagulanẽ: vñ ꝑ calorẽ ſcoria ſeparatur a ferro: ſed ferrũ eſt meli⁹: ꝙ min⁹ eſt purificatũ: ſimile eſt in pyrimacho fluẽte ad ignẽ, & de in coagulato: ſic de plumbo.
XVI. Eoꝝ q̃ a calido ſicco coagulanẽ, q̃dam indiſſolubilia ſunt, q̃dam diſſolubilia: nam terra ab igne cōbuſta idiſſolubilis eſt: ſed ſal & nitrũ ſunt
XVII. Ingroſſanẽ ab igne q̃cunq̧ (diſſolubilia plus aquæ habent ꝙ̃ terræ.
XVIII. De oleo habet dubitationẽ: q̃a nō eſt de natura aquæ, q̃a nō coagulaẽ a frigido: nec terræ q̃a nō coagulaẽ a calido: & tñ igroſſaẽ ab vtroq̧. Reſpōdeẽ ꝙ oleũ plenũ eſt aere: & ideo ſupnatat in aqua: & iō ingroſſaẽ a frigido, aere ĩ aquã conuerſo: ingroſſaẽ a calido euaporante aqua: a nullo aũt oleũ coagulaẽ quia viſcoſum & aereũ.
XIX. Mixta ex aqua & terra ſcd'm poſſibilitatẽ reductiōis illoꝝ elemẽtoꝝ ad mediũ coagulanẽ & ingroſſanẽ a calido. Patet in muſto ꝙ epſeſim patitur: q̃dam aũt hoꝝ a frigido ingroſſanẽ & deſiccantur: at q̃ nō ingroſſantur a frigido ſed coagulãtur, magis ſunt aquea.
XX. Nō euaporantia ab igne ingroſſata, aut ſunt terrea, aut de natura aeris & terræ, vt mel eſt terreũ oleũ aeriũ & terreũ: lac & ſanguis ſunt de natura aq̃ & terræ: & ꝙ lac ſit de natura terrẽ: probat in decoctione: idem probat de ſanguine.
XXI. Quæ eſt rō cur aliqua ſunt ſolubilia vt nitrũ, alia indiſſolubilia vt later: aliqua mollificabilia vt cornu, alia nō vt later. Rñdeẽ q̃a cōtrarioꝝ effectuũ ſunt cōtrarię cauſæ: puta coagulata frigido & ſicco ſoluunẽ calido & humido: & hoc in generali: in ſpecial¹ corpa calefacta ſi frigido coagulanẽ: tũc euenit calidũ egredi ſimul cũ parte hũidi & reſiduũ hũidi a frigido cũ ſicco fortiẽ cōprimiẽ
XXII. Sequiẽ ligna ſunt a dominio terræ & aeris ideo ſunt vſtibilia, nō liquabilia vel mollificabilia. Secũdo ſequiẽ ꝙ later eſt ſolũ de natura terræ ideo humidum eius a calore euaporatur: ſed aqua non poteſt ipſum liquefacere.

¶ De paſſionibus mixtorũ ab humido & ſicco Cap. III.

Ex his aũt manifeſtũ ꝙ a calido & frigido conſtant corpora: & hæc aũt ingroſſantia & coagulantia faciũt operationẽ ipoꝝ: ꝑpterea ꝙ q̃ ab his con-
Suppō 1 dita ſunt in oĩb⁹ ineſt caliditas: aliq̃b⁹ aũt & frigiditas qua deficit. Quare q̃m hęc q̃dem exiſtũt ꝑpter facere: humidũ aũt & ſiccũ ꝑpter pati: par-
Suppō 2 ticipant ipſis cōia oĩb⁹. ¶ Ex aqua q̃dem igiẽ & terra omiomera corpa cōſtãt: & ĩ plãtis, & ĩ aĩalib⁹: & q̃cũq̧ metallãẽ velut aurũ & argẽtũ & q̃cũq̧ alia talia ex ipſis & ex exhalatiōe ea q̃ vtriuſq̧ icluſa ſicut dictũ ẽ ĩ alijs. Hęc aũt differũt ab inuicẽ ex
3 Cōcluſio his q̃ ad ſenſus ꝑprios oĩa, & ĩ poſſe aliq̃d facere: albũ eñ & bñ odorãs & ſonatiuũ & dulce & calidũ & frigidũ in poſſe aliq̃d facere ſenſũ ſũt: & ĩ alijs magis cōuenientib⁹ paſſiōib⁹ q̃cũq̧ ĩ patiẽdo dicunẽ: dico aũt puta liq̃bile & coagulabile & flexibile & q̃cũq̧ alia talia: oĩa eñ talia paſſiua ſũt: ſicut hũidũ & ſiccũ: his aũt iã differt os & caro & neruus & lignũ & cortex & lapis, & alioꝝ vnũquodq̧ omiomerorum

quidem: naturaliū autem corporum. ¶ Dicamus autem primo numerum ipſorum quæcunqꝫ ſecundum potentiam & impotentiam dicuntur. Sunt autem hæc coagulabile & incoagulabile: liquabile illiquabile: & mollificabile non mollificabile: intingibile non intingibile: flexibile & inflexibile; frangibile & non frangibile: productibile & non productibile: comminuibile & incōminuibile: impreſſibile non impreſſibile: formabile informabile: capibile non capibile: trahibile non trahibile: ſciſſibile non ſciſſibile: detruncabile non detruncabile: viſcoſum fragile: cōmaſſabile non cōmaſſabile: vſtibile nō vſtibile: exhalabile non exhalabile. Plurima quidem igitur vere corporum his differunt paſſionibus: quam autem vnumquodqꝫ horum potentiam habeat dicamus. 4 Enumeratio paſſionum

¶ De coagulabili quidem igitur & incoagulabili & liquabili & illiquabili dictum eſt quidem vniuerſaliter prius: attamen redeamus & nunc. Corporum enim quæcunque coagulantur & indurantur: hæc quidem a calido patiuntur hoc: hæc autem a frigido: a calido quidem deſiccante humidum: a frigido autem exprimente calidum: quare hæc quidem humidi abſentia: hæc autem calidi hoc patiuntur: quæcunqꝫ quidem aquæ calidi: quæcunqꝫ quidem terræ humidi. 5 Coagulabile

¶ Quæ quidem igitur humidi abſentia ab humido liquefiūt: niſi ſic conuenerint vt minores relicti ſunt pori ꝙ aquæ moles, velut later: quęcūqꝫ autem non ſic: humido hæc ſoluuntur: velut nitrum ſales terra quæ ex luto: quæ autem calidi priuatione a calido ſoluuntur: velut glacies plumbum ęs: qualia quidem igitur coagulabilia & liquabilia, & qualia illiquabilia dictum eſt. 6 Coagulata

¶ Incoagulabilia autem quæcunqꝫ, aut non habent humiditatem aquoſam, aut non aquæ ſunt: ſed plus calidi & terræ puta mel & muſtum: velut feruentia enim ſunt & quæcunqꝫ aquæ quidem habent: ſunt autem plus aeris ſicut oleum & argentum viuum: & ſi quid viſcoſum velut gluten. 7 Incoagulabilia

¶ Mollificabilia autem ſunt coagulatorū quæcunqꝫ: non ex aqua velut glacies aquæ: ſed quæcunqꝫ terræ magis: & neqꝫ euaporauit totum humidū: ſicut in nitro aut ſale: neqꝫ habet irregulariter ſicut later: ſed aut trahibilia non entia humectabilia, aut ductilia non entia aquæ, & mollificabilia igne: velut ferrum & cornu & ligna. 8 Mollificabilia

¶ Sunt autem liquabilium & illiquabilium: hæc quidem intingibilia: hæc autem non intingibilia: velut ęs: intingibile liquefactibile exiſtens: lana autem & terra intingibile: madefiunt em̄ & ęs quidem liquabile non ab aqua autem liquabile: ſed & ab aqua liquabilium quædam non intingibilia velut nitrum & ſales: neqꝫ em̄ aliud intingibile nullum ꝙ non mollius ſit madefactum. Quædam autem intingibilia exiſtentia: non liquabilia ſunt velut lana & fructus: ſunt autem intingibilia quidem quęcūqꝫ terrę exiſtētia habent poros maiores aquæ mollibus exiſtentibus durioribus aqua: liquabilia aūt aqua: quæcūqꝫ per totū: propter quod autem terra liquefit quidem & intingitur ab humido: nitrū autem liquefit quidem intingitur autem nō: quia in nitro quidem per totum pori: quare diuiduntur mox ab aqua partes: in terra aūt permutati ſunt pori: quare qualitercunqꝫ vtiqꝫ ſuſceperit differt paſſio. 9 Intingibilia

¶ Sunt aūt & hæc quidem corporū flexibilia & dirigibilia, velut calamus & vimen: hęc aūt inflexibilia corporum velut later & lapis. Sunt autem & inflexibilia & indirigibilia quorūcunqꝫ corporū nō poteſt longitudo in rectitudinē ex peripheria & ex rectitudine in peripheriam permutari: & flecti & dirigi eſt in rectitudinem: aut in peripheriam tranſmutari, aut moueri: etem̄ ꝙ reflectitur & ꝙ deflectitur curuatur. Qui quidem igitur ad conuexitatem aut concauitatem motus 10 flexibilia

longitudine ſaluata flexio eſt. Si enim & in rectum vtiq; eſſet flexum ſimul & re-
ctum: quod quidem impoſſibile rectum flexum eſſe: & ſi flectitur omne autem re
flectetur aut deflectetur: horum autem hoc quidem ad conuexum: hoc autem ad
concauum tranſmutatio non vtiq; erit & quæ ad rectum laxatio: ſed eſt flexio & re
ctificatio aliud & aliud: & hæc ſunt flexibilia & rectificabilia: & inflexibilia & nõ
11 Frangibilia rectificabilia. Et hæc quidem frangibilia & comminuibilia ſimul & ſigillatim: pu
ta lignum quidem frangibile: cõminuibile autem non: glaties autem & lapis com-
Cõminuibilia minuibile: frangibile autem non: later autem frangibilis & comminuibilis. Differt
autem quia fractio quidem eſt in magnas partes diuiſio & ſeparatio: comminuitio
autem in quaſcunq; & plures duabus. Quæcũq; quidem ſic coagulata ſunt vt mul
tos habeant viciſſitudinis poros & cõminuibilia vſq; ad hæc enim pertingit: quæ-
12 cunq; autem ad multum frangibilia: quæcunq; autem ambo, ambo. ¶ Et hæc qui-
Impreſſibilia dem impreſſibilia, velut ęs & cera: hæc autem nõ impreſſibilia, velut later & aqua.
Eſt autem impreſſio ſuperficiei ſecundum partem in profundum ceſſio pulſione:
aut percuſſione totaliter aut tactu. Sunt autem quæ talia & mollificabilia: velut ce-
ra manente alia ſuperficie ſecundum partem tranſmutatur: & dura velut æs & non
impreſſibilia: & dura velut later: non enim cedit in profundum ſuperficies: & hu-
mida velut aqua cedit quidem ſed non ſecũdum partem: ſed econtra tranſmutatur.
13 ¶ Impreſſibilium autem quæcunq; manent impreſſionem paſſa & bene impreſſi
Formabilia bilia manu: hæc quidem formabilia: hæc autem aut non bene impreſſibilia velut
lapis & lignũ: aut bene im̃pſſibilia q̃dem: nõ manet aũt im̃pſſio, velut lanę aut ſpõ
14 giæ: nõ formabilia, ſed capibilia hæc ſunt. Sũt aũt capibilia q̃cunq; pulſa in ſeipſa cõ
capabilia uenire poſſunt in ꝓfundũ: ſupficie ſec⁹ mutata: nõ diuiſa & trãſlata alibi alia pte ve
lut aqua facit: hæc em̃ ecõtra trãſfertur: eſt aũt pulſio mot⁹ a mouẽte qui fit a tactu:
percuſſio aũt cũ allatione. Capiunt̃ aũt q̃cunq; poros habẽt vacuos cõnati corpis:
& capibilia hæc: q̃cunq; poſſunt in propria vacua cõuenire, aut in ꝓprios poros: ve
lut madefacta ſpongia: pleni em̃ ipſi⁹ pori: ſed quorũcunq; pori pleni fuerint mol
lioribus: q̃ ip̃m q̃ natũ eſt cõuenire in ſeip̃m. Capibilia quidẽ igit̃ ſunt velut ſpõgia
cera caro: nõ capibilia aũt q̃ nõ nata cõuenire pulſiõe in eos qui in ip̃o poros: aut q̃a
nõ habẽt: aut q̃a durioribus habẽt plenos: ferrũ em̃ nõ capibile, & lapis & aqua &
15 omne humidũ. Trahibilia aũt ſunt quorũcunq; poteſt ad latus tranſferri ſupficies:
Trahibilia trahi enim eſt tranſferri ad mouens planum continuum exiſtens. Sunt autem hæc
quidem trahibilia: velut pilus corrigia neruus & gluten & paſta. Hæc aũt nõ trahi
bilia velut aqua & lapis: hęc quidem igitur eadem ſunt trahibilia & capibilia velut
lana: hęc autem non eadem, ſicut flegma: capibile quidem non eſt: trahibile autem:
& ſpongia capibilis quidem non trahibilis autem: & hæc quidem ſunt ductilia ve
16 lut ęs: hæc autem non ductilia, velut lapis & lignum. ¶ Sunt autem ductilia qui-
Ductibilia dem quæcunq; eadem percuſſione poſſunt ſimul in latus & profundum vel ſuper
ficiem tranſferri ſecundum partem: non ductilia autem quæcunq; non poſſunt.
Sunt autem quæ quidem ductilia omnia & impreſſibilia: impreſſibilia autem non
omnia ductilia velut lignũ: vt tamen ad omne dicere eſt conuertuntur: capibilium
autem hæc quidem ductilia: hæc autem non: cera quidem & lutum ductilia: lana
17 autem nõ neq; aqua. ¶ Sunt aũt & hæc quidem ſciſſibilia, velut lignum: hæc autem
Sciſſibilia nõ ſciſſilia velut later: eſt autẽ ſciſſibile quod põt diuidi ad plus q̃ diuidens diuidit

ſcinditur em̄ quum ad plus diuidatur ꝙ diuidens diuidit, & præcedit diuiſio. In de
truncatione autem non eſt hoc: non ſciſſibilia autem quæcunqꝫ non poſſunt pati hoc.
Eſt autem neqꝫ molle nullum ſciſſile: dico autem ſimpliciter mollium, & non ad
inuicem ſic quidem enim & ferrum erit molle: neqꝫ dura omnia, ſed quæcunqꝫ ne-
qꝫ humida ſunt, neqꝫ impreſſibilia, neqꝫ cõminuibilia talia autem ſunt: quæcunqꝫ
ſecundũ longitudinem habent poros ſecũdum quos adnaſcuntur inuicem, ſed non
ſecundum latitudinem. ¶ Detruncabilia autem ſunt conſtantium durorum aut 18 Detrũcabilia
mollium: quæcunqꝫ poſſunt neqꝫ ex neceſſitate præcedere diuiſionem, neqꝫ com
minui diuiſa: quæcunqꝫ autem non humidi fuerint talia detruncabilia: quædam
quidem ſunt eadem, & detruncabilia & ſciſſilia velut lignum: ſed vt ad multum
ſciſſile quidem ſecundũ longitudinem: detruncabile autem ſecundum latitudinem
quoniam enim diuiditur vnumquodqꝫ in multa: qua quidem longitudines multæ
ꝙ vnum ſciſſile hac qua autem latitudines multæ ꝙ vnũ detrũcabile hac ¶ Viſco- 19 Viſcoſum
ſum autem eſt quando trahibile aut humidum exiſtens molle fuerit, tale autem fit
concatenatione: quæcunqꝫ velut catenæ componuntur corporum: hæc enim ad
multum poſſunt extendi & conuenire quæcunqꝫ aũt non talia frangibilia. ¶ Com 20 Cõmaſſibilia
maſſibilia autem quæcunqꝫ capibilium, menſuram habent capturam: incõmaſſibi-
lia autem quæcũqꝫ aut totaliter non capibilia, aut non manſiuam habent capturam.
Et hæc quidem vſtibilia ſunt: hæc autem inuſtibilia velut lignum quidem vſtibile
& lana & os lapis autem & glaties inuſtibile. Sunt autem vſtibilia, quæcunqꝫ 21 Vſtibilia
habent poros ſuſceptiuos ignis, & humiditatem in his: qui ſecũdum directum po
ris debiliorem igne. Quæcunqꝫ autem non habent aut formatiorem velut glaties
& quæ valde viridia inuſtibilia. Exhalabilia autem ſunt corporum quæcun-
qꝫ humiditatem habent: quidem ſic autem habent, vt non euaporent ab ignitis ſeor
ſum. Eſt enim vapor quæ a calido vſtiuo in aerem & ſpiritum ſegregatio ex humi-
do madefactiuo. Exhalabilia autem tempore in aerem ſegregantur: & hæc quidem 22 Exalabilia
diſparentia ſicca: hæc autem terra fiunt: differt autem hæc ſegregatio: quia neqꝫ ma
defacit, neqꝫ ſpiritus fit: eſt autem ſpiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem:
exalatio autem eſt quę a calido vſtiuo cõmunis ſegregatio ſicci & humidi aeris: pro
pter quod quidem nõ madefacit: ſed colorat magis. Eſt autem quæ quidem lignei
corporis exhalatio: fumus, dico em̄ & oſſa & pilos & om̄e quod tale in eodem: non
em̄ iacet nomen cõmune, ſed ſecundum analogiam, tamen in eodem omnia ſunt
ſicut & empe. ait hęc pili & folia & auium plumæ ſpiſſæ & ſquamæ fiunt ſuper ſo-
lida membra: quæ autem pinguis exhalatio lignis: quæ aũt vnctuoſi kniſſa. ¶ Pro-
pter quod oleũ non patitur epheſim, neqꝫ ingroſſatur quia exhalabile eſt, ſed non 23 Corolla.
vaporabile: aqua autem non eſt exhalabilis, ſed vaporabilis. Vinum autem quod
quidem dulce exhalat: pingue enim etem̄ eadem facit oleo, neqꝫ em̄ a frigore coa-
gulatur vriturqꝫ: eſt autem vinum nomine: opere autem non eſt: non em̄ vinoſus
humor propter quod non inebriat: quodcunqꝫ autem vinum paruam habet exha-
lationem propter quod emittit flammam. ¶ Vſtibilia autem videntur eſſe quæcun 24 Vſtibilia
qꝫ in cinerem diſſoluuntur corporum: patiuntur autem hęc omnia: quæcunqꝫ coa-
gulata ſunt: aut a calido aut ab ambobus frigido & calido: hæc em̄ videntur obten
ta ab igne, minime autem lapidum ſigillum, vocatus carbunculus. Vſtibilium hęc

quidem inflammabilia ſunt: hæc autem non inflammabilia: horum autem quædam carbonabilia: ſunt autem inflammabilia quęcunq; non humida entia exhalabilia ſunt: & pix autem aut oleum aut cera magis cum alijs ꝙ per ſe ſunt inflammabilia, maxime autem quæcunq; fumum emittunt: carbonabilia autem quæcunq; talium terræ plus habent ꝙ fumi. ¶ Adhuc autem quædam liquabilia entia non inflammabilia ſunt velut ęs: & inflammabilia nõ liquabilia velut lignum: hęc autem ambo velut tus. Cauſa autem quia ligna quidem per totum habẽt humidum & per totum continuum eſt vt peruratur, ęs autem ſecus vnamquamq; quidem partem non cõtinuum autem: & minus ꝙ vt flamma faciat: tus autem hac quidem ſic: hac autem illo modo habet: inflammabilia autem ſunt exhalabilium quæcunq; non liquabilia ſunt: propter magis eſſe terrę: ſiccum enim habet cõmune igni: hoc igni calidum ſi fiat ſiccum igni fit propter hoc flamma ſpiritus aut fumus ardẽs eſt: lignorum quidem igitur exhalatio fumus: ceræ autem & turis & talium & picis & quæcunq; habent picem aut talia lignis: olei autem & quęcunq; oleaginea kniſa: quæcunq; minime ardent ſola: quia paucum ſicci habent: tranſitio autem per hoc: cum altero autem citiſſime: hoc enim eſt quod pingue ſiccum vnctuoſum: exhalantia quidem igitur humidorum: humidi magis, vt oleum & pix: ardentia autem ſicci.

Liquabilia inflãmabilia

Explanatio tex.

Examinat paſſiones quæ mixtis ſecũdario inſunt ex qualitatibus paſſiuis, vt ſunt mollificatio, incenſio, ſciſſio &c̃.

I. Omnia corpora cõſtant calido & frigido: nam ab his habent agere, ab humido & ſicco pati.

II. Omnia mixta omogenea conſtant ex aqua & terra: probat inductiue.

III. Omnia corpora mixta differũt ab inuicem ꝓprietatibus & paſſionibus: probat inductiue.

IIII. Paſſiones de quibus dicturi ſumus ſunt coagulabile, liquabile, intingibile &c̃.

V. Coagulabile dicimus omne fieri vel a calido, vel a frigido: à calido deſiccante humidum: a frigido exprimẽte calidum: exemplum primi vt terrea later: exemplum ſecundi vt aquea glacies.

VI. Coagulata per abſentiam hũmidi liquefiunt ab humido vt nitrum ſal: niſi ſint pori relicti minores ꝙ aquæ moles vt in latere. Coagulata autẽ priuatione calidi ſoluuntur calido vt glacies.

VII. Incoagulabilia ſunt quæ non habent humiditatem aqueam velut feruentia vt muſtum mel: ſimiliter quæ plus habent aeris vt oleum & argentum viuum: ſimiliter quæcunq; ſunt multum viſcoſa vt gluten.

VIII. Mollificabilia ſunt coagulata non aquea: & ſunt quæ ab igne humiditate ad exteriora ducta tactui cedere incipiunt: ſicut cornu & ferrum.

IX. Intingibilia ſunt quæ latos poros habẽt aquã admittentes: & ſic madefacta molleſcunt vt terra vnde ſal & nitrum liquefiũt ab aqua, ſed non intinguntur.

X. Flexibilia ſunt vt calamus, inflexibilia autem quæ a rectitudine in circumferentiam a circumferentia in rectitudinem duci nequeunt: nam ſic dicitur aliquid flecti vel dirigi: & non refert ſiue a concauo ſiue a conuexo in rectum ducatur.

XI. Frãgibilia & cõminuibilia aliqua ſimul ſunt aliqua diuiſim, vt lignum eſt frangibile, lapis cõminuibilis, later vtrunq;: fractio enim eſt in magnas partes, cõminutio in paruas: quoniam fit in corpibus hñtibus vndiq; diſpſos poros & paruos

XII. Impſſibilia ſunt quorũ ſupficies aut forti ictu percuſſiõe aut tactu cedit: ſunt autem impreſſibilia alia dura vt ęs, alia mollia vt cęra: ſimiliter inimpreſſibilia alia ſunt mollia vt aqua alia dura vt later.

XIII. Formabilia ſunt quæ ſeruant impſſionem, imprimente remoto: non formabilia ſunt tã bene ꝙ male impreſſibilia.

XIIII. Capabilia ſunt quæcunq; in ſeipſa ſecundum profundum facile ſunt cedentia ſuperficie nõ diuiſa, nec tranſmutata vt ſpõgia, cęra, caro: nam illa habent poros connaturales in quos poſſunt cedere preſſa, incapabilia ſunt omnia quæ hęc nõ patiuntur, vt fluida & dura.

XV. Trahibilia ſunt quorũ ſuperficies poteſt trãſferri ſecundum latus vt corium neruus: & aliqua eadem ſunt capabilia & trahibilia vt lana: aliqua ſunt trahibilia tm̃ vt flegma.

XVI. Ductibilia ſunt quęcunq; eadem percuſſione poſſunt in latus & in profundum transferri vt ferrum: omne autem ductibile eſt impſſibile &c̃.

XVII. Sciſſibilia ſunt quorũ diuiſio præcedit diuidens: pluſq; diuiditur ꝙ diuidens aſſequitur: & ſunt talia quæ habent poros ſecundum longitudinem & non ſecundum latitudinem: igitur mollia non ſunt ſciſſibilia, nec cõminuibilia.

XVIII. Detruncabilia ſunt quorum diuiſio non pręcedit diuidens: & poſſunt eſſe dura, mollia, ductilia, ſciſſibilia.

XIX. Viſcoſum eſt q̄ ad multum extendi poteſt & bene conuenire: & ſunt mollia & trahibilia.
XX. Cōmaſſibilia ſunt capibilia quæ manſiuam habent capturam.
XXI. Vſtibilia ſunt quæcunq; habent poros ſuſceptiuos ignis, & humiditatē in his qui ſecundum directum poris debiliorem igne.
XXII. Exalabilia ſunt quæ humiditatem habent ſed quam non ſine ſicco igneo ſeorſum euaporent: ſed vapor eſt ſegregatio quę eſt ex humido madefactiuo in aerem ſeu ſpiritum a calido vſtiuo: exalabilia autem in aere tempore diſſoluuntur: differunt autem exalatio & vapor: quia non madefacit ſenſibiliter ſicut vapor aqueus: nec fit ſpiritus id eſt ventus: eſt autem ſpiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem: nominatur autem exalatio cōmuniter fumus.
XXIII. Oleū eſt exalabile non euaporabile, aqua euaporabilis, non exalabilis: vinum dulce exalat: q̄ non eſt vinum re, ſed nomine: non eē̄ inebriat.
XXIIII. Vſtibilia ſunt quæcunq; corpora in cinerem diſſoluūtur: vt ſunt coagulata a calido vel calido & frigido prçter carbunculum. Vſtibilia aūt alia ſunt inflammabilia, alia non: inflāmabilia vt quæ humida ſunt & pinguia: alia autem carbonalia ſunt.
XXV. Liquabilia aliqua ſunt inflammabilia aliqua inflammabilia non liquabilia, aliqua vtrunq; vt ęs, lignum, thus applicat dein diuerſa nomina exalationum. ſ. fumus lignis & kniſſa.

Annotatio in tex.

Omiomera id eſt ſimilium partium.
Nitrum naturam habet ſali ſimillimam: in nitria naſcitur & macedonia, ac in ęgypto pene fit eodem modo quo ſal.
Fumus nomen generale: lignis autem fumus eſt pinguioris, kniſſa vnctuoſioris. κνισσα eē̄ apud noſtros nidor dicitur. Cætera liquent.

De corporibus mixtis. Capitulum. IIII.

HIS autem paſſionibus & his differentijs omiomera corporū: ſicut dictum eſt: differunt ab inuicem ſecundum tactum, & adhuc ſaporibus & odoribus & coloribus. Dico autem omiomera velut quæ metallantur ęs aurum argentum ſtannum ferrum lapidem & alia talia: & quęcunq; ex his fiunt ſegregata: & quæ in animalibus & plantis: velut carnes oſſa neruus pellis viſcera pili ines venæ: ex quibus iam conſtant anomiomera: puta facies manus pes & alia talia: & in plantis lignū cortex folium radix & quæcunq; talia. Quoniam autem hæc quidem ab alia cauſa exiſtunt: ex quibus autem hæc materia quidem ſiccum & humidum: quare aqua & terra: hæc eē̄ euidentiſſimam habent potentiam vtrunq; vtriuſq;: faciētia autem calidum & frigidum: hæc enim conſtare faciunt: & coagulant ex illis: accipiamus omiomerorū qualia terræ ſpecies: & qualia aquæ & qualia cōmunes. Sunt itaq; corporum conditorum: hæc quidem humida: hęc aūt mollia: hæc aūt dura: horū autem q̄cunq; dura aut mollia coagulatione dictum eſt prius: humidorum igitur quæcunq; euaporantia quæ: quęcūq; aūt non aut terræ aut cōmunia terræ & aquæ velut lac: aut terrę & aeris velut lignū: aut aquæ & aeris velut oleum; & quæcūq; quidem a calido coagulantur cōmunia. Dubitabit itaq; aliquis de vino humidorū: hęc eē̄ & euaporabit vtiq; & ingroſſatur ſicut nouum. Cauſa autem quia nec in vna ſpecie dicitur vinum: & quia aliud aliter: nouum eē̄ magis terræ q̄ antiquum: propter quod & ingroſſatur maxime calido: & coagulatur minus a frigido: habet eē̄ & calidum multum & terræ: ſicut q̄ in arcadia ſic exiccatur a fumo in vtribus vt eductum coaguletur. Si autem omne fæcem habet: ſic virtus quæ eſt, aut terræ aut aquæ aut huius habet multitudinem. Quæcunq; aūt a frigido ingroſſant̄ terrę: quæcūq; aūt ab ambobus cōia plurium velut oleū & mel & dulce vinū. Et oēs res corporales q̄ cōgelant̄ p frigus. ſ. cōſimiliū ptiū vincit in eis terreſtritas. Conſtitutorū aūt quæcunq; coagulata ſunt a frigido aquæ: velut glacies nix grādo pruina: quęcunq; aūt a calido terrę: velut later caſeus nitrū ſales,

Marginal notes: 1 Suppō prima; Secunda; Tertia; 2 Diuiſio; 3 Dubium; 4 Corporū varietas

Quæcunq; autem ab ambobus: talia aũt ſunt quæcunq; infrigidatione: hęc autem
ſunt quæcunq; amborum priuatione & calidi & humidi ſimul egredientis cum ca-
lido. Sales quidem em̃ humidi ſolius priuatione coagulantur: & quæcunq; ſincera
terræ: glaties autem calidi ſolius: hęc autem amborum: propter q & ambobus ha-
5 bebant ambo ¶ Quorumcunq; quidem igitur totum exundauit velut later: aut ele-

Alia corporũ varietas

ctrum etem̃ vt electrum & quæcunq; dicuntur lachrymæ infrigidatione ſunt: ve-
lut myrrha tus gummi, & electrum autem videtur huius generis & coagulatur:
intercepta em̃ in ipſo animalia videntur: a fluuio autem calidum exiens velut cocti

Diuiſio

mellis quum in aquam dimiſeris euaporat humidum. Hæc omnia terræ & hæc qui
dem illiquabilia & immollificabilia, velut electrum & vt lapides quidam: velut po
ri qui in ſpeluncis: etem̃ hi ſimiliter fiunt his: & non velut ab igne: ſed vt a frigido
exeunte calido coegreditur humidum ab ipſo exeunte calido: in alijs autem ab ex-
trinſeco igne. Quæcunq; autem non tota terræ ſunt quidem magis: mollificabilia
6 autem velut ferrum & cornua: tus autem & talia ſimiliter lignis vaporant. ¶ Quo-

Liquabilia cuius naturæ

niam igitur liquabilia ponendum & quæcunq; liquefiunt ab igne hæc ſunt aquo-
ſiora: q̃dam aũt & cõia velut cera: quæcunq; aũt ab aqua hęc terrę: q̃cũq; aũt neq; ab
altero: hæc aut terræ aut amborũ. Si igit̃ oĩa quidẽ aut humida aut coagulata: horũ
autem hæc in dictis paſſionibus: & non eſt intermedium: omnes vtiq; erunt dictę
quibus diſcernemus vtrum terræ aut aquæ aut plurium cõmune & vtrum ab igne
conſtat aut frigido aut ambobus. Aurum itaq; quidem & argentum & æs & ſtan-
7 num & plumbum & nitrum & lapides multi innominati: aquæ omnia enim hæc

Mixta enumerãt

liquefiunt calido: adhuc vina quædam & vrina & acetum & lixiuium & ſerum, &
icor: aquæ omnia enim coagulantur frigido: ferrum autem & cornu & vnguis &
os & neruus, & lignum & pili & folia & cortex terrę magis. Adhuc electrum myr
rha tus & omnia dicta lachrymæ & porus & fructus velut legumina & frumentũ
quæ talia: hęc quidem valde: hæc autem minus: horum attamen terræ: hæc em̃ mol
lificabilia: hæc autem exhalabilia & infrigidatione facta: adhuc nitrũ ſales: lapidum
genera quæcunq; neq; infrigidatione neq; coagulabilia. Sanguis autem & geni-
tura cõmunia terræ & aquæ & aeris: ſanguis quidem habens vias magis terræ: pro-
pter quod frigore coagulantur: & humido liqueſcit: non habens autem vias aquæ
propter quod & non coagulatur: genitura autem coagulatur infrigidatione exeun-
8 te humido cum calido. ¶ Qualia autem calida aut frigida coagulatorum aut frigi-

Mixta q̃ calida vł frigida

dorum humidorum ex dictis oportet conſiderare. Quæcunq; quidem igitur aquę
vt ad multum frigida ſi non alienam habeant caliditatem: velut lixiuium vrina vinũ
Quæcunq; autem terræ vt ad multum calida propter calidi operationem vt calx &
cinis. Oportet autem accipere ſecundum materiam quædam frigidiſſima eſſe: quo
niam enim ſiccum & humidum materia: hæc enim paſſiua: horum autem corpora
9 maxime terra & aqua ſunt: hæc enim frigiditate determinata ſunt. ¶ Palam q omnia

Per accidẽs calida

corpora quæcunq; vtriuſq; ſimpliciter elementi frigida magis ſunt: ſi non habeant
alienam caliditatem, velut feruens aqua: aut quæ per cinerem colata: etenim hęc ha
bet eam quæ ex cinere caliditatem: in omnibus enim ignitis eſt caliditas aut ampli-
or aut minor: propter quod & in putrefactis animalia innaſcuntur: ineſt enim cali-
10 ditas quæ corrũpit propriam vniuſcuiuſq; caliditatem. ¶ Quæcunq; aũt cõmunia

Natura calida

habẽt caliditatẽ: cõſtant em̃ plurima a caliditate quæ digeſſit: q̃dam em̃ putrefactio
nes ſunt velut ſyntecta. Quare habẽtia quidẽ ſecũdum naturã calida & ſanguis & 10 Natura
genitura & medulla & lac & omnia talia. Corrupta autem & egredientia a natura calida
non adhuc: relinquitur em̃ materia terra exiſtens: aut aqua propter quod ambo vi=
dentur quibuſdam: & hi quidem frigida: hi aũt calida: hæc aiunt eſſe videntes quũ
quidẽ in natura fuerint calida: quũ aũt ſepata fuerint coagulata. ¶ Hęc quidẽ igit̃ ſic 11
totaliter vt determinatũ eſt: in quibus quidem materia aquæ ſecundum plurimũ Epilogus
frigida: opponitur enim hęc maxime igni: in quibus aũt terræ aut aeris calidiora.
Accidit aũt aliquãdo hęc fieri frigidiſſima & calidiſſima aliena caliditate: quæcũq;
em̃ maxime coagulata ſunt & ſolidiora ſunt: hæc frigida maxime ſi priuentur cali=
ditate & ardent maxĩe ſi igniant̃ velut aqua fumo, & lapis aqua vrit magis. ¶ Quo 12
niam aũt de his determinatũ eſt ſcd'm vnũquodq;: dicamus quid caro aut os aut Cõtinuatio
aliorũ omiomerorũ: habemus em̃ ex quibus quæ omiomerorũ natura cõſtituit ge
nera ipſorũ: cuius generis vnũquodq; per generationẽ. Ex elemẽtis quidẽ em̃ omio
mera: ex his aũt vt materia om̃ia opera naturæ: ſunt aũt oĩa vt q̃dẽ ex materia ex di=
ctis: vt aũt ſcd'm ſubſtantiã rõne. Semp̱ aũt magis palã in poſterioribꝰ & totaliter Propoſi
q̃cunq; velut organa & gratia huiꝰ: magis em̃ palã q̃ qui mortuus homo ęquiuoce. tio
Sic igitur & manus mortui ęquiuoce: queadmodũ & ſi fiſtulæ lapideæ dicant̃: ve= Probat
lut em̃ & hęc organa q̃dam vident̃ eſſe minus aũt in carne & oſſe talia manifeſta primo
adhuc aũt in igne & aqua minꝰ: q̃ em̃ cuius gratia: minime hic palam vbi plurimũ Secundo
materiæ: ſicut em̃ & ſi extrema accipiãtur materia q̃dem nihil aliud præter ipſam.
Subſtantia aũt nihil aliud q̃ ratio: intermedia aũt ꝓportionabiliter: eo q̃ prope ſit
vnũquodq;. Quoniam & horũ quodcũq; eſt gratia huius: & non omnibus modis
habẽs aqua aut ignis: ſicut nec caro nec viſcera: his aũt adhuc magis facies & manꝰ.
¶ Oĩa aũt terminata ſunt opere: q̃ q̃dẽ em̃ poſſunt facere ipſorum opus: vere ſunt vnũ Tertio
quodq;: puta oculus ſi videt. Qui aũt nõ poteſt videre ęquoce: puta mortuus aut la
pideus: nec em̃ ſerra q̃ lignea niſi vt imago, ſic igit̃ & caro: ſed opus ipſiꝰ minus palã
q̃ q̃ linguę, ſimiliter aũt & ignis: ſed adhuc forte minꝰ manifeſtũ naturaliter q̃ car
nis opus. Similiter aũt & q̃ in plãtis & inanimata: velut ęs & argentũ: om̃ia em̃ po
tẽtia quadã ſunt aut faciẽdi aut patiẽdi ſicut caro & neruus: ſed rõnes ipſorum nõ cer
tę. Quare q̃n exiſtũt & q̃n nõ: nõ facile pſpicere: niſi valde depditũ fuerit: & figurę
ſolę ſunt reliquę: velut antiquorum mortuorum corpora ſubito cinis fiũt ĩ ſepulchris: &
fructus ſolũ figura ſecũdum ſenſum aũt nõ vident̃ inueterati valde, & ex lacte coa= 13
gulata. Tales igit̃ ptes caliditate & frigiditate & motibꝰ ab his cõtigit fieri coagula Propoſi
tas calido & frigido. Dico aũt q̃cũq; omiomera velut carnẽ os pilos neruos & q̃cũq; tio Omoge
talia. oĩa em̃ differũt priꝰ dictis differẽtijs tẽſiõe tractiõe cõminuitiõe duritie molli nea
tie & alijs talibꝰ: hęc aũt a calido & frigido a motibꝰ fiũt miſtis. Cõſtituta aũt ex his q̃ Eteroge
anomiomera: nullo adhuc vtiq; videbunt̃, velut caput aut manꝰ aut pes: ſed ſicut & nea
fiẽdi ęs q̃dẽ: aut argẽtũ cauſa caliditas & frigiditas & motꝰ: fiẽdi aut ſerrã aut phialã
aut arcã nõ adhuc: ſed hic q̃dẽ ars: ibi aũt natura vel alia aliqua cauſa. Si igit̃ habemꝰ Epilogus
cuius generis vnũquodq; omiomerorũ accipiẽdum ſecũdum vnũquodq; quid eſt
puta quid ſanguis aut caro aut ſperma aut aliorum vnũquodq;: ſic em̃ ſcimus vnum
quodq; propter quid & quid eſt: ſi naturã aut rõnem habeamus: maxime autẽ quũ
ambo gñationis & corruptiõis: & vñ principiũ motꝰ: manifeſtatis aũt his: ſimiliter
omiomera cõſiderandũ: & tandẽ ex his conſtituta: velut hoiem et plãtã et alia talia.

Explanatio tex.

Agit de corporibus mixtis quæ ſunt ſubiecta prædictarum paſſionum.

I. Mixta differunt ab inuicem ſecūdum tactum in dictis paſſionibus & odoribus & coloribus. Item mixta alia ſunt omogenea, alia eterogenia: itē mixta conſtant ex humido & ſicco: & fiūt a calido & frigido.

II. Corporum alia ſunt humida vt lixiuium, alia mollia vt caro, alia dura vt os: & hoc per coagulationem a calido vel frigido: humida autem ſunt a prędominio aquea ſi euaporant: quæ vero nō euaporant ſunt terrea vt mel: aut cōmunia aquæ & terrę vt lac, aut terræ & aeris vt lignū aut aquæ & aeris vt oleum.

III. Dubium eſt de vino: ſed dicitur vinum recēs plus habere de terra ꝙ antiquū defæcatum: quoniam quanto magis habet de fæce: tanto magis eſt terreum.

IIII. Quæ ingroſſantur a frigido ſunt terrea: quæ a calido & frigido communia: quæcunq; aūt ſolo frigido conſtant & coagulantur aquea ſunt: quæ ſolo calido terrea: quæ autem ab ambobus coagulantur ſunt cōmunia.

V. Vbi humidum ex toto extrahitur, præter humidum continuans: tunc corpus eſt de natura terræ: ſimiliter lachrymę arborū & quę infrigidatione coagulantur, vt tus myrrha. Et iſtorū quędam ſunt illiquabilia & immollificabilia: vt electrum & lapides poroſi propter exitum humidi cum calido euaporante: alia autem ſunt mollificabilia vt cornu ferrum: & illa non ſunt de natura terræ.

VI. Illa quæ liquefiunt a ſolo calido ſunt de natura aquæ ſicut glacies: quædam autem de natura aquæ & terrę vt cera: liquefacta ab aqua ſunt de natura terræ.

VII. Enumerat cuius elementi natura ſit quodlibet mixtum in ſpeciali.

VIII. Mixta quæ ſunt de natura aquæ vt in plurimum ſunt frigida: niſi aliunde habeant caliditatem, vt vinum lixiuium vrina. Terrea autem cōmuniter ſunt calida vt cinis: & hoc probat.

IX. Aqua bene pōt eſſe calida aliunde vt aqua colata per cineres: nam ideo in putrefactis animalia fiunt: quia calor proprius corrūpitur ab alieno.

X. Quæcunq; cōmunia ſunt aquæ & terræ habēt caliditatem: vnde humida vt ſanguis medulla lac quia digeſta ſunt a calido: ideo naturaliter ſunt calida: ſed ſi exiuerint naturam propriam: tunc ſunt frigida ſicut eorum materia. ſ. aqua vel terra.

XI. Epilogat.

XII. Continuat iſtum librum ad ſequentes: quia hic dictum ſit in genere ex quibus mixta fiant in ſequentibus ſpecialiter dicēdum eſt de quolibet: nam in naturalibus forma poſterior eſt nobis notior. Probatur quia notius eſt nobis ꝙ homo mortuus non eſt homo, ꝙ ꝙ caro mortua non ſit caro Secundo quia forma eſt ignotior in propinquioribus materiæ ꝙ in remotiorib9. Tertio quia quorum operationes ſunt notiores: illa ſunt notiora: ſed opatiōes formę poſterioris ſūt notiores, ergo.

XIII. Partes homogeneæ differunt ab inuicem caliditate frigiditate & paſſionib9. Et ſimiliter corpora homogenea ſic differunt & aliis qualitatib9 ſ. duricie mollicie &c. ſed corpora etherogenea ex his cōpoſita nō differūt primo illis qualitatibus.

Epilogus


Electrum ſuccus eſt ex arboribus pinei generis profluens, lachryma etiam dicitur: ꝙuis & electrum ſuccinum ſit & gleſſum: de quo in libris de cœlo plura adnotauimus.

¶ Quarti Meteororum Finis Viſitationis Mariæ. 1518

DEO GLORIA

¶ Excuſa in officina Sigiſmundi Grim Medicinæ doctoris & Marci Vuyrſung Auguſtę Vindelicorū. Anno virginei partus. M.D.XIX. Decimo quinto Kalē. Iun.





ARISTOTELIS STAGY=RITAE PHILOSOPHI

De anima Libri III. Per Argyropilum
De ſenſu & ſenſato I
De memoria & reminiſcentia Liber I
De ſomno & vigilia I
De loñgitudine & breuitate vitæ I

Ex antiqua traductione.

Adiectis Eckij Commentarijs.



Reuerendiſſimo D.D. Chriſtophoro
Epiſcopo Brixienſi D. D.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI ET DOMINO

D. CHRISTOPHORO EX FAMILIA NOBILIVM DE SCHROVENSTEIN, BRIXIEN. ECCL. EPISCOPO DIGNISS. IOAN. ECKIVS S.D. CVM PARATIS OBSEQVIIS.

Eps Brixien̄.

Ægyptij Perſæ Græci Latini Hermes Picus

Plato Ariſtot. Licium

aphrodiſei Themiſt.j Proculi Nyphi Stapulen̄

Maximilianus Cęſ.

TANTÆ ſemper nobilitatis Digniſſime præſul ab omnibus cum ethnicis, tum Chriſtianis anima humana exiſtimata eſt: vt eius naturę maieſtas, ac mira potentia, quibus potenter alia excellit, a nullo vnq̃ ſatis pro dignitate explicata videat̃: longũ eſſet enarrare: quid Ægyptij, Perſæ, Arabes, Græci & Latini veteres de eius præcellentia ſcripſerunt: ſiquidem ꝙ homo apud Hermetem magnũ miraculũ dicitur, animal venerandũ & adorandũ prædicatur, & alia in oratione Pici pro dignitate hominis allata, nulla alia ratione dicta eſſe exiſtimari debent, q̃ ob animę vim ac poteſtatem excellentiſſimã: qua p̃ſigni in corpus pollet imperio: Hinc Plato ait, Non eſt homo id quod videt̃, ratus aĩam ipſam, hominem eſſe: Huius varia in corpore & per corpus munera Stagyrita Licij & omniũ philoſophantiũ princeps conſcripſit: qui cum naturę indagatoribus apud noſtrates prælegat̃: quo ſolidius eius intelligentiam nanciſcant̃, cõmentarijs vtcũq; illuſtraui, optimorum autorũ adiutus opera: Hos tuę amplitudini Antiſtes clementiſſime, adiectis paruorũ naturalium explicationibus, dedicandos exiſtimaui: qui cum ſtrenue tuę præſis eccleſiæ, quo religioſe ſacra fiant: ſubditos mititer & clementer regas: vitam agas Epiſcopo dignam: tantæq; ſis rerum agendarum prudentiæ: vt in arduiſſimis Imperij rebus, diuus Cæſar Maximil. dum in humanis ageret, frequentiſſimis tuis gauderet & vteretur conſilijs: quare digniori eſſes libro inſcribendus: verum ſalſa mola litant, qui thura non habent: ego animum, tui ſtudioſiſſimum oſtendere volui: quod boni conſulat dominatio tua ampliſſima: cui me totũ etiam atq; etiam commendo. Vale Epiſcope honorabiliſſime Ex Ingoldſtadio. xiij. Nouemb. quę eſt dies S. Auguſtino & mihi natalis. Anno virginei partus D. D. D. Vndeuigeſimo.

In noie tuo dulcis Jeſu.

Hactenus per magnum pelagus dialecticæ & phyſicæ, tenuem cymbam duximus, dei fauore benigniter velo noſtro aſpirante: at nihil cenſetur factum: cum aliquid reſtat faciendũ: Ideo libros de anima & paruorum naturalium, adhuc ſuperſtites, pro uirili noſtra interpretemur: quãuis tanti philoſophi in his illuſtrandis cum laude verſati fuerint: vt ridiculũ videatur poſt Homerũ labores Vlyſſis ſcribere: at amicis operam noſtram non denegabimus: Præmiſſa tamen quæſtione hac liminari.

Homerus Vlyſſes

An de anima ſit ſcientia naturalis? Arti. I.

Nota. I. animam bifariam poſſe cognoſci: Primo in ſe & ſuapte natura in ſua quidditate: hęc cõſideratio ad methaphyſicam pertinet: Secundo a poſteriori a nobis cognoſcit̃ penes effectus: Et de anima & operationibus trifariam loquimur: primo inquantum ab anima procedunt operationes: & ſic in illo libro de ea agitur. Secundo inquantũ operationes animæ tenent ſe ex parte corporis: & hoc modo inquiruntur in libris paruorum naturalium: Tertio modo operationes conſiderantur vt tenent ſe ex parte totius, & hoc in ſpeciali: & ſic de his agitur in libris de animalibus. ¶ Vnde anima pro ſtatu iſto, non eſt a nobis intelligibilis in ſe: vti in Categorijs diximus: Eſt tamen ſenſibilis anima per accidens. ſ. per ſuos effectus: per quos etiam cognoſcitur animatũ ab inanimi: quare de anima non perfectam/ſed mancam & mutilam ac imperfectã habemus ſcientiam. Quomodo aũt anima habeat ſe ad formã: inferius dicturi ſumus.

Nota. II. Quamuis variæ ſint operationes animæ: nam & moralis philoſophia de actibus humanis conſyderat: at hic de operibus animæ agimus ſpeculatiue. ¶ Sed quæ ſit paſſio principaliter hic conſiderata: Lampertus de monte ponit viuificans, vel principium operationum vitalium: Georgius Bruxelſ. poſuit pro paſſione. Vitaliter mutabile inhærens. ¶ At ei oppono/quia anima intellectiua eſt anima: & tamen ipſa corpori nõ inhæret: quod vt intelligas ¶ Aduerte ſcd'm Camerac. q. 3 primi: differre illa tria. ſ. inexiſtere, informare, & inhærere: quoniam deus inexiſtit rebus/ & nõ informat: Et anima humana informat corpus/ & nõ inhæret ei: quoniam inhærere ultra informatiõem, dicit illud dependere ab alio in genere cauſæ materialis: ſicut dependent educta de potentia ſubiecti: de quo in 1. phyſ. q. 7. dub. 2. Anima ergo humana non inhæret; in qua re lapſus eſt Brux. de lutrea, Vſingeñ. & alij. ¶ Vnde quia anima eſt informatiua corporis: & illa aptitudo eſt ꝓprietas naturalis ipſius animæ: ideo ſemper exiſtimaui, informatiuum vitaliter & eſſentialiter poſſe ſignate dari pro paſſione animæ: & demonſtret̃ de anima per eius diffinitionem, ſicut per medium.

Lampert. Geor. bruxelleñ. Camera. q. 3. primi Bruxelſ. Vſingeñ.

Nota. III. Variã eſſe ſuper hoc libro in duobus ſententiam. Primo an pertineat ad phyſicam: ſcd'o quo ordine locetur inter libros Ariſto. De primo voluit Themiſtius in prohemio phyſici auditus, Scientiam de anima maxime intellectiuã non eſſe naturalem: ſed affinitatem habere cum Mathematica: Vnde Simplicius primo cœli, enumerãs partes phyſicæ: obticuit librum de anima: hoc idem fecit Philoponus ait Nyphus: Sed in diuerſum pugnat Alexã. aphrod. Auicenna, Auerr. primo phyſi. & Ariſtot. ab initio de ſenſu & ſenſato videtur referre ſcientiam de anima inter phyſicas partes: cum ait. Quoniam autem de anima ſcd'm ſeipſam determinatũ eſt &c̃. Nyphus refert Ariſtot. in li. qui de partibus animalium inſcribitur, determinaſſe hanc quæſtionem: quoniã ſcientia de anima vegetali & ſenſibili pertineant ad phyſicam: ſed ſciẽtia de intellectu pertineat magis ad metaphyſicam: At in paſſione per nos aſſignata facile vides, totam ſcientiam noſtram de anima eſſe phyſicam: Ideo nihil moror.

Themiſt. Simplici. Nyphus Alexand. aphrodiſ. Auicenna Auerro. Ariſtot. Nyphus. Ariſtot.

Nota. IIII. De altero quoq; eſſe controuerſiã, nam pleriq; ordinant poſt libros Meteororũ, ſtatim librum de anima: & ſic obtineret quintum locum: quem ordinem cõmuniter obſeruamus: At ſecus ordinauit Ioan. grammaticus & Simplicius, in hunc. ſ. modum.

Ioan. grãmaticus. Simplici.

1. phyſicorum
2. de cœlo.
3. de generatione
4. meteororum
5. de mineris
6. de plantis
7. de animalibus & paruis naturalibus.

Qui etſi libri de anima nõ meminerint: tamen iam cõſtat & ex Aphro. librum de anima eſſe vltimum: Vnde etiã Aldus in in gręco codice poſt librũ de animalibus ſubiunxit librum de anima, & poſt eum, parua naturalia: Meminit Aldus Franciſci Caballi phyſici veneti: qui librum de ordine librorum Ariſt. conſcripſerit: at ad manus meas, fateor, nõ peruenit.

Aphrodi. Aldus Aldus Franci. cabal. Ariſtot.

Articulus. II.

Concluſio Anima & non animatum eſt ſubiectum primum huius ſcientię/quę ſubordinat̃ phyſicæ: Prima pars probatur quia ratio ſubiecti primi ei conuenit/ſicut aſſignauimus in prologo dialecticæ, Ariſto. Et eſt mens Themiſtij & Auerr. Sed ſecunda pars probat̃ quia alias ſcientia iſtius libri non eſſet nobilior alijs: Et excedit etiã metas illius ſcientiæ cum plus conſideret̃ in libris paruorum naturalium: Neq; ipſum principaliter hic conſideratur/ſicut anima: Igitur non eſt conſentiendum Alberto hoc dicenti. ¶ Tertia pars qd' ſubordinatur philoſophiæ naturali probatur quia de eo eſt ſcientia naturalis/q eſt principium motus operationũ in corpore naturali: ſed anima eſt prin

Ariſtot. Themiſt. Auerroys Albertus.

cipium motus operationũ in corꝑe naturali : ergo de anima eſt ſcientia naturalis ꝙ Themiſtius ſcientiã hãc mathematicã dixit, intelligendũ eſt nõ in ſe/ſed ꝙ ſĩlis ſit,ꝑpter abſtractõem mathematicę

Themiſt.

ARISTOTELIS STAG. DE ANIMA LIBER PRIMVS ARGIROPILO INTERPRETE.

De honorabilitate & difficultate huius ſcientiæ. Cap. I.

1 Cõcluſio. Autoritas CVm omnes ſcientiam rem eſſe bonam arbitremur ac honorabilem : & aliam alia magis ex eo talem eſſe putemus: quia vel exactior eſt:vel rerum eſt earum quæ magis præſtabiles magisq; ſunt admirabiles: ſcientiam animæ nimirum ob hæc vtraq; non iniuria ponendam in primis eſſe cenſemus. Vtilitas ſcientiæ Videtur autem & ad veritatem omnem ipſius animæ cognitio vehementer cõferre: & maxime ad ipſius naturę ſcientiam. Eſt enim anima quaſi principium omniũ animalium. 2 Intentio ¶ Atq; perſpicere cognoſcereq; naturam eius & ſubſtantiã quęrimus: deinde ea quæ circa ipſam accidunt:quorum quædam affectus ipſius eſſe proprij. Quędam animalibus etiam per ipſam ineſſe competereq; videntur. ¶ Verum eñ 3 Difficul. tas ſciẽtię primo omni ex parte atq; omnino difficillimũ eſt:fidem aliquem de ipſa tandem accipere. Nam cum hæc quæſtio cõmunis ſit:etiam cum alijs rebus compluribus:de ſubſtantia dico & quid eſt:vnus cuipiam fortaſſe modus:vna via quædam eſſe videt: qua cognoſcere quid nam ſit vnaquæq; poſſumus rerum:quarũ ſubſtantiam percipere volumus:& perinde atq; modus vnus eſt hiſce:quo proprij rerum demonſtrantur affectus. Quapropter quærendum eſt:quę nam ſit illa via:quis ille modus vnus:quo rerum ſubſtantię percipi poſſunt. Quod ſi non vnus quidam atq; communis ſit ille modus, Longe difficilior ipſa pertractatio fit. Oportebit eñ de vnaquaq; rerum accipere:quis ad vnamquanq; modus accõmodabitur. Si vero pateat illum demonſtrationem vel diuiſionem vel etiam quendam alium modum eſſe. Secundo. Complures inſuper difficultates erroresq; emergunt:in ijs exquirendis e quibus vniuſcuiuſq; conficienda eſt diffinitio. Aliarum namq; rerum alia principia ſunt: vt numerorũ ſuperficierũq;. Primum autem fortaſſe neceſſarium eſt diuidere atq; accipere:in quonam generum collocetur quidq; ſit anima. Vtrum ſit ſubſtantia an in qualitate vel in quantitate vel in alio quodam prædicamentorũ genere collocetur. Deinde perueſtigandũ eſt:vtrum eorum ſubeat rationem:quę potentia ſunt: an potius quidam ſit actus. Non enim parum intereſſe videtur. Conſiderandũ eſt præterea:ſi partibilis ſit nec ne. Et vtrum eiuſdem ſit anima ſpeciei omnis:vtrũ ſpecie tantum an etiam genere differat. Nunc enim ij qui dicunt atq; quęrunt de anima:de humana tantum quęrere perſcrutariq; videntur. Tertio ¶ At cauendũ eſt ne nos pręterea:vtrum vna ſit eius ratio vt animalis an vniuſcuiuſq; ſit alia ratio:vt equi : canis:hominis:dei. autoritas. Animal autem vniuerſale aut nihil eſt:aut poſterius eſt: & quicqd itidem aliud cõmuniter prædicatur. Præterea ſi non plures ſint animæ: ſed partes:vtrum animam totam : an partes quęrere prius oporteat. Difficile autem eſt id quoq; determinare:quę nam inquam partes a quibus diuerſę ſint. Et vtrum ipſas partes an ipſarum partium operationes prius quęrere perſcrutariq; oporteat ceu in-

intelligere an intellectiuum: & ſentire an ſenſitiuum: & eodem modo de cæteris. Quod ſi operationes ſint exquirendę prius: rurſus profecto quiſpiam dubitabit: ſi oppoſita prius ſint inquirenda vt ſenſibile prius q̃ ſenſitiuum & intelligibile q̃ intellectiuum. Non ſolum autem ipſius quid eſt cognitio conferre videtur ad perſpiciendas eorum cauſas accidentiũ: quę per ſe ſubſtantijs vt in mathematicis confert. Quid eſt rectum & quid curuũ vel quid linea quid ſuperficies ad cognoſcendum q̃t rectis anguli trianguli ſunt æquales. Nam ipſum quid eſt: omnis eſt principium demonſtrationis: ſed econuerſo etiam accidentia magnam afferunt opem ad illud percipiendum. Nam cum per imaginationem de accidentibus aut omnibus aut pluribus reddere poſſumus: tum aliquid etiam de ſubſtantia dicere poterimus optime. Quare patet eas omnis diffinitiones differendi modo vaneq; dictas & aſſignatas eſſe: quibus non fit: vt accidentia percipiantur: aut de ipſis coniectura facilis habeatur. ¶ Eſt etiam de affectibus animę dubitatio: vtrum omnes cõmunes ſint cum eo quod habet animã an ſit & ipſius animę proprius aliquis: hoc eñ ipſum accipere quidem: neceſſariũ eſt: non tamen accipi facile poteſt. Atq; plurimi ſunt. Quorum ſine corpore nullum aut agere: aut pati videtur: vt Iraſci. Confidere: cupere: omnino ſentire: maxime autem ipſum intelligere ꝓprio ſimile eſt. Quod ſi hoc etiam imaginatio ſit quædam aut ſine imaginatione non ſit: nec iſtud eſſe ſine corpore poteſt. Si igitur operationum animæ vel affectuũ aliquis proprius ſit ipſius: fieri poteſt vt ipſa anima ſeparetur. Sin vero nullus ſit eius proprius: nõ ſeparabilis eſt: ſed eſt de ipſa perinde atq; de recto: cui multa quidem vt rectum eſt competunt: veluti puncto pilam æneam tangere: non tamen ipſum vnq̃ ſeparatũ tanget. Eſt enim inſeparabile quippe. Cum ſemper aliquo cum corpore ſit. Videnť autem & omnes affectus animæ cum corpore eſſe: ira manſuetudo: timor: miſericordia: confidentia: gaudium: odiũ deniq;: atq; amor. Nam vna cum his ipſum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita eſſe ex eo patet. Interdum enim nõ iraſcunť neq; timent: etiam ſi ſe vehementes ipſis manifeſtæue cauſæ offerant. Interdũ a paruis quibuſdam mouentur atq; exiguis: ſi feruet concitaturq; corpus & perinde ſe habet atq; cum afficitur ira. Hoc magis ex eo patet: quia nonnulli nulla re penitus accidente: quę quidem poſſit terrere: nulloq; imminente periculo: vt ij qui metuũt perturbantur ac afficiunť timore. Quæ ſi ita ſint: patet affectus rationes eſſe materiales. Quare & diffinitiones ipſorum ſunt tales: iraſci namq; motus quidam talis eſt corporis aut partis: aut potentię: ab hoc huius gratia. ¶ Iccirco naturalis eſt de anima vel omni vel tali conſiderare. ¶ Diuerſo autem modo naturalis & differendi artifex vnumquodq; ipſorum diffiniet nam alter iram appetitionem eſſe dicet doloris viciſſim aduerſario inferendi: aut aliqd tale: alter ſanguinis aut caloris eius qui circa cor eſt ferujorem ebullitionemue: atq; alter materiem: alter formã hoc pacto reddit & rationem. Hæc enim eſt ratio rei quam neceſſe eſt ſi fuerit in tali materia eſſe. ¶ Sic enim & domus aſſignari diffinitio ſolet: nam quidam talem eius rationem aſſignat eſſe: dicens tegmentum quod quidem prohibere propulſareq; poteſt incomoditates eas: quę tum a ventis: tum ab imbribus: tum etiam ab æſtu fieri euenireq; ſolent. Quidam dicit lapides eſſe lateres atq; ligna: at alius formam in hiſce ponit horum dicendo gratia: quis igitur iſtorum eſt naturalis. Is ne qui materiam aſſignat & rationem ignorat: an is qui ſolã rationem reddit & materiã ipſam

Autoritas
Autoritas
Quarto
Ira
4 Corol.
5 Differentia diffinitionum
6 Sciẽtię diffiniunt.

amittit:an is potius qui vtranq; complectitur. At illorum vterq; quis eſt. At enim
conſtat neminem eſſe:qui circa materiæ verſetur affectus non ſeparabiles/& vt nõ
7 ſeparabiles ſunt præter ipſum philoſophum naturalem. ¶ Etenim naturalis circa
Differentia ſcientiarum. omnia ea verſatur:quę talis corporis taliſq; materiei ſunt operationes atq; affectus.
Circa autem ea quę talia non ſunt non naturalis:ſed alius ſolet verſari. Atq; de non
nullis quidem conſiderat:ſi forte fuerit artifex faber inquã:vel medicus. De his au-
tem quę ſeparabilia quidem non ſunt:attamen nõ vt affectus corporis talis:ſed ab
ſtractione ſumunt:mathematicus. At ea q̃ ſunt ſepata: & vt talia ſunt:ipſe primus
philoſophus contemplatur. Sed eo redeundũ eſt:vnde nr̃a defluxit oratio. Diceba
mus aũt affectus animę eſſe inſepabiles ab animaliũ naturali materia vt tales ſunt:
& non vt ſeparetur linea ſupficieſq;:ſic iram & metũ a ſubiecta ſibi materia ſepari.

Explanatio text.

Libris tribus exiſtentibus de anima:hoc primo a-
git de anima ſcd'm ſententiam antiquorum: caput
vero primũ eſt proęmiũ de dignitate huius ſciẽtię

I. Scientia de anima eſt alijs nobilior:probatur
quia ſcientia eſt alia nobilior vel propter certitu-
dinem demonſtrandi vel nobilitatem obiecti:ſed
vtroq; modo præſtat anima: quia ipſa eſt princi-
pium operum vitæ/quę experimur in nobis:Et re
liquis ſenſibilibus ipſa præeſt.

II. Hoc libro inquirimus ſubſtantiam animæ paſ-
ſiones & operationes.

III. Scientia iſta eſt difficilis propter plura: primo
difficile eſt afferre quid ſit anima: & in modo in-
ueſtigandi quid rei philoſophi non conueniunt. Se
cundo quia difficile eſt aſſignare genus animæ, an
ſit ſubſtantia vel quale? actus an potentia? diuiſi-
bilis uel indiuiſibilis. Tertio dubium eſt an ſit una
diffinitio animæ, vel cuiuſlibet aiæ ſit ꝓpria diffi
nitio: & an prius ſit dicendũ de potentijs vel eſſen
tia aiæ vel opationibus:q̃m diffinitiones nõ prę-
bentes coniecturã de accidẽtibus ſunt vanę. Quar
to ambigitur an paſſiones ſint communes animæ
& corpori, vel propriæ animæ: nam in ira & alijs
patet, quomodo in corpore apparent &c̃.

IIII. Scientia de anima pertinet ad phyſicum pro
batur quia habet aliquas operationes communes
animæ & corpori.

V. Sequitur in huiuſmodi diffinitionibus phyſicũ
adiungere materiam probat̃ quia dialecticus dif-
finiendo exprimit formam/ſed phyſicus materiã:
vt dialecticus ait. Ira eſt appetitus vindictæ: phy
ſicus ait, Ira eſt ebulitio ſanguinis circa cor.

VI. Aliqua ſcientia diffinit per formã & finem:
aliqua per materiam, aliqua totum complectitur.
vt domus eſt cooperimentum ex lignis lapidibus,
& lateribus compoſitum, ab imbribus, caumati-
bus & alijs nos defendens.

VII. Scientia diffiniens per formam in ordine ad
operationem voluntariã eſt practica: abſtrahens
a motu eſt metaphyſica: abſtrahens a motu & ma
teria ſenſibili eſt mathematica.

Annotatio in text.

Ariſt. ſummus philoſophiæ antiſtes reddit hic au-
ditores attentos & beneuolos difficultatem & ex
cellentiam huius ſcientiæ proponendo.

1. Scientiã animæ nimirũ &c̃. antiquus interpres
legit hyſtoriam: quare Ægidius & alij plurimũ in
eo verbo laborarunt: a qua moleſtia nos Argi- Argirop.
ropilus liberauit: quamuis gręce legatur hiſtoria.
poteſt enim recte dici clara illa Ariſt. traditio hi- Ariſtot.
ſtoria, reſpectu veterũ: qui ſub integumento fabu Plato
larum & ænigmatum de anima tractarunt, vt Pla Themiſt.
to in Phedone, ait Themiſt.

1. Affectus eſſe proprij &c̃. antiquus interpres le-
git paſſiones: & hic philoponus dicit verbũ paſſio
nes accipi perfectiue pro conceptibus & notioni-
bus animæ: Ex quo reprehendit Andronicũ Rho- Androni.
dium negantem librũ de interpretatõe eſſe Ariſt. Ariſtot.
ob hoc ꝙ ab initio, conceptus paſſiones appellet:
ꝙ non abhorrere ab Ariſt. hic liquet.

3. In difficultatibus ꝓponit triplicem viam pro-
cedendi ſ. demonſtrationem quã poſuit Hypocra Hypoc.
tes Chius, diuiſionem q̃ poſuit Plato: aut compo Chius
ſitionem qua vſus eſt Ariſt. Plato

3. De genere animæ erant antiqui varij: nam peri Ariſtot.
patetici ponunt eam ſub ſubſtãtia: Xenocrates & Xenocra.
Plato ſub quanto / quia ſub numero Galenus ſub Plato
quali/quia ſub complexione: Empedocles ſub ad Galenus
aliquid/quia ſub proportione elementoꝝ. Empedo.
Et in vniuerſum nota diuiſionibus ſuis Ariſt. va- Ariſtot.
rias antiquorũ ſententias tetigiſſe: vt Auer. hic ex Auerro.
plicat Ammonius & Nyphus: at illa facile ex ſe- Ammoni.
quentibus colliges: reliqua tex. annotamenta in Nyphus
parte diſputatiua enodabimus.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. I.

An omnis ſcientia ſit de numero bonorum honorabilium?

Articulus. I. notabiliũ poſitiuus.

Nota. I. Noticiã dici triplicem a ſubiectis ſ. diui
uinã, angelicã, & humanã: noticiaꝝ vero alias di- fol. 2. 3.
uiſiones in logica conſidera: ſed q̃a hic tria inqui-
runtur ſ. de bonitate noticiaꝝ, honorabilitate, &
difficultate: ideo de his per ordinem dicamus. Pri Bonitas
mo quia triplex eſt bonitas ſ. entis, moris & artis. 1
Bonitate entis, omnis res mũdi eſt bona: q̃a quan
tum habet de entitate; tantũ habet de bonitate:

qm̄ ens bonū verū conuertunt. Bonitas artis/ ſi-
2 cut Thimoteus fuit bonus muſicus, Moris ſicut Ca
3 to, Seneca fuerunt boni: Theologi ponunt.4.bo-
Timoth. num meriti.
Cato ¶ Ctterū bonū eſt triplex ſ.honeſtū ſeu honorabile,
Seneca vtile, & delectabile. Honeſtū eſt quod ſcd'm di-
Bonum ctamen rectę rationis & ꝓpter ſe appetit. vt ſunt
1 virtutes, fœlicitas: ſunt enim eligibilia propter ſe
2 1.eth. & ſua vi nos trahunt ait Cicero. Vtile eſt
quod appetit propter aliud/ſeu ꝙ alicuius cōmo-
di gratia appetitur. Delectabile eſt ꝙ conueniens
eſt appetitui appetentis ſeu ꝙ voluptatem ſecū af
fert. Coroll. dabile eſt. Idem bonū honeſtū vti
le & delectabile: vt eſſe fortem, temperatū: Eadē
em̄ res eſt honeſta vtilis & delectabilis: ſicut apo-
ſtolatus fuit S.Paulo: Sed hoc totum euenit diuer
ſis reſpectibus.

Nota. II. Scientiā poſſe dici bonā dupl'r. Vno
modo ſimpliciter & intrinſece: & ſic omnis ſcien
tia dicitur in ſe eſſe bona: inquantū eſt perfectio in
tellectus. Scd'o dicitur ſcientia bona denominati-
ue & ab extrinſeco: Quod biuariam poteſt contin
gere: primo ab obiecto: & ſic Magia, necroman-
tia, Aſtrologia fatidica, Chiromantia &c̄. dicunt
eſſe ſcientię malę. Secundo a ſubiecto.i.quod ſit
huic vel huic bona: Et ſic ſcientia quantūcunq; in
ſe bona, dicitur eſſe mala abutenti: Sic Theologus
peruertens ſacrā ſcripturā: ſimiliter poeta arte ſua
Buridan. lacerans famam integri viri &c̄. Buridanus dicit
hic & eſt idem: Scientia omnis eſt bona ſimplici-
ter: ſed non omnis eſt bona habenti eam. ¶ De dif
ficultate item dicit. Primo ꝙ facilitas & difficul-
tas nō vſurpant hic proprie: quia ſic ſolum conue-
niunt rebus corporalibus. Sed accipiunt metapho
rice, vt obiectū dicitur faciliter vel difficulter in-
telligibile. ¶ Vnde facilitas eſt poſſibilitas attin-
gendi obiectū vel finem cum pauco labore: diffi-
cultas cum magno labore. Coroll. Impoſſibile
non eſt facile vel difficile. Corol. Reſpectu dei
nihil eſt difficile. ¶ Poteſt aūt aliqd eſſe difficile
tripl'r. p̄mo ex parte ſcibilis in ſe: & ſic anima eſt
multū ſcibilis: q̄to em̄ res plus habet de ꝑfectio-
ꝙ ne entitatiua: tāto plus habet de ſcibilitate: Scd'o
ex parte cognoſcentis/ & quo ad nos: & ſic qm̄ no
ſtra cognitio orit ex ſenſu: ideo magis ſenſibile eſt
q̄ ad nos magis ſcibile/licet nō in ſe: Sic em̄ ha-
bet ſe intellectus noſter ad manifeſtiſſima naturę
ſicut oculus nycticoracis ad lumen ſolis, ait Auer.
Auerr. hic innuit difficultatem nō impoſſibilitatem. Ter
tio addunt aliqui ex parte ſenſuū noſtrorum: nam qd'
vni eſt facile alteri eſt difficile: Vnde hoc pacto
ſcientia librorum de anima eſt difficilis cum nec
eſſentia animæ, nec accidentia eius ſentiant.

Ariſtot. **Nota. III.** Ariſtot. in textu oſtendere ſcientiā de
anima eſſe honorabiliorem alijs: qd' hoc pacto in
telliges: Primo honorabilitas ſcientiæ intrinſece
ſumit a ſua ꝓpria perfectione. 2. Arguitiue tamē
& extrinſece ſcientia eſt honorabilior altera vel
quia eſt de perfectiori obiecto, vel quia habet eui-
dentiorem modū procedendi. 3. Scientia de ho-
norabiliori obiecto eſt ſimpliciter nobilior illa q̄
euidentiori medio ꝓcedit: patet per Ariſt. in pro- Ariſtot.
bleumatibus. potius eligimus aliquid ſcire topice
& ꝓbabiliter de rebus diuinis q̄ demonſtratiue Auerr.
aliquid de vilibus. 4. Auer. & cōmuniter latini in Ariſtot.
terp̄tes intelligunt Ariſtot. ꝑtuliſſe librū hunc de
anima ex vtraq; ratione eſſe alijs libris p̄ferendū/
metaphyſica dempta: at q̄modo explicet: non oēs
conſonant: deſpiciamus meliora. ¶ Primo dicunt
loquendo q̄ ad naturā, demōſtratōes diuinę obti-
nent p̄matū: dein animaſticę, tertio mathematicę:
at q̄ ad nos contrarius eſt ordo in demonſtratōi-
bus: Alberto magno ad mente, hūc librū eſſe certiſ- Albe.
ſimarū demonſtrationū: qm̄ licet quo ad nos, ha-
beat occulta principia: nihil tñ manifeſtius in natu
ra/ q̄ fons & origo omnis cognitōis: qd' eſt lumen
intelligibile in nobis: ad idem em̄ lumen certificā
tur/ quicqd certe ſcitur: & tunc ſciri iudicat: qñ illi
conueniens iudicat: Idem apparet dicere Themiſ. Themiſt.
¶ Volunt ergo licet demonſtrationes iſtius libri
ſint incertiores alijs intrinſece: tñ extrinſece ſunt
certiores ex eo/ ꝙ ſunt circa obiectū nobiliſſimū
in natura: tum q circa obiectū certificatiuū aliorum

Nota. IIII. Nyphū aliter explicare mentem phi Nyphus
loſophi: Supponendo primo aliquid eſſe notū no-
bis/ qd' eſt proximū ſenſibus noſtris. Notū vero
natura eſt remotius a ſenſibus. Scd'o mediū demō
ſtrationis vel eſt actu ſenſatū, vel potentia ſenſibi
le, vel nec actu nec potentia ſenſibile: Vnde me-
diū in mathematica eſt potentia ſenſibile, In ani-
maſtica demonſtratōe actu ſentit, In metaphyſi-
ca neutro modo. ¶ Iam dicit demonſtratōes ani-
maſticę ſic loqndo ſunt in p̄mo gradu certitudinis
q̄ ad nos: qa media earū ſemper ſunt actu nobis p̄-
ſentia: poſt has aūt ſunt mathematicæ. & vltimo
ſunt diuinæ. ¶ Adde qd' Sueſſa refert græcos, q Sueſſa
aliter accipiunt Ariſt. ꝙ ſcientia huius libri eſt alijs Ariſtot.
excellentior nō ob certitudinem ſed ob nobilita-
tem & conſtantiā ſubiecti: nā anima eſt alijs nobi-
lior: & eius conſtantia ex hoc ꝓbat: qa nihil eſt
certius q̄ eſſe animæ: experimur em̄ in nobis ſenſa
tionem, digeſtionem &c̄. ſcd'o qa certitudo aliarum
ſcientiarum eſt ex illo ſubiecto: qm̄ aſſenſus prin-
ciporū in alijs ſcientijs habet vi luminis intellectus
agentis: de q̄ agitur hoc libro. Eſt ergo anima bo-
na honorabilis nobilis & diuina.

Articulus. II. reſponſiuus.

Concluſio. Sicut omnis ſcientia in ſe eſt bona
& vtilis / licet de paccidens poſſit eſſe mala huic
vel huic vtenti: Sic ſcientia huius libri eſt hono-
rabilis. Prima pars patet/ qa oīs intellectus appe-
tit naturaliter ſcire: & ita ſcientia actuat intellectū
& ꝑficit eū: Sed qd' abutenti eſt mala patet in er-
rantibus, patet in hæreſibus: Tertia pars patet ex Ariſtot.
Ari. in textu: & per ratōem ſubiecti nobilis & ex-
cellentis ſ. animę/quod dignificat ſubiectū &c̄.

Articulus. III. dubitatiuus.

Dubium. I. De qua anima hic agit Ariſtoteles.

Numen. Plato Moyſes Hermip. Pythago.

Præmit. I. Aliquibus animæ ſcientiam & perfectam indagationem viſam eſſe impoſſibilem: qa antiqui aliqua tradiderūt quę ex apologis collegerūt. hinc/Numenius ait Platonem de aīa locutū, ea commentatum eſſe quæ ex Moyſe mendicauit: Hermippus quoq̧ pythagoricus dixit Pythagorā nihil eſſe locutum de certitudine animæ/ niſi teſtimonio Moyſi: & ex reliqua parte huius primi ſatis apparebit in q̄ntis tenebris philoſophi fuerint.

Theophr. Ariſtoteľ Themiſt.

Præmitto. II. Theophraſtum velle Ariſt. hic loqui de anima mundi: nam hæc cæteris ſit præſtabilior quę mundi machinam ſuſtineat: Hoc quoq̧ Themiſtius ſentire videtur / non ignorandā eam naturam/ quę fons ſit atq̧ initium omniū motuū, animalium atq̧ plantarū &c̄. ſed talis nō eſt niſi anima mundi: Mouentur forte ex eo/ quia Ariſt. hic ſæpe reprobat dicta Platonis in Timæo: at eo libro Plato de anima egit totius.

Ariſtot. Plato in thimeo

Reſpondet Ariſtot. hic agere de anima particulari & nō de anima mundi: probatur ex diffinitione animæ / quia de illa anima hic conſiderat/ quæ eſt actus primus corporis organici &c̄ ſed huiuſmodi eſt ſolum anima particularis ergo.

Dubium. II. An vniuerſale ſit poſterius ſuis ſingularibus.

Plato Stoici

Præmit. I. Omnia quæ diximus de natura communi, in quinq̧ vocibus Porphyrij: Etiam dicas Ariſt. hic inquiſiuiſſe de diffinitione animæ: & qa noluit tantum agere de anima humana, q̧ Platoni & Stoicis accidit: ſed in vniuerſum de anima: & ita in vniuerſali inquirit de anima: ſed quod idealis anima nō erat ob hoc diffinienda: tacite diluit Ariſtot. in dicto dubio: cui potior videbatur Pythagoricorum opinio, diffinitiones ſ. dari de rebus particularibus.

Ariſtot. Pythagor.

Porphyr. Auerroys Ariſtot. Auerr. Themiſt.

Præmit. II. Quia vt ex Porphyrij cōmentarijs ſupponimus, nulla natura aut idea cōmunis eſt ponenda: præter ſingularia: Ideo recte concludit hic Auerr. diffinitiones primo eſſe rerum particulariū extra animam, inquantum vniuerſaliter concipiuntur: Vnde iſta fuit Ariſt. intentio ſcd̄m Auerr. & Themiſti. Vniuerſale nihil eſt ſ. ſcd̄m eſſe reale: aut eſt poſterius ſuis ſingularibus ſ. quo ad cognitionem: quoniam intellectus eſt qui facit vniuerſalitatem in rebus: ſed nō format notiones vniuerſales/ niſi abſtrahendo a ſingularibus: ideo uniuerſales notiones ſunt poſteriores ſingularibus a quibus formant̄: Et hæc eſt rotunda ſententia Peripateticorum antiquorū: quicquid iuniores cum ſua natura cōmuni comminiſcantur: adde G. Ochā diſ. 3. q. 5.

G. Ochā

Reſpondet. Vniuerſale eſt poſterius ſuis ſingularibus ratione abſtractiuæ cognitionis: patet ex inductione Auerr. iam facta. Ideam ait Platonicam hic non declaramus/ quod Albertus fecit: ſed ad metaphyſicam relegamus.

Auerr. Plato Albertus.

Dubium. III. An accidentia conferant ad cognoſcendum quod quid eſt.

Præmit. I. Subſtantiā & accidens poſſe accipi realiter: poſſe etiam vſurpari logicaliter, ſubſtantiam pro termino abſoluto, accidens pro termino connotatiuo: Adde q̧ pro iſto ſtatu nullum habemus conceptum proprium & abſolutū ſubſtantię: quia nulla ſubſtantia in ſe immutat intellectū: ſed ſolum per accidens ſenſibile: vti hęc late diſſeruimus in Categorijs de p̄dicamento ſubſtantiæ.

Ariſtot.

Præmit. II. Ob id Ariſt. hoc adducere quoniam dubium propoſuit: an prius ſit determinandum de ſubſtantia animæ/ an operationibus: quoniā accidentia magnam partem conferant &c̄. At ſcd̄m Themiſtium noueris, duplex eſſe accidens ſ. commune & proprium. Proprium eſt quod determinate vnam conſequit̄ ſpeciem: vt riſibile/ eſſe grāmaticum. Commune qd̄ The. remotum & extraneum appellat, eſt quod in pluribus generibus & ſpeciebus reperitur vt albedo.

Themiſt. Themiſt. Bruxelľ.

Præmit. III. Bruxell. & alios plures aſſignare modos/ quomodo accidens ducere poſſit in notitiam ſubſtantiæ. Primus eſt elicitiue, ſ. eliciendo cognitionem ſubſtantię ex cognitione accidentis: Sicut G. Ocham diſ. 3. q. 2. ouem ex ſpeciebus lupi ſenſatis, elicere inimicitiam non ſenſatam: bene addit ouem non cognoſcere inimicitiam formaliter/ ſed æquiualenter: Adde tamen q̧ præceptor noſter Grego. Reiſch. Chartuſianus coram dicere ſolebat, ouem capeſſere fugam non ex cognitione modo lupi: ſed ex diſproportione illorum animalium: quia ſunt affecta qualitatibus omnino diſcōuenientibus: cuius ſignum eſt: ſi chorda ouina extendatur cum lupina in teſtudine, nunq̧ conſonantem reddent harmoniā: ſimiliter ſi pellis lupina ſuſpendatur ſuper ouinam: tunc lupina abſumit ouinam: Ita experimur de illis qui odiunt feles: nam ſi feles clanculum fuerit ingreſſa ſtubam: iſte ſtatim ſudore quodā tabeſcit. ¶ Secundus modus eſt per aſſimilationem: quia effectus gerit ſimilitudinem ſuæ cauſæ: & ita accidens ſui ſubiecti: ideo poteſt ducere in noticiam ſubſtantię. Tertius modus eſt abſtractiue/ ſic videlicet: quia ſenſus percipit ſubſtantiam & accidens confuſe: intellectus aūt tanq̧ virtus ſup̄ior diſtinguit vnū ab alio: & ſeorſum intelligit ſubſtantiā, & ſeorſum accidens: Vnde ſic intellect⁹ nr̄ diſponit̄ p̄ cognitōem accidentiū ad cognitōem ſubſtantiæ: ſicut q̄litatiuę diſpoſitōes ponūt materiā pro inductōe formæ ſubſtantialis. quem modū pluribus hic declarat Ioan. de Iandu no: Gaietanus hic adfert alios modos: ſed ommittamus: quia illi ſunt potiores.

G. Ochā. Gre. Reſchius. Ioan. de Iand. Gaietan.

Reſpondet. Per dicta ad dubium motum.
I. Nullum accidens cōmune poteſt ducere in diſtinctā noticiā ſubſtantię: patet quia indifferens ad plura non poteſt diſtincte repreſentare vnum.
II. Accidentia tamen plura cōmunia coniunctim poſſunt ducere in noticiā ſubſtantiæ: vt ſi non ſingula, tamen vniuerſa proſint: Ita ſit in indicijs: ubi

plura ſimul concurrunt, cauſant diſtinctiorem cognitionem.

III. Accidens proprium & eſſentiale cognitū eſſe tale ducit in noticiam propriā ſubſtantię: licet nō in noticiam abſolutā propriam: patet quia ex eo quod aliquid per ſe mouetur deuentū eſt ad cognitionem animarū in plantis & animantibus. ſcđm patet quia talis nobis non eſt poſſibilis.

IIII. Accidens per aſſimilationem ducit nos in ſubſtantiæ noticiam patet ex ſecundo modo declarato: quia accidentia gerunt quandam ſimilitudinem ſuorum ſubiectorum.

V. Phantaſma non eſt concretū ex cognitione ſubſtantiæ & accidentis: ita ꝙ intellectus poſſit deinſeparare vnum ab alio: patet quia ſubſtantia nō eſt per ſe ſenſibilis. 2. huius: ideo nullius coloris videtur ꝙ ſenſus concretiue cognoſcat ſubſtantiam & accidens ſimul: quamuis hoc viſum fuerit Cameracen. & Iandun. quem errorem ſequit̃ Vſing. — De qua in ſecđa. q. — Camera. Iandun. Vſingeñ.

VI. Valent accidentia præcipue ad noticiam diſcurſiuam de ſubſtantia habendam: Sicut ex motu primo vniformi Ariſt. accepit noticiam diſcurſiuam de deo: ꝙ eſſet primus motor immobilis: Idem in veſtigio. — Ariſtoteł

VII. Quamuis hæc dicta ſint vera quo ad nos: tñ totum contrarium eſt quo ad naturā rerū in ſe: ſecundum quam ſubſtantia eſt prior accidente, tempore, natura & diffinitione.

Dubium. IIII. An diuerſi artifices diuerſimode diffiniant.

Præmit. I. Tria hic aſſignari ab Ariſt. quę in diffinitionem veniāt ſ. materia, forma & cauſa ſcđm finem: Philoponus quatuor addit artifices ſ. phyſicum, dialecticum medicū, mathematicū, & metaphyſicum: Modo Ariſt. ait phyſicum diffinire per materiam/ & dialecticum per formam. — Philopo. Ariſtot.

Præmit. II. Formam hic dupliciter vſurpari: primo pro altera parte compoſiti/ quæ ſubiectum informat ac perficit: Secundo forma dicitur qđ eſt idem eſſentialiter alteri: intelligitur tamen ſub ratione priori & notiori: modo dicit Iandu. ꝙ dialectica diffiniat per formā ſecundo modo/ nō primo modo. ¶ Adde ſcđm Gaietanum non dici dialecticam diffinitionem/ quia ſit ex arte dialectica: ſed quia dialectica eſt ſcientia cōmunis ſcđm Ari. & metaphyſica: & ille eſt cōmunis modus etiam diffiniendi ſcibilium ſ. ex genere & differentia. — Iandun. Gaietan. Ariſtot.

Præmit. III. Materiam ſenſibilem bifariam accipi. Primo pro materia prima in ordine ad formā naturalem/ quam ſequuntur qualitates ſenſibiles. Secundo pro quocunq; proprio & per ſe ſubiecto habente habitudinem ad motum & quietem: prędicti modo dicunt phyſicum diffinire per materiā ſenſibilem ſecundo modo/ non primo modo.

Præmit. IIII. Simpliciū in dubium vertere: quo modo phyſicus diffiniat per materiam: cū tamen ſtatim poſtea dicat Ariſto. nullū artificem diffinire per materiā: At reſpondet ipſe: nullū artificem diffinire per materiam tantum cum pciſione: ſed phyſicus tam ex materia ꝙ̄ forma diffinit. — Simplici, Ariſtot.

¶ Hoc quoq; vrget Simpliciū cur Ariſto. diffinitiones dialecticas vanas dixerit: & reſpondet, Vanas eſſe diffinitiones dialecticas ex hypotheſi ſ. ſi materię nō meminerit: quoniā tunc non generabit cognitionem operoſam/ ſed ſuperficialem & opinabilem: Ioan. de Iandun. gaudet ſua ſententia: ꝙ diffinitiones dialecticæ datæ per accidentia communia ſunt vanę. i. inutiles ad demonſtrationem: ſed quæ dantur per accidentia propria, illæ non ſunt vanæ: tu crede Simplicio. — Simplici. Ioann. de Iandu.

Præmitto. V. Diffinit ergo Phyſicus formas materiæ coniunctas, materiæ quoq; memor: Contra dialecticus formæ principaliter meminit: Mathematicus formas conſiderat a materia abſtractas nō re/ ſed intelligentia: Metaphyſicus uero & vltramūdanus phūs formas conſiderat tam a materia ꝙ̄ a motu abſtractas & abſolutas. — Simplici.

Reſpondet. Diuerſi artifices diuerſimode diffiniunt: liquet hic ex textu & declaratione.

Articulus. IIII.

Ratio. I. Non omnis ſcientia eſt bona: ergo male concluſum: antecedens probatur primo quia bonum & malum ſunt in rebus. 6. metaph. ſed ſcientiæ ſunt in intellectu. 6. eth. ergo. Secundo ꝗa mathematicæ ſunt ſcientiæ. 2. phyſ. ſed illæ non ſunt bonę: ergo minor probat̃ quia in mathematicis nō ſunt bonum neq; efficiens neq; finis. 3. metaphyſ. Tertio quod augmentat maliciā non eſt de genere bonorū: ſed ſic eſt de ſcientia: probat̃ quia ſeuiſſima eſt iniuſticia habens arma ſ. prudentiā & ſciențiam. 1. polit. & ſcientia inflat. 1. ad Corint. 8. Quarto cuius finis malus, ipſum quoq; malū Boetius in top. ſed finis multarū ſcientiarū eſt malus, vt Necromantiæ, magiæ, aſtrologiæ, & aliarum ſcientiarum prohibitarum. — Boetius

II. Non omnis ſcientia ſpeculatiua eſt honorabilis ergo. probatur primo quia bonum honorabile appetitur propter ſe. 1. eth. ſed ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt propter aliud ſ. metaph. ſcđm Algazelem 1. metaph. Secundo bonum vtile non eſt bonum honorabile: ſed ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt vtiles: ergo non ſunt honorabiles. minor patet hic in prohœmio. Tertio plures ſcientię reddunt ſuos profeſſores non honorabiles: ergo antecedens patet de maxima ſcientia ſ. theologia: cuius profeſſores flocciſiunt & per contemptum de aliquo iam dicitur ꝙ ſit Theologus, aut contemptius ꝙ ſit theologiſta. Præterea ſcientia practica etiam eſt honorabilis: patet quia medicina eſt ſcientia practica: & tamen eſt honorabilis Eccleſiaſti. 38. honora medicum propter neceſſitatem. — Algazel

III. Scientia de anima nō excedit alias ſcientias: ergo nō eſt honorabilior alijs: antecedens probat̃ primo quia metaphyſica eſt ſcientia naturalis:

& tamen illa eſt honorabilior omībus alijs. 1.metaph. Secundo quia ſcientia librorum cœli eſt dignior cum ſit de incorruptibilibus. Tertio quia ſcientia octaui libri phyſicorū eſt dignior: quoniam eſt de primo motore ſ. deo. Praeterea iſta ſcientia non eſt difficillima/quae habet ſcibile ſemper pręſens ſcienti: ſed ſic eſt de ſcientia huius libri: ergo non eſt difficillima.

IIII. Accidentia non conferunt ad cognitōem ſubſtantiae: ergo male ab Ariſt. inductū. antecedens probatur primo Nihil agit vltra perfectōem ſuae ſpeciei ait Pla. ergo accidentia nō agunt ad cognitionem ſubſtantiae. Secundo quia ſubſtantia eſt principiū cognoſcendi accidens: ergo accidens nō eſt principium notificandi ſubſtantiam: tenet illatio quoniam alias notificatio eſſet circularis. Tertio quia eadem ſunt principia eſſendi & cognoſcendi. 2. metaphy. ſed accidens non eſt principiū eſſendi ſubſtantiae: ergo non eſt principiū cognoſcendi. Quarto quia accidentia ducunt nos in errorem ſubſtantiarū: ergo non in ſcientiam: patet in auro ſophiſticato, & in mille alijs.

Reſpondet ad. I. ſcd̄m aliquos ad minorē ꝙ ſcientiae ſunt formaliter in intellectu/ & cauſaliter in rebus: Alij alias dant ſolutiones: tu dic verum & falſum eſſe in propoſitionibus: ſed bonum & malum ſunt etiam in rebus: Et ita in minori debet ſubſumi: & ſcientiae non ſunt res: qꝛ tunc eſſet falſum. ❡Ad aliud diſtinguo de mathematicis. vel intelligis entia mathematica, ſic nego: vel ſcientias mathematicas: ſic concedo. ¶Ad ſecundum dico ꝙ per ſe augmentat maliciam nō eſt bonum: ſed ſcientia non per ſe ſed per accidens nō augmentat maliciam. ❡Ad tertiū. finis multarū ſcientiarum eſt malus per ſe nego/per accidens concedo: Sic ꝙ aliquae ſcientiae ſunt ꝓhibitę ait Lampertus de monte, vel in ſe ſic negatur, vel quo ad vſum ſic conceditur/aut etiā in comparatione ad certas pſonas: ſicut ſacerdotibus & religioſis prohibent̄ leges c. ſuper ſpecula N. cleri. vel mona. Lamper.

Ad. II. Ad primum dico licet ſcientiae ſpeculatiuae appetant̄ propter aliud: nego tamen ergo nō appetibiles ſunt propter ſe: ratio quia aliquid eſt appetibile propter ſe & propter aliud. 1. eth. uide. ❡Ad ſecundum duplex eſt vtilitas/vna eſt ſeruitutis: & ſic vtile non eſt honorabile: alia eſt perfectionis ſeu principalitatis: & ſic vtile quia perficit habentem, poteſt etiam eſſe honorabile. ¶Ad tertium dico tales eſſe honorabiles quantumcūꝙ malicia temporum a praecurſoribus antichriſti non honorentur: quoniam nec Chriſtus condigno affectus eſt honore ab hominibus: ſed morte turpiſſima condemnabant eum. ¶Ad quartū vel poteſt intelligi de medico theorico: qꝛ ſi intellexeris de practica: tunc vocula honora vſurpat̄ extenſius.

Ad. III. Primo diſtinguo metaphyſicam eſſe ſcientiam naturalem/ aut ꝙ non ſit ſupernaturalis, concedo: aut naturalis. i. phyſica: ſic nego: patet in prologuio logicae: Ariſtot. comparat ſcientiā de anima, ad alias ſcientias phyſicae. ❡De libris cœli, dico cœlum ſecluſa intelligentia non eſt perfectius uiuente: igitur liber cœli nō eſt honorabilior ❡De octauo phyſ. dico primo Ariſt. hic loqui de ſcientia rerum naturalium: ſed primus motor non eſt res naturalis/ſed ſupra naturam: Vel ſic ꝗuis primus motor ſimpliciter ſit dignior ꝗ anima: tñ quia in. 8. phyſ. conſideratur in ordine ad motum localem: & anima in ordine ad operationes vitales: ideo in conſideratione phyſica quae eſt de motu, perfectius conſiderat̄ anima/ꝗ primus motor. Ariſtot. ¶Ad annexum diſtinguo ſcd̄m Arim̄. de pręſenti: quia vel ſcibile eſt pręſens realiter: ſic nego maiorem: vel praeſens obiectiue: ſic nego minorem: vnde licet anima ſemper ſit nobis praeſens entitatiue: non tamen ſemper eſt praeſens obiectiue. Ariminū.

Ad. IIII. Dico primo nihil agit virtute propria & per ſe vltra gradū ſuae perfectionis: ſed ibi accidens ducit in noticiam accidentis/ nō virtute propria/ſed virtute intellectus: Iāduno intelligit iſtā in generatione ſubſtantiarū perfectarum. ❡Ad ſecundum fateor, ſubſtantia eſt principium cognoſcendi accidens quo ad naturam/ſed non quo ad nos &c̄. Item ſubſtantia eſt principiū cognoſcendi a priori & propter quid: ſed accidens eſt principiū a poſteriori. ¶Ad tertium dico eadem ſunt principia eſſendi & cognoſcendi: ſed non conuertitur: ut omne principium cognoſcendi/ſit principiū eſſendi. ❡Ad quartum dico concedendo accidentia cōmunia ducere in errorem/ſed non accidentia propria: Vel error nō ꝓuenit ex parte accidentiū/ſed intellectus debiliter diſtinguentis: haec ſufficiant. Ianduno.

De multiplici antiquorum ſententia circa animam. Cap. II.

Intentio

VErum enimuero neceſſe eſt conſiderantes de anima: & de his dubitantes ac ambigentes quę nos oportet procedentes inuenire atꝙ pcipere in medium eorum antiquorū afferamus opiniones: qui de anima tractarunt aliquid atꝙ dixerunt: vt ea quidem accipiamus quę bene ſunt dicta: ab his autem caueamus quę non bene recteꝙ dicta fuere. Initiū autem inquiſitionis hoc erit profecto congruum: ſi prius poſuerimus ea quę maxime videntur animae competere ſuapte natura: Animantiū itaꝙ duobus his ab inanimato maxime differre vident̄

motu ac ſenſu. A maioribus etiam noſtris hæc duo fere de anima accipimus. ¶ Inquiunt enim non nulli animam id eſſe: quod maxime primoqꝫ mouet. Atqꝫ exiſtimantes fieri non poſſe vt id aliud quicqꝫ moueat quod non moueatur: Animam vnum: quid eorum eſſe putarunt quę motu cientur: quo circa Democritus ignem atqꝫ calorem ipſam cenſuit eſſe: nam cum ſint infinitę figurę ac indiuidua corpora rotunda dicit ignem & animam eſſe. Hæc indiuidua corpora ſimilia corpuſculis ijs eſſe quę in aere fieri videntur: in ipſis inquam radijs quę per feneſtram ingrediuntur: & rerum elementa generandarū ſeminaqꝫ totius eſſe naturę dixit. Eadem & Leucippus ille cenſebat. Horum igitur corporum ea quę ſunt rotunda ignem ac animam aſſerunt eſſe: propterea quod maxime omnium figurę tales totū corpus ingredi penetrareqꝫ poſſunt: atqꝫ cætera mouere cum moueantur & ipſa. Arbitramur enim animam id eſſe quod motum animalibus præbet. Qua propter & reſpirationem viuendi rationemqꝫ atqꝫ cauſam eſſe putant. Nam eo quod continet contrahente corpora comprimenteue ac extrudente figuras eas quę præbent animalibus motum: quia nec ipſæ vnquam quieſcunt ſuccurſum auxiliumqꝫ reſpiratione fieri dicunt ingredientibus alijs figuris ſimilibus: quę quidem egredi prohibent ipſas quę animalibus inſunt: id repellendo quod contrahit atqꝫ premit: & eouſqꝫ viuere animalia quouſqꝫ id facere poſſunt ¶ Videtur autem & id quod a non nullis Pythagoricis dicitur eandem habere ſententiam. Quidam enim ipſorū ea corpuſcula quę agitantur in aere: quidam id quod illa mouet ac agitat animam eſſe dixerunt: propterea ꝙ continue moueri videntur: etiam ſi nullus ventus penitus afflet. Eodem feruntur & ij qui dicunt animam id eſſe quod ſeipſum agitat motu: etenim omnes ij motum videntur putaſſe maxime proprium eſſe animæ: & alia quidem vniuerſa per animam: hanc autem a ſeipſa moueri: quia nihil videbant mouere quod non moueatur & ipſum. ¶ Similiter & Anaxagoras id quod mouet animam eſſe dicit. Et ſi quis alius cenſuit vniuerſum mentem mouiſſe: non tamen perinde penitus atqꝫ Democritus: is enim animam & intellectum ſimpliciter idem eſſe putauit: etenim id quod videtur verum eſſe dicebat. Quo circa recte dixiſſe inquit Homerum Hectora iacere alia ſapientem. Non igitur vt potentia quadam circa veritatem vtitur mente ac intellectu: ſed idem eſſe animam dicit & intellectū. Anaxagoras autem minus de ipſis explanat. Multis enim in locis boni rectiqꝫ mentem cauſam eſſe dicit. Alibi autem animā ipſam mentem eſſe aſſerit: nam animalibus vniuerſis tam paruis ꝙ magnis: tam præſtabilibus ꝙ minus etiam pręſtabilibus mentem ineſſe dicit. At ea mens tamen & intellectus cui prudentia tribuit̄ nō vniuerſis ſimiliter animalibus: quin etiā neqꝫ cunctis hominibus ineſſe videt̄. Omnes igit̄ ij qui ad animantis reſpexere motū maxime motiuū animā eſſe putarunt. At qui cognitōem animaduerterunt ipſius ac ſenſum quibus res cognoſcit & ſentit ij dicunt animā ipſam principia rerum eſſe. ¶ At qui plura principia faciūt: hæc ipſa: qui vero vnū id ipſum animā eſſe cenſent. Empedocles eñ ex elementis quidem vniuerſis ipſam conſtare cenſet: tñ & vnumqdqꝫ iſtorum animā eſſe putat. Dicit eñ Terrā nam terra limpha cognoſcimus aquā. Ætheraqꝫ æthere ſane: ignis dignoſcit̄ igne. Sic & amore amor: ac triſti diſcordia lite. Eodem & Plato modo aīam in timęo ex elementis conſtare cenſet. Simili nāqꝫ eius quoqꝫ ſnīa cognoſcit

Opi. Democriti & Leucippi

Opi. Pytagoricorum

Opin. Anaxag.

Opi. Emped.

Opi. Platonis

ſimile: & res ipſæ ex principijs ſunt. Similiter determinatum eſt ab eodem & in hiſce quę de philoſophia dicuntur. Animal quidem ipſum ex ipſius vnius idea formaue: & ex longitudine prima & latitudine profunditateue conſtare. Cætera vero ſimili modo. Inſuper & alio pacto: intellectū quidem eſſe vnum ipſum. Ipſa vero duo ſcientiam. Eſt enim ipſa tantū ad vnum proceſſio. Superficiei ꝑterea numerū. Opinionem ſolidi ſenſum: nam numeri quidem formę ipſæ & principia dicebant̃. Sunt aūt ex elementis. Res vero partim intellectu partim ſcientia partim opinione: partim ſenſu dijudicant̃ ac diſcernunt̃. Atq̧ hi numeri formę ſunt rerum. ¶ Cum au-

Opi. Xenocratis — tem anima motiuū & cognitiuū ſit quidam vtrunq̧ complexi ſunt atq̧ animā numerum eſſe ſeipſum mouentem aſſeruerunt. Omnes tamen de principijs quæ &

Dr̄a antiquorum — quot ſunt: inter ſeſe diſſentire videntur: atq̧ maxime quidem ij qui corporea putant eſſe: ab hiſce diſſentiunt qui incorporea ponunt. Minus autem ab ijs qui compoſuerunt: & ex vtriſq̧ principia rerum aſſignauerunt. Diſſentiunt etiam & de multitudine eorundem. Quidam enim vnum quidam plura principia dicunt eſſe. Atq̧ vt

Opi. Heracli. — de principijs ſenſerunt: ſic de anima etiam determinauerunt. ¶ Non enim abeſt a ratione: in primorū natura mouendi cauſam collocare. Quapropter ignis quibuſdā eſſe videtur. Is enim ſubtiliſſimarū eſt partium: & longe magis ꝙ elementa cætera in corporibus. Mouetur inſuper: & cætera primo mouet. ¶ Democritus autem

Cōpat ad Democ. — & ſubtilius dixit: cum aſſignauerit cur eſt iſtorum vtrunq̧. Dixit enim animā quidem mentemq̧ idem eſſe: hoc autem ex ipſis primis atq̧ indiuiſibilibus corporibus eſſe. Atq̧ ob partium quidem ſubtilitatem mouere: ob figuram vero moueri. figurarum autem omniū mobiliſſimā figuram rotundam Anaxagoras aſſerit ta-

Ad Anaxag. — lemq̧ eſſe intellectum & ignem. At Anaxagoras videtur quidem aliud animam: aliud intellectum mentemue dicere: quemadmodum & antea diximus. Vtitur tamen vtriſq̧ perinde atq̧ vna natura: verum mentem principium maxime omniū ponit. Solam itaq̧ rerum omniū ipſam ſimplicem & non mixtā & puram eſſe ſinceramq̧ dixit: atq̧ eidem principio hæc vtraq̧ tribuit: cognitionem inquā & motū

Opi. Taletis — dicens vniuerſum mentem eſſe. ¶ Tales etiam videtur ex hiſce quę tradita memorię ſunt motiuū quoddam animā ipſam eſſe putaſſe: ſiquidem dixit magnetem ha-

Opi. Diogen. — bere animā: quia mouet trahitq̧ ferrum. ¶ Diogenes aūt ſicut & alij quidam aerem ipſam cenſuit eſſe: hunc ſubtiliſſimę ſubſtantię rerumq̧ principiū eſſe putans. Iccirco cognoſcere atq̧ mouere animam dixit: hoc quidem cognoſcere: quo primū eſt: & ex hoc ipſo cætera conſtant: hoc autem eſſe motiuum: quo ſubtiliſſimum eſt.

Opi. Heracli. — ¶ Heraclitus quoq̧ principium ait animam eſſe. Quippe cum exalationem eſſe: ex qua cætera dicit conſtare: & maxime incorporeum eſſe & ſemper fluere dicat. atq̧ id quod mouetur ab eo quo motu cietur cognoſci conſtat. Moueri autem res vni-

Opi. Alcmeonis — uerſas & ipſe: & alij complures arbitrabantur. ¶ Simili modo: & Alcmeon de anima putaſſe videtur. Dicit enim ipſam immortalem eſſe ex eo: quia ſimilis ipſis immortalibus eſt. Quod quidem ideo dixit ipſi competere: quia ſemper mouet̃. Mouentur enim & res omnes diuinę continue ſemper: luna inquam: ſol: ſtellæ: totūq̧ cœlum. ¶ Quidam & magis importuni animā aquam eſſe dixerunt: vt hippo: qui

Opi. Hipponis — q̄dem ad hanc ſententiā ratione ſeminis videt̃ eſſe compulſus: quia oīm ſemen humidū eſt: etem̄ redarguit eos qui ſanguinem aīam aſſerūt q̄a ſemen ſanguis nō eſt.

¶ Sunt & q̃dã ſanguinem ipſam eſſe dixerũt:vt Crytias. Sentire ipſum maxime pro
priũ animæ eſſe putantes:quod quidem cõpetere ꝓpter naturã ſanguinis credi-
derunt. Ita omnia elementa præter terram iudicem habuerunt: hanc autem nemo
tribuit animæ niſi quiſpiam dixerit ex omnibus elementis conſtare aut omnia eſ-
ſe. Vt igitur in ſummam omnia redigamus: tribus his omnes animam: motu: ſenſu: Summã omnium opinionũ.
in corporeoq; diffiniunt: quorum vnumquodq; reducitur ad principia rerum: vt pa
tuit. Quapropter & ij qui cognitione diffiniunt animam: aut elementũ: aut ex ele-
mentis faciunt ipſam: ſimiliter omnes præter vnum dicentes. Inquiunt enim ſi- Differentia & conuenientia
mile ſimili ſibi cognoſci. Atq; cum vniuerſa cognoſcat ac percipiat anima: ex vni-
uerſis rerum principijs ipſam conſtare dicunt. Quibus igitur placuit vnam cauſam
elementumq; vnum ponere rerum: ij animam etiam vnum velut ignem: aut ae-
rem eſſe ponunt. Qui vero plura rebus principia tribuunt: ij plura quoq; dicunt ani
mam eſſe. Solus autem Anaxagoras mentem paſſione vacare dicit: & nihil prorſus Anax ſingularis
cum cæteris habere commune. Verum cum talis ſit. Quonam pacto cognoſcet: &
quam ob cauſam. Neq; ille dixit: neq; ex dictis perſpici poteſt. At vero qui contra
rietates in principijs faciunt: ij conficiunt animã etiam ex contrarijs. Qui vero tan-
tum alterum ponunt contrariorum: calidum inquam aut frigidum aut aliquid aliud
huiuſcemodi: ij ſimiliter & animam vnum iſtorum aſſerunt eſſe. Quapropter &
nomina ipſa ſequuntur. Nam ij qui calidum eſſe dicunt: inde inquiunt ipſum viue-
re ductum nominatumq; fuiſſe. Et ij rurſus qui frigidum eſſe cenſent: animam in-
de nuncupatam ob reſpirationem & refrigerationem aſſerunt eſſe. Hæc igitur ſunt
quæ de anima tradita ſunt a maioribus noſtris: & hæc ſunt cauſæ ob quas illi talia
de ipſa dixerunt.

Quoniã iſta pars primi de anima, neq; in Italia, Gallia vel Germania legi ſolet: Ideo annotationibus erimus contenti: Nam nõ omnino negligenda uidebatᷣ mihi iſta pars: in qua Ariſt. q̃ anxij fuerint antiqui in eſſentia animæ inquirenda, plane exprimit.

Terrea vis/terras: vis humida percipit vndas
Æther ab æetherea: ſentitur ab ignibus ignis
Pax pacem monſtrat: litem lis aſpera noſcit.

	Democritus		Ignem ex atomis conflatum
	Pythagorici		Vim motricem atomorum
	Anaxagoras		Intellectũ & mentem in animalibus
	Empedocles		Ex quatuor elementis, lite & pace
	Plato		Ex quatuor elementis/ſed aliter
Animam	Xenocrates	eſſe	Numerum ſe mouentem
dixit	Thales		Vim motiuam etiam in magnete
	Diogenes		Aerem
	Heraclitus		Vaporem
	Alcmeon		Immortalem ſemper mouentem
	Hyppo		Aquam
	Critias		Sanguinem

Hæ duodecim opiniones renarranᷣ in textu: adde tu
Hippocratem qui dixit animam eſſe ſpiritum tenuem per corpus diſperſum.
Lucretium dicentem animæ naturam ignorari
Dicearchum negantem eſſe ullam animam
Ariſtotelem dicentem eam eſſe actum corporis
Pythagoram poſuiſſe eam harmoniam.

Annotatio in tex.

Themiſt. Themiſt. hic ab initio apit ex duobus potiſſimũ antiquos animã exploraſſe ſ. ex motu & ſenſu, q̃ illa ipſa erant nobis manifeſtiſſima: uti hic Ariſt. auſpicatur. (Ariſtot.)

Emped. Themiſt. Hermo. Argiropi. Empedocles animã conſtare aſſeruit ex quatuor elementis: cuius quatuor verſus citat hic Themiſt. aliter ab hermo. in latinũ verſos quã Argirop. fecerit.

Confutatio opinionis Democriti & Platonis. Cap. III.

Conſiderandum eſt autem primo de motu: nam fortaſſe non ſolum falſum Cõcluſio
eſt ſubſtantiam animæ eſſe talem/qualem ij dicunt: qui animam id eſſe aſ-
ſerunt/quod ſeipſum mouet aut mouere poteſt: ſed etiam vnũ id eſſe quod-

dam videtur eorum quę nequeunt eſſe:motum inquam ipſi ineſſe atq; compete-re.Non neceſſariũ igitur eſſe: id omne moueri quod mouet:iam diximus & pro-

Diuiſio baũimus.Cum autem omne quod motu cietur dupliciter moueatur: aut enim per aliud aut per ſe mouetur:per aliud autem id omne moueri dicimus: quod eſt in eo quod motu cietur vt nauigantes:hi nanq; non perinde atq; nauis mouentur: hæc enim per ſe mouetur:illi motu cientur:quia ſunt in eo quod motu cietur:quod quidem ita eſſe patet in partibus:motus enim proprius pedum eſt ambulatio qua mouentur & homines:tunc autem hiſce motus non ineſt:vt patet in nauigantibus.

applicatõ Cum igitur id quod mouetur:vt diximus.Bifariam dicatur moueri. Cõſideremus nunc oportet de anima:ſi per ſe moueatur motusq; patticeps ſit: cũ igitur quatuor ſint motus.latio.alteratio.accretio:atq; decretio:aut iſtorum vno: aut pluribus: aut omnibus.vt patet mouebitur.Quod ſi nõ per accidens moueatur: natura ſane motus inerit ipſi.At ſi hoc ſit:locus etiam eidem identidem competet.Omnes eñ iam dicti motus in loco ſunt.Quod ſi ſubſtantiæ ſit animæ ſeipſam motu ciere:nõ per accidens inerit ipſi motui vt ineſt albedini aut tricubito.Mouentur enim & ipſa: verum per accidens:quippe cum corpus id moueatur cui res tales inſunt. Quapropter & locus nullus ipſorũ eſt,At erit animæ ſine controuerſia locus:ſi natura motus particeps eſt. Præterea ſi natura motu cietur.vi quoq; moueri poteſt: & ſi mouetur:& natura moueri poteſt.Eodem modo de quiete quoq; dicere poſſumus:in hoc enim natura res quieſcere ſolet:in quod ſuapte natura mouet.In hoc pari modo vi plane quieſcit:in quod vi pulſa mouetur.At qui motus erunt animæ violenti quietesue.Neq; ſi fingere volumus: aſſignare facile poſſumus. At vero ſi ſurſum mouebitur:ignis: ſi deorſum terra hiſce nanq; corporibus hi motus competunt:eadem eſt & de medijs corporibus ratio. Præterea cum videatur anima corpus mouere:rationi conſentaneũ eſt ijs motibus ipſum mouere quibus & ipſa mouetur.Quod ſi id ſit conuertendo vere quoq; dicere poſſumus:eo ipſam motu cieri:quo mouetur & corpus: at latione corpus mouetur.Quare mutabitur & anima perinde atq; corpus:& aut tota aut partibus locum mutabit: quod ſi id fieri poteſt: fieri quoque poteſt vt egreſſa rurſus corpus ingrediatur. Ex quo fiet vt animalium ea quę mortem obieɾunt reſurgant. At enim motũ per accidens ab alia quoq; mouebitur.Animal enim vi pelli poteſt nõ autem oportet cuius in ſubſtantia ineſt a ſeipſo moueri.id ab alio motu motucieri: niſi per accidens queadmodũ neq; quod per ſe vel propter ſe bonum eſt id per aliud oportet aut gratia cuiuſpiã eſſe. Animam autem ſi mouetur a ſenſibilibus maxime quiſpiam dicet moueri. At vero ſi mouet ſeipſam anima:& ipſa quoq; mouetur. Quare cum omnis motus exitus atq; remotio ſit eius quod motu cietur:ea ratione qua motum ſubijt anima nimirũ ex ſubſtantia dimouetur & exit:niſi ſeipſam per accidens moueat:at motus vt inquiunt ſubſtantiæ eſt ipſius per ſe.¶Quidam autem aſſerunt animam id corpus in quo eſt eodem mouere modo quo & ipſa mouetur.vt Demo.qui quidem perinde atq; Philippus comicus dicit ille nanq; dędalum ait ligneam venerem confeciſſe quę motu mouebatur argenti viui:quod in illam infudit & demo.pari modo pilas indiuiſibiles ſecum trahere corpus vitreũ atq; mouere dicit ex eo quia nunq; ipſæ quieſcunt ſuapte natura deſinuntq; moueri. Nos autem ipſum interrogabimus: ſi quietem etiam id ipſum faciat nunq;. At quonã pacto quietem faciet:

difficile eſt dictu vel potius dici non poteſt. Omnino aũt anima non ſic mouere videtur animal vt inquiunt ipſi: ſed electione quadã intellectione ue. Eodem aũt modo timæus etiam animã corpus mouere dicit. Mouere eñ ipſam ex eo cenſet atq; aſſerit corpus: quia mouetur propterea quod ad ipſum connexa eſt: opifex eñ dicit ex elementis ipſam iam conſtitutã: numeriſq; diſtinctã ſonoris: vt inſitũ ſonoritatis atq; concentus habeat ſenſum: & vniuerſum feratur conſonis lationibus rectitudinem coegit atq; flexit in circulum. Et cum vnũ in duos diuiſiſſet circulos duobus in punctis coniunctos: rurſus: vnũ in ſeptem orbes diuiſit: qm̃ lationes ipſius cœli motiones ſunt animę quibus ipſa mouetur. ¶ Primũ igitur non recte dicitur animã magnitudinem eſſe: nam animã vniuerſi talem ipſe vult eſſe: qualis eſt ea q̃ mens & intellectus vocatur. Non qualis eſt ſenſitiua: nec qualis eſt ea quę eſt principiũ cupiendi: quippe cum harum motus non ſit vt patet conuerſio. Intellectus autem vnus eſt & continuus perinde ac intellectio. Intellectio vero eſt ipſius intellectus conceptio. Sed hi nimirũ vnum hoc ſunt: quod alius deinceps poſt alium: vti numerus: ſed nõ vti magnitudo. Quocirca nec intellectus hoc pacto cõtinuus eſt: ſed aut partibus penitus vacat aut nõ eſt vt magnitudo continuus. atq; ſi magnitudo ſit: q̃nam pacto quãcunq; ſuarũ intelliget partiũ: ſiue illę ſint magnitudines: ſiue etiam puncta ſi hæc quoq; partes appellare oporteat. Nam ſi puncto puncta vero ſunt infinita: nunq̃ pertranſibit vt patet: ſin magnitudine ſępius vel infinities idem intelliget. At videtur & ſemel intelligere poſſe. Quod ſi ſat eſt quamuis partiũ tangere. Quid oportet aut orbe verſari aut omnino magnitudinem ipſum habere. Qđ ſi neceſſe eſt ipſum intelligere toto tangentem circulo: quis eſt ipſarũ partium tactus. Præterea quonam pacto vel impartibili partibile vel impartibile partibili ipſe intelliget: Neceſſe eſt aũt intellectũ eſſe circulum hunc. Intellectus nanq; motus intellectio eſt. Circuli vero conuerſio. Si igitur intellectio conuerſio eſt: & circulus is intellectus erit profecto cuius talis conuerſio intellectio eſt. Quid præterea ſemper intelliget. Oportet enim ipſum aliquid intelligere ſemper quippe cum conuerſio ſit perhennis atq; perpetua: nam conſtat intellectionem rerũ earum quę cadunt ſub actionem terminos eſſe ac fines. Omnes enim alicuius ſunt gratia: contemplatiue quoq; rationibus identidem animant̃. Et rationũ aliam diffinitionem aliã demonſtrationem eſſe patet: demonſtrationes aũt & ex principio ſunt & finem habent quodam modo ratiocinationem. aut concluſionem. Quod ſi non terminant̃: at ſaltem non ad principiũ redeunt. Sed mediũ extremũq; ſemper ſumentes recta proficiſcunt̃. At conuerſio rurſus vt patet ad principiũ redit atq; reflectit̃. diffinitiones etiã finitæ ſunt omnes ac terminatę: præterea ſi ſæpius eadem conuerſio fit: idem ſæpius intelligere oportebit: præterea intellectio quieti magis & ſtatui: q̃ motui ſimilis eſſe videtur. Eodem modo & ipſa etiã ratiocinando. At qui neq; beatum id eſt: quod nõ facile ſed violentũ vt patet. Quod ſi motus nõ ſit ipſius ſubſtantia: præter naturã ſane mouebit̃: laborioſum eſt etiã coniunctũ eſſe cum corpore: neq; abſolui ab eo poſſe: & inſuper maximopere fugiendũ. Quippe cũ melius ſit intellectui nõ eſſe cum corpore: quemadmodũ & dici ſolet & complures plane conſentiunt. Cauſa præterea qua cœlum conuertit̃: non videtur ex dictis illis emergere. Neq; eñ animæ ſubſtantia cauſa eſt conuerſionis ſed per accidens hoc modo mouetur: neq; etiam corpus: ſed anima corpori potius cauſa eſt motionis: at vero neq; dicitur ita melius eſſe; & tamen oportebat id eo deum animã orbe verſari

Cõcluſio cõtra platonem in Timæo.

facere. Quia melius eſt ipſi moueri ꝙ ſtare: & hoc pacto moueri ꝙ alio modo. Verum enim cum huiuſcemodi conſideratio magis alijs accomodet ſermonibus: eam nunc omittamus: illud autem abſurdū euenire. Videtur tam huic ſententiæ ꝙ etiā compluribus alijs quę dicuntur de anima. Etenim coniungūt quidem animā cum corpore: ponuntq; ipſam in eo: & tamen nihil prorſus determinant: quam ob cauſam & quo modo ſeſe habente corpore. Quod tamen neceſſariū eſſe videtur. Nā ob propinquitatem hoc quidem agit: illud patitur & hoc rurſus mouetur. illud autem mouet. Quorū nihil ſane quibuſuis interſeſe competit. At illi dicere quidem quale quid ſit ipſa anima enituntur: de ſuſcepto vero corpore nihil penitus dicunt atq; determinant: perinde quaſi fieri poſſit vt quæuis anima ſine vllo diſcrimine quoduis corpus ingrediatur: vt Pythagoricorū fabulæ dicunt: animantis enim cuiuſq; propriam ſpeciem habere formāq; videtur: perinde igitur dicūt atq; ſi quiſpiam artem fabrilem fiſtulas ingredi dicat. Etenim ars quidem inſtrumentis. Anima vero corpore vtatur oportet: videtur enim vnumquodq; propriam habere ſpeciem & formam.

Cōtra pythagoricoſ

Ariſtot. Democri. Plato Dædalus Ariſtot.

Ariſtot. hic Democritum & Platonem redarguit: contra Democritum ſex adducit rationes: contra Timæum Platonis ſeptem: meminit artificis Dædali: qui ligneolam venerem fabricauit, infuſo mercurio ſemotitantem: Tranſmigratōem animarum hic Ariſt. inter fabuloſa poſuit/ & cōmentitia poetarum: quare nullus credat ſerio Ariſtot. ſerio ſenſiſſe/ quod hic commentū reputat: Meminit ſomnij Pythagorici Ouidius.

Morte carent animę: ſemperq; priore relicta
Sede: nouis domibus viuunt: habitantq; receptæ
Omnia mutant: nihil interit: errat: & illinc
Huc venit/ hinc illuc: & quoslibet occupat artus
Spiritus: eq; feris humana in corpora tranſit
Inq; feras noſter: nec tempore deperit vllo.

Pythago. Ouid. vlt. metamorpho.

Quomodo anima non ſit harmonia, nec numerus. Cap. IIII.

Est autem & alia quædam opinio de anima tradita probabilis quidem compluribus & nulla earum inferior quę de ipſa dicuntur. Reprobata tamen & hiſce rationibus: quę in cōmunibus ſermonibus fiunt. Animam enim harmoniam quandam inquiunt eſſe: harmoniā nanq; temperationem eſſe compoſitionemq; contrariorum dicunt & corpus ex contrarijs compoſitū eſſe. Verū enim harmonia quidem ratio quædam eorum eſt quę ſunt permixta: vel etiam compoſitio. Anima autem neutrū iſtorum eſſe poteſt vt patet. Præterea harmonię non eſt mouere: animæ aūt id omnes maxime tribuunt. Accomodatius autem harmonia de ſanitate atq; omnino de virtutibus corporis: ꝙ de anima dici poteſt: atq; maniſeſtiſſimū id erit profecto: ſi quiſpiam operationes atq; affectus animę in aliquam harmoniā reducere enitatur: accomodare nanq; perdifficile eſt. Præterea in duo reſpicientes harmoniam dicere conſueuimus: & proprijſſime quidem earum magnitudinū compoſitionem quę motum habet poſitionemue: cū adeo ſunt coniunctę vt nihil eiuſdem generis inter ſeſe ſuſcipere poſſint. hinc aūt & rerū rationem mixtarum. At neutro ꝑfecto modo conſentaneū eſt rationi: harmoniā animā appellare: atq; partiū corporis: compoſitio facilis eſt admodū inquiſitōis: complures nāq; compoſitiones ſunt vt patet & varię partiū: cuius igitur aut quonā pacto: intellectiuū aūt etiā ſenſitiuū aut appetitiuū cōpoſitōem eſſe putare oportet. Similiter abſurdū eſt ſane mixtionis ꝗq; ratōem animā eſſe putare. Nō eñ elementorū mixtio ratōem habet eandem in carne & oſſe cæteriſq; corporis partibus. fient igitur vt cōplures habeat animas per totūq; corpus: ſi partes ꝗdem vniuerſæ corpis ex elementis cōſtent ꝑmixtis: ratio vero mixtōis harmonia ſit vt inquiūt animaq;. Id eñ

Concluſio contra antiquos.

quiſpiā & ab Empedocle non iniuria petet: vnamquanq; nanq; partiū aliqua ratio ne dicit eſſe confectā. Vtrū igitur ipſa ratio ſit anima: an potius ſit aliqd aliud anima: & ipſis membris adueniat. Præterea vtrū cuiuſuis mixtionis ſine vllo diſcrimine cauſa ſit ipſa concordia: an eius quę ratione conficit: & hæc vtrū ſit ipſa anima: an aliquid diuerſum a ratione. Hæc igit̃ tales dubitatões habere vident̃. Verū ſi anima diuerſum a mixtione ſit vti diximus: cur vna cū ratione carnis & cæterarū etiā animaliū partiū tollitur: inſuper ſi nō vnaquęq; partiū animā habeat: ſi non ſit anima ratio mixtionis: qd eſt qđ decedente corrumpit̃ anima. Ex his igit̃ quæ dicta ſunt patet animā nec animā nec harmoniā eſſe poſſe: nec orbe verſari: per accidēs tñ vt diximus moueri poteſt & ſeipſam mouere: mouet̃ nanq; corpus in quo eſt: mouet̃ aūt vt patet ab anima: alio vero modo fieri nequit vt ipſa moueat motu ad locū accomodato. ¶ At em̃ rectius de hac ipſa quiſpiā ad talia reſpiciēs dubitabit: Cōclusio secunda
putabitq; ipſam moueri. Dolere nāq; dicimus animā gaudere confidere timere inſuper iraſci ſentire ratiocinari: quę qdem omnia motus eſſe vident̃. Quapꝓpter ipſā quiſpiā exiſtimabit moueri. Verū id nō neceſſariū eſt. Nam & ſi q̃maxime dolere vel gaudere vel ratiocinari motus ſunt vel potius moueri: tñ ipſum moueri ab anima eſt: Iraſci nanq; aut timere eſt hoc modo moueri cor. Ratiocinari aūt aut tale forſitan eſt: aut etiā aliud. Atq; quædā iſtorū ſunt: cū aliqua latione mouent̃: quædā cū aliqua alterant̃. Quænā vero ſint illa & quo modo fiant: alia ratio eſt. Dicere aūt animā iraſci vel timere ſimile atq; ſi quiſpiā animā texere dicat vel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere nō animā: ſed hominem anima miſereri vel diſcere vel ratiocinari. Idq; nō qa motus in illa ſit. ſed qa nonnunq; qdem vſq; ad illā: nonnunq̃ vero ab illa: veluti ſenſus qdem ex hiſce: recordatio aūt ab illa ad eos motus vel ſtatus qui ſint in ipſorū ſenſuū inſtrumentis. Intellectus aūt aduenire videt̃: & ſubſtātia quædā eſſe ac nō corrumpi. Nam ab ea maxime quę in ſenectute fit obfuſcatōe corrumperet̃. Nunc aūt perinde fit atq; in ſenſuū inſtrumentis. Et em̃ ſi ſenex talem acceperit oculū videret ſicut & iuuenis. Quare ſenectus nō quia aīa quicq; eſt paſſa: ſed qa id in quo eſt aliqd paſſum eſt: quemadmodū in ebrietatibus & in morbis autoritas
fieri ſolet. Et ipſum igit̃ intelligere ac contemplari marceſcit: qa aliud quoddā intꝰ corrumpit̃: ipſum aūt paſſione vacat. ratiocinari vero & amare aut odiſſe non ſunt illius affectus: ſed huiuſce qđ habet illud ea ratione qua illud habet. Quapꝓpter & hoc corrupto: nec recordat̃: nec amat: nō em̃ illius ſed ipſius cōmunis qđ qdem perijt intellectus aūt diuinū qd eſt fortaſſe: paſſioneq; vacat. Eſſe igit̃ impoſſibile moueri animā perſpicuū iam ex dictis euaſit: qđ ſi omnino nō motu ciet̃ patet nec a autoritas
ſeipſa motu cieri. ¶ At qui numerū animā eſſe dicere ſeipſum motu cientem: multo longius q̃ ea quę dicta ſunt a ratione diſtare videt̃. Nam ijs qui id aſſerūt. ea pri Cōclusio contra xenocratem
mum impoſſibilia quę emergunt ex motu: deinde ꝓpria quædā ex eo quia dicunt ipſam numerū eſſe eueniūt: quo nāq; modo vnitatem moueri intelligere oportet: & a quo & quonā pacto. Cū impartibilis ſit & nullā habeat differentiā: ſi em̃ motiua ſit atq; mobilis diuerſa eſſe oportet. Præterea cū lineā qdem motōe ſupficiem facere dicant: punctū aūt lineā: vnitatū etiā motus erunt continuo lineę. Punctum em̃ vnitas eſt poſitionem habens. atq; numerus animę iam alicubi eſt poſitionem q; habet. Præterea ſi quis a numero numerū vel vnitatem abſtulerit: alius relinqt̃ numerus: atq; plantæ multaq; animaliū viuunt diuiſa: & eandem animā ſpecie videntur habere. At qui nihil referre videbit̃ vnitates dicant̃ an corpuſcula parua. Et

em ſi puncta fiant ex Democriti pilulis: modo maneat q̄titas erit in ipſis aliud q̄ dem qđ mouet: aliud aūt qđ mouet̄: ſicut in magnitudine: nō em̄ quia magnitudine differunt aut paruitate id qđ dictū eſt accidit: ſed qa ſubeunt q̄titatem. Quocirca neceſſe eſt aliqđ eſſe: qđ ipſas vnitates mouebit: qđ ſi id qđ in aīali mouet aīa eſt: & id qđ in numero eſt aīa mouet: quare aīa non eſt id qđ mouet atq̄ mouet̄: ſed id qđ mouet dumtaxat. At vero qui fieri poteſt: vt hæc vnitas ſit: oportet em̄ ipſius ad cæteras aliquā differentiā eſſe. At vnici puncti quænā præter poſitōem eſſe differentia poteſt: ſi igit̄ vnitates punctaue q̄ ſunt in corpe diuerſa ſunt ab vnitatibus aīæ atq̄ punctis erunt ipſæ vnitates in eodem ꝓfecto loco: punctū em̄ aīæ locum occupabit corpis puncti atq̄ quid obſtabit ac ꝓhibebit: vt ſi duo puncta ſunt ſimul in eodem loco & plura ſint duobus ac infinita: quorū em̄ locus indiuiſibilis eſt: & ipſa indiuiſibilia ſunt. Sin ꝟo ea pūcta que ſint in corpe ipſe ſint numerus aīe: vel ſi numerus qui ex punctis conſtat que ſunt in corpe ſit ipſa aīa: cur nō oīa corpa aīam habent: nam in cunctis puncta eſſe vident̄: & etiā infinita: inſuper qui fieri poteſt vt ſeparentur ac abſoluantur a corporibus ipſa puncta ſi quidem linee nō diuiduntur in puncta.

Plato Macrobi. Ariſtot. Harmoniā eſſe veteres aliqui aīam cenſuerunt: qđ & Plato/quod Macrobius & multi alij arbitrati ſunt: q̄ ſi ꝓprie harmoniā acceperint: in aperto eſt q̄ fortiter Ariſt. eos refellat: Sin vero metaphora vſi ſunt: nemo eſt qui eis nō accedat. Scđo vero loco ꝓponit motus paſſionū eſſe ab aīa ſuſceptos in organis corporeis. Tertio ꝟo loco Xenocratē improbat, aīam non eſſe numerū per ſe mouentem. Xenocra.

Animā nō eſſe corporeā, aut elementarem, nec toti vniuerſo permixtā. Cap. V

Fit aūt vti diximus vt partim idem ĳ dicāt qđ illi: q corpus q̄ddā ſubtiliū partium aīam eſſe dixerunt: partim ꝓpriū ipſos comitet̄ abſurdū: corpus ab aīa pinde moueri pinde atq̄ Democritus aſſerebat. Nā cū aīa ſit in omni corpe ſentiente neceſſe eſt in eodem duo corpa eſſe. ſi aīa corpus aliqđ eſſe ponat̄: & horum etiā ſententia: q aīam numerū eſſe cenſent: fit vt vno puncto multa ſint puncta: aut oēs habeant aīam: ſi nō nūerus q̄ſq̄ alius atq̄ diuerſus a punctis ipſius corporis ſupueniat. Fit etiā vt aīal a nūero pinde moueat̄: atq̄ Democritū diximus id ipſum moueri cenſere: qd em̄ intereſt parue pile dicant̄: an vnitates magnæ vel vnitas oīno q̄ agitan̄ motu: vtro nāq̄ modo neceſſe eſt ipſas ex eo mouere aīal: qa ipe motu cient̄. His igit̄ q motū ac numerū in aſſignanda aīa coniunxerunt hæc quæ dicta ſunt abſurda & alia huiuſcemodi multa eueniunt: eſt em̄ impoſſibile nō ſolū diffinitōem aīæ talem eſſe: ſed etiā accidens. Qđ qdem patet: ſi q̄s ex hac rōne operationes atq̄ effectus aīæ conabit̄ aſſignare: cognitōes inquā ſenſus voluptates dolores & cætera iſtiuſmodi: nā vt prius dixim⁹: neq̄ uaticinari ex ipīs facile poſſum⁹

Cōcluſio contra antiquos

Epilogus ¶ Tribus aūt traditis modis q̄bus antiq̄ diffiniunt aīam: duos iā reprobauimus & q̄s habet utraq̄ ſentētia dubitatōes cōtrarietatesq̄ pœne diximus: & ea inquā q̄ maxime motiuū ipſam eſſe ex eo ponit: qa ſeipſam mouet. Et ea que corpus ipſā ſubtiliſſimarū partiū: aut magis q̄ cætera incorporeū eſſe cenſent. ¶ Reſtat igit̄ terti⁹ modus atq̄ ſententia que ipſā aſſerit ex elementis conſtare: quā q̄dem deinceps cōſideremus oportet atq̄ patet ob hoc ex elementis aīam cōſtare q̄ſdā dixiſſe: Vt ſentiat ea que ſūt: & rerū unāquāq̄ cognoſcat. At hāc ſententiā multa comitan̄ abſurda: atq̄ eorū q̄ plura que fieri nequeunt. Aſſerunt em̄ ſimili cognoſcere ſimile: q̄ſi aīas res ipſas eſſe ponentes. Verū nō elementa ſunt ſolū ut patet: ſed præter ea etiā ſunt alia quin potius infinita fortaſſe q̄ numero cōſtant ex ipſis ac cōponunt̄. Sit igi-

Cōcluſio cōtra Empedoclem

tur ea cognoſcere ſentireq́ animã ex qbus illorũ vnũquodq́ cõponit̃. at totũ ipm cõ-
poſitum q̃ cognoſcet queſo vel ſentiet vt qd ſit deus vel homo vel os vel caro & cæte-
rorũ compoſitorũ vnũqdq́ ſimiliter. Non em̃ vnũqdq́ iſtorũ eſt ipſa elementa: q̃uis
ſeſe habentia modo ſine vllo diſcrimine: ſed ex ipſis vnũqdq́ conficit̃ ratione quadã
compoſitioneue. Quemadmodũ & Empedocles os ex elementis cõſtare cenſet. Di- Verſus
cit em̃ cœperat ante duas tellus iuſtiſſima vaſis. Aeris ac fontis partes Vulcanus & Empedo.
ipſe. Quatuor ex octo adiunxit qs candida magna: uis fœcũdaq́ naturę confecerat oſ-
ſa. nil igit̃ elementa pſunt: ſi ſint in aĩa niſi rationes etiã inſint & cõpoſito: Vnũqdq́
em̃ cognoſcet ſimili: os aũt hoiem nõ cognoſcet pfecto: niſi ipſa etiã inſint. Hoc aũt
nõ opus eſt vnũ eorũ eſſe dicere quę fieri nequeũt. Quis em̃ ambiget vnq́ ſi apis vel
homo vel equus inſit in aĩa & bonũ ſimiliter & nõ bonũ. & de cæteris identidem re-
bus. Præterea cũ id qd eſt multipliciter dici ſoleat: quoddã em̃ ſubſtantiã: quoddã q̃-
titatem: aut q̃litatem aut aliqd aliud enumeratorũ iam p̃dicamentorũ ſignificãt: Vtrũ
ex vniuerſis an nõ ex vniuerſis aĩa conſtet: at nõ videt̃ cõia oĩm eſſe elementa: ex hiſce
ne igit̃ ſolis conſtat q̃ ſubſtantiarũ ſunt elementa: at quonã pacto cæterorũ etiã vnũqdq́
cognoſcit. At dicent vniuſcuiuſq́ gn̄is elemẽta ꝓpria atq́ principia eſſe: ex qbus aĩa
conſtat: erit igit̃ ipſa & q̃titas: & q̃litas: & ſubſtantia: at fieri nequit: vt ex quãtitatis ele-
mentis ſubſtantia ſit nõ q̃titas eos igit̃ q cenſent aĩam ex vniuerſis cõſtare: hæc & hu-
iuſcemodi alia comitant̃. Abſurdũ eſt etiã ſimile qdem a ſimili nõ pati dicere: ſimile
vero ſentire ſimile ſimileq́ cognoſcere ſimili putare atq́ aſſerere. Deinde ſentire pati
quoddã eſſe moueriq́ ponere & intelligere ſimiliter & cognoſcere. At q multas du-
bitatões ac difficultates Empedoclis hr̃e ſententiã. Corporeis inquã elemẽtis & ſibi
ſimilibus cognoſci res ſingulas teſtat̃ id qd expientia late patet. partiũ em̃ aĩaliũ cor-
porũ ea quę ſunt ſimpliciter terræ vt oſſa nerui pili nihil ſentire vident̃. Quare neq́ ſi-
milia ſibi: at oportebat tñ: Præterea cuiq́ principiorũ maior ignoratio quã cognitio
inerit nimirũ. Vnũqdq́ em̃ cognoſcet vnũ: multa aũt ignorabit: cætera nãq́ oĩa: fit
Empedoclis eadẽ ſententia: vt deus ſit amentiſſim⁹. Quippe cũ ipſe ſolus vnũ elemen-
torũ nõ comprehendit: ipſam diſcordiã inquã: mortalia vero cuncta cognoſcant. Cũ
vniuerſis ſingula cõſtent. Pręterea dicit: oportet oĩno: quã ob cauſam nõ habent aĩam
oĩa: cũ omne qd eſt aut ſit elementũ aut ex elemẽto vno vel pluribus vel oĩbus cõſtet.
Neceſſe eſt em̃ omne qd eſt: aut vnũ qd: aut quędã: aut vniuerſa cognoſcere. Dubita-
bit etiã nõ iniuria quiſpiã qdnam id ſit q ipſa continet atq́ vnit. Elementa nãq́ mate-
riei ſimilia ſunt. Atq́ p̃ſtabiliſſimũ id eſſe patet: qd continet qcqd id tandẽ ſit: at ne-
quit eſſe qcq̃ p̃ſtabilius aĩa: qd qdem dñetur: & magis etiã intellectu: maxime aũt ra-
tioni conſonũ eſt huc oĩa p̃ceſſiſſe: & p̃ſtantiſſimũ oĩm: & natura dñium eſſe. illi aũt
elementa ea q̃ ſunt p̃cedere cenſent. ¶ At em̃ nemo pꝛius de aĩa dixit nec eorũ qui cen- Cõcluſio
ſent ipſã ex elementis ideo cõſtare qa ſentit cognoſcitq́ ea q̃ ſunt nec etiã eorũ qui ma- omnes an
xime motiuũ ipſã aſſerunt eſſe: nõ em̃ oĩa mouent̃ quę ſentiũt. Sunt em̃ aĩalia nõnulla: tiquos fuiſ
q̃ nõ mouent̃ loco: & tñ hoc ſolo motu aĩa videt̃ aĩal agitare. Similiter & eorũ qui tam ſe inſuffi
ſenſitiuũ q̃ intellectũ ex elementis conficiunt: nemo aĩam oẽm cõplectit̃: viuere nãq́ cientes.
vident̃ plantę: at expertes ſunt tñ & lationis & ſenſus: aĩaliũ q̃q́ cõplura ſunt: q̃ mente
rationeq́ vacãt. Qd ſi qs & hæc illis conceſſerit intellectũq́ partẽ eſſe poſuerit aĩę &
identidẽ ſenſitiuũ: neq́ ſic de omni aĩa: neq́ de vlla tota dicere videbunt̃. in hoc eodẽ
errore videt̃ eſſe & ea ſentẽtia: q̃ carminib⁹ orphicis fert̃. Dicit em̃ Orpheus aĩam ferri
ventis: & ex toto ingredi reſpiratõe: id aũt neq̃ ipſis accidere plãtis: neq́ qbuſdã itidẽ

aĩaliũ ꝗppe cũ haud vniuerſa reſpiret. Qđ ꝗdem eos ꝑterijt:ꝗ ita de aĩa cenſuere:at ꝗo
ſi cõficere aĩam ex elementis oporteat:nõ ex vniuerſis cõtinuo cõficienda eſſe videt̃,al
tera nãq; pars cõtrarietatis ſufficiẽs eſt ſeipſã oppoſitãq; diſcernere:recto em̃ & ipm̃
autoritas rectũ vt patet & obliquũ cognoſcimus:regula nãq; iudex eſt vtriuſq;:at obliquũ nec
Cõcluſio. ſui plane nec recti. ¶ Sunt & q in toto vniuerſo ꝑmixtam ipſã inquiũt eſſe:q̊circa forſi
tan & thales oĩa plena deorũ eſſe putauit. Hoc aũt dubitatões habet nõnullas. Quam
em̃ ob cauſam aĩa in aere ꝗdem vel igne ſi ineſt nõ facit aĩal:in mixtis aũt facit ꝑſertim
cum in illis videat̃ eſſe ꝑſtantior:q̃rere etiã quiſpiã quam ob cauſam aĩa ea q̃ eſt in aere
ꝑſtabilior eſt ac immortalior eã quę in aĩalibus ineſt. Vtrobiq; aũt emergit q̊ddam ab
ſurdũ:& rationis egrediens metas:nã ignẽ aut aerem aĩal eſſe dicere rationis egredit̃
fines:& aſſerere rurſus aĩalia nõ eſſe:ſi inſit in ipſis aĩa ꝑabſurdũ eſt ſane. Vident̃ aũt
ideo putaſſe in his aĩam eſſe:ꝗa totũ & partes eiuſdẽ ſũt ſpeciei. Quare nc̃ce eſt ipſos
& aĩam & partes eiuſdẽ eſſe dicere ſpeciei ſi aĩalia ex eo fiunt aĩantia ꝗa in ipſis aliq̃
pars cõtinentis recipit̃. Quod ſi aer ꝗdem diſcerpt⁹ eſſet eiuſdẽ ſpeciei: aĩa aũt eſt diſ
ſimiliũ partiũ:patet aliã ipſius partem ineſſe aliã nõ ineſſe:neceſſe eſt igit̃ ipãm aut ſi
miliũ eſſe partiũ:aut nõ in q̃cunq; totius ineſſe parte. Patet igit̃ ex dictis:neq; cogni
tionẽ ex eo cõpetere aĩæ:ꝗa conſtat ex elementis: neq; recte vereq; dici motũ eidẽ in
Quæſtio eſſe. ¶ At qm̃ cognoſcere ſentire opinari inſuꝑ cuꝑe deliberare & oĩno appetitiones
ipĩus aĩę ſũt:motus etiã aĩaliũ loco ab aĩa fit:& inſuꝑ accretio ſtatus atq; decretio: q̃ret
vtiq; quiſpiã vtrũ horũ vnũqđq; tota aĩa cõpetat:& nos intelligamus: & ſentiam⁹ &
moueamur:cęterorũq; vnũqđq; agamus patiamurq; tota:an alijs alia partibus:ipm̃ ꝑ
terea viuere vtrũ in horũ aliq̊ vno an in pluribus an in oĩbus conſiſtat.an ſit eius alia
Rñſio ali quorum. quędã etiã cauſa. Atq; ſunt qui dicũt ipſã eſſe partibilẽ neq; alia eius parte intelligere
alia cuꝑe cenſent. Quid igit̃ ipſã continet aĩam:ſi partibile ſit:nõ corpus ꝗppe.cũ cõ
tra potius videat̃ corpus aĩa cõtinere. Quapropter & egreſſa diſſoluit̃ corpus atq; pu
treſcit. Si igit̃ aliqd aliud ipſam cõtineat vnũq; faciat:illud erit potiſſimũ aĩa:at oporte
bit de illo etiã q̃rere: Vtrũ vnũ an multarum ſit partiũ: atq; ſi ſit vnũ cur & aĩam cõtinuo
nõ dicimus vnũ eſſe. Sin partibile ratio q̃reret ꝗd nã ſit illud qđ illud etiã cõtinet:atq;
hoc pacto fiet in infinitũ abitio. Dubitabit etiã quiſpiã de partibus eius: quã vnaq̃q;
potentiã in corꝑe habeat. Nã ſi aĩa tota totũ continet corpus:oportet & vnãquãq; etiã
partem aliquã partẽ corꝑis cõtinere:id aũt eſſe nõ poſſe videt̃: quã em̃ partiũ corꝑis
intellectus aut q̊ continebit pacto:fingere q̊q; difficillimũ eſt. Videmus aũt & plãtas
diuiſas viuere: & aĩaliũ inſectorum nõnulla vtpote aĩam & ſi numero ſpecie tñ eandẽ
habentia. Itaq; partiũ vtraq; & ſenſũ habet:& per aliqđ tp̃s loco mouet̃. Nec abſurdũ
eſt ſi nõ ꝑdurant: inſtrumẽta nãq; nõ hñt vt naturã cõſeruent:ſed nihilominus oẽs in
vtraq; partiũ inſunt aĩę partes:atq; eę eadẽ ſub ſpecie collocant̃:& etiã tota:illę ꝗdem
ꝗa nõ ſeꝑabiles ſũt:tota aũt aĩa ꝗa diuiſibilis eſt. Videt̃ aũt & id principiũ qđ ineſt in
plãtis aĩa quędã eſſe: hęc em̃ ſola cõis eſt & plãtis & aĩalib⁹: atq; hęc ꝗdem a ſentiẽdi
principio ſeparat̃:ſine aũt ipſa nihil eſt,prſus ꝙ habeat ſenſũ. Finis primi de aĩa.
Memorabilis ſententia. Rectum eſt index ſui & obliqui:at obliquum nec ſui eſt regula.

LIBER.II.de anima: & de ſubſtantia animæ. Cap.I.

Intentio Dictis hiſce quæ a maioribus de anima nobis tradita ſunt: redeamus rurſus
Diuiſio prima oportet atq; enitamur velut ab initio determinare quid anima ſit:& quę nã
ſit eius cõmunis maxime ratio. Dicimus itaq; genus vnũ quoddam eorũ

que ſunt ipſam ſubſtantiã eſſe: atq; huius aliud vt materiã: qđ qdem per ſe non eſt hoc aliqd: aliud formã & ſpeciem: qua qdem iam hoc aliqd dicit: & tertiũ id qđ ex iſtis conſtat atq; componit. Eſt aũt materia qdem potentia: forma vero actus atq; pfectio. ¶ Que qdem bifariã dicit: quædã eñ eſt vt ſcientia: quædã vt contemplatio. Secunda
Maxime aũt corpa videnť eſſe ſubſtantie: & ipſorũ ea magis que naturalia ſunt: hec eñ cæterorũ principia ſunt: naturaliũ vero corpm quædã habent vitã: quædã nõ habent: ſed ea vacant: vitã aũt dicimus nutritõem accretiõem: atq; decretõem: que qdem p id ipſum fit qđ viuere dicit. Tertia Quarta Quinta
¶ Quare corpus omne naturale particeps vitæ ſubſtantia eſt: & ita ſubſtantia & compoſita. Atq; cũ tale etiã ſit corpus id eſt habẽs vitã. Cuius pfecto nõ erit anima: corpus nãq; nõ ſubijt ratõem eorũ que ſũt in ſubiecto: ſed vt ſubiectũ potius eſt & materies. 2 Cõcluſio
¶ Neceſſe eſt igit animã ſubſtantiã eſſe pinde atq; formã corpis naturalis potentia vitã habentis. 3 Diffinitio
¶ Subſtãtia vero actus eſt & pfectio. Talis igit corpis eſt pfectio atq; actus. Sed cũ pfectio atq; actus bifariam dicat vt diximus: qdã eñ eſt vt ſcientia: quidã vt contemplatio: patet animã actũ eſſe pinde atq; ſcientiã. Nã ex eo qa anima eſt & ſomnus eſt & vigilia atq; vigilia qdem contemplatõi: ſomnus aũt ſcientie opatione vacanti ſimilis eſt, Altera aũt alterã in eodem: ſcientia inquã contemplatõem generatõem pcedit. 4 Cõcluſio
¶ Qua propter anima primus eſt actus pfectioq; corpis naturalis potentia vitã habentis. Et talis plane vt partes ipſius ſint inſtrumenta. Eñuero partes quoq; plantarũ inſtrumenta ſine controuerſia ſunt: quamuis videat penitus ſimplices eſſe eius eñ qđ circa fructum eſt: illud tegmen eſt ſolũ & fructus etiã: radices pterea vicem ſubeũt oris: vtriſq; nãq; trahit alimentũ. Si igit cõmune qd de omi anima ſit dicendũ: ipſa pfectio prima primus actus eſt corpis naturalis: cuius partes ſunt inſtrumenta. 5 Cõcluſio
¶ Iccirco nõ querere oportet: ſi vnũ ſit anima atq; corpus: ſicut neq; cærã & figurã: neq; omino materiem Cuiusq; & id cuius materies eſt: nã cũ vnũ & eſſe multifariã dicat: actus eſt id qđ pprie vnũ eſt: atq; pprie eſt. Vniuerſaliter igit diximus qdnam anima ſit. Eſt eñ ea ſubſtantia que eſt ratio: hæc aũt eſt quiditas corpis talis. Et pinde ſane atq; ſi qd inſtrumentorũ artis naturalis corpus eſſet: ceu ſecuris. Eius nãq; ſubſtãtia ipſius eſſet vt patet ſecuris ratio: idq; eſſet anima: q̃ ſepata nõ eſſet vlterius vt patet ſecuris: niſi nomine tñ: at nunc eſt ſecuris: nõ eñ talis corporis ſubſtantia ratio q; eſt ipſa anima: ſed naturalis vt diximus talis qđ in ſe motus ſtatuſue principiũ in ſitũ habet. 6 Documentum Simile in arte
Atq; id qđ dictũ eſt in partibus etiã inſpicere licet nã ſi oculus animal: eius tñ anima viſus ipſe nimirũ eſſet: hic eſt eñ vt patet oculi ſubſtantia: quæ ſeſe habet vt ratio: oculus aũt eſt materies viſus: qui cũ defecerit nõ vlterius erit oculus: niſi nomine tñ & pinde atq; lapideus vel etiã pictus. Id igit qđ de parte dictũ eſt ad totũ corpus viuens accomodare oportet. Eſt eñ hic pfecto rationũ ſimilitudo: nã vt pars ſeſe habet ad partem: ſic totus ſenſus ad totũ ſenſitiuũ corpus: vt talis eſt ratõis. Simile in natura autoritas
¶ Nõ eſt aũt id potentia viuens qđ abiecit animã eaq; vacat. ſed id qđ ipſã habet ſemen vero fructuſue id nimirũ eſt: qđ põt tale corpus euadere. Vt igit inciſio viſioq; ſic eſt vigilia actus & vt viſus rurſus inſtrumentiq; vis ſic eſt anima actus: corpus aũt eſt id qđ vt diximus eſt potentia viuens. Verũ vt pupilla viſusq; oculus eſt. ſic anima & corpus eſt animal. 7 Cõcluſio
¶ Animã igit nõ ſepabilem eſſe a corpe vel partes ipſius nõnullas: ſi ptibilis ſit: nõ obſcurũ eſſe videt: corpus nãq; partiũ patet aliqs aiæ partiũ actũ eſſe. Nihil tñ vetat vt aliq partiũ ſint ſepabiles anime: ppterea q; corpis nulli9 ſint actus. At obſcurũ eſt: nec dũ patet: ſi pinde corpus aia ſit act9 vt 8 Cõcluſio Secũda pars

gubernator actus eſt nauis. Hoc igitur pacto vniuerſaliter de anima determinatũ
9 Suppõ deſcriptumue ſit. ¶ At enim cum ex obſcuris quidem magis aut manifeſtis fiat id
prima notum quod eſt dilucidũ ac notius ratione: enitendũ eſt rurſus hoc pacto de ipſa
Secunda anima ꝑtractare. Rationem em̃ diffinitiuã non ſolũ eſſe ſignificare: vt complures
dicere diffinitiones videntur: ſed etiam in ipſa cauſam ineſſe ac apparare oportet.
Tertia Nunc aũt diffinitionũ complures vt concluſiones eſſe videnť: veluti quid eſt qua
dratio: confectio figurę laterũ æqualiũ angulorũq; rectorũ æqualis altera ex parte
longiori figuræ: atq; diffinitio talis concluſionis occupat locũ: at ea quę quadratio
10 nem inuentionem eſſe medię dicit. ipſius rei ꝑfecto cauſam vt patet aſſignat. ¶ Di
Differẽtia camus igitur hinc conſideratõis initio ſumpto animatũ ab inanimato vita ſeiungi.
Atq; cum multifariã viuere dicatur: etiã ſi vnũ tantũ iſtorũ inſit: viuere illud dici-
mus cui ineſt vt intellectus ſenſus motus. loco ac ſtatus & inſuper motio nutrimen
11 to accomodata & accretio decretioue. ¶ Quapropter & vniuerſæ plantę videntur
Plantę viuunt. viuere: quippe cũ videanť in ſe ipſis vim habere talem atq; principiũ: quo ad con-
trarietatem loca tam incrementa ꝙ decrementa ſuſcipiunt. Non em̃ ſurſum q̄dem
accreſcunt. Deorſum aũt non accreſcunt. Sed ad vtranq; ſimiliter differentiã & om
ni ex parte: ſemperq; nutriunť: & eouſq; viuunt: quouſq; poſſunt alimentũ accipe-
12 Differẽtia re. ¶ Atq; hæc quidem vis a cæteris ſeiungi ſepariq; poteſt: cęteræ aũt in ipſis mor
talibus ab iſta nequeunt ſeparari: quod quidem in ipſis perſpiciť plantis. Nulla em̃
prorſus in ipſis vt patet alia præter hanc animę potentia atq; officiũ ineſt. Viuere
Corolł. igitur ob hoc principiũ viuentibus competit. ¶ Animal aũt eſt ob ſenſum primo:
13 Animalia nam & ea quę nõ cientur motu: nec mutant locũ: ſenſum aũt habent nõ ſolũ viuere
viuunt Notula dicimus: ſed etiã animalia nuncupare ſolemus. At vero ex ſenſibus tactus primo
cunctis animalibus ineſt: atq; vt vegetatiuũ a tactu ſenſuq; omni: ſic a cæteris ta-
ctus ſepari ſenſibus poteſt. Eam aũt partem animę vegetatiuã dicimus eſſe. Cuius
& plantę participes ſunt. Animalia vero cuncta ipſam vim habere ſentiendi tactu
videnť. ¶ Atq; quã ob cauſam iſtorũ vtrunq; fit: poſtea dicemus ac explanabimus.
14 Diffinitio Nunc eouſq; tantũ dicatur: animã in quã principiũ eſſe eorũ quę dicta ſunt. & his
15 eſſe diffinitã vegetatiuo ſenſitiuo intellectiuo etiã motu. ¶ Quærendũ aũt eſt vtrũ
Dubiũ. 1. Secundũ horũ vnũquodq; ſit anima an animę pars: & ſi pars vtrũ hoc pacto vt ſit ſeparabi-
16 le ratione ſolũ: an etiã loco. ¶ Atq; de nõnullis q̄dem iſtorũ videre diſcernereq;
Reſpõſio facile poſſumus: nõnulla aũt dubitatõem habent. Nam vt plantę nõnullę diuiſæ
ſeiunctęq; videnť viuere: ꝓpterea ꝙ anima quę eſt in iſtis actu q̄dem in vnaquaq;
planta eſt vna: potentia vero plures: ſic & circa alias videmus animę differentias fie
ri: cũ incidunť animantiũ ea quę inſecta vocamus. Vtraq; nanq; partiũ & ſenſum
habet & motu loco cietur. Quod ſi ſenſum habet & imaginatõem: & appetitũ etiã
habet: vbi nãq; eſt ſenſus. ibi dolor etiã exiſtit atq; voluntas: at vbi ſunt hæc: ibi ne
ceſſario cupiditas etiã ineſt: De intellectu vero contemplatiuaq; potentia nondũ
autoritas. quicq; eſt manifeſtũ. Sed videť hoc animæ genus eſſe diuerſum. Idq; ſolũ perinde
atq; ꝑpetuũ ex eo qđ accidit ſeiungi ſepariq; poteſt. Cæteras aũt animę partes ſepa
biles q̄dem nõ eſſe: vt quidã aſſeruerũt ex his quę diximus patet. Ratione vero dif-
ferre nõ obſcurũ eſſe videť. Senſitiui nanq; ratio diuerſa eſt a ratõe principij opinan
17 Cõcluſio di: ſi q̄dem diuerſa ſunt ſentire ac opinari & vnũquodq; dictorũ ſimiliter. ¶ At ve
ro quibuſdã animantiũ cunctæ partes vt patet inſunt: q̄buſdã nõnullę ſunt & q̄bus
vna tantum ineſſe videtur: atq; id ipſum differentiã animantiũ facit. Quam autem

ob cauſam ita fit poſtea perſcrutabimur. Eadem & circa ſenſus fieri ſane videmus.
Quædam enim omnes quædam aliquos: quædã vnum dumtaxat habere vident:
tactum inquam ipſum: qui quidem eſt omnium maxime neceſſarius. ¶ Quoniam 18
autem id quo viuimus quoue ſentimus bifariam dicitur & perinde atq; id quo ſci Diſtinctõ
mus: & id etiam quo ſani ſumus atq; valemus: quoddam enim ſcientiam quoddã
animã dicimus: quippe cum vtroq; ſcire dicamus: & aliud ſanitatem aliud partem
corporis aliquam vel totum dicimus corpus atq; horum vtrumq;: tam ſcientia q̃
ſanitas forma quædam & ſpecies eſt & ratio & tanq̃ actus ſuſcipientis: ſcientia
quidem ſcientis: ſanitas autem ſani. ¶ Actus enim agentium in eo quod patitur at- 19
q; diſponitur ineſſe videtur. Anima autem id eſt vt patet: quo viuimus & quo ſen Autoritas
timus ac intelligimus primo: ipſa profecto ratio quædam erit & forma ſed non vt Cõcluſio
materies atq; ſubiectum. ¶ Nam cum ſubſtantia tripliciter dicatur vt diximus: quę 20
dam enim eſt forma: quædam materies: quædam id quod ex vtriſq; componitur: & Corollarium primum
materia quidem eſt vt patet potentia. forma autem actus. Cum igitur vt diximus
ſubſtantia dicatur trifariam: animatumq; id ſit quod ex vtriſq; corpore inquam &
anima conſtat: corpus profecto non eſt actus animæ: ſed ipſa corporis alicuius eſt
actus. Icirco recte admodum putant ij quibus anima neq; eſſe ſine corpore: ne Secundũ.
q; corpus aliquod eſſe videtur. Etenim ipſa corpus quidem non eſt. Eſt autem cor
poris aliquid: & ineſt ob hoc in corpore atq; in corpore tali, non in quouis ſine diſ- Tertium.
crimine vllo: quemadmodũ veteres ad corpus ipſam accomodabant. Nihil pror
ſus determinantes quodnam illud & quale ſit corpus: atq; non recte vt patet. Quip autoritas.
pe cum non videatur quoduis ſine vllo diſcrimine quodcũq; ſuſcipere: hoc autem
pacto cum ratione etiam fit ſane. Actus enim vniuſcuiuſq; in eo quod eſt potentia
& in propria materia ſuapte natura fieri eſſeq; ſolet. Animam igitur perfectionem Epilogus
quandam eius & actum ac rationem eſſe: quod potentiam habet vt huiuſmodi ſit:
ex hiſce quę diximus innoteſcit.

Explanatio tex.

Actum fuit de anima ſcd'm veteres: iam ex ſententia agit de eadem, vegetatione & ſenſatione

I. Entiũ aliud eſt ſubſtantia, aliud accidens: Subſtantiarũ vero alia eſt materia/quę eſt potentia: alia forma quæ eſt actus: alia totum ex his conflatum: Actus alius eſt primus alius ſecundus: Subſtantiarum item alia eſt corporea, ut naturales ſubſtantiæ/alia incorporea. Corpora vero alia ſunt phyſica, alia artificialia. Phyſica alia viuunt/ alia ſunt vitæ expertia.

II. Omne corpus naturale viuens eſt ſubſtantia cõpoſita: & quia corpus habet vitam: ideo anima nõ eſt corpus.

III. Anima eſt actus primus corpis organici phyſici habentis vitam in potentia.

IIII. Anima eſt actus primus. probaẽ quia ſicut ſcientia eſt prior q̃ conſideratio: Ita anima eſt prior q̃ operationes vitales.

V. Anima eſt actus corpis organici: probaẽ q2 debet hr̃e ptes diuerſarũ rationũ ad diuerſas operationes exercendas/vt etiam in plantis liquet. 8. Metaphy.

VI. Non oportet quęrere an anima & corpus ſint vnum; hoc eſt non habet rationem cur ex materia & forma fiat vnum/niſi quia ſunt talis natura: declarat in ſimili primo in ſecuri/ſecũdo in parte q2 ſic ex viſu & oculo fit vnũ: ita ex anima & corpe: quia eadem eſt ratio partis ad partem/ & totius ad totum.

VII. Anima non eſt in cadauere, neq; in ſemine. probatur quia illud deſijt viuere / aliud nondũ viuit.

VIII. Anima non eſt tota ſeparata a corpore nec partes eius: ſi ipſa diuiſibilis ſit ad diuiſionem partium organicarum. ſecus de ſeparabili vt mente.

IX. Cum notius natura poſſit nobis certificari p notiora nobis: & diffinitio aliqua deẽ p cauſas: alia per effectus; ideo vna poteſt aliam facere certiorẽ: Secunda pars cap.

X. Animatũ q̃ ad nos differt ab inanimato ſcd'm uiuere: viuere aũt dicitur cum operationes vitales exerceat: vt eſt intelligere, ſentire, mouere &c̃. horum autem operum principium eſt.

XI. Plantæ viuunt. probatur quia creſcunt & nutriuntur ſcd'm omnes partes.


XII. Vis vegetatiua ſeparaẽ ab alijs at non econtra. patet quia plantę ſolum uegetanẽ Vnde omnia dicuntur viuere a vi vegetatrice.

XIII. Aliquid dicitur eſſe animal ob ſenſum: q2 etiã immota locali ſunt aĩalia vt affixa terrę. Vñ tactus eſt primus ſenſuũ & eſt ſeparabilis ab alijs.

XIIII. Anima eſt principium primũ quo viuimus ſentimus, intelligimus, & ſcdm̃ locũ mouemur.
XV. Dubitatur an hæ vires ſint animę aut partes eius: & ſi ſint partes quomodo poſſint ſeparari an loco, aut ſolum ratione.
XVI. Reſpondetur ad primam ꝙ in aliquibus facile eſt videre prædictã ſeparationem/ vt in plantis & anguillis ac ſerpentibus: qui etiam conciſi viuunt/ſentiunt &c̃. de intellectu uero eſt dubium/ quia videtur eſſe ab his diuerſum & ſeparari uelut perpetuum. Vnde reliquę vires non ſeparantur loco/ſed ratione.
XVII. Scdm̃ has vires ſumunt gradus viuentiũ: nam aliqua habent omnes, aliqua plures, aliq̃ unã.
XVIII. Sicut duo ſunt quibus ſcimus ſ. anima & ſcientia, ſimiliter ſanitate & ſanabili ſanamur: ſic duo ſunt quibus viuimus ſ. forma & ſubiectum.
XIX. Anima eſt principiũ q̃ viuimus vt forma/ non vt ſubiectum: Actus enim actiuorum ſunt in paſſo idoneo.
XX. Sequitur primo animam eſſe actum corporis: ſecundo anima eſt corpus nec ſine corpore: tertio anima non ingreditur quoduis corpus ſine diſcrimine: patet quia actus non eſt niſi in determinata materia.

Annotatio in tex.

1. Subſtantiam hic phyſicam diuidit in materiã formam & totum compoſitum: Nam intelligentiæ ſeparatæ: metaphyſicę conſiderationis ſunt.
1. Subſtantiæ corporeæ ſunt magis ſubſtantiæ apud vulgum: at in rei veritate incorporeę ſunt potiores.
6. Oculus ſine viſu non eſt oculus &c̃. accipe hoc vt in categorijs monuimus: nam oculus manus &c̃ poſſunt vſurpari pro organo tantum: & ſic dicunt vniuoce de viuis & mortuis: aut pro compoſito uiuenti: cuius materia eſt ſic organiſata: & ſic dicitur analogice de viuo & mortuo oculus.
7. Viſus & pupilla ſunt oculus: habes ꝙ partes ſũt totum.
Ariſtot. 9. Exemplificat Ariſt. de quadratione. i. tetragoniſmo: habet enim quadratũ lineas quatuor ęquales ad angulos rectos: at altera parte longior figura eſt vbi longitudo latitudinem ſuperat.


quadratum altera parte longior

Ariſtot. 9. Intendit Ariſtot. diffinitionem de anima datã probare per aliã diffinitionem notiorem animę/ quę ſit ſumpta ex operationibus animæ.
Emped. 20. Anima non eſt corpus: hoc diffinit contra antiquos/ quoniã Democritus dixit eam eſſe ignem, Empedo. ex elementis, Pythagorici ex corpuſculis &c̃.

Explicatio ſcholaſtica:

An animæ diffinitio recte ab Ariſtot: ſit aſſignata.

Arti. I.

Nota. I. Quamuis anima ab animando ſit dicta: tamen hic vſurpatur abſolute pro illa nobili & perfecta viuentis parte/a qua viuens omnem ſuã habet dignitatem: & præcipue in homine cuius anima res eſt ueneranda atq; diuina: de ſubſtantia uero diximus in cathegorijs: de forma ſubſtantiali & accidentali aſſiſtente & informante in primo de generatione. ❡Actus vero vſurpatur variam. 1. pro eo qđ eſt: Sic om̃is res dicitur actu eſſe. 2. pro eo quod actuat & format: ſic deus eſt purus immo puriſſimus actus: quia nihil potentialitatis habet admixtum: non enim habet potentiam recipiendi componendi aut patiendi: aliæ vero formæ ſunt actus/non tamen purus: quia recipiuntur & recipiunt: nam intellectus actuatur ab intellectione, ab actibus & habitibus: ad quę ipſe eſt in potẽtia. 3. actus capitur pro operatione agentis: Sic actus actiuorum ſunt in patiente prędiſpoſito: 2. huius. 4. capitur actus pro principio actiuo operationis. ❡Aduerte æquiuocationem actus bene hic poſitã per Burida, Bruxel. Luthream, Iſenach. Vſingeñ. &c̃. ſed meo iudicio per eos non bene applicatã: nam primo plures eorum negant animam ſeparatam eſſe actum actuantem: at tu dicas qđ etſi non actu actuet/ſufficit quod nata ſit actuare / & quia ad hoc naturaliter inclinatur/vt bene vidit Tartar. ❡Secundo aiunt animã eſſe actum tertio modo: quia creetur a deo: ſed hoc eſt multũ abuſiue: nam ſubſtantia nõ dicitur operatio/ſed operans: quamuis non ignorem in re operationem actiue eſſe operans: quomodo actus hic non vſurpatur. ❡Tertio volunt actum vſurpari quarto modo in diffinitione pro principio actiuo: at bone deus qs dixit Animam eſſe principium actiuum corporis phyſici: forma enim non eſt cauſa materiæ/ſed totius: nec anima agit corpus/ſed operationem.

Buridan. Bruxel. Luthre. Iſennach. Vſingeñ.

Nota. II. Quod dum in artibus legerem Friburgi, ex ſententia Ariſt. & Auerr. 9. metaph. ſolitus eram ita dicere: ꝙ anima eſſet actus quarto modo reſpectu operationum vitalium: ſed actus ſecundo modo reſpectu corporis: Et hoc ita declarabam: quia actus illo modo eſt quædam perfectio vt patet in litera: & quia poteſt eſſe perfectio in ſe ſumma a nullo alio perfectibilis: ſic deus dicitur puriſſimus actus in ſe: aut eſt perfectio formalis in alio cui cõmunicat illam perfectionem: ſic formę & accidentia dicunt actuare ſubiecta: Materia autem quia eſt perfectibilis a forma: & tamen nihil poteſt perficere: nam eſt ſubiectũ primum: Ideo ipſa dicitur eſſe in pura potentia ſ. ratione perfectionis: non ꝙ ſit perfectio entitatiua: ſed quia eſt perfectibile ab alio: & nemini cõmunicat ſuam perfectionem: deus autem omnem rem mundi actuat cauſaliter, nullam formaliter. ❡Hoc eſt peripatetice loqui: ſic enim ſtatim ab initio dixit materiã eſſe potentiam, formã vero actum & perfectionem. ❡De actu vero primo diſtinguunt: quia primo aliquis eſt actus ſimpliciter primus: ſicut deus: ſecundo in reſpectu: & hoc tripliciter vel reſpectu ſubiecti: & ſic qualitates diſpoſitiue ſunt actus prior ꝙ anima, Secundo reſpectu operationis: & ſic anima

Ariſtot. Auerr.

eſt actus primus operatio actus ſecundus, Tertio ratione perfectionis: ſic anima eſt alijs actibus in materia perfectior. Quarto addit Iſen. actum eſſe primum denominatione: Et ita dicunt animã eſſe actum primum ſecundo modo aut tertio modo.

Iſenach.

¶ Ego dico more meo. Anima eſt actus primus .i. ſubſtantialis: Ita ꝙ Ari. dicendo Actum alium eſſe primum/alium ſecundum voluit actum actuantem formaliter alium eſſe ſubſtantialem, alium accidentalem.

Nota. III. Scd'm Card. Cam. corpus vſurpari tripliciter. primo pro ſubſtantia corporea: ſic homo eſt corpus. Secundo pro re longa & profunda: ſic dicitur penetratio corporum non admittitur. Tertio pro materia organiſata: ſic homo non eſt corpus/ſed ex corpe: & ſic eſt in pdicamẽto qualitatis. vide in categorijs: adhuc terminus connotatior eſt caro. ¶ Vnde illa tria habent ſe per ordinem ſ. materia, corpus, & caro. Nam lapis habet materiam, arbor corpus, animal carnem. Adde quarto corpus accipi pro materia quanta. ¶ Et corpus illud eſt duplex. ſ. naturale quod conſtat natura/artificiale quod ab arte completiue vide. 2. phyſ. ¶ Corpus naturale eſt duplex, ſ. organicum & nõ organicum, Organicum eſt corpus habens diuerſas partes figura & complexione differentes, ad diuerſa officia deputatas: vt arbor, lupus &c. dicitur tale corpus eterogenium: aduerte. pars tamen talis corporis etiam eſt organica. Non organicum eſt corpus non habens huiuſmodi partes. vt lapis, lignum, aqua. ¶ Corolſ. perperã faciunt diuidentes corpus in organicum & non organicum: Organicum rurſus in artificiale & naturale: quoniam artificiale non eſt organicum. Eſt autem complexio in animato qualitatum primarum & ſecundarum proportio.

Card. Camer. q. 4. quarti.

Corolla.

Contra Vſingeñ.

Nota. IIII. Vitam eſſe duplicem ſ. primã & ſecundam. Prima eſt ipſa anima intrinſece & eſſentialiter dans vitam: & ſic anima & vita ſunt idem in re: quamuis vita videatur conſignificare durationem in corpore. Sic vſurpatur viuere/cũ Ariſt. ait. Viuere in viuentibus eſt eſſe. Alia eſt vita ſecunda & eſt operatio vitalis. Eſt autem operatio vitalis per quam dinoſcitur viuens a nõ viuente, vt vegetare, ſentire, intelligere: Hic capitur ſecundo modo. ¶ Et tunc D. Card. ait debere intelligi vltimam partem. Vitam. i. vitalem operationem, habentis in potentia ſ. propinqua, propter ſemen quod eſt in potentia remota ad vitam: Nõ enim habet vitam ſine tranſmutatione corruptiua formæ ſeminis ¶ Adde ꝙ anima capitur quandoꝗ pro ſpiritibus: ſicut ſanguis dicitur eſſe ſedes animæ. i. ſpirituum.

Ariſtot.

Articulus. II.

Ariſtot.

Concluſio. Diffinitio animæ data ab Ariſt. eſt bona. probatur ex ſecũda diffinitione quia omne quo viuimus, ſentimus, intelligimus & ſecundũ locum mouemur eſt actus primus &c. ſed anima eſt quo viuimus &c. ergo anima eſt actus primus &c. vnde ſic intelligatur. Anima ſ. informans eſt actus primus. i. ſubſtantialis natus informare corpus naturale organicũ naturaliter, quod eſt in potentia propinqua ad operationes vitales. Volo autem per formam informantem excludere intelligentias/quę ſunt aſſiſtentes: reliqua liquent/niſi ꝙ ex proloquio primi habes alios perperam dicere, inhærens.

Appendix. Nota plures eſſe diffinitiones animæ apud antiquos. Seneca ait. Anima eſt ſpiritus intellectualis ad ſe & in corpus ordinatus. hæc nõ conuenit omni animæ. Plato ait. Anima eſt numerus ſeipſum mouens. Timæus anima eſt ſubſtãtia ſphærica ſeipſam mouens atꝗ corpus per ſe. Alex. ait Anima eſt ſubſtantia incorporea illuminationum quę ſunt a primo, ſecunda relatione perceptibilis. Calcidius ait. Anima eſt ſubſtantia naturalis intelligibilis æterno ſemper intra motu conſiſtẽs, ſuſcepti corporis viuificatrix, derelicto iterum ſocianda.

Seneca

Plato

Timæus.

Alexand.

Calcidi.

Articulus. III.

Dubium. I, An ſint plures animæ in eodem re diſtinctæ?

Præmit. I. Velle nos habere ꝓ repetitis ea quæ diximus in primo de generatione de pluralitate formarum: Vnde forma eſt ſuperior anima: quoniam omnis anima eſt forma & non econtra. Triplex enim eſt anima ſ. vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua: de quibus non eſt dubium quomodo in diuerſis ſpeciuoce diſtinguantur vt in roſa, pauone, & Eckardo: at tota dubitatio eſt: an in eodem iſtæ animæ diſtinguantur: vt quia Eckardus nutritur, ſentit, intelligit: an hoc vna fiat anima aut diuerſis.

Præmitto. II. Duas eſſe ſuper quæſito ſententias præter prius notata. Prima eſt G. de Ocham. q. 7 quarti ſen. & q. x. quot &c. ponẽtis in hõie duas animas realiter diſtinctas. ſ. ſenſitiuam & intellectiuam. In brutis vero ponit ſolum vnam animã ſpeciuocã. Tertio addit vegetatiuam non differre a ſenſitiua in eodem: Nam ob ſui imperfectionem continetur in ſenſitiua: ſicut trigonum in tetragono: quę mouerint Ocham ad hoc ponendum. recitabuntur articulo. iiij.

G. Ochã

Ocham.

¶ Secunda eſt ſententia s. Thomæ, Scoti, Arim. Gerſonis, Gabriel, Maioris, Aliacen. & cõis: pro qua opi. & dictis in 1. de generatione aduerte has notulas. 1. Eadem eſt anima in homine intellectiua & ſenſitiua. Corolſ. anima ſenſitiua in homine eſt indiuiſibilis & immaterialis ſicut intellectiua ſecus in brutis vbi eſt diuiſibilis. 2. Anima ſenſitiua hominis non educitur de potentia materiæ/ſed a deo creatur/quia eſt ipſa intellectiua: q̃re etiam in inſtanti producitur. 3. Quamuis vna ſit anima ab initio puero infuſa: tamen ſucceſſiue ſpecie diſtinctas producit operationes vitales: primo vegetatiuas: dein ſenſitiuas, & poſtremo in lucem editus intellectiuas: quia embrio prius viuit (operationes vitales exercet) vita plantæ, dein

Thomas.

Scotus

Arimin.

Gerſon

Gabriel

Maioris

Aliaccẽ.

vita animalis, & poſtremo vita hominis. 4. Si tamen deus nõ infunderet animam, prçueniendo naturam: tunc homo produceret animã ſenſitiuã nobiliorem quocunq; bruto: at de facto præuenit virtus hominis per creationem animæ: cuius prçentia materia ſatiatur: Scias tamen hominem natura ſua non producere animam intellectiuam. 5 Quia tamen pater & mater materiã adminiſtrãt, ad debitum locum mouent, & vi eorum in ſemine corpus organiſat, proles nutritur &c. ideo dicunt generare hominem: & ratione illius eſt uera ibi paternitas: filius quoq; alteri parentum aſſimilatur. Coroll. Pater homo non attingit aliquam formã ſubſtantialem/niſi diſpoſitiue. Coroll. Pater homo nobilior eſt alijs animantibus: non quia producit nobiliorem animam: ſed quia produceret nobiliorem animã ſi non præueniretur: Aut quia diſponit ad perfectiorem animam. 6. Eadem anima quia virtualiter continet in ſe vegetatiuam, ſenſitiuam & corporeitatis formam: Ideo poteſt in diuerſas operationes ſpecie diſtinctas: cum operetur per diuerſa organa/& aliqua ſine organis: quibus ita præfatis

Reſpondet. In homine eſt tantum vna anima realiter: quç ob ſuam perfectionem varia ſortitur nomina & in diuerſas poteſt operatões. probatur primo per phm̃. 2. de anima animam vegetatiuam & ſenſitiuam contineri in intellectiua, ſicut trigonum in tetragono. 2. Auguſ. de ſpiritu & anima c. 48. Nec duas credimus animas in vno homine ſicut multi ſcribunt/ſed vnam eandemq; &c. dicis cum Sco. iſte liber non eſt Auguſtini: ſit Hugonis de victore: placet: 3. Item Aug. de eccleſiaſticis dogmatibus. Neq; duas animas dicimus in homine &c. ſed dicimus vnam & eandem eſſe animam: quç corpus ſua ſocietate viuificat. Dicis ſocietate, ergo anima habet ſociam animã in corpore. Reſpondeo q verba Auguſtini non patiunt ſicut liquet eũ intuenti/q de alia anima ſocia poſſit intelligi: debet ergo referri ad ſocietatem potentiarum & operationum. 4. Auguſ. in. ſuper Geñ. 10. li. ait. Anima rationalis non ſolum carni præbet animalem vitam: verumetiam ſcd̃m ipſam caro aliquid concupiſcit. 5. Damaſce. ait. Anima rationalis in organico vtitur corpore: & eſt vitç, augmentationis, ſenſus, & generationis tributiua.

Margin: Auguſt. / Scotus / Auguſt. / Hugo de victo. / Auguſt. / Auguſt. / Damaſc.

¶ Ratione probatur primo quia tunc homo eſſet duo diſtincta ſpecie, eſſet enim vnum compoſitũ ex corpore & anima ſenſitiua: & eſſet aliud compoſitum ex corpore & anima intellectiua. ¶ Item duç formç ſimul informarent eandem materiam: Item ſi deus auferret animã intellectiuã, reliquum eſſet brutũ: qa animal & non homo. Item in equo non ſunt due tales animæ: ergo nec in homine. Itẽ formæ ſe habent ſicut numeri: ſed numerus maior continet minorem identice: ergo & forma perfectior continet identice imperfectiorem. Item tunc in morte corrumperet anima ſenſitiua: & ſi hoc factum fuiſſet in Chriſto: ipſe aliquid dimiſiſſet qd aſſumpſiſſet contra Damaſce. Item idem in reſurrectione eſſet maior difficultas / q̃ eam negando cum reſurrectio eſſet vera generatio proprie: forte ſic ponens vellet vnã animã habere quã daret dæmoni, & alterã quã daret deo: Etiã contraria ſententia, quaſi nullos habet ſectatores noſtro æuo. Hæc omnia intelligas ſaluis his quç dicturi ſumus hoc tertio de intellectibus ad mentem Ariſtotelis

Articulus. IIII.

Ratio. I. Anima eſt potentia, & eſt paſſiua: ergo non eſt actus. Similiter actui conuenit agere: animæ non conuenit agere: probatur quia agere eſt ſuppoſitorum: anima non eſt ſuppoſitum. Tertio quia actui repugnat recipere Auerroys de ſubſtantia orbis: animæ non repugnat recipere: quia ſenſus eſt virtus paſſiua. 2. huius ergo anima nõ eſt actus: Confirmatur Anima ineſt ſubiecto: & poteſt ei abeſſe & adeſſe &c. ergo eſt accidens: ergo nõ eſt actus primus: Similiter aĩa ſeparata eſt aĩa: & tamen nullius corporis eſt actus: Et dicit Ariſt. 2. huius. Nihil prohibet quandam animam eſſe/quç nullius corporis ſit actus. Item anima cum ſit ſimplex exigit ſimplex ſubiectũ: q̃re nõ organicũ. Auerr.

II. Solius ſubſtantiç compoſitç eſt diuiſio: anima eſt ſimplex: ergo. Similiter nulla diuiſio ſubſtantiæ debet dari per additamentũ. 7. metaph. illa eſt hmõi. ergo eſt mala. Item actus non debet diffiniri per potentiam. Item embrio viuit ſine anima. Item repugnãt actu viuere & in potentia: ergo diffinitio implicat. ¶ Confirmat, quia in nulla bona diffinitione debet poni quod tranſcendat genus diffiniti. 6. top. ſed actus tranſcendit genus animç: ergo non debuit anima diffiniri per actum.

III. Anima ſenſitiua diſtinguitur ab intellectiua in homine. probat ratione. G. de Ocham vbi ſup. Contraria ſimul non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto: ſed in homine ſimul ſunt actus appetendi aliquid & renuendi idem: ergo habent diuerſa ſubiecta. maior eſt ratio contrarietatis. minor patet experientia: & apoſtolus dicit Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: Senſualitas ſæpe aduerſatur rationi 3. eth. ¶ Confirmat, quia oĩs anima ſenſitiua eſt diuiſibilis & educta de potentia materiæ: ſed anima intellectiua neutrum iſtorum eſt. ergo ab ea diſtinguitur. G. Ocha Apſtus

IIII. Senſatio eſt ſubiectiue in anima: & nõ eſt in anima intellectiua: ergo eſt in ſenſitiua: & ſic ſunt diſtinctæ animæ: primũ patet quia anima ſentit. ſecundũ patet quia alias eſſet intellectio. ¶ Confirmatur quia eadem forma non elicit actũ appetendi naturaliter & libere: ſed ſenſualitas appetit naturaliter/quod voluntas appetit libere. ¶ Confirmatur quia leo producit ſibi ſimile: & homo non eſt eo ignobilior: Item pater generat filium: & nõ ſcd̃m materiã: ergo ſcd̃m formã: nõ intellectiuã quia illa creatur: ergo ſcd̃m formã ſenſitiuam.

Reſpondet. Ad primã. 1. q anima eſt potentia & actus reſpectu diuerſorũ: eſt enim actus reſpectu corporis & materiæ: & eſt potentia reſpectu accidentiũ & operationũ: Ita ſimiliter idem poteſt eſſe actus & paſſiuũ reſpectu diuerſorum.

G.Ocham. 2. nego ꝙ actus ſit ſuppoſitorū. G. Ocham. q. 1. ꝓlogi: ſed bene actus ſunt ſingulariū. Item actus ibi vſurpatur pro operatõe. 3. Actui ſubſtantiali repugnat recipere actū ſubſtantialem/ ſed non accidentalem. ¶ Ad confirmatõem nego cõſeqntiā/ quia in diffinitione accidentis vſurpant logicaliter/ nõ realiter. 2. Anima ſeparata non eſt actus corporis actu/ ſed aptitudine & natura. 3. Ariſt. loquitur de anima ſeparata & aſſiſtente id eſt intelligentia. 4. Anima eſt ſimplex quo ad eſſentiā admitto: quo ad operationem ſic nego: modo propter diuerſas operationes requirit corpus organicum non ſimplex.

Ad. II. Solius ſubſtantiæ compoſitæ eſt diuiſio quidditatiua: Sic ſubſtantia nõ debet diffiniri per additamentū quidditatiue: Similiter actus nõ debet diffiniri per potentiā ſui/ ſed bene poteſt diffiniri per potentiā quo ad aliud. Sic embrio viuit non in ſe/ ſed quo ad operationes animæ matris. ¶ Adde hic ꝙ corrupta forma embrionis, ſtatim introducitur vltima forma ſpeciuoca: ſed Grego. Arim. admittit ſucceſſiue primo induci vegetatiuam/ qua corrupta adueniat ſenſitiua: qua iterum corrupta infundatur intellectiua. ¶ Actu viuere vita prima: & in potentia viuere uita ſecunda non repugnant. ¶ Ad confirmationem dicunt aliqui, verum eſſe maiorem ſi per tranſcendens illud a nullo diſtinguatur vt per ens res &c̄. Vel dic verū eſſe de tranſcendente non contracto: hic contrahit actus: Sic ait Ioan. de Iand. Vtraq; ſolutio ſupponit falſum. ſ. actum eſſe tranſcendens: quod eſt falſum: q̄m materia nõ eſt actus/ quia eſt pura potentia: Quare tu recte negaueris actū eſſe tranſcendẽs.

G. Arim.

Ioann. de Ianduno

Ad. III. Reſpondent noſtri, ꝙ actus appetendi ſenſitiuus & ſenſitiuus renuendi idem contrariant. Similiter duo tales intellectiui: ſed quando vnus eſt ſenſualis, alter rationalis: tunc nõ contrariant. Ita Arim. Bruxel. Vſingeñ. &c̄. dicunt: at vel illa ſolutio nõ eſt bona: aut nõ ſufficienter ſe explicat: quia ſcđm iſtos appetitus ſenſitiuus non diſtinguit in re ab appetitu rationali: q̄m potentiæ nõ diſtinguantur realiter ab anima. ¶ Ideo ſolebam aliter dicere in artibus: iſtos appetitus non eſſe contrarios: Non ea ratione qua Camer. aſtruit videlicet quia ſenſitiuus inhæreat toti, rationalis ſoli animæ: quoniā nullum accidens inhæret toti: ſed præciſe alteri parti. vt diximus. 1. q. 5. phyſi. Sed iſti actus non habent idem obiectum formale. ¶ Pro quo ſcias ſcđm ipſum G. Ocham. q. 12. tertij. &. q. 16. &. 17. quot. ſecundi. Rem nudā non eſſe obiectum actus: ſed conſideratā cum talibus circūſtantijs &c̄. Ita ꝙ circumſtantię ſunt obiecta partialia: Sequitur Coroll. variatis circumſtantijs variatur actus. Cum ergo hic varientur circūſtantię, variat actus: quare non ſunt contrarij etiam in eodem: Ita reperio etiam ſoluiſſe Ioan. Burid. hic ſecundo de anima. & Ioann. Maioris pulchre dicit illos actus non eſſe contrarios: quia ſequantur diuerſas apprehenſiones: ſicut feles ſcđm tactum refugit cibū calidum: & tamen ſcđm guſtū proſequit. ¶ Ad confirmationem nego de anima ſenſitiua hominis: q̄m illa eſt creata, indiuiſibilis.

Arimin. Bruxell. Vſingeñ.

G. Ocham

Io. Burid.

Ad. IIII. Senſatio eſt in anima intellectiua, vel eſt in organo corporeo, aut oportet ponere ꝙ in homine eadem noticia ſit intellectiua & intuitiua: vt ſubtiliſſime amœni ingenij doctor Ioan. Maioris diſt. 16. ſecundi inducit. At more meo ꝓbabiliter dicam (q̄m quod inhæreat toti quod Came. & alij Neoterici dixerunt nullā habet penitus apparentiam) Senſatio eſt ſubiectiue in anima intellectiua: & tamen non eſt intellectio: quia cauſatur partialiter ab organo & per organū. Intellectio vero non. ¶ Dicis ergo anima ſeparata ſentit: Nego quia abeſt cauſa partialis ſ. organū. ¶ Contra ſaltem poteſt retinere ſenſatõem prius in organo receptam: & ita adhuc anima ſeparata ſentiet. Rñdeo ꝙ in anima ſeparata nulla remanet ſenſatio: quia vel eſt exterior vel interior: Si exterior dependet a ſpeciebus in organo receptis: Si interior dependet ab intentionibus, in organo interiori ſeruatis non ſolum in fieri/ ſed etiā in eſſe: modo anima ſeparata nihil habet per qđ a ſpeciebus vel intentionibus poſſit ſenſibiliter immutari: Ita facile te expedies: nullū colorem habent dicta Gab. in diſ. 16 ꝙ accidens diuiſibile inhæreat ſubiecto indiuiſibili: aut ꝙ idem accidens inhæreat ſubiecto diuiſibili & indiuiſibili ¶ Ad annexū dico idem ꝑ diuerſa media, aut reſpectu diuerſorū poſſe elicere actū appetendi libere & naturaliter: Pater deus naturaliter ꝓducit filiū libere creaturā. ¶ Ad alia patet ex ꝓmiſſo. 1. opi. 2. quia generat hoĩem extenſe loquendo de generare: & nõ eſt ignobilior leone: quia ſi deus eum non præueniret: tunc produceret nobiliorem animā leone.

Ioan. Ma.
Camera.

Gabriel.

De potentia vegetatiua. Cap. II.

ANimantiū aūt quibuſdā omnes inſunt potentiæ dictæ: quibuſdā nonnullę ſunt & quibuſdā vna tantū ineſſe videt: atq; potentias animæ diximus has nutritiuū ſenſitiuū appetitiuū loco motiuū atq; intellectiuū. Et plantis quidem nutritiuū eſt dumtaxat. alijs aūt & id ipſum & ſenſitiuū qđ ſi ſenſitiuū ineſt: & appetitiuū etiā ineſt. nam appetitus cupiditas: eſt & ira atq; voluptas. Animalia vero cuncta vnū ex ſenſibus habent. tactū inquā ipſum: atq; cui ſenſus ineſt: ei voluptas etiā & dolor ineſt: & ꝑceptio iocundi atq; moleſti. Quibus aūt hæc inſunt: ea cupiditatem etiā habent: hæc eſt enim appetitio eius qđ afficit voluptate. Ali-

Cõcluſio

Probatur primo

Secundo menti præterea ſenſum habent. Tactus em̃ ſenſus eſt alimenti: nam ſiccis & humi dis & calidis atq; frigidis aluntur viuentia cuncta. Horũ aũt vt patet ſenſus eſt tactus cæteris vero ſenſibilibus per accidens nutriunt̃. Nihil em̃ conducit ad alimentum ſonus vel color & odor: ſapor aũt vnũ quidem eſt eorũ quę tactu percipiunt̃: at vero fames ſitiſue cupiditas eſt: ſicci quidem & calidi fames: frigidi vero & hu-

Fames Sitis midi ſitis. At ſapor horũ quaſi quoddã eſt condimentũ. Verũ hæc declaranda poſterius ſunt. Nunc eouſq; ſit dictũ: animantiũ inquã hiſce quę tactũ habent & appetitum ineſſe. ¶ De imaginatõe vero nõ patet: ſed de hoc poſtea cõſideremus oportet: nõnullis inſuper & loco motiuũ etiã ineſt: & alijs ratiocinatiuũ ac intellectus vt hominibus: & ſi quid ſit aliud tale vel etiã præſtabilius. ¶ Perſpicuũ igitur eſt: vnã

2 Compatõ animę rationem eſſe perinde atq; figuræ: neq; em̃ ibi figura vlla præter triangulũ eſt & eas quę deinceps ſunt collocatæ: neq; hic anima vlla pręter eas quas diximus: at vt in figuris vna cõmunis ratio fere põt: quæ cunctis quidem figuris accomoda

Secunda bitur: nullius aũt erit figuræ ꝓpria ratio: ſic & in animalibus dictis fieri põt. Quaꝓpter ridiculũ eſt: & in his & in cæteris rebus cõmunem quęrere: quę quidem nullius eorũ quæ ſunt erit ꝓpria ratio: nec in ꝓpria cuiq; accomodabit̃ & indiuidua ſpecie: rationem eam omittens diffinitionemue quę cuilibet hoc pacto competere

Tertia accomodariq; poteſt. ¶ At vero quemadmodũ in figuris: ſic & in anima fit: nã tam in figuris q̃ in animantibus in eo qđ deinceps eſt collocatũ: id ineſt potentia qđ illo eſt prius: in quadrato nanq; triangulus & in ſenſitiuo vegetatiuũ ineſt vt patet. Quapropter in ſingulis quærendũ eſt: quænã ſit cuiuſq; anima: vt quænã ſit anima plantæ: quę beſtiæ quę deniq; hominis: quã aũt ob cauſam deinceps ſic ſeſe habet̃: conſiderare oportet: ſenſitiuũ nanq; ſine vegetatiuo nõ eſt: ac a ſenſitiuo vegetatiuũ in plantis ſeiungit̃: Rurſus ſine tactu nullus cæterorũ ſenſuũ eſt: at ipſe tactus ſine cæteris eſt: complura nanq; ſunt animaliũ: quę neq; viſum neq; auditũ neq; ſenſũ habent odoris. Et eorũ rurſus quę ſentiunt quædã habent loco motiuũ: quædã nõ habent. extrema aũt atq; minima rationem habent & mentem: qbus em̃ mortaliũ ineſt ratio ijs ſunt continuo & cętera cuncta: at qbus vnũquodq; illorũ ineſt: hiſce nõ omnibus ineſt & ratio: ſed quædã imaginatõe: & vacant quædã hac ſola viuũt: de intellectu vero contemplatiuo alia ratio eſt. Quę cum ita ſint: patet horũ cuiuſq; rationem animæ maxime rationem ꝓpriã eſſe. ¶ Neceſſe eſt aũt eum qui de hiſce

3 Intentio conſideratõem nactus eſt: qd nam ſit vnumqđq; ipſorũ accipere: deniq; quærere ꝑ

Ordo dicendorum ſcrutariq; de hiſce quę ſequunt̃ ac comitant̃: qđ ſi dicere oporteat qd vnũquodq; ipſorũ ſit: vt qd ſit intellectiuũ vel ſenſitiuũ vel nutritiuũ: antea dicendũ eſt qdnam

autoritas ſit intelligere qd ſentire. Nã opationes actioneſue potentijs viribuſq; priores ſunt ratione. Qđ ſi ita ſit atq; prius etiã obiecta q̃ iſta contemplari oporteat: primũ ꝑfecto de illis ꝓpter eandem cauſam vt de alimento de ſenſibili de intelligibili determinare oportet. ¶ Quare de alimento de gñatione ue primo dicendũ eſſe videt̃

4 Cõcluſio. Nutritiua nãq; anima & cæteris ineſt & prima eſt & maxime cõis animæ vis & potentia: qua cuncta viuentia Viuũt cuius ſunt opationes offitia ue gñare nutrimẽtoq; vti. Hæc em̃ opatio maxime omniũ opationũ viuentibus eſt naturalis: viuentibus

autoritas. inquã hiſce q̃ ſunt pfecta nõ membris capta: queq; nõ ſine ſemine oriunt̃: vnũqđq; inquã aliud ſibi ſimile ꝓcreare: animal qdem animal: planta aũt plantã. vt ſint ſemp hoc pacto conditõemq; ſubeant qđ poſſunt diuinã. Id em̃ ipm appetunt vniuerſa

gratiaq; ipſius omnia agunt:quæcunq; ſcd'm naturam agunt. ¶ Duplex eſt autem 5 Duplex finis
id cauſa cuius cætera fiunt:atq; vnũ eſt quod:alterũ cui:cum igitur ſemper eſſe con
ditionemq; diuinã ſubire continuatione nequeant animantia:quia fieri nequit:vt autoritas.
caducorũ atq; mortaliũ quicq̃ idem vnũq; numero ſemper permaneat vt vnũquod
q; poteſt ſic æternitatis conditioniſq; diuinę particeps eſt aliud quidem magis: ali
ud autem minus:permanetq; non ipſum/ſed tale quale eſt ipſum:numero quidem
non vnum:ſpecie aũt vnum. ¶ Eſt aũt anima corporis cauſa principiũq; viuentis: 6
atqui cum multifariã hæc dicantur : anima pari modo tribus determinatis modis Anima tri
cauſa eſt:nam eſt ea cauſa a qua profluit motus. eſt etiam ea gratia cuius cætera fiũt. cauſalis
Eſt inſuper vt forma corporũ animatorũ ſubſtantiaue atq; cauſam vt ſubſtantiã ani
mantium eſſe non eſt obſcurũ. Cauſam nanq; cunctis vt ſint formã ipſam atq; ſub-
ſtantiam eſſe patet. At viuere viuentiũ eſt eſſe: cuius ſane cauſa eſt vt conſtat atq; Forma
principiũ anima. Præterea actus eius quod eſt potentia ratio eſt eiuſdem: at ani- autoritas
ma viuentis eſt corporis actus:patet etiam animã eſſe cauſam vt id gratia cuius cæ Finis
tera fiunt:nam vt mens:ſic & natura alicuius gratia facit q; quidem ipſius eſt finis:
atq; tale eſt in ipſis viuentibus anima. & ſcd'm naturã vniuerſa nanq; naturalia cor
pora tam animaliũ q̃ etiam plantarũ ipſius animę ſunt inſtrumenta:quo fit vt ipſa
ſint animæ ſine controuerſia gratia:duplex eſt aũt id vti diximus: cauſa cuius cæte
ra fiunt atq; vnũ eſt quod:alterũ cui:at vero conſtat animã id etiã eſſe:vnde primũ Efficiens
motus ad locũ accomodatus emergit:verũ hæc vis nõ vniuerſis ineſt viuentibus:
fit etiam per animã & alteratio & accretio:ſenſus eñ alteratio quædã eſſe videtur:
ſentitq; nihil qđ nõ habeat animã eadem eſt & de accretione decretioneue ratio.
Nihil eñ incrementa naturaliter decrementaue ſuſcipit:quod nõ nutritur: & nihil
prorſus nutritur:quod nõ vitæ particeps ſit. ¶ Atq; hac in parte ſententia Empedo 7
clis eſt poſt habenda:qui quidem hoc non recte dixit ac addidit ideo incrementa Improba-
plantas ſuſcipere tum in radicibus infra tum in ramis etiam ſupra : quia terra deor tio Empe
ſum ſuapte natura & ignis ſurſum identidem pergit:primũ nanq; non recte acci- doc. Prima
pit in plantis differentias dictas infra inquã ac ſupra : non eñ eadem ſunt omniũ
rerum & vniuerſi ſupra & infra:ſed quã habet rationem in animalibus caput:eam Autoritas
ſubeunt in plantis radices : ſi inſtrumenta diuerſa vel eadem operationibus offi-
ciiſue dicere aſſerereq; oportet. Deinde quod eſt qđ continet terrã ignemue:quæ Secunda
quidem in contraria loca ferunť. diſtrahent eñ profecto niſi aliquid ſit quod ipſa
ꝓhibeat atq; detineat. Quod ſi ſit aliquid:id eſt ꝓfecto anima ipſa. Quo fit vt ipſa
ſit augendi cauſa nutriendiue:nõ elementa quemadmodũ ille putabat. Sunt aũt Tertia cõ
quibus ipſius ignis natura cauſa ſimpliciter nutritionis & accretionis eſſe videtur: tra alios
ipſe nanq; ſolus omniũ corporũ aut elementorũ nutriri ac augeri videtur: qua pro-
pter & in plantis & in animalibus putabit quiſpiã ignem id ipſum eſſe quod ope
ratur. Verum nõ ita eſt:ſed cum comiteť cauſam eſt ob id ipſum quodãmodo non
ſimpliciter cauſa ſed talis eſt potius anima. Nam ignis qdem accretio in infinitum
progreditur:& eouſq; fit quouſq; ſit combuſtibile. At eorum omniũ quę natura
conſtant eſt finis tam magnitudinis q̃ accretionis & ratio. Hæc aũt animæ ſunt
nõ ignis:& ratõis potius q̃ materiæ. ¶ Cum aũt eadem vis animæ ſit & nutriendi 8
& generandi:primũ de alimento determinare neceſſe eſt:hæc eñ a cæteris poten Alimenti natura
tiis hoc ope munere ſeiungiť. Videť itaq; contrariũ eſſe contrario nutrimentũ. At

non cuilibet qd̃uis: ſed id ei quorũ alterũ ex altero non ſolum mutuo generaṫ ſed incrementa etiã ſuſcipit: complura nanq̧ contrariorũ fiunt quidem ex ſeſe mutuo ſed non a ſuis omnia contrarijs incrementa ſuſcipiunt vt ex ægrotante fit ſanum. At vero nec illa modo eodem ſibi mutuo nutrimentũ eſſe videnṫ: ſed aqua quidem alimentũ eſt igni. ignis aũt nõ nutrit aquam: at ſimplicibus corporibus horũ alterũ alimenti: alterũ eius quod nutriṫ maxime ſubire rationem videtur. ¶ Verũ eñ is

9 Dubium. locus dubitationem habere videtur: ſunt eñ qui dicunt ſimile ſimili nutriri quemadmodũ & accreſcere: quibuſdam aũt vti diximus, non hęc ſententia, ſed contraria placet. cenſentq̧ non ſimile ſimili, ſed contrario contrarium ali. Etenim fieri nequit vt inquiunt vt a ſimili ſimile patiaṫ: alimentũ aũt mutatur atq̧ digeriṫ: mutationemue rerum omniũ in oppoſitũ vel in mediũ eſſe conſtat. Præterea nutrimentum quidem aliquid patitur ab eo quod alitur: hoc aũt ab alimento nõ patitur quicq̃: quemadmodũ nec a materia faber: ſed materies vt patet a fabro: qui quidem ex

Reſpõſio otio mutatur tantũ ad operandũ. At eñ intereſt plane. ſi nutrimentũ ſit id quod vltimo tandem adiungiṫ atq̧ additur: an nõ hoc ſed id quod primũ ingrediṫ. Quod ſi vtrunq̧ quidẽ eſt alimentũ: alterum tamen eſt digeſtũ: alterũ indigeſtũ: vtroq̧ profecto modo & contrario contrarium & ſimile ſimili vere licet nutriri. Nam ſi

10 vt indigeſtũ ſumatur contrariũ contrario alitur. Sin vt digeſtũ: ſimile ſimili nimi-

Cõcluſio. rum hoc pacto nutritur. Quare patet, illos vtroſq̧/partim recte: partim non recte dicere atq̧ ſentire.

11 ¶ Cum autem nihil nutriatur, quin habeat vitam: animatum id erit profecto corpus quod alitur: ea ſane ratione qua eſt animatum. Quare & nutrimentũ ad animatũ per ſe refertur: & nõ per accidens. ¶ At qui diuerſa eſt alimenti ratio vt nutrit & auget: nam vt ipſum animatũ quantũ eſt quoddã auget: vt eſt hoc aliquid & ſubſtantia nutrit: conſeruat eñ ſubſtantiã. Et eſt eouſq̧ profecto quouſq̧ nutritur: efficit præterea generatõem ac ortum: nõ eius quod alitur: ſed talis quale eſt id quod nutritur. Iam eñ eſt ipſius ſubſtantia: & nihil ſe ipſum generat: ſed conſeruat. Quare tale quidem animæ principiũ vis eſt talis: vt id conſeruet

Alimentũ aliter auget & nutrit.

12 quod ipſam habet ea nimirũ ratione qua ipſam habet. Alimentũ aũt ad operandũ ꝑparare videtur: quaꝑpter alimento priuatũ eſſe nõ põt. ¶ At vero cũ hoc in officio tria ſint hæc: neceſſarioq̧ concurrant: id inquã quod nutriṫ & quo nutriṫ & qđ

Tria in nutritione

13 nutrit id quidem qđ nutrit eſt ipſa anima prima: id aũt quod nutriṫ corpus eſt qđ ipſam animã habet: at id quod nutrit ipſum eſt alimentũ. ¶ Atq̧ cum ſit per vniuerſas a fine res appellare: finiſq̧ huius animæ ſit gñatio talis quale eſt id quod ipſã habet. erit anima prima ꝑfecto principiũ generandi tale quale eſt id qđ hanc ipſã

Nomenclatura autoritas.

14 animã habet. ¶ Id aũt quo nutrit anima duplex eſt: quemadmodũ & id quo gubernator gubernat: manus inquã & clauus: atq̧ aliud mouet atq̧ moueṫ. aliud mouet tantũ: neceſſe eſt aũt omne nutrimentũ naturæ ſit talis: quę digeri poſſit. At digeſtionem efficit calor: quaꝑpter omne animãs habet calorem. Quid igiṫ ſit alimentum ipſum vniuerſaliter diximus: poſtea vero de ipſis exactius ꝑſcrutabimur.

Quo nutrit duplex

Explanatio tex.

Potentiã animæ vegetatiuã hoc loco explicat.

I. Potentiæ animę quibuſdã omnes inſunt, quibuſdam aliquæ: plantæ eñ ſolũ habent vnã: animalia habent vim ſenſitiuã cui ſemper coniuncta eſt appetitiua. probaṫ primo quia omnia habent perceptionem voluptatis & doloris. 2. quia habent ſenſum tactus, ergo & cupiditatem alimenti; nam ſapor & qualitates ſenſibiles faciũt ad nutrimentũ per ſe: color & ſonus ſolum per accidens. Vnde fames eſt appetitus calidi & ſicci: ſitis vero eſt appetitus humidi & frigidi. ¶ Quibuſdã vero aĩalibus ineſt etiã vis motiua, & quibuſdã etiã intellectiua

II. Anima gerit ſimilitudinem figuræ. probaṫ primo quia vna eſt ratio cõmunis aĩæ/nulli proprie

conueniens:ſicut eſt vna cõmunis ratio figurę. 2
quia præter figuras particulares/nulla eſt alia fi-
gura:ita prçter dictas animas/ nulla eſt aĩa. 3.qa
ſicut priores figuræ in poſterioribus claudunẽ :ita
& priores animę in poſterioribus continenẽ ſicut
trigonus in tetragono:vnde vegetatio eſt ſine ſen
ſu vt in plãtis,ſenſus ſine motu vt in affixis,motus
ſine rõne vt in brutis:at q̃ hñt ratõem hñt pora oia
III.Pri9 eſt dñm de actib9 q̃ potẽtijs:& pri9 obie-
ctis q̃ actib9.ꝓbaẽ qa act9 ſũt pores potẽtijs rõne
IIII.Ideo oportet prius dicere de alimento & gña
tione:ꝓbaẽ quia vis nutritiua eſt prima/maxime
cõis/quę omnibus ineſt viuentibus:Nam eius of
ficia ſunt nutrire & gñare ſibi ſimile/quod eſt na-
turaliſſimum opus in viuentibus.
V.Duplex ẽ finis ſ.quo & gratia cui9:vñ cũ vnũ
Vide nõ poſſit aſſimilari deo ꝑ cõtinuatõem aſſimilaẽ
2.phyſi. tñ ei ſcdm ſpẽm ſe cõtinuãdo & faciẽdo ſe ꝑpetuũ
VI.Anima habet vicem tricauſalem in corpe ſ.
formæ,efficientis,& finis. Formę qa viuere in vi
uentibus eſt eſſe.Efficientis quia ipſa eſt cauſa au-
gmentatõis nutritõis &c̃.Finis qa ſicut ea quę ra-
tione fiunt,fiũt grã alicuius:ita & q̃ a natura fiũt.
VII.Sequiẽ Empedoclem lapſum/ qñ dixit terrã
attrahere alimentũ ad radices,Ignem vero ad ſu-
Empedo. periores partes.ꝓbaẽ quia tunc omnia oſſa debe-
rent in hoĩe deſcendere deorſum/cũ ſint terreſtria
2.radix eſt ſupra in plantis non infra. 3.qa calor
eſt inſtrumentũ nutritõis:ſed ignis nõ nutrit:qua-
re male aſſignarunt ignem ſimpliciter cauſam eſſe
augmentationis & nutritionis.
VIII.Alimenti ſunt tres conditões. prima ꝙ ali-
mentũ ſit contrariũ alito.ſcda ꝙ ſic ſit contrariũ,
vt & alitũ ex ipſo poſſit augeri . tertia contrariũ
diciẽ tranſmutare alimentũ/& nõ econtra/vt i-
gnis nutriẽ aqua:ſed non nutrit aquam.
IX.Dubiũ eſt an ſimile ſimili alaẽ vel contrario.
Reſpondeẽ nutrimentũ ab initio eſt diſſimile ali-
to/ſed in fine tranſmutationis eſt ſimile. (vitæ.
X.Aniatũ nutriẽ,qa nihil nutriẽ niſi ꝙ ſit ꝑticeps
XI.Augmentatio & nutritio differunt. 1.qa di-
citur nutritio rõne ſubſtantiæ,augmentatio rõne
maioris molis. 2.viuens nutriẽ q̃diu viuit:ſed
nõ augeẽ niſi ad certã q̃titatem. 3.nutritõ fit cũ
gñatione.Intellige partiali.Vnde anima habet ta
lem vim nutritiuã/vt ſeipſam ſaluet & ſeruet.
XII.Tria ſunt in nutritõe ſ.qđ nutrit anima,nutri
tum,corpus,quo nutritur,alimentum.
XIII.Vegetatiua principaliter diciẽ a gñatione.
XIIII.Nutritio nõ fit ſine calore:ſicut duo ſunt q̃
bus gubernator gubernat ſ.manu & clauo: ſic nu-
tritio fit alimento & calore.

Annotatio.

1.Cũ de hoĩe dixiſſet ſubdit,aut ſi qd eſt eo p̃ſta
bilius in terra:hoc ait ꝓpter Platonicos , qui talia
aſtruxerunt media inter hoĩes & deos. (ma.
4.Viuere in viuentibus eſt eſſe,verũ eſt de vita p̃
5.Cũ diuia ſint ꝑpetua:conanẽ ei aſſimilari natu-
ralia.quę qa nõ poſſunt ei aſſimilari in nũero:Ideo
ꝑpetuanẽ ſcdm ſpẽm ꝑ generatõem,hoc in theolo
gia diximus eſſe ꝑfectionẽ/q̃ ſupplet impꝑfectionẽ,

Q.II.
Explicatio ſcholaſtica.
An poñæ aĩæ inẽ ſe & ab aĩa diſtiguãẽ.
Arti.I.

Nota.I. Omiſſis varijs acceptõibus potentiæ,
hic vſurpari potentiã nõ pro dñna entis ſed parte:
& eſt principiũ potens ꝓducere operatõem: ſicut
actus eſt oꝑatio ꝓcedens a tali p̃ncipio.¶ Adde
ꝙ ſup̃ q̃q; diximus potentiã aliquã eſſe actiuã quę
eſt principiũ tranſmutandi alterũ uel tanq̃ alterũ.
Paſſiuã quę eſt principiũ tranſmutandi ab altero
vel tanq̃ ab altero:& vtraq; in principalem & in
ſtrumentalem diuidiẽ.Subinde ſcias concordi plu
rium phõꝝ ſententia poni tres aĩas,quatuor gra-
dus,quinq; potentias.Aĩæ ſunt,vegetatiua,ſenſi
tiua,& intellectiua. Gradus ſunt, viuere,ſentire,
moueri,intelligere.Potentię ſunt vegetatiua,ſen-
ſitiua,appetitiua,motiua,& intellectiua.¶ Ratio
Nyphus datur a Nypho.quia anima eſt primũ principium
operis in quadã circulatione conſiſtentis: ſunt aũt
tres operationes circulares irreducibiles ſ,vegeta-
re ſentire,& intelligere:ideo ſunt tres animę: Mo
ueri enim ſubordinatur cognitioni:Sed gradus ait
S.Tho.eſt anima accepta in relatione ad opus va
S.Tho. rians viuere:& horũ ſunt tantum quattuor. At po
tentia in vniuerſum referẽ ad oꝑa: ideo ſũt q̃nq;.

Nota.II. huiuſmodi eſſe potentias peripatetici
conſentiunt : at quõ in eodem viuo realiter diſtin-
guantur nec neẽ variam diſcordant Primo eſt ſen
tentia S.Tho.diſt.3.primi Argentini ibidẽ.Her-
S.Tho. uei, Alphõſi Toletani. Ægidij Romani, Alberti
Argenti. magni &c̃.cape hoc pacto ſententiam eorũ.1.Cre
Herueus atura non agit per eſſentiã / quia hoc ſoli deo con
Alphõſ uenit :ideo nec aĩa agit per eſſentiã. 2.Anima er
Ægidius go vt operetur, exigit potentias mediantibus qui-
Albertus bus producit ſuas operationes. 3.Fluunt ergo illę
potentię ab eſſentia animæ,non per tranſmutatio
nem,ſed ſimplicem emanationem naturalis reſul-
tationis. 4.Quare dictæ potentiæ realiter di-
ſtinguuntur inter ſe & ab eſſentia animæ. 5.Sũt
enim potentię animę accidentia de ſecunda ſpecie
qualitatis. 6. Quarum aliquæ ſunt ſubiectiue
in ſola anima , vt intellectus & voluntas : aliquæ
vero inſunt corpori & animæ,ſeu verius toti com-
poſito,vt viſiua imaginatiua. 7.Potentiæ vero
q; modo ſunt propinquum ſubiectum operationũ
vitalium/ſed anima eſt primum ſubiectum:ſym-
bolũ dant in quantitate & ſubſtantia reſpectu qua
litatis. 8.Eodem modo anima bene eſt princi-
pium primum & principale operationum vitaliũ
at tamen potentiæ ſunt principium proximum &
immediatum . Hæc illorum opinatio fideliter re-
Bonauen. citata. S . Bonauentura exiſtimauit potentias eſſe
conſubſtantiales proprietates ab anima emanan-
H. Gand. tes : Henricus Gandeñ. dixit potẽtias in re abſolu
ta eaſdem eſſe cũ aĩa/nõ aũt realitatibus relatiuis

Scotus Nota.III. Secundam eſſe ſententiam Scoti di-
Pe. de aq. ſtinctione.xv.ſecundi . Petri de Aquila, Licheti.
Lichetus Summerhardi & ſectatorum : quam ita capies.
Sũmerha.

1.Potentię animæ aliæ ſunt in mente, vt intellectus & voluntas: aliæ ſunt non intellectiuę vt auditiua, nutritiua. 2.Non intellectiuę ſunt duplices: quoniã aliquę ſunt principia remota operationum: & illæ ſunt in anima: Aliquę ſunt principia ꝓpinqua operationũ: & illæ ſunt ſubiectiue in toto compoſito ex corpore & aĩa. 3.Sequiť corol. duas eſſe potentias viſiuas: vnã in aĩa, alteram in oculo: ſic & de alijs potentijs ſentiendum. 4.Potentiæ intellectiuæ & quæ ſunt principia remota operationum non diſtinguunť realiter ab anima. 5.Potentiæ ſenſitiuæ quę ſunt principia proxima opationũ, diſtinguunť realiter ab ipſa aĩa, & inter ſe. 6.Coroll.aliquę potentię ſenſitiuę diſtinguunť ab aĩa realiter/aliquę nõ. 7.Potentię quę ſunt realiter eędem cum aĩa, adhuc ab ea & inter ſe diſtinguunť formaliter. 8.Illæ potentię ſunt quaſi vires & portões ſeu partes pfectionales ipſius aĩæ: quare etiã dicunť partes aĩæ/non phyſice, ſed metaphyſice. 9.Sequiť nullas potentias eſſe accidentia inhæſiue aĩæ: quia vel non inhærent/ vel inhærent toti compoſito aut corpori. 10.Sequitur aliquas potentias eſſe ſubſtãtias, aliquas eſſe accidentia: hæc omnia liquent ex prioribus. Alij ab initio diſtinguunt, potentias alias eſſe organicas, alias non organicas.

Nota.IIII. Aliã eſſe ſeñ.tertiã ipſius G.Ocham q.24.ſecundi. Marſi.q.vij.primi. Gabriel & Arimiñ.diſt.16, ſecundi. Gerſon ſuper magnificat. Card.hic &.q.6.primi.Buridani, Iſenach.Io. Maioris, Dionyſij Ciſtercieñ. Roberti holc.q.9.determinationũ: quã ſic ſolitus fui declarare. 1.Termini potentiarũ poſſunt dupliciter vſurpari. pmo pro principaliter eliciente operatõem vitalem. 2. pro organis & alijs cũ eliciente ad operatõem requiſitis. vnde.3. interdũ ꝓ organo tantũ ſumunť in potentijs organicis. &.4. aliqñ pro actu. 2. Anima abſolute vel minus connotatiue ſignificat aĩam, cũ noĩa potentiarũ: liquet aĩa vel eſt terminus abſolutus: aut ſi connotat, connotat animationem.i.viuificatõem: at noĩa potentiarũ nunq̃ abſolute ſignificant eſſentiã animæ. 3.quia anima eſt potens ꝓducere diuerſos actus: ideo varia ſortitur noĩa potentiarũ quę cõmuniter pro aĩa ſupponunt & actũ aliquem connotant, vt intellectus animã ſignificat, & connotat intellectionem. 4 Hinc nomen potentiæ diciť importare animã partialiter / nõ intrinſece quo ad eſſentiã animæ quã totã ſignificat: ſed extrinſece/quoniã non omnes actus cõnotat in quos anima poteſt. 5.Hinc potentiæ dicunť partes animæ ad ſenſum iam dictũ. 6.Vnde diuerſitas attributa potentijs animæ, nõ eſt referenda ad eſſentiã in eodem/ſed vel ad actus, organa vel officia. 7.Sic anima eſt vna, potentiæ plures / quia anima potens eſt in plures actus. 8.Sic potentiæ dicunť eſſe paſſiones aĩæ, ebulire & fluere ab aĩa, non ratione eſſentiæ/ſed actuũ. 8.Sic anima incorrupta, potentia dicitur corrumpi ratione organi: Et aliquid diciť poſſe vna q̃ non alia / & aliquid dicitur eſſe in vna & nõ alia ſ.ratione organorũ & actuũ, vt anima audit ſonum & non videt ſonũ. charitas eſt in voluntate, non in anima. 9.Quis etiam actus vnius potentiæ poſſit negari ab alia nõ abſolute/ſed q̃ non ſit per ſe aut ſcđm q̃ hmõi. vt ſcđm Camera. abſolute eſt verũ intellectus vult, voluntas intelligit: attñ autores dicunt intellectus intelligit, & nõ vult. 10.Huius ratio eſt/quia autores conſiderant ea quę ſunt per ſe: nam quę ſunt per accidens ſunt relinquenda ab arte.2.phyſ.modo illa nõ eſt per ſe intellectus vult. 11.Poteſt ergo anima ꝓducere immediate ex eſſentia ſuã operationem: q̃uis ſolus deus agat ad extra ſine accidente: & ſic ſolus agit per eſſentiã: quis altiorem ſenſum in theologia demus. 12.Sequitur ab vno & eodem principio actiuo in numero, ſine diſtinctis inſtrumentis poſſe produci effectus ſpecie diſtinctos, vt ab anima actum intelligendi & volendi. 13. Quis vnus ſit modus principiandi libere, alius naturaliter. 14.Si potentiæ ſenſitiuæ dicunt cõpoſitum ex organo & anima: iam cõſtat potentias ſenſitiuas diſtingui ab anima: pro Ioan. Maioris. 15.Si potentiæ ſenſitiuę dicunt ipſam animã: iam in brutis potentia diſtinguiť ab anima, ſicut pars a toto: pro G.Ocham, nam ſic potentia auditiua eſt partialis aĩa/quę eſt in oculo: In homine tamẽ potentia ſenſitiua eſſet ipſa aĩa. Et ſcđm hanc opi. vt veritati æquabiliorem reſpondeť ad q.

Ocham
Gabriel
Arimiñ.
Adam
Gerſon
Card. Cameraceñ.
Buridan.
Iſennach
Ioan. Maioris
Dionyſ.
Ciſterci.
Holcot
Camera.
Ioan. Maioris
G.Ochã

Articulus.II.

Concluſio.I. Potentiæ animæ non ſunt accidentia animæ aut toti inhærentia. probať primo autoritate de potentijs non organicis. Aug.10.de trini.c.11. Hæc tria memoria, intelligentia, volũtas, quomodo nõ ſunt tres vitæ/ſed vna vita/nec tres mentes/ſed vna mens: conſequenter vtiq̃ nõ tres ſubſtantiæ ſed vna ſubſtantia &c. 2.12.de trini.cap.3. Sicut vna caro eſt duorũ in maſculo & fœmina: ſic intellectũ noſtrum, actionem, conſilium, rationem & appetitum, vel ſi quo alio mo do ſignificantius dici poſſunt: vna mentis natura complectitur: Ecce tot actus ait naturam vnã mentis complecti. & infra. Cũ ergo diſſerimus de natura mentis humanæ, de vna quadam re diſſerimus: nec eam in hæc duo / quę commemoramus, niſi ſcđm officia geminamus: Nihil apertius. 3. Auguſt.9.de trini. & allegat.magiſter diſt.3.primi. Admonemur ſi hæc ſ.memoriam, intelligentiam & voluntatem videre poſſimus in anima ſubſtantialiter exiſtere: non tanq̃ in ſubiecto, vt color in corpore: quia etſi relatiue dicantur ad inuicem ſingula: tñ ſubſtantialiter ſunt in ſubſtantia ſua. 4.Auguſt. de ſpiritu & anima expreſſe determinat animam eſſe ſuas potentias etiam ſenſitiuas: ait enim. Senſus vnus in anima eſt: & quidem ipſa: vnde ob numerum inſtrumentorum quinq̃ partibus dicitur/cum intus non ſit niſi vnus: verũ tamen propter varia exteriora, varie nuncupatur: dicitur namq̃ ſenſus, Imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: & hæc omnia in anima non ſunt aliud quam ipſa & cætera.

Auguſti.
Auguſti.
Pe.Long.
Auguſti.

S.Thom. Idem c. 10. Sed dicis cum S. Tho. q. 12. de anima. Iſte liber non eſt Auguſtini quia eius nõ meminit in li. retractationum: ſed eſt cuiuſdam Ciſtercien. aut ſicut alij volunt Hugonis de S. Victore: hoc forte non euincit: aliquos libros poſterius edidit: aut nihil occurrit retractandũ, ſunt tamen magni viri citati: & Auguſtin. ſimile dicit in alijs libris: Si tamen vis ꝓbare illũ librũ non eſſe Auguſtini noli rationem s. Thomę adducere/ſed fortiorem: quia in illo libro citatur Boethius: qui ſcripſit primũ mortuo Auguſtino. 5. Bern. ſer. 11. ſup can. Quædam in anima intueor memoriã, intelligentiam, & voluntatem: hæc tria ipſa eſt.

Auguſtin. Hugo de s. Victore. Auguſtin. S. Thom. Boethius Auguſtin. Bernhar.

Ratione vero idem aſtruit. Illud eſt ponendũ in natura/ ꝙ melius eſt ſi ſit poſſibile. 2. de gñatione q̄a natura ſemper deſyderat ꝙ melius eſt. ſed paucitas ſine multitudine eſt melior in natura ſi ſit poſſibilis. 1. phyſ. quia nõ eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate: ergo eſt ponenda paucitas, ſi nõ adſit neceſſitas. At ponere pluralitatem animę & potentiarũ, nulla eſt neceſſitas: q̄a non rationis, nec autoritatis, nec experientiæ: vt patebit ſoluendo in diuerſũ adducta. 2. quia omne abſolutũ eſſentialiter prius alio abſoluto, a quo realiter diſtinguitur poteſt ab eo ſeparari & ſepatim conſeruari: ſed anima per te eſt abſolutũ prius potentijs, a quibus diſtinguit: ergo poteſt ab eis ſepari & ſeparatim conſeruari. Conſequens eſt falſum: ergo aliqua ꝑmiſſarũ nõ maior/ergo minor quæ eſt ſententia oppoſita. Q̃ conſequens ſit falſum patet/ quia anima ſemper eſt intellectiua: & impoſſibile eſt animã intellectiuã non eſſe intellectiuã. 3. Quia anima noſtra eſt intrinſece & eſſentialiter intellectiua: ergo nõ eſt intellectiua per accidens ſ. intellectũ. Vnde licet anima intelligat per accidens ſuperadditũ: quia ſic formaliter nõ intelligit per eſſentiã: Tamen per eſſentiã eſt intellectiua: & ita intelligit per eſſentiã cauſaliter. 4. Quia alio quin anima ſolũ per accidens eſſet beatificabilis nõ per ſe. at illa ratio eſt theologica vide in Sco.

Concluſio. II. Potentiæ animę nõ organice, non diſtinguunt formaliter. Iſta concluſio ꝓbat quia talis diſtinctio in creaturis nõ eſt ponenda ut ꝓbat Camerac. q. 6. primi. G. Ochã diſt. 2. primi Non adduco in præſentia alias rationes.

Camerac. G. Ochã

Concluſio. III. Potentię ſenſitiuę vel ſunt ipſa anima, aut compoſitũ ex organo & anima: ſed nõ inhærent toti. primũ patet ex. 4. notabili. ſecundũ eſt contra Sco. & poſſet quaſi eiſdem rationibus probari qua prima. Cum his tamen omnibus ſtat potentiã ſenſitiuã inſtrumentalem ſeu minus principalem eſſe diſtinctam ab anima.

Scotus

Articulus. III.
An anima ſit tota in toto & qualibet parte totius?

Præmit. I. Q̃ animæ ſunt eductæ de potentia materiæ: & illæ ſunt extenſæ ad extenſionem ſubiecti, materiales & diuiſibiles cõmuni ſententia. ¶ Scias tamen Augu. de quantitate animæ vt G. Reiſchius noſter renarrat c. 30. animam ſenſitiuã etiam dicere totam eſſe in toto & qualibet parte Id etiam voluit Durandus in primo eſſe de mente Auguſtini. Ita ſenſit Albertus, animam bruti eſſe indiuiſibilem: & oppoſitũ eius reputat inſaniam Nicoletus Theatinus. Idem Gaietanus Thienẽ. voluit: Et hi plurimũ ſe exercent in annuloſis vbi facta diuiſione, ambæ partes ſunt animatæ: q̃ experientia ſatis aperta eſt animã bruti eſſe diuiſibilem: quia ipſam nõ ſatis diluunt diuerſarij.

G. Reiſch Durand. Auguſtin. Albertus Nicoletus theatinus Gaietanus

Præmit. II. Duplices eſſe partes ſ. integrales & eſſentiales vide. 1. phyſ. Item quomodo totũ vſurpatur variam vide in ſummulis. hic vſurpatur pro eo ſ. nihil ipſius quin hoc: & ſic eſt ſenſus dubij: an anima ſit in qualibet parte totius: ita ꝙ nihil ſit ipſius animæ quin ſit in qualibet parte. fol. cv.

Præmit. III. Varias fuiſſe antiquorũ ſuper quſito ſententias vt Plutarchus de placitis philoſophorum renarrat: nam aliqui poſuerunt animã in corde: & tamen toto corpore ſentire/ſicut aranea eſt in medio telæ & tamen ſentit muſcam in extremitatibus telæ. ſic Parmenides & Epicurus poſuerunt animam in toto pectore. Stoici in corde toto vel in cordis obuerſante ſpiritu. Strato in ſuperciliorum interſtitio. Aliqui poſuerunt animam in cerebro: & has ſententias fuiſſe in honore apud Iudæos ait Ioan. Maio. ideo Chriſtum lancea in corde, & ſpinis in caput percuſſerunt: ſic Eraſiſtratus circa membranam cerebri. i. Epicranidem: Herophilus in ventriculo cerebri. Diogenes in arteriaco cordis ventriculo/ qui animalis. i. ſpirabilis eſt. Empedocles in ſanguinis concretione: Pythagoras viuificã vim circa cor / rationatiuam circa caput eſſe cenſuit.

Plutarch. Parmeni. Epicurus Ioan. Ma. Eraſiſtra. Herophil. Diogenes Empedo. Pythago.

Reſpondet. Anima ratõnalis eſt tota in qualibet parte integrali totius. probat quia anima humana eſt indiuiſibilis: modo indiuiſibile quocunq; ſe vertit, ſcdm totum ſe vertit: ſed anima vertit ſe ad omnes partes quia omnes partes ſunt animatæ. Ianduno refert quomodo aliqui diſtinguant animã poſſe dici totalem triplici totalitate ſ. eſſentiali, quantitatiua, virtuali ſeu poteſtatiua: at quia forſitan id plus te impediet q̃ promouebit: ideo miſſum facio.

Dubium. II. An quælibet pars animalis ſit animal?

Præmit. I. Q̃ termini ſubſtantiarum totalium poſſunt dicere totalitatem partium eſſentialium/ aut totalitatem partium integralium: primo modo dicuntur capi abſolute. ſecundo modo connotatiue: primo eſt nomen naturæ/ſecundo nomen ſuppoſiti: primo eſt in prędicamento ſubſtantiæ: ſecundo in prædicamento ad aliquid. diximus in logica, In illa, deus eſt homo: & homo & humanitas an ſint ſynonima: Nam quæ vltra hæc ſunt, petantur a theologis, de differentia ſuppoſiti perſonæ & naturæ.

Reſpondet Abſolute & ſubtiliter loquendo quælibet pars integralis animalis animal: & q̃libet pars hominis eſt homo: At tamen quia modus noſter concipiendi & cõmunis vſus eſt intelligere hominem cõnotariue cum ſuis membris: ideo potius cenſeo ſimpliciter eſſe negandũ: quia nihil
Auguſt. ſtultius eſt ait Aug. q̃ dicere partem hominis eſſe hominem.

Dubitatur. III. An oſſa ſint ſenſitiua, aut an manus ſit riſibilis.

Præmit. I. Senſitiuũ vſurpari biuariã. 1. pro re habente animã/quę apta eſt producere actũ ſentiendi: & ſic ſenſitiuũ eſt paſſio animalis abſolute capiendo, 2. dicitur ſenſitiuũ ens potens ꝓpinqua ſententia ſentire.i.q̃ præſente obiecto ſtatim poſſit exire in actũ: Sume exemplũ Ariſto. Puer eſt in
Ariſtot. potentia remota vt ſit ſciens: Adoleſcens eſt in potentia ꝓpinqua. ¶ Similiter dicas de riſibili reſpectu hominis.

Præmit. II. Animã ſenſitiuã non informare crines nec vngues: patet quia illa ſunt ex excrementiĳs & ſuꝑfluitatibus: ideo proprie nõ generantur: nec vegetantur velut viuentia: quãuis per intima vnguiũ ſentiamus ob colliganriã ad carnem: Idẽ de crinibus ſentiendũ: q̃ aũt S. Iodoco barba &
S. Iodoc. vngues per multos annos emortuo, creſcunt: hoc fit miraculo.

Reſpondet. Oſſa ſunt ſenſitiua in prima ſignificantia/quia ſunt animata: at nõ in ſecunda/ cum ob nimiã terreſtreitatem non ſentiant: Idem de riſibili dicas reſpectu partium hominis.

Dubium. IIII. An potentiæ diſtinguantur per actus & obiecta?

Præmit. I. Potentiã hic vſurpari vt in. q. Actũ aũt pro operatione elicita: Obiectũ autem eſt res circa quam verſat̃ potentia per actum: Et eſt duplex ſ. motiuũ: & eſt quod mouet potentiã: & illud exiſtit: aliud eſt ſolũ terminatiuũ in qđ tendit actus potentiæ. Corolſ. ſic nõ exiſtens eſt obiectũ: vt qñ cognoſco Adam eiectũ e paradiſo, Adam nõ mouet/ſed terminat cognitionem meã. Corol. obiectũ eſt terminus ampliatiuus: quare nõ ſequitur Adã eſt obiectũ cognitõis meę: ergo Adã eſt.

Præmit. II. Obiectũ adhuc eſſe duplex. Primarium & ſecundariũ: Primariũ aũt poteſt dici primitate gñationis.i.q̃ primo a potentia ꝑcipit̃ perfectionis.i.q̃ eſt aliĳs obiectis perfectius. vt lux inter viſibilia: Adæquationis q̃ omnia cõphendit de quo in q. de colore. Secundariũ eſt quod nullo iſtorum modorum eſt primũ. Intelliges iſta ex q. prologuĳ logicæ.

Præmit. III. Q' omis res intrinſece diſtinguit̃
G.Ocha ab alia ſe ipſa. G. Ocham. q. 1. ꝓlogi vide. vbi ſupra in logica. Ideo hic ſolũ eſt dubitatio de extrinſeca diſtinctione ſ. cauſaliter & arguitiue quo
Vſingen. ad nos ſumpta: Et de illa inquirenda pulchre adno
G.Ocha tard. Vſingeñ. (q̃uis G. de Ochã iſtũ modũ loq̃n di improbet q. 8. ꝓlo.) duplex eſſe obiectũ ſ. formale & materiale, Formale eſt res conſiderata ſcđm rationem ſpecialem: ſcđm quã vna potentia tantũ verſat̃ circa eam, vt lac inquantũ dulce eſt obiectũ formale guſtus. Materiale eſt res conſiderata ſcđm rationem gñalem ſcđm quã poteſt eſſe pluriũ potentiarum obiectũ: ſicut lac videtur, guſtatur & tangitur.

Præmitto. IIII. Quod dubiĳ varios faciunt ſenſus. D. Vſingeñ. ait nõ ambigi de diſtinctione reali potentiarũ vt ex. q. liquet / ſed ſolũ de diſtinctione rationis.i. an ꝓpter diuerſa obiecta formalia & actus, anima ſignificet̃ diuerſis terminis potentiarũ non ſynonymis. Ego ſolebã dicere actus & obiecta arguere diſtinctionem realẽ ſpeciuocã in diuerſis animantibus. Eligibilior viſa eſt mihi amici noſtri D. Iſennachĳ ſententia: ad cuius & D. Gabrielis mentem ad dubiũ Vſingeñ. Iſennach. Gabriel

Reſpondet. Per actus & per obiecta vniuerſaliter non arguit̃ diſtinctio potentiarũ: ſed tũc ſolum qñ obiectis approximatis, omnibus extrinſecis eodem modo ſe hñtibus, poſſunt haberi duo actus: & certa potentia põt habere vnũ & nõ aliũ: tunc conſectariũ eſt potentias inſtrumentales elicitiue eſſe diſtinctas. Ad intra aũt ſolũ denoĩatiue. Primũ patet qa actus intelligendi ꝑmiſſas & concluſiones ſunt differentes & ſĩr obiecta: & tñ eſt vna potentia eliciens vtrũq̃ actũ. Secundũ patet qñ color & ſonus æque p̃ſentant̃ Yſaac: & ipſe ſentit ſonũ audiendo & nõ colorem videndo. Iam cõcluditur auditiuã diſtingui a viſiua. Tertiũ patet qa S. Ioan. cognouit peccatũ, & nõ voluit peccatũ: ergo intellectus & voluntas ſunt diſtinctæ poten- S. Ioannes tiæ, non realiter vt in, q. patuit: ſed denoĩatiue.i. anima ipſa eſt potens in illa diuerſiſſima ſ. intelligere & velle.

Articulus. IIII.

Ratio. I. Potentię anĩæ diſtinguunt̃ realiter ab ipſa anima. ꝓbat̃ autoritatibus 1. Dionyſĳ in li. Dionyſi. cœleſtis hierarchię ſpũs diuidunt̃ in ſubſtantiã virtutem & opationem: ergo ſimiliter anima diuidit̃ in virtutem & opationem. 2. Augu. 9. de trinit. Non anima/ſed quod excellit in anima mens vocatur. Et. 15. de trin. Aliud eſt in nobis memoria, Auguſt. aliud intelligentia, aliud charitas. Et iterũ loquens de illis ait, Et hæc trinitatũ trinitas non eſt niſi diſtinctorũ. 3. Anſhel. Sicut habemus in corpore membra & quinq̃ ſenſus, ſingla ad ſuos vſus apta Anſhel. qbus quaſi inſtrumentis vtimur: ita habet anima in ſe quaſdã vires quibus utitur uelut inſtrumentis ad vſus congruos: nec eſt ratio & voluntas tota anima: ſed vnaquæq̃ earũ eſt aliquid in anima. 4. Petrus longobardus diſt. 3. primi. Illa tria ꝓprie- P. longo. tates ſiue vires naturales ſunt mentis: & a ſeinuicem differunt: loquit̃ de memoria intelligentia & volũtate. 5. Potentię apud Ariſt. ſunt partes animæ: modo pars diſtinguit̃ a toto. Sunt alię autoritates apud Bruxel. q̃ potentia ſenſitiua ſit compoſita ex corpore & anima: at hoc noſtris nõ contrariatur. Bruxell.

II. Plures ſunt potentiæ in vno, & non plures animæ. ergo potentiæ non ſunt animæ: Item ipſius animæ eſt potentia: & ipſius animæ non eſt anima: ergo potentia non eſt anima. Tertio nihil eſt in ſeipſo: potentiæ ſunt in anima: ergo nō ſunt anima. Quarto mediū diſtinguitur ab extremis: ſed potentiæ ſunt medium inter animam & operationem: ergo. Quinto quia potentiæ diſtinguuntur loco & ſubiecto: animæ non: ergo potentia nō eſt anima.

III. Actus & potentia ſunt vnius generis Auer. 5. phyſ. ſed actus animæ eſt accidens: ergo & potentia. Secundo quia agens per eſſentiam ſemper agit Auerr. 2. cœli cō. 38. ſed anima non ſemper agit: ergo non agit per eſſentiam: & tamen agit per potentiam: ergo eſſentia animæ non eſt potentia. Tertio. In omni ente nouo eſſe & poſſe diſtinguūtur: anima eſt ens nouum: ergo eſſentia & potentia diſtinguunt. ¶ Quarto diſtincta prædicamentis diſtinguuntur re: potentia & anima diſtinguūt prædicamentis: quia anima eſt in ſubſtantia, potentia in qualitate. Quinto potentiæ ſenſitiuæ ſunt in toto compoſito: ergo diſtinguunt ab anima/quæ ſolum eſt in altera parte.

S. Tho. Auerr. Auerr. Ianduno

IIII. De quibus verificantur contradictoria illa diſtinguuntur realiter: ſic eſt de anima & potentijs: ergo &c. Minor probatur primo quia vegetatiua non eſt cognitiua, ſenſitiua eſt cognitiua. Secundo appetitus ſenſitiuus rebellat rationi, rationalis nō. Tertio in anima ſeparata manet intellectus & non ſenſus. Quarto voluntas eſt libera, ſenſus & intellectus non. Quinto intellectus intelligit voluntas non intelligit/ſed vult. Aug. xv. de trin. c. vij. nec intelligimus niſi per intelligentiā/ nec amamus niſi per voluntatem. Sexto potentia ſenſitiua eſt diuiſibilis & materialis, intellectiua eſt immaterialis.

Auguſt.

V. Anima nō eſt tota in toto. probatur quia alias amputans aurem equo, occideret equum: Si dicis eſſe verum ſolum in intellectiua: Contra tunc eadem difficultas eſt de amputatione digiti: Rn̄des & bene/quod amputato digito vel diſſecto anima nō patitur diuiſionem, aut ſectionem: nec aliquid animę corrumpit in digito/nec anima a digito recedit in manū vt pulchre G. Reiſchius præceptor in Margarita oſtendit: Sed anima tantū deſinit viuificare & informare partem amputatā: Nō tamen recipimus q aiat animā adhuc coexiſtere loco digiti amputati, q̄uis ibi nihil informet. ¶ Sed cōtra replicabat Georgius Bohem⁹ inſignis medicus noſtri ſtudij in quadā diſputatōe, ratione vt ſibi videbat inuincibili, Anima intellectiua in inſtanti deſinit informare materiā digiti amputati: & naturale agens non poteſt in inſtanti introducere formam: ergo materia digiti amputati ſtaret nuda/quod eſt impoſſibile.

G. Reiſc. Geor. Bohemus

VI. Si anima eſſet tota in toto ſequeret idem ſimul quieſcere & moueri. anima enim quieſcente in pede, moueret in manu: Item anima ſimul moueretur motibus contrarijs, in vna manu ſurſum, in alia deorſū: Tertio idem diſtaret a ſeipſo: nā aīa in pede diſtaret a ſeipſa a in capite. ¶ Cōfirmat quia ſequeretur q ſcientia eſſet in pede: & ſic pes hōis eſſet ſciens: Similiter potentia viſiua eſſet in pede.

Reſpondet Ad. I. Dionyſ. nō intendit diuidere ſpūm in tres res realiter diſtinctas: ſed ſcd̄m cognitōem noſtrā qua intelligimus ſubſtantiā ſpiritus, & eum potentem operari & operatōem. 2. Ad Aug. dicitur q non vult mentem nō eſſe animam/ſed quia anima non ſit abſolute mens/ſed ſcd̄m excellentiorem actū quem habet: Sic in alia autoritate vbi dicit illa tria eſſe diſtincta, intelligit vt includit actus vt hoc probat Maioris. 3. Ad Anſhelmū & magiſtrū eodem modo dicatur accipere eos potentias vt includant actus. 4. Potentię ſunt partes non in ſe/ſed denominatione extrinſeca vide. 4 notabili. 5. Quomodo potentia ſenſitiua ſit anima, & quomodo compoſitum diximus ibi.

Dionyſ. Auguſti. Anſhel. Petrus lōgobar.

Ad. II. Plures ſunt potentię inſtrumentales: ſi intelligis de principalibus diſtinguo, vel ſunt plures intrinſece in eodem/ſic nego: vel extrinſece ratione actuū: ſic concedo. 2. Ipſius animę eſt potentia inſtrumentalis: ſi intelligis de principali: tūc tranſitiua capitur pro intranſitiua/vt ſcientia viſionis Sco. par. 2. diſt. 2. primi. 3. Dic ſimiliter, vel potentię ſunt in anima, ratione actuum. 4. Potentię inſtrumentales ſunt mediū, nō principales. 5. Potentię inſtrumentales differunt loco & ſubiecto: quia viſiua eſt in oculo, auditiua in aure: ſed non principales: quia Ariſt. in hoc ſecundo negat partes animę loco & ſubiecto diſtingui.

Scotus

Ad. III. Ad Auerr. dico actus & potentia exiſtendi ſunt eiuſdem generis/ſed non actus & potentia operandi. 2. ad Auerr. intelligit de agente totali per ſe ac ſeparato: modo anima non eſt agens totale & ſeparatum. 3. Eſſe & poſſe diſtinguunt ſic quia aliud ſunt & aliud poſſunt: alioquin negatur iſta. Q. ſi omnino vis referre ad exiſtentiā: tunc dico q differunt eſſe & poſſe: quia poterat eſſe qñ nondum erat. 4. Negatur maior/oppoſitū fuit ſæpe declaratū/quia prædicamenta diſtinguunt, non penes res ſignificatas/ſed modos ſignificandi. 5. Fuit dictū quomodo ſint anima/& quomō totum compoſitū.

Ad. IIII. Ad primam probationem in eodem nego vegetatiuam non eſſe cognitiuam identice: ſed vbi reperitur debet intelligi vegetando non cognoſcit/ſed ſentiendo. 2. Senſus rebellis eſt rationi, diſtinguo vel per eſſentiam: ſic nego/aut quo ad iudicia ſic concedo: quomodo autem illa iudicia non ſint contraria patuit. q. 2. huius dubio primo. 3. Dico manere intellectum & ſenſum principalem/ſed non inſtrumentalem: quare anima ſeparata non ſentit. 4. Vtraq; potentia eſt in ſe naturalis: tamen anima vnum actum producit libere, alium naturaliter: vnde libertas & naturalis attribuitur potentię ratione actuū. 5. Intellectus intelligit, non vult: negat Cardi. q. 6. primi, quia intellectus velit; at tamen vbi autores

Cardinal. Camer.

negant, volunt non eſſe de ratione intellectus qđ velit/aut quod illa non ſit per ſe, intellectus vult 6. Potentia ſenſitiua in bruto eſt diuiſibilis: in homine vero eſt indiuiſibilis, ſicut ipſa anima.

Ad. V. Primo nō intelligitur reſponſio dubij de anima bruti, ſed hominis: Et in pede equi bene ab ijcitur forma partialis: Ad replicam dico ſolutionem datam eſſe bonam: & ad inſtantiam Boihemi dixi primo, falſum aſſumere amputationem fieri in inſtanti/ & animam deſinere informare in inſtanti digitum. Ratio negationis eſt/quia amputatio eſt motus: quare etſi breui tempore fiat, non tamen in inſtanti/ſed ſucceſſiue: & ita anima intellectiua non in inſtanti/ſed in tempore deſinit informare digitum: & in eo tempore alia forma cadaueris introducitur. ¶ At reclamabat pluribus verbis & ſæpius clariſſimus doctor, non poſſe in tam breui tempore formam cadaueris/quæ eſſet ſubſtantia generari. Dixi primo non debere ſibi tam difficile videri, viſo eo ꝙ eſſet medicus, tam breui tempore formam cadaueris poſſe induci: qui non neſciat repentinas mortes & interitus hominum & animalium. Secundo quia cum pluuia experimur deſcendere ranulas: vbi eſt forma perfecta/quia anima: & tamen in breui tempore deſcēſus generatur talis anima: cum graue non maneat naturaliter ſurſum: qua de re cū in tam paruo tempore educitur de potentia materię anima viuens extra locum naturalem: non debet reputare difficile formam cadauerum/quę ſcđm omnes eſt imperfectiſſima/in breui tempore educi de potentia materiæ.

Boihem⁹

Ad. VI. Primum admittit Scotus diſt. 2. q. 7. ſecundi ſimpliciter angelum ſimul quieſcere & moueri: vide eum q. x. quot. ¶ Hoc tamen non recipimus/quoniam quies eſt priuatio motus: priuatiue autem oppoſita, omnium peripateticorum ſententia de eodem ſimul verificari nequeunt. ¶ Aliter ego reſpondebam in artibus, negando ſequelam: ad probationem negaui illam. anima quieſcit in pede: ergo quieſcit: quoniam argumentū fit negatiue ab inferiori ad ſupius, aut a parte in modo ad ſuum totum: quod explicatione intelligis: quoniā inualida eſt conſeq̄ntia. anima nō mouetur in pede: ergo non mouetur. Secundo idem bene poteſt moueri motibus contrarijs per accidens: anima nō mouetur in manu per ſe/ſed per accidens. Tertio nego aīam in capite diſtare a ſeipſa in pede: ſed bene caput & pes diſtant/ſed anima in eis nō diſtat a ſeipſa: Et in cauſa eſt idemptitas animæ/quę eſt in ambabus partibus. ¶ Illatum in confirmatione negat amœni ingenij doctor Ioan. Maioris diſ. 16 ſcđi. At potes admittere: quoniā in anima ſeparata ſcientia eſt vbicunqꝫ anima eſt: quare idem videtur nunc dicendū/ſcientiam eſſe vbicunqꝫ eſt ſubiectum ſuum ſ. anima.

Ioan. Maioris

Q. III.

An inter opera potentiæ vegetatiuæ, gignere ſibi ſimile ſit naturaliſſimum ?

Arti. I.

Nota. I. Potentia vegetatiua eſt vis animæ in viuentibus potens conuertere alimentum in naturā aliti, vt ipſum in eſſe conſeruet: ad quantitatem debitam augeat. & ſimile in ſpecie generare tribuat. ¶ Sequitur primo tres eſſe potentias in vegetatiua ſ. nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam. Sequitur ſecundo tres eſſe eius operationes principales ſ. nutrire, augere, & generare ſibi ſimile ex ſemine. Sequitur tertio tres eſſe fines vegetatiuæ ſcđm prædicta ſ. conſeruatio indiuidui quo ad nutritionem, perfectio eius quo ad auctionem, continuatio ſpeciei quo ad generationem: vide hic Camera. Reiſch. & Iſennach. ¶ Quæris quis ordo ſit illarum potentiarū. Reſpondeo vel ordinas ſcđm officium quo ad indiuiduum: tunc generatiua eſt prima/quia ſequitur formam: nutritiua ſecunda. ſequitur materiam, auctio tertia ſequitur robur & quantitatem vtriuſqꝫ: Quo ad ſpeciem nutritiua eſt prima miniſtrans materiam, augmentatiua miniſtrat robur vtriqꝫ: generatiua vltima miniſtrat ſemen poſt illas. ¶ Quæris plures eſſe ſ. vij. ſcđm Auicen. Dico tres eſſe præcipuas, plures vero ſub ſeruientes, vt in proceſſu aperiemus. ¶ Vnde nutritio eſt conuerſio alimenti in ſubſtantiam aliti facta ab anima mediante calore naturali ad ſalutem ipſius. Scias primo tria eſſe in nutritione ſ. alens & eſt anima: alitum/& eſt corpus: quo alitur & eſt alimentum: quod eſt quaſi obiectum potentiæ. ¶ Vnde ſecundo ſcias tres eſſe eius operationes ſ. apponere alimentum, aſſimilare alimentum, & aſſimilatū vnire. ¶ Tertio adde quatuor potentias ſubſeruientes huic ſ. attractiuā cibi a frigido, Retentiuā cibi vi ſicci & frigidi digeſtiuā vi caloris & humidi, Expulſiuā impuri vi frigoris & humiditatis: de digeſtione vero vide 1. de generatōe.

Camera. Reiſch Iſennach.

Auicen.

Nota. II. De augmentatione ea quę primo de generatione diximus: Vnde in adoleſcente calor fortis plus adgenerat ꝙ fuerit deperditum: In. xxxij. anno tantum reſtaurat: & tunc eſt ſtatus: at vergente homine in ſenium, minus reſtaurat: ideo diminuitur. ¶ Large igni & non viuentibus conuęnit: Augmentatiuę ſubſeruiūt diſtributiua alimenti partibus, aſſimilatiua & vnitiua. Item per frigus membra coagulat, per ſiccū continuat, per humidū terminat, per calorem digerit: Vnde idem alimentum nutrit alitum inquantum ſubſtantiam, & auget ſcđm ꝙ quantum. ¶ De generatione aūt hic non loquimur in cōmuni / ſed ſolum vt eſt in viuentibus: neqꝫ hic loquimur de generatione partiali/quę eſt nutritio vel augmentatio/ ſed de generatione totali viuentis: Et ſic potentia generatiua eſt vis potens conuertere alimentum quod eſt ſemen, in corpus animatū nouum ſimile illi a quo ſemen eſt deciſum ad ſpeciei conſeruationem.

Nota. III. Generationem fieri ex ſemine quod eſt ſuperfluum alimenti: ſuperfluum inquam quo ad indiuiduum / ſed non quo ad ſpeciem vt diximus primo de generatōe. Sicut autem generatiua eſt alijs perfectior: ita & plures habet potentias an

dillantes: Seminatiua enim ſemen præparat: Alteratiua ſemen immutat deciſum in ſanguinem, in carnem, in oſſa &c. Plaſmatiua ſingulas partes ſuis figuris & formis diſcriminat. Vide Alb. de homine. Finis autem generationis eſt ſpeciei conſeruatio: nam ſic quodlibet vult aſſimilari ſummo/ quod eſt perpetuum: Et quia corruptibile non poteſt continuari in numero: ideo ſaltem continuat in ſpecie. ¶Hinc generare dicitur opus naturaliſſimum .i. maxime a natura intentum: quoniam per ipſum natura conſeruat ſpeciem: circa quam natura ſicut principaliorem partem vniuerſi, eſt magis ſollicita. ¶Eſt etiam generare perfectius alijs: quia per ipſum acquiritur viuens totale: & quia perfectius aſſimilat perfectiſſimo: Quamuis ſi ad neceſſitatem referas: nutritio ſit naturalior.

Nota. IIII. Plantas ſolum habere potentiam vegetatiuam: ſunt autem triplices ait Camerac. ſ. arbores, frutices & herbæ: arbores habent ex radice ſtipitem: frutices ex radice ramos, herbæ folia habent ex radice. ¶Generantur autem plantæ a ſole & vi ſeminali: nam vi ſolis vapores aſcendūt ad ſuperficiem terræ, cum illa vi ſeminali in terra exiſtente: & dein mediante humido iterum condenſat in radicem: terra autem locum matris habet: ex qua radix ſibi nutrimentum conueniens attrahit: & in plantā excreſcit. ¶Vtitur enim radice loco oris: quæ generatur ex humore ſeminali: Medulla vero pro ſtomacho vtitur & epate: in qua nutrimentū digerit: ſtipitem habet pro corpore, corticem pro cute: folia ad fructuū defenſionem: nodos loco neruorum, fructus in vſum viuentium & ornatum vniuerſi: ſemen pro conſeruatione ſpeciei. ¶Adde ꝙ humidum aqueum in folia tranſit, aereum in flores, viſcoſum in fructum, igneum in ſemen, terreum in ſtipitem & alias partes duras. ¶Per terram cohæret, per aquam ſe diffundit, per aerem & ignem planta conſurgit: Magna eſt plantarum varietas/ & mira vis: omnibus etiam ineſt ſexus diuerſitas ait Plinius: quamuis Ariſto. neget eſſe hermophroditas herbas. Vide B. Amb. li. 3. exameron, Plinium li. 12: & deinceps, Vergilium in primo & ſcd'o georgicoꝝ, Iſidorum, Columellam, Varro. &c. Et amicus noſter Iſenachius erudite, copioſe & diſtincte hunc tractatū plantarū proſequitur. ¶Illud velim addidiſſe, nucem eſſe Friburgi: quæ vidua exiſtit ſine folijs & fructu vſ ꝙ in Iuniū/ alijs iam fructus ꝓferentibus: & mox folia ſimul cum fructibus producuntur: atꝙ æque cito cum alijs nucibus maturantur: de virtutibus plantarum nihil hic: Attamen dei donum eſt lignū Guaicanum: quod Leonhardum Eckium amicum noſtrum non vulgarem, morbo francico iam multis annis vexatū, priſtinæ ſanitati integre reſtituit

Camera.
Plinius
Ariſtot.
B. Ambr.
Plinius
Vergilius
Iſidorus
Colume.
Varro.
Iſennach.
L. Eckius An. 1518

Art. II.

Concluſ. Gignere ſibi ſimile eſt opus naturaliſſimum .i. maxime a natura intentum & perfectiſſimum inter opera vegetatiua in viuentibus perfectis/ non orbatis/ nec ſpontaneam generationem habentibus: eſt mens philoſophi in textu Aduerte dico maxime a natura intentum/ quia nutritio eſt magis neceſſaria indiuiduo. 2. inter opera vegetatiua/ quia intelligere eſt nobilius ꝙ gignere. 3. perfectis/ quia pueruli & decrepiti ſunt impotentes generare. 4. nō orbatis propter eunuchos, ſpadones, frigidos, mutones, caſtratos, verueces, capos &c. 5. nec ſpontaneam generationem habentibus .i. nō generatis per putrefactionem/ propter veſpas, glires, muſcas &c.

Articulus. III.

An plantæ ſentiant?

Præmit. I. Omnes fere veteres philoſophos poſuiſſe plantas habere ſenſum. ſ. Parmenid. Meliſſ. Anaxago. Empedo. Democritus, Pythagorici & multi de ſecta Platonica, Cuſanus quoꝙ inter noſtros cum G. Reiſchio Chartuſiano, Auer. quoꝙ T. Cō. 28. locū hunc dubitabilem exiſtimauit.

Parmeni.
Meliſſ.
Anaxag.
Empedo.
Democr.
Cuſanus
Reiſchius
Auerr.

Præmit. II. Q₂ aliter ſenſum ponunt in plantis & animalibus: quoniam cum duo ſint officia ſenſus ſ. recipere obiectum in ſe vel ſpecie eius/ & iudicare receptū: dicunt antiqui plantas habere ſenſum receptiuū/ ſed non iudicatiuū: non tamen admittunt plantas ſentire/ quia non iudicant: ſed ſolum recipiunt obiecta cum delectatione vel dolore: ſubſcribit his Nyphus hic.

Nyphus.

Præmit. III. Aliter Cuſanum ponere ſenſum in plantis per elegantiſſimā philoſophiæ maximā, Sicut perfectiones inferiorum inueniuntur in ſuperioribus gradu excellentiore: ſic perfectiones ſuperiorum reperiuntur in inferioribus gradu obſcuriore: Sic enim quodlibet cenſet eſſe in quolibet: At hæc remotioris ſunt philoſophiæ, nō eius quę vulgo traditur: Sic ergo ſenſum quendam ſtupidū in plantis ponunt, quo non proprie ſentiant: ſed ad modū ſentientis ſe habeant: iſtis nō obſtantibus

Cuſanus

Reſpondet. In plantis non eſt ſenſus, nec plantæ ſentiunt: patet quia Ariſt. reprehendit in hoc antiquos cap. 1. de vegetabilibus & plantis: & ſimiliter Themiſt. in paraphraſi lib. 3. cap. 71. probatur, quia alias non eſſent tres diſtincti gradus viuendi. 2. quia corpus diuinū & planta ſunt duo extrema in viuentibus: quare ſicut cœlū elongatura ſenſu ꝓpter nobilitatem: ita & planta propter vilitatem. 3. quia planta non cognoſcit.

Ariſtot.
Themiſt.

An pater ſit cauſa filij geniti?
An mater concurrat actiue ad prolem?
An ſemen agat ad prolem?

Hæc dubia quia a ſimilibus dependent: idcirco ſimul formaui: alij in diuerſis locis mouerunt: at hic viſus eſt locus mihi ordinarius.

Præmit. I. Patrem eſſe animal ꝙ de ſua ſubſtantia produxit ſibi ſimile in ſpecie: theologi addunt natura: Filius autem eſt animal productū de ſubſtantia alterius ſibi ſimilis in ſpecie. Cauſa autem hic dicitur quę effectiue concurrit ad aliquem effectum. ¶Adde ꝙ duplex eſt cauſa ſ. conſeruans & producens ſimul: aut producens tantum.

Præmit. II. Q₂ paternitas propriiſſime reperit̃
in deo: quia ibi pater dat totam ſubſtantiã filio,
In creaturis autem maxime in homine, non dat to
tam ſubſtantiã filio / quia non animã: cõmunicat
tamen materiã quę præfuit: & rationem ſemina-
lem quę ſemen alterat, format & organiſat &c̃.
vt iam dicturi ſumus.

Præmit. III. Deum contuliſſe animantibus vim
ꝓducendi de ſe aliquod corpus determinatę ſpe-
ciei: ex quo per cauſas naturales ſcd'm cõmunem
curſum naturę natũ eſt produci corpus ſimilis ſpe-
ciei: ita ꝙ nõ ab alio corpore alterius ſpeciei ſcd'm
Ocham q. 3. tercij. ¶ Vnde licet Sco. diſt. 18. ſcd'i
Scotus ponat conditiones ſeminis ſ. ꝙ ſit imperfectius / ꝙ
non ſit intentũ propter ſe / ꝙ ſit proximũ ex quo
generetur vltimũ / ꝙ ſit medium: at has omnes im
G. Ochã probat G. Ocham. nam licet in aliquo ſemine poſ
ſunt reperiri non tamen in omni: triticũ enim eſt
Auguſt. ſemen tritici ſcd'm Aug. & tamen eſt æque perfe-
ctum, propter ſe intentũ: & non eſt proximũ / ſed
primũ ex quo generat̃ triticũ / & ſpica eſt mediũ.
Scotus ¶ Vnde anno pręterito legendo Scotũ ordinarie
in ſecundo improbauimus eum in ſex. 1. quia po-
nit ſemen uniforme: oppoſitũ probat diuerſitas or
ganorũ. 2. quia negat ſemen eſſe actiuũ: cum tunc
fruſtra poneret̃ ratio ſeminalis. 3. quia ſemen ob
imperfectionem negat eſſe cauſam animæ: & ita
omnem formã ſenſitiuã creari ſicut intellectiuã: in
hoc enĩ Platoniſat, formas dicens venire ab extra,
ſicut Anaxag. latere ad intra in materia. 4. quia
Anaxag. aſſumit cœlum eſſe nobilius viuentibus: ꝙ tamen
ſecluſa intelligentia eſt dubiũ. 5. negat ſemen eſ-
ſe alteratiuũ: at contra nos dicimus ſemen eſſe in
vlteriori tendentia ex natura ſua ad formã perfe-
ctiorem: pro cuius introductione laborat: quãuis
de per accidens poſtea corrumpatur. Vnde Scotũ
Scotus Gratia. Tartaret. & alios ſic loq̃ntes nõ recipim⁹
Gratian. **Præmit. IIII.** Q₂ vnde ſemen deſcindatur, non
Tartaret. omnes concordant: nam alij ab epate, alij a cere-
bro, alij ab omnibus membris deſcindi illud autu
mant: at in concordiã trahuntur ꝗ ſi ab epate princi
paliter, a cerebro & omnibus membris originali-
ter, & a teſtibus proxime dicatur decidi, Vnde ſe
men eſt ſuperfluitas vtilis vltimi alimenti ſangui
nei per totũ corpus diſperſi poſt digeſtionem ter-
tiam pro conſeruanda ſpecie in vaſis ſeminalibus
conſeruata, Et eſt duplex ſemen, paternũ ſ. ꝙ vere
eſt ſemen, græce σπέρμα dicitur, Aliud maternũ
quod humiditas dealbata dicitur ſeu gutta: an aũt
illud ſit dicendũ proprie ſemen audiemus.

Præmit. V. Q₂ ſemen habet in ſe vires acciden
tales & ſubſtantialem: quibus ipſum eſt actiuũ &
laborat pro perfectiori forma introducenda cum
concurſu aliarũ cauſarũ naturaliũ, Vis autem ſe-
minis dicit̃ ratio ſeminalis: de qua plura mouent
dubia: vnde plures fiunt alteratões ante introdu-
ctionem vltime formę: ſicut videmus in tritico ex
quo primo fit ſeges, dein culmus, tertio ſpica, &
poſtremo triticũ: ſic ex ſemine fit maſſa lactea, ex
lacte ſanguis, ex ſanguine embrio, ex embrione
homo / ſeu animal aliud: quas alterationes oẽs fa
cit vis ſeminalis aliarũ qualitatũ & agentiũ natu-
ralium concurſu / auctore naturę in omnibus adiu
uante & dirigente, Sic enim verũ eſt naturã dirigi
ab agente infallibili. ¶ Ponentes aĩam ſenſitiuã
diſtinctã ab intellectiua, dicunt patrem eſſe cau-
ſam animę ſenſitiuæ, non intellectiuę.

Præmit. VI. Circa om̃ia tria dubia diuerſarios Scotus
eſſe opinatores, Nam primo Sco. vbi ſupra negat
ſemen eſſe actiuũ reſpectu fœtus. Scd'o plures di-
cunt patrem eſſe cauſam filij mediatã, non imme-
diatam: de matre vero quomodo concurrat, for-
tior eſt dubitatio.

Prima Eſt ſententia quę videtur eſſe Ariſt. 15. Thomas
de aĩalibus S. Thomę p. 3. q. 31. art. 5. & q. 32. Al. mag.
art. 4. Alberti magni, Thomę argentini &c̃. acci- Tho. arg.
pe per dicta. 1. Semen matris non ingredit̃ con-
ſtitutõem embrionis. 2. Embrio poteſt fieri abſ-
ꝗ hoc ꝙd mater ſemen emittat: at ſi emittit / tñ ite
rum euomit. 3. Ideo proprie ſemen matris nõ eſt
ſemen / quia ad nullius productionem ſeminat̃. 4.
Semen patris in matrice permutatũ in ſpiritũ cali-
ditate loci, attrahit ſanguinem menſtruũ in locũ
generationis. 5. In hunc velut in materiã agit ſe-
men patris alterando, membra formando, forma
ta figurando, nutriendo, augmentando &c̃. 6.
Sic igitur mater ſolum concurrit paſſiue admini-
ſtrando materiã, contra ſemen paternũ ſe ſolũ ha-
bet actiue. 7. Neutrũ igit̃ ſeminũ ingredit̃ ſcd'm
illos conſtitutionem fœtus. 8. Quę omnia dicũt
eſſe experientię obuia in ouis: vbi ſemen galli eſt
minutiſſimũ: & non tranſit in materiã pulli: ſed la
titat in albumine, & nutrit̃ de uitello, & albumen
ſubſtantiã præbet pullo, Hinc Plinius li. 14. ne-
gat pullũ excubari ex ouo ventoſo / ꝙd ſemen gal
li non habeat. 9. Eſt ergo ſemen patris actiuũ, nõ
matris: hinc pater cauſa efficiens eſt, mater mate-
rialem cauſam adminiſtrat.

Secunda ſentẽtia Scoti diſt. 4. tertij. G. de Ochã Scotus
Bonauen. Gabriel, Maioris / quam dicunt eſſe de Ocham
mente Galeni & Hypocratis medicorum: ſtat in hoc Bonauen.
1. Tam ſemen maternũ ꝙ̃ paternũ ingreditur ma Gabriel
terialiter ſubſtantiã corporis prolis ſeu fœtus. 2. Maioris
Similiter & ſanguis menſtruus in materiam tran- Galenus
ſit prolis vna cum ſemine ſicut lac coagulatum in Hypocra.
ſubſtantiam caſei. 3. Concurrit ergo mater acti
ue ad prolem ratione ſeminis / quãuis ſecundario,
patris ſemine exiſtente principaliori agente. 4.
Attingunt ergo uires ſeminis alterationem ipſius,
formationem & organiſatõem corporis & mem-
brorum: quamuis in homine forma vltima infun-
datur a deo. 5. Mater tamen in hoc videt̃ plus
facere ꝙ̃ pater: ꝙ nedum vi ſeminis / ſed & aliarũ
qualitatum ac matricis continentis ad fœtum con
currit & virtute ſua vim ſeminalem ad agendum
excitat, prolem nutrit, ac debito & naturali loco
conſeruat. In brutis quoqꝫ ad animę productõem
concurrit. 6. Hinc nulli mirum maiorem ac ma
gis tenerum eſſe amorem maternum ꝙ̃ paternum
in filios vt aſtruit Ariſt. 9. ethico. quid de his ſen-
tiendum, aperiemus in reſponſione ad dubium: tñ Ariſtot.

illa ſecunda ſententia æquabilior viſa eſt Gregorio Niſſeno lib.iiij.cap.17.

G. Niſſe.

Præmit. VII. Modum generationis pueri breuiter hic renarrandũ:quia latior explicatio medicis delegatur: & caute hæc adoleſcentibus tradenda. Seminibus a viro & fœmina deciſis, in matri ce vniuntur (quę ſubinde clauditur) & uirtute qualitatum alterantur. In primis ſex diebus quaſi lactis formã accipit ſeu ſpumæ, ſpiritu ipſum humidum diſtendente/ & tres veſiculas pparante. Nouem dein diebus lineis ſanguineis & quaſi venis veſicas replet: quibus materiã ſanguinis attrahit a matrice, reddendo propinquã diſpoſitionem carnis: ubi diuiſio partiũ aliqualiter apparere incipit: Poſt hoc.xij diebus primo ex ſanguine mediæ veſicæ cor formatur: ex ſanguine vero minus ſubtili in veſica dextrorſum deſcendente fit epar: in alia vero parte ſuperiori vbi plus de frigido eſt, cerebrum fit: & tunc dicitur embrio: dein ſequentib9 decem & octo diebus formant alia membra propinquiora vt vmbilicus, ſtomachus, vltimo manus & pedes. Verſus.

G. Reiſch Iſennach.

In his nõ oẽs cõcordant uide Nico.flo. in ſermonibus medicinalibus

Sex in lacte dies: ter ſunt in ſanguine trini
Biſſeni carnem: ter ſeni membra figurant.

Nõ tamen exacte illi dies accipiendi ſunt: quoniã dies partus & motus variantur ex fortiori calore & meliori complexione. Corpus etenim viri citius formatur q̃ mulieris: quoniam corpus maſculi formatur.

	35.		70.		7.
Vel	40. die: tunc mo		80. die: & na		8. menſe
	45	uetur	90	ſcitur	9
	50		100		10

2. Machab.7. dixit mater. Fili mi miſerere mei q̃ te in vtero nouem menſibus portaui. Sap.7. Decẽ menſiũ tempore coagulatus ſum. Vnde cũ oĩa animalia certũ habeãt tempus pariendi ait Ariſt. ſolus homo in hoc lege caret: plura videre cupienti: d. medici ſatiſfaciant: hæc pauca ex præceptore noſtro G. Reiſchio Chartuſiano tranſplantauimus & amico noſtro Iſenach. In quo plura de his reperies.

G. Reiſch Iſennach.

Reſpondet primo. Semen eſt actiuũ & cauſa effectrix geniti: quamuis ſimul ſit cauſa materialis geniti ſcdm corporeas & craſſiores partes: probatur autoritate Ariſt. de animalibus: nam in ſemine reſidet ſpiritus gignitiuus: qui vt inſtrumentum cauſæ vniuerſalis agit pro alteratione materiæ, organiſatione corporis, ac introductõe aĩæ.

Ariſtot.

Secundo Pater eſt cauſa filij. probat per Ariſt. 2. phyſ. qui de cauſa efficiente exemplificat de patre reſpectu filij: pater enim deſcindit de ſe ſemen actiuum, alteratiuũ, formatiuũ & aſſimilatiuũ: & hoc de ſui ſubſtantia: qm erat iam diſpoſitũ conuerti in ſubſtantiã patris: niſi ingenioſa natura ſeruaſſet pro conſeruanda ſpecie.

Ariſtot.

Tertio dicitur Mater concurrit actiue ad generationem prolis: probat formas eiuſdem ſpeciei conſequuntur potentię naturales eiuſdem ſpeciei. ſed mas & fœmina ſunt eiuſdem ſpeciei, 10. metaph. ergo. ¶ Confirmat quia ſi vegetatiua matris eſſet tantum paſſiua & receptiua: iam differret ſpecie a vegetatiua patris. ¶ Scdo quia filius aliqñ plus aſſimilatur matri q̃ patri: ergo in ſemine matris eſt virtus actiua: tenet conſequentia qa aſſimilatio fit per actionem. ¶ Immo addit G. Ocham q̃ mater ſit principalior cauſa filij q̃ pater: qui ſolũ ſemen deſcindit.

G. Ochã

Articulus. IIII

Ratio. I. Augmentatiua nõ eſt potentia ſub uegetatiua comphenſa: probat quia Greg. Niſſenus li. 4. loco eius ponit vim pulſatilem. i. vitalem virtutem. Preterea nutrire eſt naturaliſſimũ opus, ergo non generare. probat quia nutriendo viuens conſeruatur, generando debilitatur, vt Vergili. de ſcripſit peſtes veneris & vini.

G. Niſſe.

Vergil.

Nec veneris nec tu vini capiaris amore &c.

¶ Cõfirmat Nutritio nõ eſt neceſſaria: ergo generatio male ad ipſam comparata: antecedens probatur de vrſo in hyeme/ qui nõ nutrit. ¶ Adde q̃ equ9 & aſina nõ generant ſibi ſimile: nec lupus & canis, ſimiliter nec mulus: cum non generet/ q̃uis ſit calidior aſino & frigidior equo.

II. Plantę ſentiunt: ergo male negatũ: antecedens probat ratione Democriti & Pythagoricorum: quia plantę ſentiunt frigora & calores intenſos, a qbus etiã ſe contrahunt/ debilitant, & marceſcunt: Immo emoriunt/ ſi nõ tpamentũ acceperint huius exceſſus. ¶ Confirmat quia planta emorit vel nõ appoſito nutrimento: aut qa apponit diſconueniens: Ergo ſicut Ariſt. 1. li. de plantis pbat aĩalibus ſenſum neceſſariũ/ vt diſcernant nociuũ ab vtili, Sic & plantis erit ſenſus ñcarius/ vt diſcernant nutrimentum conueniens a diſconuenienti: cum natura nulli ſit inuida, nec auara.

Democri.

Ariſtot.

III. Semen nõ eſt actiuũ geniti: ergo male reſponſum in dubio. Antecedens pbat quia aut agit ad generatõem qñ eſt, aut qñ non eſt. Non dũ eſt/ qa ſic ageret ad ſui corruptõem: nec dum hõ eſt: quia ſic nihil eſt. ¶ Confirmat nullũ imperfectũ eſt cauſa effectrix pfectioris: ſed ſemen eſt imperfectius genito. Similiter ſemen eſt vniforme in partibus: & genitum eſt difforme: quomodo ergo ſemen poteſt eſſe cauſa difformis.

Ratione Scoti

IIII. Mater nõ concurrit actiue ad pductõem prolis: ergo: pbat per Ariſt. 15. de aĩalibus, vbi vult ſemen patris ſe hře ad ſemen matris/ ſicut artificẽ ad lignũ: modo lignũ habet ſe pure paſſiue. ¶ Confirmat ratione pmo qa ſicut ſe habet př ad agere, ita mř ad pati: ſed př ſolũ agit: ergo mř ſolũ patit.

Reſpondet Ad. I. Nos nõ dare vim pulſatilem ptinere ad vegetatiuã/ ſed ſenſitiuã / qa ad motiuã/ vt. 3. huius dicturi ſumus. ¶ Ad annexũ do pbationem ſed nego conſequentiã: qa nutritio eſt naturalior indiuiduo/ ſed nõ ſpeciei: ſimiliter gñatio moderata nõ eneruat/ ſed iuuat: Bene exceſſus eſt noxius: at ne pter fœditatem opis, ac difficultates imminẽtes cũ prole, viuentia abſtinerent a plificatõe: ideo ingeniauit eis delectatõem,

& pruritũ venereoꝝ: qm̃ natura eſt plus ſollicita circa ſpeciem/ꝙ̃ indiuiduũ. ¶Ad confirmatõem dico animal aliqñ remiſſius poſſe nutriri, aliqñ in tenſius. 2. viuens non poteſt diu ꝑmanere ſine nutrimento intrinſeco vel extrinſeco. 3. quia vrſus in hyeme remiſſum habet calorem, humorem uero multũ: Ideo ne calor humore extinguaẽ, content⁹ eſt humore illo, tanꝙ̃ nutrimento intrinſeco: quouſqꝫ calor reuiguerit, & humor internus nutrimentalis defecerit. ¶Ad annexũ dicitur in his eſſe gñationem æquiuocã: nos vero loquimur in vniuoca: Aut genitũ eſt ſimile generanti per participationem: vt ſi ex lupo & cane generetur lycifca. i. lupinus canis.

Ad. II. Hæc non probare ſenſum/ſed motũ materiæ ad qualitates primas: Sic & plantis nõ eſt ſenſus neceſſarius ob nutrimentũ: quia ſuę naturę conueniens attrahit ſi aderit natura: ſicut magnes ferrum: in quo tamen non eſt ſenſus.

Ad. III. Semen agit qñ eſt: Nec inconuenit aliquid agere ad ſui corruptionem per accidens, vt lampas in oleo. ¶Ad confirmatõem dico imperfectius poſſe eſſe cauſam ꝑfectioris, vt inſtrumentum alicuius agentis nobilioris: ſic ſemen hic eſt agens vt inſtrumentũ animalis cœloꝝ & dei. ¶ Sed replicas Scoticæ, Si ſemen agit genitũ: ergo cõtinet ipſum: & hoc nõ formaliter: ergo virtualiter Modo omne continens virtualiter eſt ꝑfectius cõtento. ¶Reſpondeo aliqñ ſemen continet formaliter genitũ/vt triticũ continet triticũ: aliquando virtualiter: Et cũ improbas dico: virtualiter principaliter continens eſt ꝑfectius contento: ſed non continens inſtrumentaliter. ¶Ad aliud annexum, dico ſemen eſſe difforme in virtute/ut patet in ſua prima alteratione: & potiſſimum ſi a diuerſis originetur partibus.

Ad. IIII. Scotus exponit Ariſt. at plus placet ꝙ ſubdit in hac re plus credendũ Galeno ꝙ̃ Ariſtoteli: In confirmatione negaẽ aſſumptum antecedens pro vtraqꝫ parte: Nam primũ non eſt verũ: & quo ad ſecundum probabile eſt ſemen etiam eſſe cauſam materialem ipſius prolis &c̃. Scotus Ariſtot. Galenus Ariſtot.

De ſenſu & ſenſibili in communi. Cap. III.

Intentio DEterminatis aũt his: primũ de omni ſenſu cõmuniter: deinde de vnoquoqꝫ
1 Cõcluſio. dicamus: fit itaqꝫ ſenſus. Cum mouetur atqꝫ patitur aliquid vti diximus. Nã ipſe ſenſus alteratio quædã eſſe videtur: inquiunt autem quidã & a ſimili ſimile pati: quod quidem quonam pacto fieri poteſt aut nõ poteſt: in vniuerſalibus
1. de gñatione de actione ſermonibus paſſioneue diximus. ¶Habet aũt is locus dubitatõem: ambigetqꝫ non iniuria quiſpiam: cur & ſenſuum ipſorum ſenſus non fit: & cur ſine his
2 Dubiũ primum quę ſunt extra non efficiunt ſenſum. Cum inſit & ignis & terra: cæteraqꝫ elementa
Secundũ quorum eſt per ſe ſenſus: vel per ea quę ipſis accidunt. At enim patet ſenſitiuũ non
Rñſio eſſe actu ſed potentia tantũ. Quapropter non ſit: quemadmodũ combuſtione non vritur ipſum per ſe ſine eo quod ipſum vrere poteſt. Vreret enim ſe ipſum & nõ in
3 Diuiſio digeret eius quo actu eſt ignis. ¶At vero quoniam ſentire bifariam dicere conſueuimus: nam & id quod potentia videt & audit videre audireqꝫ dicimus: & ſi forte dormiat: & id identidem quod iam operatur: dupliciter & ipſe ſenſus profecto dicetur: quidam vt potentia: quidã vt actu ſimiliter & ipſum ſentire: & quod eſt po-
Notula tentia: & quod eſt actu. Primũ igitur id ſcire oportet: nos inquam quaſi ſit eadem pati moueri ac operari: ita nũc his vti ac dicere. Motus eñ eſt quidã actus imperfectus. tamen vt in alijs diximus. Ea vero cuncta quę patiunẽ atqꝫ mouenẽ an actiuo & eo qđ eſt actu patiunẽ atqꝫ mouenẽ. Iccirco fit vt tum a ſimili ſibi tum a diſſimili res omnis patiaẽ vt diximus patiaẽ enim ea quę eſt diſſimilis: At cum eſt paſſa:
4 Diſtinctõ tum ſimilis eſt vt patet. ¶Deinde diſtinguendũ eſt de potentia atqꝫ actu: nunc eñ
Sciens potentia de his ipſis ſimpliciter dicimus: nã eſt hoc pacto quippiã ſciens: vt ſi dicamus hominem eſſe ſcientem: quia homo eſt talis ſuapte natura: vt ſit ſciens atqꝫ ſcientiã habeat. Eſt etiã hoc pacto quippiã ſciens: vt hominem eũ iam dicimus eſſe ſcientem: qui geometriã: atqꝫ grãmaticã habet: atqꝫ horũ vterqꝫ non eodem modo poteſt potentiæqꝫ ſubijcit: ſed alter quidem ex eo: quia genus ipſum eſt tale materieſue. Alter vero ꝓpterea qđ cum voluerit contemplari poteſt id ipſum facere: niſi qđ ex-

tremum forte prohibeat impedimentoq̧ fiat. At præter ipſos eſſe hiſce qui iam cō-
templatur: & eſt actu ꝓprieq̧ ſciens hoc. A. ¶ Ambo igitur illi primi potentia qui- 5
dem ſunt ſcientes vt diximus: verū vnus indiget alteratione per diſciplinā: qua qui Dr̄a prima
dem nonnunq̧ etiam ex habitu contrario diſpoſitioneq̧ mutatur: alter habet qui-
dem ſenſum aut grāmaticā: ſed indiget operationis ex ocio tandem operationisq̧
vacuitate agat ac operet̄: atq̧ hic modus potentię diuerſus eſt: vt patet ab antea di
cto. ¶ At vero neq̧ ipſum pati ſimplex eſſe videtur: ſed aliud eſt a contrario corru- ſc̄da. dr̄a
ptio quædā: aliud eſt ſalus: potius eſt quod eſt potentia ab eo qđ eſt actu: ſimileq̧
perinde atq̧ potentia ſeſe habet ad actū. fit enim contemplans q̧ ſcientiam habet.
Quod quidem aut nō eſt alterari: in ipſum enim fit incrementū & in actum perfe
ctionemue: aut aliud alterationis eſt genus. Quo circa nō recte ſe habet dicere ipm̄ autoritas.
ſciens cum ſcit alterari: ſicut nec ędificatorem cū ædificat. ¶ Quod igitur in actum tertia dr̄a
ducit: ex eo quod eſt intelligens potentia atq̧ ſciens id nō doctrinā appellare opor
tet: ſed aliud nomen eſt æquū habere. At quod ex eo qđ eſt potentia diſcit accepit
q̧ ſcientiā: ab eo quod eſt actu ſciens atq̧ ab ipſo docente. Id aūt non eſt dicendū
pati ac alterari: Aut duos alterationis eſſe modos fateamur oportet. Eam inquā mu
tationem quę ad priuatiuas eſt diſpoſitiones: & eam quę eſt ad habitus atq̧ naturā
¶ Hæc cum ita ſint: prima quidem mutatio ſenſitiui ab eo quod generat fit: cū aūt 6
ortum ac generatū eſt: habet iam ſenſum perinde atq̧ ſcientiā & ſentire actu ſimile applicatio
eſt contemplari. Differentia tamen eſt: an ea quę actu ſenſum efficiunt extra ſunt Dr̄a
ipſum inquā viſibile & audibile & ſenſibiliū cætera. Cuius cauſa hæc eſt actu nā- autoritas.
q̧ ſenſus ſingulariū eſt. Scientia vero vniuerſaliū eſt: hæc aūt ipſa anima quodāmo
do ſunt. ¶ Quaꝓpter intelligere quidem cū quiſpiā voluerit: in ipſo eſt ſitum. Sen- 7 Corollar.
tire aūt nō collocat̄ in ipſo. Neceſſe eſt enim ſenſibile ipſum adeſſe: pari modo res
ſeſe habet: & in ſcientijs ſenſibiliū: & ob eandem vtiq̧ cauſam: quia ſenſibilia ſingu
laria ſunt. ſunt & extra ſicuti diximus, Sed vt de his exactius dilucidiusue dicamus:
dabitur nobis rurſus occaſio. Nunc id ſit a nobis determinatū. Cum ſimplex inquā Epilogus
non ſit id quod dicit̄ eſſe potentia: ſed aliud quidem ſit vt puer: quem militare poſſe de potentia.
dicere licet. Aliud aūt vt hiſce qui iam ætate militariq̧ arte actus euaſit ad militan-
dum ſenſitiuū ſimiliter ſe habere. Atq̧ cū ipſorū differentia nomine careat. Deter
minatū aūt ſit ipſa eſſe diuerſa: & quo pacto diuerſa ſunt: neceſſe eſt ipſo pati ac al-
terari tanq̧ proprijs nominibus vti. Ipſum aūt ſenſitiuum potentia tale eſt: quale
iam ipſum ſenſibile eſt actu ſicuti diximus. Patitur igit̄ cum eſt nō ſimile. At paſſū
euaſit ſimile: & eſt tale quale eſt illud. ¶ At eē de vnoquoq̧ ſenſu: deinceps a ſen- 8
ſibilibus cuiuſq̧ ꝓficiſcentes dicamus oportet. Atq̧ prius ipſa ſenſibilia diſtinguē Senſibilium diuiſio
da eſſe vident̄. Senſibile itaq̧ trifariam dicitur. Senſibiliū enim quędā per ſe: quędā
per accidens ſentiunt̄. Et illorū rurſus alia ſunt vniuſcuiuſq̧ ꝓpria ſenſus: alia cōia
cunctis. Atq̧ ꝓpriū id ſenſibile dico q̧ alio ſenſu ſentiri nō poteſt: & circa qđ error Propriū
fieri neqt. vt color reſpectu viſus: & ſonus auditus. & ſapor guſtus. Tactus aūt plu- autoritas.
res dr̄as habet qdem: iudicat tn̄ de illis vt cæterorū ſenſuū quiſq̧ de ſuo ſenſibili &
nō decipit̄. viſus eē nō errat eſſe colorem: aut auditus eſſe ſonū: ſed qd ſit id qđ eſt
infectū colore vel vbi: huiuſcemodi igit̄ ſenſibilia dicunt̄ vniuſcuiuſq̧ ꝓpͣ ſenſus.
Cōmunia vero ſunt hæc motus: quies: numerus: figura: etiā magnitudo. Talia nāq̧ Cōmune.
nullius ſunt ꝓpria ſenſus: ſed omnibus cōmunia ſunt. Etenim tactu motus quidā

ſenſibilis eſt atq; viſu. per accidens autem ſenſibile dicitur vt ſi album oliarij filius ſit: per accidens enim hoc ſentit: quia albo quod ſentit: id accidit. Quapropter & nihil ipſe ſenſus ab huiuſcemodi ſenſibilibus patitur: vt talia ſunt: eorum autem que per ſe ſentiuntur illa ſunt propria ſenſibilia que propria ſunt: & ad que ſubſtantia vniuſcuiuſq; ſenſus eſt apta.

Per accidens

Explanatio tex.

Quia primã anime potentiã elucidauit vegetatiuam: nunc alterã ſenſitiuã aggredit: & primo agit de ſenſu & ſenſibili in communi.

I. Senſus fit per moueri & pati, probatur quia ſenſatione fit alteratio in animali: quia patitur a ſpecie ſenſibili ſimili.

II. Dubitatur primo cur ſenſus non ſentit ſua organa: ſecundo cur nõ ſentit ſine obiecto extrario. Reſpondetur quia ſenſus nõ eſt ſenſitiuus actu/ſed potentia/ſicut combuſtibile eſt in potentia combuſtibile.

III. Sicut aliquid dupliciter dicitur ſentire ſ. potentia ſicut dormiens, & actu: ſic duplex eſt ſenſus ſ. actu & potentia: Et cum diximus ſenſum pati intelleximus de ſenſu in actu: & ita patitur a ſimili & quaſi diſſimili.

IIII. Aliquid dicitur ſciens in potentia dupliciter: primo in potentia remota ſicut puer. ſcd'o in potentia propinqua/ſicut vir doctus.

V. Iſti modi differunt/quia primus non fit ſciens ſine alteratione: ſed ſecundus non dicitur alterari/ſed potius perfici operatione. Scd'o differunt quia in primo nõ ſolum eſt paſſio/ſed etiam aliqñ contrarij abiectio. Tertio differunt quia primus dicit ignarus & dein in actu ſciens: ſed ſecundus ſemper dicitur ſciens ſiue actu ſiue potentia ſciat.

VI. Sic aliquid dicit ſentiens dupliciter in potentia: primo vt ſemen/ſecundo vt animal: Actu aũt ſentiens dicitur qd' actu apprehendit ſenſibile/ſicut ſciens: At in hoc differunt/quia non fit ſentiens ſine extrinſeco: ſed aliqs eſt actu ſciens ſine extrinſeco obiecto p̃ſente: ratio huius eſt quia ſenſus eſt ſingularium, intellectus vniuerſalium.

VII. Corolſ. Intelligere eſt ſitum in poteſtate nr̃a ſed ſentire non: quia oportet adeſſe ſenſibile: hinc repetit prædicta de potentia.

De ſenſibili.

VIII. Senſibilia alia ſunt per ſe, alia ſunt ſenſibilia per accidens: Senſibile per ſe eſt duplex ſ. propriũ & cõmune: Proprium eſt qd' ab vno & nullo alio ſenſu ſentiri poteſt: & circa illud ſenſus non errat. vt viſus, auditus: tactus tamen habet plures differentias Cõmunia ſunt que a pluribus ſenſibus percipiuntur. Textus liquet tranſlatione.

Annotatio.

3. Res bifariã poteſt eſſe in actu ſ. in actu primo ſicut habituatus: ſicut viuũ: & in actu ſecundo ſicut eſt operatio ſcientis aut uiuentis: Dormiens ita q; eſt in actu primo, ſed non ſecundo.

4. Aliquid dupliciter eſt in potentia ſ. propinqua: qd' poteſt ſtatim exire in actum vt illud qd' eſt in actu primo. Remota qd' nõ ſtatim poteſt exire in actum: & tale nec eſt in actu primo nec ſecundo ad illud quod eſt in potentia.

5. Quando de non ſciente fit ſciens: tunc alteratur Tene mente & pondera pro eo quod dixi. 7. phyſ. Ariſtotelem etiam ponere alterationem ad primã ſpeciem qualitatis: & quamuis aliter dicere videatur. 7. phyſ. tamen nos ibidem annotauimus/eum non dicere ex ſententia: ſed ad Platonis dogmata loquentem: Vnde denuo admittit, poſſe dici alterationem quando habitu ſciens exit in actum.

Ariſtot.

Plato

5. In non ſciente non ſolum eſt paſſio, ſed etiã corruptio: hoc fit ſi nõ ſciens eſt in errore aut praue inſtitutus: Sic Thimoteus muſicus a prorſus ignaris, ſimplex docendi precium exegit: ab alijs vero qui prius fuiſſent ab alijs inſtituti, duplũ expoſtulauit

Thimoteus

6. Quomodo intellectus ſit vniuerſalium primo acroaſum diximus.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. IIII.

An ſenſus ſit virtus paſſiua?

Art. I.

Nota. I. Ad ſenſum plura concurrere: primo obiectum ſenſibile qd' de ſe deſcindit ſpecies vt mox dicturi ſumus. 2. Mediũ per quod ſpecies multiplicantur. 3. Ipſe ſpecies deciſe. 4. Organũ recipiens ſpecies ſenſibiles. 5. Qualitas ſeu diſpoſitio organi. 6. potentia ſenſitiua. Quibus omnibus adde aduertentiã ſeu attentionem ſenſus/vt diſcreta fiat ſenſatio: Nam ob hoc alijs intenti, nec audimus colloquentes, nec videmus pretereuntes: hec omnia gratius erit declarare circa quemlibet ſenſum. ¶ Iam ſcias (ſicut intellectum) multipliciter vſurpari ſenſum. Primo pro organo ſentiendi: Sic ſenſus eſt de natura quatuor elementorũ. 1. de gñatione. Et deficiente nobis aliquo ſenſu, deficit & ſcientia illius ſenſibilis. 1. poſter. Et ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem. 2. de aïa. Sic oculus eſt ſenſus. ¶ Secundo capit Senſus pro actu ſentiendi: ſic dormiens nõ dicitur habere ſenſum: & vnũ animal aliud excellit ſenſu: Sic hoïem excellunt bruta ſenſu, iuxta hos verſiculos

Nos aper auditu præcellit: aranea tactu.
Vultur odoratu: linx viſu, ſimea guſtu.

¶ Tertio pro diſpoſitione organi ad ſentiendũ requiſita: ita eo vſus eſt Ariſtot. in hoc ſecundo Excellens ſenſibile corrumpit ſenſum. i. diſpoſitõem

Ariſtot.

organi. ¶ Quarto pro potentia, hoc eſt anima ſenſitiua: Et ſic vnus eſt ſenſus in homine. ¶ Adde q ſenſus poteſt vſurpari pro aggregato ex corpore & potentia: ſic dicimus quinq; eſſe ſenſus exteriores. ¶ Vnde anima dicitur ſenſus principalis, organum vero & diſpoſitio inſtrumentaliter. hæc paſſim offendes.

Nota. II. Q ſentire non eſt ſpeciem ſenſibilem producere vel recipere: Nec eſt ſenſationem producere: quia hoc facit lapis, deus: Nec eſt recipere ſenſationem: quia lapis vel aer recipiens, aut anima non immutata, non ſentiret: Eſt autem ſentire ſenſationem in ſe recipere vitaliter ipſum immutātem: Volo dicere ſenſatio non denominat ſubiectum ratione inhæſionis / ſed vitalis immutatōis ſimul: Vis habere fundū vide q. 1. prologi dialecticę art. 3. dub. 1. & art. 4. ratione. 3. ¶ Potentia aūt ſenſitiua eſt vis animę quę per organū corporeum vna cum obiecto ſenſibili intus vel foris nata eſt producere ſenſationem. ¶ Diuiditur aūt potentia ſenſitiua primo in cognitiuā, & motiuam: Motiua in appetitiuā & executiuam de quibus in huius tertio. Cognitiua diuidiť in interiorem & exteriorem: Interior rurſus in apprehenſiuā & iudicatiuam ſeu adhęſiuā: Scio noſtros aliter hic partiri potentiā ſenſitiuā: at illud modo loquendi obſeruato q. 1. prologi eſt conformius

			apprehenſiua
		Interior	
	Cognitiua		iudicatiua
Vis ſenſitiua		exterior	Iraſcibili
		appetēdo	
	Motiua		concupiſcibili
			Venas
		exequēdo per	neruos
			arterias.

Nota. III. Quantum hic nobis prodeſt paſſionem eſſe quadruplicem. Prima eſt perfectiua: ſic anima paſſiue ſe habet ad intellectionem & gratiam. Secunda eſt alteratiua: Sic aqua patitur ab igne quando ad caliditatem alterať. Tertia eſt doloroſa: Sic infirmus patitur, & qui torqueť. Quarta eſt corruptiua: ſic moriens patitur: & domus cōburitur. ¶ An aūt ſenſus ſit virtus paſſiua, variam poteſt habere intelligentiā: quia aut intelligiť de ſenſu principali vel inſtrumentali: de inſtrumentali eſt hæc cōmunis ſententia. ¶ Senſus inſtrumētalis eſt paſſiuus reſpectu ſenſibilis a quo recipit ſubiectiue ſpeciem ſenſibilem. Coroll. Species ſenſibilis eſt ſubiectiue in organo / ſed ſenſatio in anima: quare ſic erit immaterialis in homine: At quomodo ſenſatio tūc differat ab intellectione eſt difficile, vide Ioan. Maior. diſt. 16. ſecundi. ¶ Omnis ſenſus inſtrumentalis non agat per ſe in ſenſibile: tamen agit aliqn per accidens: ſicut viſus baſiliſci inficit hominem: & oculus mulieris menſtruatę inficit ſpeculū. ¶ At de principali ſenſu loquendo: tunc ille ſcd'm Bruxell. pōt comparari uel ad ſenſibile, vel ad ſenſationem: Si ad ſenſibile: tunc hæc ſolet eſſe cōmunis ſententia: ſenſus nō habet ſe actiue ad ſenſibile / ſed paſſiue: primū patet quia ſenſus nihil agit in ſenſibile nec ſpeciem, nec ſenſationem: ſecundū quod eſt contra Bruxel. probať quia a cognoſcente & cognito paritur noticia Aug. 9. de trinit. ſed ſenſibile eſt cognitū: ergo ab ipſo pariťur noticia ſenſationis: & ſic ſenſibile agit in potentiam velut cauſa partialis ſenſationem: potentia vero & obiectū ſunt vna cauſa totalis creata.

Nota. IIII. Comparādo ſenſum principalem ad ſenſationem apud omnes peripateticos ſemper difficilis fuit pertractatio: q̄uis iuniores obiter tranſeant: Vnde & Auer. iuſſit hanc quęſtionem ſcrutari Tex. com. 60. at tu remotiora accipe, diuerſas magnorum philoſophorū colligendo ſententias. ¶ Prima fuit Platonis, vt autor eſt Plotinus libro de ſenſu & memoria, Animam in ſe habere tam rerum incorporearum q̄ corporearum formas & rationes latentes: non velut impreſſiones / ſed ſicut in ſe habet vires ſuas: ſic etiam membra poſſident ſenſibiles rationes: Nulla ergo paſſio defluit a ſenſibilibus in animam: ſed ſi qua ab his prouenit: tunc in corpus vel ſpiritum recipiť: ſpiritu autem ſic ab externis pulſato: anima præſens huiuſmodi affectiones percipit non patiendo: ſed ſpiritū aliter & aliter uegetando, & innatas formas edendo ¶ Nyphus Euticus hic eſt ſingularis qui ponit ſenſationem non diſtingui a ſpecie ſenſibili recepta in organo: & Burid. q. 12. reuocat in dubium: vnde dicit omnibus diſplicere ſententiam Iandun. q ſpecies ſenſibilis & actus ſentiendi ſunt diuerſa: Eſt enim eadem res ſpecies ſeu ſimilitudo & ſenſatio / differens tantum ratione: comparata enim ad obiectum dicitur ſpecies: comparata vero ad potentiam dicitur ſenſatio: pro hoc plura inducit cōtra Iandunum. ¶ Tertia eſt ſententia eorum (vt renarrat Summerhard.) qui autumant obiectū imprimere ſimul in ſenſum ſpeciem & ſenſationem: & ſenſus habet ſe pure paſſiue ad vtrunq;: ſimilem ſententiam imponit Scot. diſt. 3. primi Gotfredo de fontibus de intellectu / qd' nullam actiuitatem habeat reſpectu intellectionis. ¶ Quarta vero ſententia commuñis eſt / quę videtur etiam eſſe Themiſtij, Simplicij, & aliorum peripateticorum: Senſum ſe habere actiue & paſſiue ad ſenſationem: actiue quia partialiter elicit ipſam: paſſiue quia recipit eam in ſe ſubiectiue, & partialiter ab obiecto. Et ita non inconuenit aliquid eſſe in actu efficiendo / & ſimul in potentia recipiendo. ¶ Corol. Sequitur ſicut eſt duplex intellectus ſ. agens & poſſibilis: ita quoq; duplex eſt ſenſus ſ. agens & paſſiuus. non q ſint duæ res: ſed vna & eadem res eſt ſenſus agens & recipiens intellectionem. vide Scotum q. 13. quot.

Auguſt. Auerr. Plato Plotinus. Nyphus Buridan. Iandun. Sūmerha. Scotus Gotfred. Themiſt. Simpli. Scotus Io. Maior bruxell.

Articulus. II.

Concluſio. Senſus eſt virtus paſſiua tam reſpectu ſenſibilis q̄ reſpectu ſenſationis: quamuis ſenſationem quoque agat. primum patet per Ariſtotelem in textu. & hoc eſt communiter conceſſum: ſecunda pars probatur, quia a cognoſcente

Ariſtot.

August. Aristot. & cognito paritur noticia ait Auguſt. modo ſenſatio eſt noticia: ſcd'o quia Ariſt. ait in hoc ſcd'o animam efficere ſenſationem: at hoc non poteſt niſi per potentiam: Item ſenſus eſt naturalis potentia animæ: at potentia naturalis eſt principium effectiuum operationis.

Articulus. III.

Dub. I. An ſenſus decipiatur circa proprium obiectum?

Præmit. I. Senſum nō decipi apphendendo/ſed ſolū iudicando. Eſt aūt deceptio iudiciū erroneū ſequens apphenſionem: puta qñ iudicat rem aliter eſſe affectā ſenſibiliter/ꝙ eſt: Supponimus item duplex eſſe ſenſibile. ſ. per ſe & ꝑaccidens/Cōmune & proprium vt in textu.

Præmit. II. Iudiciū ſenſus eſſe duplex. ſ. vniuerſale & particulare. Vniuerſale quo ſenſus fert̃ in ſuū obiectū ſub ratione gñali & confuſa, non diſcernendo de ſpecie determinata: Non arbitreris hic vniuerſale proprie ſumi: quia ſenſus nō eſt vniuerſaliū: ſed pro vago, confuſo & gñali: vt ſi viſus iudicat rem uiſam coloratam. Particulare eſt quo ſenſus fertur in obiectū ſuū ſub ſpeciali & determinata rōne: vt dū viſus iudicat rem viſam eſſe albā.
Iſſennach. Vſingeñ. hæc amici nr̄i Iſenach. & Vſing. late ꝓſequunt̃.

Præmit. III. Vt plurimū quatuor deſiderari vt ſenſus non decipiat̃ circa obiectū propriū. Primo, ne ſenſibile ſit nimiū excellens: ſed debita ſit ꝓportio ſenſibilis ad ſenſum. Scd'o vt organū ſit bene diſpoſitū. Tertio vt mediū ſit vniformis diſpoſitionis, non male diſpoſitū. Quarto vt obiectū debite approximet̃ in debita diſtantia ſenſui: quibꝰ addere poſſumus vt obiectū & ſenſus ſe conformiter habeant. Vnde ob defectum illorū ſequentibus caſibus ſenſus decipitur.

Excellens ſenſibile corrumpit ſenſum.

1 Febricitans iudicat dulcia eſſe amara ꝓpter infectionem organi a crudis humoribus a ſtomacho aſcendentibus

2 Sic infirmꝰ iudicat ſe audire tonitrua cū nulla ſint.
Ingreſſus primo balneū iudicat eſſe intenſum calorem: qui poſtea calefactus iudicat eſſe remiſſiorē.
Sic mūdatores ſterquiliniȷ̄ nō iudicant id fœtere.

3 Sol mane apparet rubeus & maior ꝙ in meridie: ratio eſt/quia in aere medio ſunt multi vapores modo lucidū viſum per nigrū apparet rubeū: Et quia aer eſt purior in meridie ꝙ mane: ideo ſol apparet minor: quia ſpecies non ita diſtrahuntur. Eadem ratione denarius vel piſcis apparet maior in aqua ꝙ extra: quia tunc mediū eſt groſſius: qa ſpecies occurſu mediȷ̄ ſubtilioris recedunt a perpendiculari: Ob eam cauſam, ſenes vtunt̃ ſpeculis ocularibus.
Vide de refractione radiorꝫ in meteoris.
Baculus in aqua ſtans & aere apparet fractus: & ita in aliȷ̄s ludificationibus ſenſuum.
Audiens Echo, iudicat ſonū eſſe vbi non eſt: quia medium eſt impeditiuū ſoni reflectendo.

4 Nodus in turri apparet paruus velut caput: & ſol bipedalis: & ſic de alia re viſa: cuius ratio tradet̃ in ſeq. dub.

Sedens in naui mota iudicat arbores moueri: & ebrius iudicat omnia circumagi: nam in primo obiectum eſt immotum: oculus vero continuo eſt in alio & alio ſitu: Sed ebrius ſic iudicat/quia fumi calidi aſcendentes ad caput a cerebro infrigidant̃: & ob multitudinem illic rotantur: quare ſenſus iudicat omnia rotari. 5

Reſpondet Senſus iudicatiuus circa ꝓpriū ſuum obiectū per ſe non errat iudicio vniuerſali ſicut nec apphenſiuus: Iudicio quoqꝫ particulari nō errat in multo. i. in magna parte ſeu gradu, vt exponit Auer. & hoc obſeruatis conditionibus præmiſſo. III. expreſſis & hoc naturaliter. Aduerte per ſe: quoniā circa ſenſibile per accidens ſæpe decipit/vt auricalcū viſum iudicans eſſe aurū/pulchrum pomū eſſe dulce. Item iudicio vniuerſali/quia viſum eſt coloratū vel lucidum. Item iudicio particulari non in multo &c̃. quia viſus non iudicat punctualiter ꝙ magna aut intenſa ſit albedo: Naturaliter/qa Thobias iudicauit Raphaelem eſſe hominem: & vicini iudicabant dæmonem ſub cubili S. Syluani eſſe fœminā: ſic ſenſus in ſacramento iudicat adhuc eſſe panem. Thobias. Raphael.

Appendix dubiȷ̄.

At duo hic occurrunt: primū an ſenſus cognoſcat ſenſibile concretiue vel abſtractiue: ſecundū quomodo ſenſus iudicet an ſuper noticia complexa vel incomplexa.

De primo Tenet Burid. Camerac. Iſennachius amicus & aliȷ̄, Senſum concretiue cognoſcere: qa intellectus virtus ſuperior difficulter cognoſcat accidens abſtractiue: ergo a fortiori ſenſus: quare cōcretiue cognoſcit & ſimul ſubſtantiā cum accidente per modum vnius rei & obiecti. ¶At contraria ſententia ſemper mihi viſa eſt æquior ſenſum cognoſcere ſenſibile ſolū abſtractiue: Nam primo iuxta diuerſam ſententiā, ſubſtantia ſenſibile per ſe: cum ſenſatione propria ſentiret̃ qua ſenſus per ſe ſentit: ſecundo ſenſus id ſentit/quod ſpecies repreſentant: at ſpecies albedinis albedinem repreſentant, non album: Item nulla prorſus eſt difficultas intelligendi ſenſibilia abſtractiue: Experiamur in analphabetico de omnibus coloribus abſtractiue loquente: Item hoc ſentit/quod eſt præſens: In ſacramento altaris albedo ſola eſt preſens: ergo illa ſola ſentitur: Et tamen quomodo ſenſus habet ad albedinem in ſacramento ſic ſe habet ad alias albedines. ¶Fateor tamen ꝙ poteſt iudicare concretiue/ſicut ibi iudicio ſuo ſenſus decipitur: Sed ꝙ apprehenſio prima ſenſus ſit concretiua nō abſtractiua apud me eſt impoſſibile: quia ſic nullum eſſet ſenſibile propriū: tamen ſi loquant̃ de iudicio concretiuo: aſſentior eis: non memini iam: quis meas partes tueatur. Inuenio Lutream Ertphurdię ſic tenuiſſe

De ſcd'o. exiſtimat G. Ochā. q. 12. quarti. Marſil. q. 3. primi. Adam Goddā in primo. Oēm noticiam ſenſitiuā tam interiorem ꝙ exteriorem for- G. Ochā Marſilius Ad. god.

maliter eſſe incomplexã & vnam: q̄uis ſit complexa æquiualenter: quia ad talem vel talem apprehenſionem ſequit̃ appetitus rei vel fuga: vnde ſic viſionem rei Marſil. nõ in uno/ſed pluribus ponit p̄dicamentis ſimul. ¶ Alia eſt ſententia Card. Camerac. q. 3. Intelligibilior certe neſcio an verior, noticiam ſenſitiuã maxime interiorem etiam eſſe complexam. vide. q. 1. prologi.

Camerac.

Dubium, II. An tantum quinq̃ ſint ſenſibilia communia?

Præmit. I. Senſibile per ſe eſſe qđ per propriã ſpeciem ſentit̃, Sed ſenſibile per accidens ſentitur ad ſpecies alterius rei: ſicut campana per ſpecies ſoni: Vnde nulla ſubſtãtia eſt per ſe ſenſibilis. ¶ Senſibile per ſe eſt duplex. ſ. cõmune & ꝓpriũ: ꝓpriũ ꝙ ab vno tantũ, cõmune ꝙ a pluribus ſenſibus pcipi poteſt. ¶ Quod variã intelligit: primo ꝙ magnitudo ſit res diſtincta a re magna: & illud accidens a pluribus ſenſibus ſentiat̃: Et ſic ſenſibilia cõmunia ſunt quinq̃ res: Illud improbauim⁹ 1. phy. Nam quis ſomniator dixit ſe videre magnitudinem/quę nõ ſit color vel lux: Nam cũ per ſe videret & intuitiue: iam certus eſſet magnitudinem realiter diſtingui a re magna & colore: Si dicis ſenſibilia cõmunia nõ ſentiunt̃ per ꝓprias ſpecies (ſicut dici ſolet) ſed per ſpecies ſenſibiliũ propriorũ. ¶ Contra iam das ſenſibile cõmune, nõ ſentiri per ſe/ſed per accidens. ¶ Porro ſi fugere inſtituiſti, dicis viſum videre diſtincte albedinem: & tantũ videnti non eſſe euidens an albedinis gradus ſint diſtincti. Dico te nõ euadere: quia gradus albedinis penetratiue facere vnum: qđ viſu diſcerni non poſſunt: at magnitudo ſi eſt tale accidens vt dicis nõ facit vnum cũ colore. Immo ex hoc loco potiſſime reuincit̃ magnitudinem nõ diſtingui a re magna: q̃m magnitudo videt̃ per ſe: & nihil videtur per ſe niſi color: ergo magnitudo eſt color. maior eſt Ariſt. hic minor in ſeq. cap. ¶ D. Iſenach. amicus noſter nimis logice coartat poſt Bruxel. tantũ quinq̃ eſſe ſenſibilia cõmunia. i. quinq̃ eſſe terminos ſpeciuoce diſtinctos &c̃. at illũ modũ loquendi nimis (vt ita dicam) noĩalem, alibi in philoſophia reali/quę eſt primariũ intentionũ, nõ admiſimus. ¶ Ideo mentem potius q̃ verba eius teneamus & dicamus cũ Burid. Ocham, Arim. & cõi, Senſibile dici cõmune nõ/quia a pluribus ſenſib⁹ percipiat̃ idem numero per ſe: ſed qa plures ſenſus percipiunt obiectũ propriũ tale: vt magnitudo eſt ſenſibile cõmune: quia quilibet ſenſus pcipit ſuum ſenſibile magnũ: & ſic ſunt quinq̃ ſenſibilia cõia de quo in ſeq. Concordant prædicta Auguſt. 2. li. de li. arb. cap. 3.

Ariſtot. Iſennach. Buridan. G. Ochã G. Arim. Auguſt.


Præmit. II. Quis aliqui hic preterea[n]t modum quomodo ſenſibilia cõmunia a ſenſu iudicent̃, vt Tartaret. Burid. Camerac. Vſing. Lutrea, & ipſe quoq̃ Ariſt. anteſignanus: tamen pręſtat dicere/q̃uis mediç videat̃ eſſe ſcientię. ¶ Et primo de magnitudine. dico primo magnitudo eſt res magna: Sentire magnitudinem eſt ſentire ſenſibile ꝓpriũ eſſe magnũ. 2. ſolus ſenſus viſus & tactus percipiunt ſenſibile proprie magnũ: at alij ſenſus percipiunt bene ipſum eſſe maius vel minus intenſiue vel extenſiue. ¶ Corol. Melius ergo dixit Auer. improbando Themiſt. nõ quodlibet ſenſibile cõmune a quinq̃ ſenſibus pcipi: quia non quantitatem & figurã: ſed bene illa tria ſ. motũ quietem & numerum: tamen Simplicius videt̃ eſſe medius eorũ ſ. ꝙ quodlibet ſenſibile cõmune ſit a quolibet ſenſu pceptibile confuſe/ſed non diſtincte. ¶ Tertio dico ſenſum ſic pcipere magnitudinem: quoniã viſio fit per pyramidem cuius conus eſt in oculo, & baſis in re viſa. ꝓpoſitõe xix. primę pſis perſpecti.

Tartaret. Buridan. Camera. Vſingeñ. Lutre. Ariſtot. Auerr. Themiſt. Simpli.



Viſibile itẽ multiplicat ſpecies ſuas pyramidaliter in quolibet puncto medij ꝓpoſitõe. 4. ibi. Scd̃m ergo quantitatem anguli coni, rep̃ſentat̃ res maior vel minor ut hic videt̃.

¶ Infero ad tria. primo eadem res quanto fuerit oculo propinquior tanto apparet maior: patet qa angulus coni erit maior. ¶ Scd̃o hinc fit vt quantitas rei immoderate diſtantis, nõ eſt oculo certificabilis, vt quãtitas ſtellæ. ¶ Tertio tamen iudicium ſenſus nõ fertur abſolute ſuper magnitudine anguli ipſius coni: ſed adhibita & perpenſa diſtantia: quoniã ſi res remotior fecerit æqualem angulũ cum re ꝓpinqua: certum eſt remotiorem eſſe maiorem: ſi cætera ſint æqualia ſ. medium vniforme &c̃.



Præmit, III. Alterum ſenſibile eſſe figurã: cuius ſit ordine partiũ ad totũ & aliqua eſt ſuperficialis vt circulus, aliqua corporea vt ſphæra. Secũdo dico triplex eſt figura ſ. plana conuexa & concaua. Dico tertio figuram ſic percipi primo enim figurę quoad extremitates percipiunt̃ ſicut ſitus de quo ſtatim. Dico quarto quoad medias partes: tunc iudicat ſenſus figurã eſſe planã/quando partes centrales & extremales æque fortiter mouent: qñ autem centrales debilius mouent/iudicat concauum: quando fortius iudicat conuexũ. ¶ Dico quinto hinc fit vt ſpeciebus variatis varietur iudicium ſenſus & fallatur: puta in muro albo remoto eſt depictus niger circulus: & qa album fortius mouet nigro: ideo ſenſus illa ratiõe nõ ppenſa, iudicat murum in medio eſſe concauũ a remotis.



Dico ſexto ꝙ tam magnitudinem q̃ figurã tactus iudicat per applicationem.

Præmit. IIII. Tertiũ ſenſibile cõmune eſſe ſitũ quomodo aũt ſenſus percipiat ſitum ſenſibilis ſui, dico primo, ſpecies ſenſibiles ſunt ſubiectiue in organo, non in aĩa. Dico. 2. organũ ſenſus eſſe quantum: & ita ſpecies diuerſimode ſituari in oculo

Dico.3, ſcđm quod ſpecies reiſituatur altius in oculo, in dextro vel ſiniſtro: ſcđm hoc iudicatur ipſum ſenſibile ſituari ſicut tradunt perſpectiui.

Dico.4. hinc fit vt turris ꝓpior iudicetur altior: quia ſpecies eius altius ſituatur in oculo ꝙ remotioris. Dico quinto hinc fit vt ambulanti in planitie contra partes remotiores appareant altiores.



Præmit. V. Quartū ſenſibile cōmune eſſe numerū: quia ſenſus percipit numerū rerum ſenſatarū in vniuerſali pcipiendo eorū diſcretionem & multitudinem. 2. dico ſenſum pcipere etiā in particulari numerū iudicando res ſenſatas eſſe paucas aut multas. 3. dico ꝙ ſenſus hoc poteſt per plura iudicare ſ. per lucem interpoſitā, per colorem interpoſitum, per obſcuritatem intermediā, per ordinationem ſuperficierū. 4. dico nunꝙ tamen percipere ſenſum multitudinem rerū quoad rationem diſcretiuā ſ. binariā, ternariā &c. quia hoc ſolius eſt intellectus, Idcirco Marſil. q.27. primi ait hic numerū capi materialiter pro multitudine: vn de Gallina neſcit numerū pullorū. 5. dico tactus pcipit numerū ſenſibiliū per diſtantiā mediā inter aliqua: auditus vero per tempus mediū cadens inter ſonos: vel per hoc qđ percipit differentiā inter grauitatem & acutiem ſoni: applica ſimiliter de alijs ſenſibus. *Marſilius*

Præmit. VI. Motū eſſe ſenſibile cōmune: dico primo ſenſum nō percipere motū niſi pcipiat duo mobilia ſ. vnū quieſcens, aliud motū: aut duo difformiter mota. Dico ſcđo ſenſum nō iudicare de motu ſine memoria: quia ſine memoria nō poterit iudicare partes nunc aliter ſe habere ꝙ prius. Corolř. animalia imperfecta carentia memoria carēt iudicio motus. Dico tertio ſenſum ſentire motum pcipiendo rem aliter ſe habere quo ad partes inter ſe: aut ad aliam rem, aut ad ipſum viſum. Nam qñ res appropinquat viſui videt̃ continue ſub angulo obtuſiori: contra quando elongatur, videtur ſub acutiori, Iſtis ſic præmiſſis

Reſpondet Tantū quinꝗ ſunt ſenſibilia cōmunia, ſcđm ſpeciem, loquendo de ſenſibilibus cōmuniter vſitatis & irreducibilibus, Hoc pro tanto addidimus: quia longe plures ſunt intentiões comprehenſibiles ꝙ iſtæ quinꝗ ſ. continuatio, ſeparatio, aſperitas, pulchritudo, ſimilitudo &c. vt patet ꝓpoſitione. 55. primę partis cōis pſpectiuę.

Articulus. IIII

Ratio. I. Senſus eſt virtus tantum paſſiua & non actiua: ergo antecedens probat̃ quia Ariſt. ex intentione contra Plato. in textu ꝓbat ꝙ ſentiri ſit moueri & pati, Quod ſi dicis ſenſum pati ſubiectiue/ & agere nihilominus ad ſenſatiōem. ¶ Contra Ariſt. voluit differre ſenſum & intellectum/ in eo qđ ſenſus eſſet virtus paſſiua/ & intellectus actiua Et tamen ſi iſta fuiſſet mens Ariſt. tunc æque debuiſſet dixiſſe intellectū eſſe virtutem paſſiuā: quia etiam ipſe recipit ſubiectiue intellectiõem ad quā agit. ¶ Confirmat̃ quia aliqs ſenſus agit ad extra vt viſus baſiliſci: ergo nōn eſt virtus paſſiua. *Ariſtot.* *Ariſtot.*

II. Et eſt ratio Plotini de ſenſu & memoria. Si ſenſus eſt paſſiuus reſpectu obiecti imprimentis ſpēm: ergo ad videndū cœlū nō oportet erigere oculos: probat̃ quia apprehenſa ſpecie: tunc ſenſus poſſidet ſpeciem: ergo amplius nō quærit ſpeciem: & ſic poterit ſentire qñ vult. ¶ Si dicis ſpeciem nō poſſideri ab oculo ſine obiecto. ¶ Contra forma conſeruatur a materia & nō ab agente: modo ſpecies eſt forma. Scđo quia oculus poſſidet ſpecies lucis ſolaris poſteaꝙ vidit fortiter in ſolem. ¶ Confirmatur quia tunc ſenſus aliqñ eſſet rubeus aliquando albus: cum ſenſus per te, debeat eſſe talis in potentia/ quale eſt ſenſibile in actu: & agens nititur aſſimilare ſibi paſſum: plures rationes habet Plotinus & difficiles: Sueſſa tamen eas ſoluit. *Plotinus.* *Plotin.* *Sueſſa*

III. Et eſt ratio Nyphi contra Iandun. & cōem. Senſatio nō diſtinguit̃ a ſpecie ſenſibili. probatur Omne agens potens in aliquā formā poteſt in omne cōſequens eſſentialiter formā: eſt regula Auer. 8. phyſ com.4. & 32. Item.4. cœli com.22. & 25 Sed ſenſibile extrinſecum poteſt in ſpeciem: ergo poſſet in ſenſationem: & tunc fruſtra daretur ſenſus agens. ¶ Confirmat̃ quia præaccepta ſpecie in ſenſu: vel ipſa eſt actiua ſenſationis: & tunc ſenſus agens erit ocioſus, Si autem eſt paſſiua: ergo erit in potentia contradictionis. ¶ Confirmat̃ ſecundo Omne agens qđ poteſt inducere ſummā diſpoſitionem pro aliquo actu poteſt & in ipſum actum, Auerr.7. metaph. Com.31. Sed ſenſibile poteſt introducere ſpeciem/ quę eſt diſpoſitio ſenſatiōis: ergo poteſt in ipſam ſenſationem. *Nyphus* *Iandun.* *Auerr.* *Auerr.* *Commentator*

IIII. Senſibile decipitur circa propriū obiectum, probatur cane audiente organa hydraulica iudicat ſonum nō delectabilem/ & hydraula, iudicat delectabilem: ergo alter decipit̃. Similiter aſinus iudicat tribulos delectabiles/ & nō leo. Similiter canis venaticus iudicat ferā latere in loco/ in quo venator non iudicat eam latere. Sic ieiunus iudicat fœtere allij cōmeſtores. Sic poma ſtiptica pueris apparent dulcia.

Reſpondet Ad. I. Q. quia triplex fuit antiquorum ſententia: primo Plato (vt ait Alphar.) poſuit ſenſibilia omnia congenita animę. 2. Empedo. poſuit ſenſationem eſſe realem tranſmutatiōnem ſenſus a ſenſibili, nō ſpiritualem. 3. Democ. negauit mediū eſſe neceſſariū: Diſſentiens Ariſto. Platoni dixit ſentire eſſe moueri & pati: ad quod ſufficit pati ſubiectiue contra Plat. quamuis etiam agat. ¶ Ad replicam dico primo ꝙ aliter intellectus eſt paſſiuus/ qui nōn operatur per organum corporeum: quoniam ſenſus ratione diſpoſitionis organi etiam eſt paſſiuus. Secundo dicas melius ꝙ intellectus eſt duplex ſ. agens & poſſibilis: vnus agit, alius patitur ſubiectiue, Ita etiam duplex eſt ſenſus ſ. agens. ¶ Ad cōfirmationem dico viſum baſiliſci agere ad extra per accidens propter venenum coniunctum. *Plato* *Alpharabius* *Empedo.* *Democr.* *Ariſtot.* *Plato.*

Ad.II. Dicitur bene argumentandi: nam ſpecies dependet ab obiecto, Ad replicam dico formã de pendere a materia/verum eſt ꝙ dependet ab efficiente in ſolo fieri: ſed ſpecies dependent ab obiecto non ſolum in fieri/ſed etiam in eſſe. De ſpeciebus ſolaribus, dico hoc nõ eſſe propter ſpecies, ſed vel propter virtutem debilitatiuã ſimul cum ſpeciebus impreſſam ſcđm G. Ocham, aut propter fortem immutationem ſpiritus viſiui ſcđm cõmunem. ¶ Ad confirmationem nego ſequelã: ad probationem dico ſenſum eſſe talem in actu repreſentatiue/quale eſt ſenſibile; non tamen formaliter. De aſſimilatione dico agens aſſimilare ſibi paſſũ vniuocũ: ibi eſt actio æquiuoca: etiam hic aſſimilat ſibi paſſum quantum poteſt: hoc autem fit repreſentatiue hic. G. Ochã

Ad.III. Negando aſſumptũ: ad probationem concedo totum / ꝙ obiectum poteſt in ſpeciem, & in ſenſationem: & nego ergo ſenſus agens fruſtra ponitur: & ratio eſt quia obiectũ ſolũ eſt cauſa partialis ſenſationis & ſimiliter potentia, vt diximus, Per idem ſoluitur confirmatio: quia ſenſus non eſt ocioſus: cum partialiter agat. ¶ Pariter dicitur ad ſecundã confirmationem, poſſe ſenſibile in ſenſationem partialiter.

Ad.IIII. Dico Canis non decipit: quia iudicat ſibi non eſſe delectabilem ſonũ: quia non eſt ſibi ꝓportionatus/ qui tamen eſt ꝓportionatus homini. Idem de aſino/quia eſt cibus ſibi conueniens: & vt Catho ἀγελάστος ridens ait Similes habent labra lactucas. Canis venaticus excellit hoĩem odoratu: ideo certius iudicat, Qui comedit alliũ, non iudicat alium fœtere, ob indiſpoſitionem organi. Idem de vltimo. ¶ Adde Simpliciũ qui credidit ſenſum eſſe tantum actiuũ: quia ſenſoriũ animatum bene recipiat ſpecies: & ita patiat: ſed ſenſus vi quadam intima cognoſcat & iudicet: & ad eum ſenſum torquet verba Ariſto. ꝙ ſentire ſit pati ſ. quo ad ſenſorium. Catho Simplici. Ariſtot.

De Viſu & viſibili. Cap. IIII.

CVius igitur viſus eſt ꝑceptiuus id eſt viſibile. Viſibile vero eſt color: & id qđ 1
oratione quidem explicare ac dicere licet. Nomine aũt caret atq; id ipſũ maxi Cõcluſio
me patebit cum vlterius ꝓcedemus. Viſibile igitur eſt color: hic aũt eſt id qđ
eſt in eo qđ per ſe viſibile eſt. per ſe vero non ratione: ſed quia in ſe cauſam habet vt
ſit viſibile. ¶ Color aũt omnis motiuus eſt eius qđ eſt ꝑſpicuũ actu: & id eſt ipſius 2
natura. Quaꝓpter nõ eſt viſibile abſq; luce: ſed omnis vniuſcuiuſq; color in lumine Cõcluſio.
ſane videt. Quamobrem quidnam ſit ipſum lumen: prius dicere declarareq; oportet.
¶ Eſt igitur aliquid. Perſpicuũ autem id dico: quod eſt quidem viſibile. Non eſt 3
autem vt ſimpliciter dicam per ſe: ſed per alienum colorem viſibile. Atq; res talis eſt Perſpicuũ
aer & aqua & ſolidorũ complura vt vitrum & glacies & huiuſmodi corpora: nõ eñ
aqua vel aer vt eſt aqua vel aer perſpicuũ eſt: ſed quia natura eadem ineſt in his vtriſ
q;: & in perpetuo ſupero corpore. Lumen aũt actus eſt huiuſce perſpicui ea nimirũ Lumen
ratione qua perſpicuũ eſt. At id eſt potentia: in quo nunc id ipſum ineſt: nunc tene
bræ: atq; lumen quaſi perſpicui color eſt: cum eſt perſpicuũ actu ab igne vel ab hu Tenebræ
iuſcemodi corpore: quale eſt ipſum ſuperũ corpus: nam huic ineſt aliquid vnum &
idem. ¶ Quid igitur eſt perſpicuũ diximus: & quid etiam lumen: nam neq; ignis 4
eſt: neq; omnino corpus. neq; corporis eſt vllius defluxus: eſſet enim quoddam hoc Cõcluſio.
quoq; pacto profecto corpus: ſed eſt ignis vel huiuſcemodi cuiuſdam in perſpicuo
præſentia corporis: fieri nanq; non poteſt vt in eodem ſint duo corpora ſimul. Vi
detur aũt tenebris contrariũ eſſe lumen: At tenebræ priuatio ſunt talis habitus: atq; Autoritas
ignis vel corporis talis abſentia a perſpicuo: quare patet huiuſce præſentiã eſſe lumen.
¶ Atq; non recte dixit Empedocles & ſi quis itidem cenſuit. lumen ferri atq; exten 5
di tandem inter terrã & continens. noſq; id ipſum latere: hoc enim & rationis me Improba
tas egreditur: & eſt præter ea nimirũ quę apparent: in paruo nanq; ſpacio motus for tio Empe.
taſſe lateret: ſed ab ortu ſolis ad occaſum tanti corporis motũ latere: magna nimirũ ꝓ
fecto eſt poſtulatio. ¶ At q coloris qdem id eſt ſuſceptiuũ qđ colore vacat: ſoni au 6
tem: id quod ſono. Vacat autem colore perſpicuũ ipſum: & inuiſibile vel id quod De medio
vix tandem videtur. quale id eſſe videtur: quod tenebris eſt affectum: atq; tale eſt concluſio.

ipſum vt patet perſpicuũ,attamen non cũm eſt perſpicuum actu:ſed cum potentia:ea
7 dem enim natura modo eſt tenebrę modo lumen. ¶ At vero nõ vniuerſa viſibilia in
Cõcluſio lumine ſunt viſibilia:ſed ſolum vniuſcuiuſq; proprius color. Non nulla nanq; in lu-
negatiua. mine quidem non videntur:in tenebris autem efficiunt ſenſum: vt ea quę apparent
ignea atq; ſplendent. Hæc autem noĩe carent vno vt fungus cornu piſcium capita &
ſquamę & oculi.ſed nullius horum proprius color videtur:atq; quã ob cauſam hæc
viſibilia ſunt,Alia ratio eſt. Nunc tantum patet id inquam quod in lumine videtur
eſſe colorem:quo circa ſine lumine non videtur:hæc eſt enim ſane coloris ratio eſſe
inquam eius motiuũ quod eſt perſpicuum actu. Actus autem perſpicuus lumen eſt
vti diximus:id ita eſſe ex eo tanq; e manifeſto ſigno patere poteſt: nam ſi quiſpiã id
quod habet colorem ſuper ipſum viſum poſuerit.nõ ſane videbit ſed color quidem
mouet perſpicuum vt aerem:ob hoc autem cum ſit continuus ſenſus inſtrumentum
mouetur.¶ Nõ enim hoc loco recte ſentire videtur Democritus:qui quidem putat,
8 Improba ſi medium ſpacium vacuum fiat: formicam etiam ſi ſit in cœlo exacte perfecteq; vi-
tio Demo deri.Etenim ipſum fieri non poteſt viſio nanq; fit patiente aliquid ſenſitiuo:at vt pa-
criti. tiatur ab ipſo colore qui videtur fieri nequit.Reſtat igitur vt a medio: quare neceſſe
eſt aliquod eſſe medium inter colorem ipſum & viſum:quod ſi id vacuum fiat non
Autoritaſ modo non exacte,ſed neq; quicq; omnino videtur: quam igitur ob cauſam neceſſe
9 eſt in lumine colorem videri diximus.¶ At ignis in vtriſq; plane videt̃: in tenebris
Cõcluſio inquam atq; in lumine:id autem neceſſario accidit.Ipſum enim perſpicuum ab hoc
perſpicuum fit. Eadem autem eſt & de ſono & de odore etiam ratio: nihil eẽ ipſo
rum ſenſus inſtrumentum tangens efficit ſenſum:ſed ab odore quidem & ſono mo-
uetur medium: ab hoc autem vtrunq; ſenſuum inſtrumentum.Quod ſi quiſpiam ſu
Autoritas per ipſum inſtrumentum ſenſus vel id quod ſonat vel id quod olet poſuerit: nullus
profecto ſenſus efficietur ſimili modo res ſeſe habet in tactu & etiam guſtu: ſed non
10 Medium apparet.quam autem ob cauſam:poſtea dicetur ac patebit: Atq; medium quidem in
ſonis eſt aer:in odoribus autem nomine vacat. Nam vt perſpicuum in colore cõmu
nis eſt quidam affectus in aere atq; aqua:ſic alius quidam in odoribus eſt affectus:
qui quidem ineſt in his vtriſq; in aere inquam & aqua. Videtur enim & animalium
ea quę verſantur in aquis ſenſum odoris habere. Verum homo cæterumq; animan-
tia quę degunt in terra:atq; reſpirant:nequeunt ſine reſpiratione olfacere:& cauſa etiã
huiuſce poſterius explicabitur.

Explanatio tex.

Cum de ſenſu egiſſet in cõmuni: iam proſequitur de eo in ſpecie:& primo de viſu.

I. Color eſt viſibilis,probatur quia huius ſenſibilis eſt viſus.

II Color non videtur ſine lumine,probatur quia color eſt motiuus actu perſpicui. ſed actu diaphonum non eſt ſine lumine.

Diffinitio III. Perſpicuum eſt q ſua natura non eſt viſibile/ſed alieno viſibili. Lumen eſt actus perſpicui inquantum perſpicuum: Tenebrę dicuntur perſpicua in potentia:quando enim perſpicua carent lumine tenebræ dicuntur.

IIII. Lumen eſt a corpore/ſed nõ eſt corpus.patet quia fieri non poteſt vt duo corpora ſint ſimul.

Empedo. V. Quare non recte dixit Emped.lumen ferri ſubito inter terram & cœlum: ita q nos non percipere mus motum luminis: ſed ait Ariſt.nimiũ poſtulat nos latere motũ q fit ab oriẽte in occidentẽ

VI. Medium videndi non eſt coloratũ vel viſibile,quia ſic ſono caret,ſoni medium.

VII. Non oĩa viſibilia lumine videntur:ſed quæ propriũ habent colorem:patet de noctilucis.

VIII. Democritus errauit arbitratus nos melius videre ſine medio:probatur quia oportet ſenſibile prius immutare medium q ſenſum: nam ſi ponatur ſupra ſenſum nõ cauſat ſenſationem: Et hoc idem contingit in aliĳs ſenſibus. Democri.

IX. Aliqua ſunt viſibilia & in lumine & in tenebris:patet de flamma quę reddit mediũ pſpicuũ.

X. Medium in viſu eſt aer vel aqua,in ſono aer,in olfactu mediũ caret noĩe:nam aĩalia in aquis olfaciũt;aĩalia tñ in terris nõ olfaciũt ſine reſpiratõe.

Annotatio.

Ariſtot. Auicenna Ariſto. tractatum ſuum a viſu incepit: nec obeſt ratio Auicen. in. 6. naturaliũ / volentis auſpicari debere a tactu: qui ſit ſenſuum cõmuniſſimus: quoniam etſi tactus ſit prior cõmunitate: tamen viſus vt recte Simplicius tradit, eſt prior nobilitate: Simplici. quod comprobat ex nobilitate organi ſ. oculi, potentię viſiuę / quę eſt promptiſſima ad actum, & obiecti ꝙ ratõe luminis habet affinitatem cũ ſole. 2. Triplex habemus viſibile ſ. in lumine, in tenebris, & vtroq;.

Simpli. Plato 2. Color hic diffinitur quatenus viſibilis, nõ quatenus color de quo de ſenſu & ſenſato. Simpli.

4. Hic Platonem improbat: qui credidit lumen eſſe formam igneam: viſumq; eſſe defluxum corporis ſpirituoſi per medium. Nyphus citat Iamblychum in cõmen. Timęi. Proculus vero dixit, lumen eſſe corpus diuinum per aeris minutas particulas diuiſum: ambę ſententię ab Ariſt. refelluntur. Nyphus Iambly. Proculus Ariſtot.

7. De noctelucentibus Ariſto. non tradit cauſam: ſed Auer. ait poſt Soſigenẽ præceptorem Alexandri, ꝙ in eis ſit natura parum lucidi: & illud latet in maiori lumine: ſicut cãdela nõ illuminat in die: clarius dixit G. Reiſchius præceptor noſter: ꝙ talia noctiluca habent intrinſecum & connatum lumen: nam in vermiculis qui ſunt ſine ſanguine & frigidi: partes igneę circa locum digeſtionis concurrunt: & ibi lucent, Sic cum piſces ſint frigidi & in frigido elemento: ideo natura ſquamas præuidet duras & terreſtres, partes igneas conſeruantes pro fortificatione caloris naturalis, In lignis putridis, ignis cum humido aereo ad extremitates colligitur, hæc præceptor. Auerr. Soſigena Alexand. G. Reiſch

10. Medium ſoni aer. Contra obĳcitur etiã aquã eſſe medium vt infra dicit: & Simplicius teſtatur medium ſoni ab interpretibus appellatum διηχὲς: ſoluit Simplicius ꝙ hic dixerit medium in quo fit ſonus notabilior. Simpli.

Explicatio ſcholaſtica:

Q. II.

An viſus ſit coloris pceptiuus adęquate?

Articulus. I.

Nota. I. Quia viſus eſt ſenſibus alĳs nobilior & excellentior, vt Auguſt. quoq; teſtaẽ li. 11. de trinita. cap. 2. quem & Origenes extollit: ob idq; eũ prę cæteris diligimus ait Ariſtot. primo metaph. Ideo ab iſto materiam ſenſuũ merito auſpicamur: qđ & G. Niſſenus fecit. ¶ Vnde ſcias penes quem libet ſenſum, potentiam, obiectum, organum, medium & modũ ſentiendi. ¶ Vnde potentia viſiua eſt potentia ſenſitiua apprehenſiua viſibilis in oculo, mediante corpore diaphono: vbi habes & obiectum, organum & medium. ¶ Viſibilia enumerantur tria ſ. lux, lumen, & color: rectius omiſeris lumen plurium ſententia: at de hoc iam plura. Auguſt. Origenes Ariſtot. G. Niſſe.

¶ Vnde lux eſt qualitas in corpore lucidum ipſum faciens, & perfectio tranſlucentis vt tranſlucens eſt. ſequitur primo ꝙ lux eſt accidens, de quo in dubio: Sequitur ſecundo in quo ſit, & quomodo ab alĳs differat: nam luminare, eſt res habens lucem: Lux eſt forma accidentalis lucidi: lumen autem eſt imago lucis, ſeu ſpecies lucis primaria: Vmbra eſt ſpecies lucis ſecundaria: Radius eſt lumen & ſpecies lucis directa ſeu vnita: Radioſum eſt corpus bene politum & terſum a quo reflectunẽ radĳ: Splendor eſt radius reflexus a corpore polito: Ob id autem Ariſt. dixit lumen eſſe actum diaphoni: quia cũ aer ſit potentia tranſlucens, lux per lumen diffuſum facit ipſum actu tranſparentem: de luce & lumine plura art. III. Ariſtot.

Nota. II. Colorem dupliciter vſurpari: large & ſic eſt qualitas alteratiua viſus de potẽtia ad actũ: facit viſum in potentia, videre actu: & ſic lux eſt color: ita etiã vulgares vtuntur illo termino: Strictius color eſt qualitas ſecunda mixti ex actione qualitatum primarum genita, immutatiua viſus: & ſic diſtinguitur contra lucem & lumen: & diffinitur ab Ariſtotele in paruis. Color eſt extremitas corporis perſpicui in corpore terminato. Vbi aduerte non diffiniri colorem in genere: quia diffinitio non conuenit colori exiſtenti in profundo: ſed diffiniri ſolum colorem in potentia ꝓpinqua viſibilem: qualis eſt in ſuperficie: aduerte ſecundo colorem non eſſe extremitatem identice / ſed ſolũ per inhæſionem / quia inhæret extremitati. Aduerte tercio in corpore terminato, hoc eſt opaco & non tranſparenti: ſic dictum quia terminet viſum: Nam ſi aeris regio in infinitum protenderetur nullo opaco occurrente nihil uideretur: ſicut modo fit cœlo ſereno: vbi tamen viſus decipitur iudicando blauũ: aut ꝙ lumen vaporibus incidens eum præſtet colorem, ¶ Adde poſtremo hic diuerſas eſſe de generatõe colorũ ſententias de q̃bus in paruis. Ariſtot.

Nota. III. Medium viſionis eſſe aerem vel aquã & quodcunq; aliud tranſparens ſeu diaphonũ illuminatum, vt vitrum, chryſtallus, glacies &c. quo modo autem lumen & propter quid requiraẽ art. III. dicturi ſumus. ¶ Organum autem viſus eſt oculus quatuor pelliculis ſeu tunicis & tribus humoribus integratus: prima tunica dicitur coniunctiua ſeu conſolidatiua: quæ totum oculũ continet: quare pinguis eſt & fortis / nõ tamen diaphona: ideo in anteriori parte foramen habet, tranſitum ſpeciebus prębens. Secunda tunica diciẽ cornea, cornu albo & ſubtili ſimillima, clara, lucida & dura: eſt autem diaphona, ſpeciebus pꝛuia. Tercia eſt Vuea, nigra vt vua: nam in ea glacialis claritas aliquo modo obſcuraẽ: & ſpecies in ea reſplendent: ſicut plumbum ſubĳcitur vitro, in conſtitutione ſpeculi: in antea lenis, intrinſecus villoſa: in priori parte foramen habet / vt ſit ſpeciebus peruia. Quarta rareti araneę ſimilis, hinc aranea dicitur omniũ ſubtiliſſima. ¶ Similiter tres habet humores ſ. albugineum, vitreum & chryſtallinũ: Chryſtallinus eſt interior, in aranea: hunc circundat vitreus, ruborem ex ſanguine venarũ oculum tangentiũ (quem digerit) habet, Albugineus uero eſt inter araneam & vueam cuſtodiens chryſtallo idem a duricie corneæ & villoſitate vueæ. hæc ex G. Rei. Char. G. Reiſch

Nota.IIII. Q a cerebro & ſenſu cõmuni deſcẽdit neruus qui dicit opticus.i.viſiuus: nam ὀπτικὸς viſiuũ dicitur: qui circa oculos fit bifidus: bifidi etiam veniunt a cerebro: & partes inſtar fiſtularum ampliantur: & ad oculũ terminant. ¶ Vnde tunc viſio fit hoc modo: poſteaq̃ lumen incidit ſupra colorem, deſcinduntur ſpecies viſibiles coloris via multiplicationis pyramidaliter vſq; ad oculum: vbi recipiuntur in humorem chryſtallinum: vbi ſpiritus viſiuus lucidus & clarus a cerebro per opticum neruũ deſcendens a ſpeciebus immutatur: & ſic confuſa ſenſatione regredit: a quo anima excitata videns ſpiritum viſibilem immutatum, via aſſimilationis producit viſionem obiecto ſimilem: per quam diſcreta ſenſatione ipſum obiectum percipit, Et ſic patet ſpiritum viſiuũ eſſe incoloratũ: qui ab omniũ colorum ſpeciebus immutatur: non aũt per duos oculos iudicamus rem viſam eſſe duas: cum rami nerui optici in vnũ coeant: & ita iudicant rem viſam eſſe vnã nõ duas.

Articulus.II.

Concluſio. Viſus eſt perceptiuus coloris large loquendo de colore adæquate: ſic ſ. quod nihil eſt viſibile niſi color: & omnis color eſt viſibilis: Non cures hic argumenta ſophiſtica: at de hoc articulo.IIII.

Articulus III.

Dubium.I. An ſpecies ſenſibiles ſint ponendæ?

Quia in modo videndi ſpecierũ meminimus: ideo earum naturã hic fuſius explicabimus.

G Arim. Camerac.

Præmit.I. Conformiter ad mentem Gre. Arim. diſt.7.ſecundi.q.3.& Cameracẽ.in tractatu de anima: ſpecies in noſtra materia plures habet ſignificantias. primo vſurpatur pro omni forma ad noticiam rei concurrente. 2.pro forma quę eſt ratio cognoſcendi. 3.pro ſimilitudine rei cognitę. 4.pro ſimilitudine rei manente in anima poſtq̃ deſijt cognoſcere. ¶ Dicam more meo ſpecies capit primo pro actu: & dicitur ſpecies expreſſa: ſic lapis non eſt in anima/ſed ſpecies eius.i.cognitio. 2.pro habitu & eſt ſpecies derelicta. 3.pro ſimilitudine vel pulchritudine rei. 4.pro præuio cognitionis ab obiecto deciſo: & eſt ſpecies ſenſibilis dicitur ſpecies multiplicata impreſſa: quam ſic diffinies. Species eſt idolum ſiue ſimilitudo obiecti, ab eo deciſum & eius repræſentatiuũ.

Paul Scriptoris in diſt.3.primi ponit xx. acceptiões ſpeciei: ſed ad quid.

Vide.3. de anima

G.Ochã Gabriel

Præmit.II. Duas eſſe contrarias ſententias an tales ſpecies ſenſibiles ſint ponẽdæ: Prima eſt G.de Ochã.q.17.&.q.18.ſecundi negantis ſpecies ſenſibiles: quam adhuc prolixius refert Gab.diſt.3.ſecundi.q.2.in compendio dicas.I. Ad ſenſatõem non requiritur, niſi debita præſentia obiecti ad ſenſum aduertentem. 2.Non enim oportet mouens eſſe ſimul cum moto, niſi virtualiter. 3.Videtur ergo color aliquando abſq; hoc quod aliqd imprimat in medio vel in ſenſu. 4.Poteſt tamẽ contingere q obiectum cauſat qualitatem ſimilis rationis tam in medio q̃ in organo: patet de radijs penetrantibus feneſtram depictam: cuius colores reddunt in pariete obiecto: ſimiliter viſo intenſe lucido, viſus adhuc iudicat ſe videre illud lucidum, ob luciditatem oculo impreſſam. 5.Poteſt quoq; obiectũ ex natura ſua imprimere in ſenſum vnam aliam qualitatem confortatiuam viſus aut debilitatiuã, Sicut viridi recreamur, albo excellenti offendimur.

Alia eſt ſententia cõmunis antiquorum & iuniorum: quam his accipe. 1.Obiectum ſenſibile ob ſui materialitatem per eſſentiam in organo recipi non poteſt. 2.Ideo de ſe imaginem a ſenſu receptibilem producit ſeu de ſe deſcindit. 3.Nõ tamen pducit illam ſpeciem in organo, quin pri⁹ producat ipſam in medio. 4.Non eſt vna ſpecies in numero quę deferat ab obiecto vſq; ad ſenſum: cum accidens non migret de ſubiecto in ſubiectum. 5.Sed via multiplicationis continuo pducitur alia & alia ſpecies vſq; ad organũ ſenſus. 6.Nõ tamen eſt idem modus pducendi ſpeciem & eiuſdem & diuerſorum ſenſuum. 7.Nam aliquando ſenſibile diffundit & multiplicat ſe realiter/aliquando ſolum intentionaliter: primũ patet de lumine quod eſt ſpecies lucis primaria; Item de odore, colore, ſono &c̃. nam odor diffundit aliqñ ſe realiter ad certam diſtantiam, vltra quã diffundit ſe poſtea intentionaliter. ſecundũ patet in coloribus. 8 Species viſibiles multiplicantur pyramidaliter ad organũ viſus in ſphera: ſonus tamen multiplicatur ſpiraliter: & aliæ ſpecies omnes ſpherice: de ſono & alijs dicemus ſuo loco. 9. Quia ſpecies habent eſſe depuratum & intentionale: ideo non contrariant nec permiſcentur. 10. Quare duę candelę lucentes in eodem cubili circa idem opacum, diuerſas relinquunt vmbras: & album & nigrum ſimul diſtincte videri poſſunt: eo q ſpecies ſunt impermixtæ: & obiectis contrarijs ipſa non contrariantur. 10.Quamuis vere & realiter in ſe ſint materiales: attamen reſpectiue ad eorum obiecta, vel ad alias ſpecies dicuntur ſpirituales: & iſtud ſecundũ liquet de ſpeciebus viſibilibus & audibilibus: nã a remotis citius videmus ligna ſecantem & ictum/q̃ audiamus ictũ: ſic coruſcationem videmus anteq̃ tonitru audiamus; cũ tamen tonitruũ ſit prius. 11.Species intendunt & remittunt: ſemper enim propinquiores ſunt fortiores remotioribus/& rectę reflexis. 12.An ſpecies videri poſſint eſt probleuma neutrum: nam lumen videri eſt certũ/quod eſt ſpecies: multis apparet probabile ſpecies ita poſſe condenſari maxime in corpore polito/aut dum fortiter lumine actuantur/ut videri poſſint: primum apparet in ſpeculo. ſecundum patet radijs ſolaribus feneſtrã coloratam penetrantibus, in pariete obiecto. 13. Tamen probabilius apparet ſpecies coloris nõ videantur: ſed ipſum obiectum videatur per ſpecies huiuſmodi reflexas: vnde ante ſpeculum, non videmus imaginem in ipſo/ſed verũ hominem ſtantem ante ipſum. 14 Decipitur tamen viſus/qui iudicat ſe videre ſcd̃m lineã rectã/q videt ſcd̃m

reflexam : vnde etiam iudicat diſtantiã maiorem vel minorem, ac ſi linea reflexa eſſet in longum & rectũ porrecta. 15. Dicunt ergo ſpecies ſenſibiles, non quia ſentiant: ſed quia immutant ſenſum/ aut quia repręſentant ſenſui rem ſenſibilem: 16. Sicut ab obiecto deſcindunt ſpecies ſenſibiles: ita a ſenſatione exteriori deſcindunt intentiones vſq; ad ſenſum cõmunem. 17. Vnde intentiones illę nihil aliud ſunt q̃ ſpecies ſenſibiles interiores: ſiue de illis in ſenſu cõmuni intelligas: ſiue de memoria: quid aũt de ſpeciebus intelligibilibus iudicandum ſit: ſuo loco non reticebimus: habes hanc ſententiam fideliter declaratam.

Reſpondet. Species ſenſibiles a qualitatib⁹ ſenſibilibus realiter & ſpeciuoce diſtinctæ, ſunt aſſerendę/ dependentes tamen ab obiecto in eſſe & fieri. primũ probat quia cõmuniter receptũ ab Al-
Albert. berto, Thoma, Scoto, & quaſi tota ſchola, Greg.
Thomas. Arimiñ. Io. Gerſon in centilogio, Burid. hic, Mar
Scotus ſil. in abbreuiat phyſicæ, Aliaceñ. &c. Præterea
G. Arim. negare ſpecies ſenſibiles eſt eneruare fundamentũ
Gerſon totius perſpectiuę/ quę eſt vna de ſcientijs medijs
Buridan. vt patet. 2. phyſ. Et experimur ſpecies lucis, & in
Marſilius multis alijs non poſſumus ſaluare experientias de refractionibus ſine ſpecie viſibili & adhuc minus
G. Ochã de ſpeculis: vbi quis dicitur etiam ſcd̃m Ochã videre per lineam reflexã: quęro quę alia res põt imaginari illa linea/ niſi ſpecierũ viſibiliũ.

Dubium. II. An illuminatio ſit inſtantanea?

Id quod de illuminatione ambigitur & de reliquis ſpeciebus maxime uiſibilibus dubitare poſſumus.

Præmiſſo Quid ſit mutatio inſtantanea ex. 6. phyſ. Aduerte duas pugnantes hic fuiſſe ſentẽtias.
Ariſtot. Prima eſt illuminationem fieri in inſtanti: hoc ai-
Empedo. unt eſſe de mente Ariſt. hic improbantis Emp. quoniam ſi lumen ſucceſſiue fieret a ſole: iam nos ſen-
S. Thom. tiremus in tanta diſtantia/ ſicut eſt ab oriente ad
Th. argen nos: ita tenet S. Tho. p. 1. q. 67. art. 2. Tho. Argẽ.
Nyphus. li. 2. diſt. 13. pluribus aſtruit hic Nyphus/ q̃ illuminatio ſit ſubitus ꝓuentus ipſius formę: Concedit tamen etiam eam fieri ſucceſſiue, medio nõ be-
Camera. ne diſpoſito ¶ Alia vero eſt Camera. poſt Arim.
Arimiñ. ſententia, illuminatiõem fieri in inſtanti, nõ ſcd̃m veritatem/ ſed ſcd̃m noſtram perceptibilitatem:
Ariſtot. Vnde hoc ſatis conuincit ex illo loco Ariſt. quoniam ſol nõ applicat oriçonti noſtro in inſtanti/ ſed ſucceſſiue per motum: quomodo ergo poſſet illuminare in inſtanti; quamuis præceptor noſter
G. Reiſch G. Reiſchius uoluerit Ariſt. argumentatũ ex ſuppoſitione ſ. ſi in inſtanti applicaretur ſol oriçonti noſtro: q̃ tunc illuminaret aerem in inſtanti: Tu dic ad iſtud & ad totum dubium ſcd̃m notata & definita in. 6. phyſ.

Dubium. III. An lumen requiratur propter medium, vel colores ad viſionem?

Præmit. I. Sicut lux non eſt ſubſtantia corporis lucidi ſed accidens: ita lumen eſt accidens corporis illuminati: cuius priuatiuũ eſt tenebrę/ remiſſum vero vmbra: & lumen eſt ſoboles lucis: Bene
ergo antiquos & potiſſimũ Platonem improbauit Plato.
Ariſt. qui lumen dixit eſſe corpus: vt adnotauim⁹ Ariſtot.
circa text. ¶ Vnde quia Platonici poſuerunt viſio- Plato
nem fieri extramittendo/ arbitrati ſunt ſolem eſſe quaſi oculũ totius ſphæræ: & ab illo oculo emitti ſpiritum quendam viſibilem: qui vniuerſum circũeat/ vt anima ſolis omnia videat, ac omnia intueatur vt ex Platone trahitur lib. x. de rep. & in Timæo, & in Phedone: dum ibi ait Terram puram in puro iacere cœlo/ in quo ſunt aſtra: vbi per cœ-
lum intelligit lumen. ¶ Aliqui vt Arnoldus, Ray- Arnold.
mun. Richar. de rupe ſciſſa uoluere hunc cœleſtem Raym.
ſpiritum inſitum eſſe omnibus rebus: & quintã di- Richard.
xerunt eſſentiã: Alchimiſtę fallax hominũ genus, pollicentur dein ſe poſſe ſeparare ab elementarijs rebus: & eam dicunt omnibus ægritudinibus mederi: vocant etiam aurum potabile: & eſt ſecretũ omnium magorũ; per quod ꝓmittunt ſe homines facere quaſi immortales: At tu omnia vana ficta & mẽdacia arbitrator: & ab eis nõ decipieris iuxta extrauag. Spondent extra de crim. falſi. ſpondent quas non exhibent diuitias pauperes alchimi-
ſtæ. ¶ Proculus voluit tutari Platonem hic cõtra Proculus.
Ariſt. quia lumen ſit corpus tenuiſſimũ: ſed quia a Plato
Simplicio improbat: ideo nõ diutius inſiſto. quo- Ariſtot.
niam omnes peripatetici conueniunt lumen nõ eſ- Simpli.
ſe corpus: ſed actum corporis diaphoni/ nõ vt ſit/ Sueſſa
ſed vt diaphonum ſit & tranſlucens: Sueſſa acute aſſumit lumen etiam non eſſe accidens diaphoni: at nos non facimus medium inter ſubſtantiam & accidens.

Præmit. II. Q; licet lux ſit qualitas accidentalis
ſolis vt etiam fatetur Damaſ tamen A. Augu. de Damaſ.
li. arbitrio ponit lucem obtinere primũ locum in Auguſt.
corporibus: & ſuper Geñ. li. 7. nominat lucem cor- Bonauen.
pus: Sed vt Bona. ait & Scot. diſt. 13. ſecundi lu- Scotus
cem accepit pro corpore lucido.

Præmit. III. Q; lumen eſt per ſe viſibile: quia non inconuenit ſpeciei eſſe ſpeciem; vnde lux videtur per lumen tanq̃ per ſuam ſpeciem primariã: & lumen ſicubi recipitur & reuerberat producit de ſe ſpecies ſecundarias lucis: & per illas lumen videtur: patet quia lumen ſolis recipitur in luna: & a nobis videtur lumen lunæ; ergo hoc erit per lumen ſecundarium.

Præmit. IIII. Tres eſſe ſuper quęſito ſententias. Thomas
Prima eſt S. Thomę & Auerr. lumen requiri pro- Auerr.
pter medium; adeo q̃ ſi poſſibile eſſet ipſum medium illuminari abſq; actuatione coloris: q̃ color adhuc videretur: quoniam eſt ſuapte natura viſibi-
lis. ¶ Aliter ſenſit Albert. & Auenpache lumen re- Albert.
quiri propter colorem: ita q̃ color non eſt obiectũ Auenpach
per ſe viſus, nec per ſe viſibilis: lucidum autem eſt viſibile per ſe: & color nõ eſt viſibilis niſi ratione lucidi. ¶ Tertia eſt ſententia/ lumen propter verũ q̃ requiri & propter mediũ, & propter colorem: Vnde color per ſe non ſufficit deſcindere ſpecies viſibiles/ niſi ſit actuatus lumine; ita q̃ cũ lumine

multiplicato, ſimul multiplicent̃ ſpecies coloris: Hoc aũt poteſt dupliciter contingere: primo quia color habet in ſe lumen incorporatum & congenitum: ſicut maxime habet albedo, vt in paruis dicturi ſumus: Sic enim nix videtur in cubiculo tenebricoſo, & flamma a longe nocturno tempore. Secundo per lumen incidens ſuper colorem: & ita cõmuniter euenit: vnde noctiluca omnia habent lumen incorporatum/vt oculi cattorum, luporum, ligna putrida, ſquamę piſcium, vermiculi &c̃. vt ſupra meminimus.

Reſpondet. Lumen requiri ad videndum tum propter colorem, tum propter medium: at ſicut apparet magis ꝑpter colorem. De colore probatur, quia medio illuminato abſq; colore, color non videtur: De medio patet, quia medium nõ eſt ſuſceptiuum ſpecierum coloris ſine lumine: Et qd' magis propter colorem/patet quia ſtans in tenebris videt alium ſtantem in lumine/a quo tamen viciſſim non videtur: vbi eſt actuatio ſolius coloris, ſine illuminatione medij partialis ſ. in quo ſtat videns.

Dubium. IIII. An viſio fiat extramittendo aut intus ſuſcipiendo:

Præmit. I. Duas fore circa dubium ſententias extremas: vna eſt quod fiat extramittendo/alia ꝙ fiat intus ſuſcipiendo: ꝑma adhuc eſt pluſq̃ varia. 1. Emped. dixit in pellicula oculi incluſum ignem: & ita ab eo egredi radios luminoſos vſq; ad viſibile: Sed cõtra ergo nihil videremus in aqua/quę extingueret igneos radios: & nocte æque videremus/ſicut in die. 2. Plato uoluit radios quidem emitti a viſu/& alios a viſibili: ex quorũ concur-

Muſeus. ſu fieret viſio in medio. 3. Muſeus & plures alij voluerunt viſionem fieri per extramiſſionem ſubtiliſſimorũ ſpirituum in rem viſam. ¶ Hinc aiunt tantas eſſe oculorum illecebras: vt radius directus a vidente cor alterius quaſi conuulſeret: hinc in ſacra ſcriptura/oculi dicuntur mechationum pleni,

Propert. & Propertius ait Si neſcis oculi ſunt in amore duces:

Apuleius. Sic nouerca filio dixit apud Apuleium in aſino aureo. Iſti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia, meis medullis acerrimũ cõmouent incendium. ¶ Et nedum in amore/ſed & in omnibus affectibus, oculus quaſi ductor iudicatur: Sicut enim leo cauda, equus auribus, ita homo oculis affectus mentis notificat: Hinc oculus flos animę dicitur, & nuncius cordis.

Democr. Ariſtot. ¶ Alia ſententia. Democrito & Ariſto. rectior viſa, viſionem fieri intus ſuſcipiendo ſpeciem intentionaliter ab obiecto in medio productam & pyramidaliter: ita ꝙ baſis pyramidis ſit in re viſa & conus in oculo videntis: & ſcd'm hanc

Ariſtot. **Reſpondet** Viſionem fieri per intus ſuſceptionem ſpecierum viſibilium: patet per Ariſt. nõ enim videtur quomodo oculus exiſtens tam paruus ſufficeret ad diffuſionem radioꝝ uſq; ad aſtra.

Articulus. IIII

Ratio. I. Nullus color eſt adæquatũ obiectũ viſus: ergo color nõ eſt adęquatũ obiectũ. tenet conſequentia a ſubalternante ad ſubalternatam. Confirmatur ſol eſt uiſibilis: & non eſt coloratus: quia cœlum non recipit peregrinas impreſſiones: ergo non omne viſibile eſt coloratum. ¶ Confirmatur Antichriſtus eſt viſibilis: & tamen non eſt coloratus/quia non eſt.

II. Species ſenſibiles non ſunt ponendę: ergo: antecedens patet quia non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate: Et intelligo neceſſitatem vel autoritatis experientiæ, aut rationis: Sed nullum illorũ hic vrget: ergo talis pluralitas ſpecierũ nõ eſt ponenda: minor patet quia autoritates poſſunt exponi de actu vel habitu: nulla adeſt experientia: quia ſpecies non ſentiuntur: Nec aliqua ratio/quia nõ oportet mouens eſſe ſimul cum moto/niſi virtute. ¶ Confirmatur quia alias in eodem ſubiecto eſſent duo accidentia ſolum numero diſtincta: & non facerent vnum: patet de luminibus duarum candelarum ardentiũ: quę ſunt ſimul in medio: ſimiliter ſpecies duarum albedinũ in duobus parietibus.

III. Quædam colorata uidentur ſine lumine: ergo propter colorem nõ requiritur lumen: antecedens patet de ſquamis piſcium. Item color eſt ſenſibile per ſe: ergo non indiget alio lumine per quod videatur. Confirmatur lumen impedit viſionem/ut patet in ſole: ergo non promouet: Contra ſtellę videntur in nocte tenebroſa ſine lumine.

IIII. Viſio fit intus ſuſcipiendo, probatur quia Ariſtot. de animalibus ait, profundos oculos melius videre: quia radij procedentes ab oculis minus diſperguntur: Similiter experimur/ꝙ acute uolentes videre oculos comprimunt, & quaſi claudunt. Experimur etiam oculos lupoꝝ radios emittere, & oculum percuſſum ſcintillare.

Reſpondet Diſtinguendo conſequens, quia vel color ſtat determinate pro ſingularibus: tunc concedo totum: At in ſcientijs vbi fit abſtractio ab hic & nunc: & ita etiam a ſingularibus/quorũ nõ eſt ſcientia/termini habent ſuppoſitionem cõfuſam: & ergo ſufficit hic ꝙ nihil videatur niſi color. ¶ Ad annexum cœlum non eſt coloratum ſtricte admitto: large nego. ¶ Ad confirmationem diſtinguo de viſibili/vel ampliat pro materiali: ſic antichriſtus eſt viſibilis: vel ſolum pro formali: & tunc non eſt viſibilis: ſimile habes de riſibili in quinq; vocibus.

Ad. II. Dico ꝙ ad ſpecies ponendas eſt autoritas totius ſcientię ꝑſpectiuę: eſt expientia in ſpeculo, in lumine, in refractione radiorũ &c̃. unde experimur ſpẽs: ſed nõ experimur ipſas eſſe ſpẽs: Præterea eſto ꝙ nõ experimur ſpẽs: tñ experimur aliq̃/quę ſaluare nõ poſſumus/ſine ſpeciebus: vt de baculo fracto in aqua: de denario viſo aqua ſupfuſa: qui alioquin nõ videret̃: Fatemur tamen illam rationem non vrgere de ſimultate moti & mouentis. ¶ Ad confirmationem dicit amicus noſter Iſe

G. Reiſch
Ariſtot.

nachius ꝙ poſſint eſſe in eodem duo lumina / quia non ſint educta de potentia materiæ / ſed in inſtanti: hoc nos negauimus. G. Reiſchius Chartuſ. ait Ariſt. intelligi de accidentibus realibus, abſolutis, per motum eductis: modo duo lumina ſunt intentionalia: Non releuat: quia adhuc ſunt realia Dic tu / ꝙ duo lumina non faciunt vnū / nec duæ ſpecies diuerſorum obiectorum: quia quodlibet lumen habet propriā cauſam a qua dependet nedū in fieri: ſed etiā in conſeruari, Et igitur nō poſſunt cōmiſceri / vel facere vnum.

Ad. III. Colorata videntur ſine lumine extrinſeco / ſed non extrinſeco: ſic ſtellæ: Color eſt ſenſibile per ſe. i. propriam ſpeciem: ſed adhuc indiget alio. ſ. lumine. Lumen excellens impedit viſionem.

Ad. IIII. Do Ariſtotelem ibi locutum ad mentem antiquorum: tamen ratio eſt quia ſic bene & vnite recipiunt conum pyramidis viſualis. ¶ Ad experientiam primam dico clauſuram oculi non fieri / vt lumen ex eo exprimatur: ſed vt virtus viſiua cum ſpiritu circa humorem criſtallinum adiuuetur & confortetur: quoniam omnis virtus vnita eſt, fortior ſeipſa diſperſa. ¶ Ad ſecundam experientiam admitto ſcintillationes oculorum: ſed hæ nō proderunt ad viſionem: ſed quia oculi ſunt politi: & plurimum luminis congeniti habent. Ariſtot.

De auditu. Cap. V.

NVnc autem poſt hæc de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaꝗ ſonus duplex. Quidam enim eſt actu: quidam potentia ſonus. Nam corporum quædam non habere dicimus ſonum: vt ſpongiam lanam & huiuſcemodi: quædam habere: vt æs & quæcunꝗ ſolida leuiaꝗ ſunt: quia poſſunt ſonare id eſt inter ſe & auditum: ſonum efficere. ¶ Fit autem actu ſonus alicuius ſemper ad aliquid & in aliquo. Ictus eſt enim qui ſonum efficit ipſum. Qua propter fieri non poteſt: vt ſi vnum ſit corpus ſonus efficiatur. Quippe cum aliud ſit id quod verberat: aliud quod verberatur. Quare id quod ſonat: ad aliquid ſonat. ¶ Sine autem latione nunꝗ efficitur ictus: atꝗ vti diximus non quorumuis ictus corporum ſine vllo diſcrimine ſonus eſt. Nullum enim efficit ſonum: ſi percuſſa fuerit lana: ſed æs & quæcunꝗ ſunt leuia concauaꝗ: æs quidem quia corpus eſt leue. Concaua vero quia per reflexiones quamplures poſt primū efficiunt ictus: quippe cum non poſſit aer motus ac agitatus exire. ¶ Præterea auditur quidem ſonus & in aere & in aqua: at vero nec aer eſt auctor ſoni: nec aqua: ſed opus eſt: vt inter ſeſe ſolidorum corporum atꝗ ad aerem ictus fiat. Quod quidem tum fit: cum aer percuſſus permanet: neꝗ diffunditur. Qua propter ſi cito vehementerꝗ percutiatur: ſonat. Opus eſt enim vt percutientis motus diffuſionem præueniat aeris: perinde atꝗ ſi cumulum aut aceruum arenę cum fertur velociter quiſpiam verberet. ¶ Fit autem echo ſonitus inquam is qui poſt ſonū reſultat cum aer factus vnus ob vas vel locū qui terminauit ipſum atꝗ diffluí prohibuit: inde reſilit veluti pila repulſus: videtur autem talis ſonitus fieri ſemper: ſed non ſemper clarus efficitur: nam & in ſono perinde atꝗ in lumine fit: lumen enim ſemper refrangitur alioquin non fieret lumen vbiꝗ: ſed eſſent extra locum eum tenebræ: quo radij ſolis perueniunt. Verum non ita ſemper refrangitur vt vmbram efficiat qua terminare lumen ſolemus: quod quidem tum fit. Cum ab aqua vel aere cæteriſꝗ leuibus vt patet reflectitur. ¶ Recte autem a veteribus audiendi vacuo tribuitur auctoritas: nam aer vacuum eſſe videtur. Is autem eſt qui audire facit. Cum continuus vnusꝗ fuerit agitatus. Verum quia fragilis eſt non perſonat: niſi id quod eſt percuſſum ſit leue. Tum enim vnus ipſe ſimul ob planitiem ipſam euadit leuis nanꝗ corporis planum eſt vnum. Id igitur ſonum efficit: quod mouet vſꝗ ad auditum continuatione aere vnum. ¶ Ineſt autem auditui quidam inſitus aer: atꝗ cum auditus in aere ſit. Cum externus

Intentio 1
Diuiſio ſoni
2 Cōcluſio
Cōcluſio
4 Medium
5 Echo
6 Antiquorum ſententia
7 Aer cōnaturaľ auri

Corollar. aer mouetur:& internus mouetur ac agitatur. Qua propter animal non omni audit ex parte:neq; quouis aer pertranſit & penetrat:quippe cum animatum non ha-
8 beat aerem vbiq;:quo poſſit quauis ſua parte moueri. ¶ Ipſe igitur aer vacat ex ſe:
Aer aſon⁹ ſono quia facile diſpergitur ac diſſoluitur: verum cum prohibetur diſſolui motio tum ipſius eſt ſonus:at is aer qui in auribus eſt collocatus intus eſt conditus: vt ſit
Corolŕ. immobilis:atq; hoc vt exacte ſentiat differentias omnes motus. ¶ Et propter hoc in aqua etiam audimus: quia non ingreditur in ipſum inſitum aerem: nec in aurem ob obliquitatis ipſius aqua. Quod ſi acciderit non audimus:nec item ſi ægrotauerit ipſa membrana. Quemadmodum etiam non videmus cum ea pellis ægro-
Probaŕ a ſigno tat quę pupillam complectitur. ¶ At enim ſignum id eſt audiendi vel non audiendi:nam auris ſemper perſonat perinde ac cornu. Semper enim aer inſitus motu ſuo quodam in auribus agitatur. Verum ipſe ſonus alienus eſt & non proprius:& propterea veteres vacuo nos inquiunt audire ac perſonante: quia audimus eo q̃ deter-
9 minatum aerem habet. ¶ Sed vtrum horum duorum ſonet. Vtrum id quod verbe
Dubium ratur:an id quod verberat. At conſtat vtrunq; ſonare: modo autem diuerſo. Sonus
Rñſio. enim motio eſt eius:quod eo motu moueri poteſt:quo mouentur ea quę reſiliunt a corporibus leuibus. Cum quiſpiam percutit. Nec omne quoduis tam verberatū q̃ verberans ſonum efficit:vti diximus. Non enim vt patet ſonus efficitur:ſi acus feriat acum:ſed opus eſt vt id quod verberatur ſit planum:quo ſimul aer inde reſili-
10 Drãe ſonorum a ſimili at:totus ue concutiatur. ¶ Atq; differentię ſonorū actu ſono manifeſte fieri ſolent. Nam vt abſq; lumine non videntur colores:ſic neq; acutum graueq; ſine ſono diſcernitur:hæc autem a tangibilibus tranſlatione dicuntur. Acutum nanq; multum in breui tempore ſenſum mouet:graue vero longo in tempore parum. Non igitur idem eſt acutum & velox:neq; graue tardumq; ſed fit alterius quidem motus propter velocitatem talis: alterius autem talis ob tarditatem. Et ſimilia eſſe videntur acuto atq; obtuſo:quę ſunt in tactu. Nam acutum quidem quaſi pungit: obtuſum autem quaſi pellit:quia illud in pauco:hoc in multo tempore mouet. Quare fit vt
c illud ſit velox:hoc tardum. Atq; de ſono quidem determinatum ſit hactenus.
11 de voce ¶ Vox autem ſonus quidam eſt animantis: nil enim inanimatorum vocem habet: ſed ſimilitudine quædam dicuntur vocem emittere: vt tibia lira cæteraq; inanima
Similia voci ta:quæcunq; extenſionem concentum & locutionem habent: horum enim ſoni ſimiles eſſe voci videntur:quia vox & hæc eadem habet. Atqui complura ſunt animalium quę non eliciunt vocem:vt ea quę ſanguinis expertia ſunt. Et eorum quæ ſanguinem habent piſces:atq; id non abſq; ratione:ſi quidem ſonus motio quædā aeris eſt: ſed qui vocem dicuntur emittere vt acheloi fluuij piſces:ſi branchis ſane ſonitant:vel aliqua ſimili parte. Vox autem & ſonus eſt animalis:& non quauis efficitur ſine diſcrimine parte:ſed cum aliquo percutiente aliquid & in aliquo quod quidem eſt aer ſonus effici ſoleat:iure profecto vocem animalium ea ſolum habe-
12 Simile bunt quę ſuſcipiunt aerem. ¶ Iam enim ipſa natura vt ad guſtum & locutionem vtitur lingua:quorum guſtus quidem neceſſarium eſt:qua propter pluribus ineſt:in
applicatō terpretatio vero eſt gratia boni: ſic & aere qui reſpiratione trahitur ad duas vtitur operationes:ad internum inquam diſponendum calorem:quod quidem eſt neceſſarium & cauſam in alijs explicabimus:& ad vocem etiam conficiendam ob bonū.
13 De reſpi- ¶ Inſtrumentum autem reſpirandi fauces ſunt:pulmoq; id eſt gratia cuius eſt iſta

pars. Nam ea quæ gradiunt̃ hac in parte plus habent caloris: q̃ cætera. Is præterea locus qui circa cor eſt: primus reſpiratione nimirum eget. Icci rco neceſſarium eſt aerem ingredi reſpiratione attractum. ¶ Quare vox eſt ictus aeris reſpiratione attracti: qui quidem ab anima fit: ea quę his in partibus collocatur ad eam partem quæ gurgulio appellatur. Non enim omnis quiuis animalis ſonus vox eſt: vti diximus: fit enim vt & lingua ſonus efficiatur: & etiam vt tuſſientes efficiunt vocem ſpirantem aut reſpirantem: ſed aerem detinentem: ſed oportet & animatum ſit id quod verberat & aliqua cum imaginatione. Vox enim ſonus quidam eſt ſignificatiuus: & non aeris eius qui reſpiratione trahitur vti tuſſis: ſed hoc ferit aerem eũ: qui eſt in gurgulione ad ipſum. Signum autem eſt non poſſe quenq̃ edere vocem ſpirantem aut reſpirantem: ſed aerem retinentem. Detinens aut eñ aerem hoc ipſo nimirum mouet. ¶ Patet autem & quam ob cauſam piſces vocem non fundunt: fauces enim non habent: at hanc partem non habent: quia non ſuſcipiunt aerem neq̃ reſpirant. Sed qui ita dicunt vehementer aberrant. Quam autem ob cauſam alius ſermo eſt.

14 Diuiſio vocis

Probaẽ a ſigno

15 Corol. de piſcibus

Explanatio tex.

Diximus de viſu: iam auditus ſequitur.

I. Aliqua ſonant actu; aliqua potentia ſonant/ſi pulſentur: aliqua nec actu nec potentia vt lana, ſpongia.

II. Ad ſonum concurrunt tria, ſcilicet verberans, verberatum, & medium. Corollar. Vna res ſola non edit ſonum.

III. Sonus non fit ſine motu. probatur, quia ictus fit motu: vnde concaua edunt maiores ſonos: cum aer ſæpius ibi reuerberetur: cum exire non poſſit.

IIII. Sonus fit in aere & aqua: & hoc quando corpora ſolida accedunt præuenientia diuiſionem aeris.

V. Echo fit ſemper cum ſono. Eſt enim Echo reflexio ſoni aere reſiliente, ab aliquo corpore eius diffuſionem prohibente. probatur concluſio quia lumen ſemper refrangitur. ergo & ſonus.

VI. Antiqui dixerunt ſonũ audiri in vacuo: quia fit in aere: & ipſi aerem iudicarunt eſſe inane & vacuum.

VII. Auditus habet aerem connaturalem: quia moto aere exteriore, excitatur aer interior: & ſic melius fit auditio: Ideo animal non audit ex omni parte: ſed ſolum vbi habet iſtum aerem connaturalem. Coroll.

VIII. Aer exterior ex ſe vacat ſono: niſi prohibeatur: tunc ipſius motio eſt ſonus: ſed aer congenitus animali eſt immobilis. Coroll. Inde in aqua etiam audimus: ſi tamen aqua ingreditur aurem, non audimus: patet in ſimili de oculo: probatur a ſigno: quia admota manu ad aurem, videtur nobis aer interior ſemper ſonare: eſt autem ſonus alienus, non proprius.

IX. An verberans vel verberatum ſonet. Reſpondetur, vtrunq̃ ſonat/ſed diuerſo modo: aere ſ. fortiter reſiliente a verberato.

X. Differentię ſonorum ſunt acutum, graue: & dicuntur de ſono per ſimilitudinem a tangibilibus: acutum gignitur velociori motu, graue tardiori.

XI. Vox eſt ſonus animalis/licet non omnis: quia ſolum animalia quę ſuſcipiunt aerem vociferant.

XII. Aere reſpirato ad duas vtitur operationes ſ. ad internum calorem refrigerandũ / & ad vocem edendam: ſicut lingua guſtamus & loquimur.

XIII Inſtrumentum reſpirationis ſunt pulmo, fauces: Reſpirantia ſunt gradientia/ quia ibi plus caloris habent: Cor autem maxime indiget reſpiratione.

XIIII. Vox eſt ſonus cauſatus ab animali ex repercuſſione aeris inſpirati ad vocalem arteriam, cum imaginatione aliquid ſignificandi: Vnde tuſſi non fit vox, ſed ſonus: Signum huius eſt/quia vox non fit aerem inſpirando vel reſpirando/ſed retinendo.

XV. Piſces non vociferantur: quia nõ habent fauces aut vocalem arteriam.

Annotatio.

2. Ad ſonum concurrunt tria/intellige vel duo ſe habentia per modum duorum / vt ſi quis baculo ſonum fecerit in aere.

4. Duplex medium audiendi. ſ. aer & aqua: ex quo loco reuincitur Auer. qui aerem ſolum eſſe mediũ ſoni realis contendit: at omnes alij interpretes cõſentiunt: vnde medium audiendi διήχης dixerũt, hoc eſt perſonantiã: Sicut Themiſtius refert eos/ qui medium odoris vocarunt διοσμον, ac ſi per olaciam dixeris. Auerr. Themiſt.

5. Echo, græce ἠχώ dicitur: nam ἠχέω reſono vertitur: & eſt reciprocatio ſoni: velut Olympię porticus fuit/heptaphonon appellata. i. ſeptem vocũ.

10. Achelous fluuius Ætoliæ, quam a Carnania diuidit: piſces eius ſonitum brancis faciunt, non vocem.

13 Hic Auerroys Ariſtotelem defendit cõtra Galenum/ q̃ pectus tantum extramittat aerem calidum non pulmo. Auerr. Ariſtot. Galenus

14. Gurgulio hic pro ſpiritali fiſtula vſurpatur, & vocali arteria.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. VI.

An idem ſonus a pluribus audiatur?

Art. I.

Nota. I. Potentia auditiua eſt potentia ſenſitiua apprehenſiua ſoni in aure. ¶ Sequitur ergo ꝙ obiectum auditorij eſt ſonus: Vnde ſonus eſt qualitas ex fractiuo motu medij proueniens, permanens cum illo, alteratiua auditus de potentia ad actū: ita ſentit Auicenna & Alpharabius. ¶ Vnde tria concurrunt ad ſonum. ſ. percutiens, percuſſum, & medium ſcd'm Ariſto. in textu quę ſunt quaſi materialia ſoni. Coroll. Ergo motus cœli nō poſſunt facere ſonum & harmoniam, contra Platonem & Pythagoricos. ¶ Sic tria dicuntur formalia in ſono. primo vt percutiens & percuſſum ſint dura: hic excluditur lana. Secūdo vt ſint plana & lenia: propterea acus non cauſat ſonum tangens acum. Tertio ꝙ ſint aliquantulum concaua, vt nolæ & campanæ. Et de hoc art. III. ¶ Eſt autem ſonus duplex ſ. ſonus vox/ & ſonus non vox/ & hoc loquendo de ſono directo: quoniam ſonus reflexus, dicitur Echo: vt hæc omnia ex litera liquent. ¶ Sequitur ſonum non eſſe aerem fractum/ ſed accidens cauſatum ex fractione. contra D. Martinū Planſch de ſagis. ¶ Sequitur ſcd'o ſonum eſſe ſubiectiue in medio, non in percutiente, uel percuſſo, niſi effectiue.

(margin: Auicen. Alphara. Ariſtot. Plato M. plāſch)

Nota. II. Organum auditus eſſe in aure ſubſtantia cartilaginoſa, vt fortitudine ſua ſemper ſit patula, & tortuoſa: ne auditum lędentia facile ingredi poſſint, In illius profundo eſt os quoddam poroſum, ſiccum & durū, In oſſe rurſus pellicula eſt, quam meringam dicunt & tympanum auris, repleta aere connaturali per modum timpanulæ: a meringa neruus ad cerebrum protenditur continens ſpiritum fumalem & audibilem. ¶ Medium autem audiendi eſt tam aer ꝙ̄ aqua: nam ſilentiū facimus ſi piſces prendere voluerimus: quod ſignū eſt piſces per mediū aquę audire/ vt in textu quoꝙ annotauimus. ¶ Sequitur duplicem aerem concurrere ad auditionem, Vnū extrinſecum tanꝙ̄ medium/ alium internū, tanꝙ̄ organum, omnis ſoni expertem recipientem tantū ſpecies ſoni intentionales. ¶ Sed adde aerem internum meringę nō eſſe elementū/ ſed mixtum aereum: quoniā vt voluit Ariſto. in li. de ſenſu & ſenſato nullum purum elementum eſt organū. Auerr. vero hic com. 84. dicit ipſum eſſe aerem elementum: at videtur loqui de aere intraneo auri/ ſed non meringæ: quia loquitur de eo quem percipimus moueri/ admota manu: ille autem aer meringæ quietus eſt. Solus autem homo & ſimia ait G. Niſſenus, aures non mouent: quare monſtrum videtur nobilis ille qui aures motitat vt aſinus.

(margin: Ariſtot. Cōmentator. G. Niſſe.)

Nota. III. Antequā explicemus auditionis modum/ dicamus ſoni multiplicationem: Vnde primo omnium ſpecies ſoni multiplicantur ſucceſſiue & tardius ꝙ̄ coloris. Secundo orbiculariter ſeu ſphiraliter, non in pyramidem vt ſpecies coloris: ſed veluti circuli ſe pariunt ad proiectionem lapilli in aqua. ¶ Vnde præter alios Alberti ſententia de homine, mihi placuit, videlicet duplicem eſſe ſphæram ſoni, Vnam in aqua ſonus ad certam diſtantiam multiplicatur realiter. & huius centrum eſt res percuſſa: & durat ad tantam diſtantiam, ad quantam frangitur aer per circulationes. Altera eſt ſoni ſphæra intentionalis cuius centrum eſt tota prima ſphęra: ſed illa non recipit ſonum realem/ ſed intentionalem. i. ſpecies eius. ¶ Euenit autem ſi auditus ſit intra primam ſphæram, ſonum realem multiplicari realiter vſꝗ ad organum auditus, & dein intentionaliter ad intima organi: verum ſi ſonus realis impetuoſe ferit organum/ hoc fit cum læſione, vt in acclamante ad aurem: aut aſſueto bombardis globos proijcere: quorum aliquando auditus vel deſtruitur vel debilitatur. Et hæc poſitio optima eſt ait Sueſſa: & contra eam nullus obijcere poteſt/ niſi ſtultus: ꝙ̄uis referat Themiſtius & Alpharabius aliter ſentientes ſonum ſcilicet realem & intentionalem eſſe in eadem ſphæra: & porrigi quantum ſonus valet extendere lineas ſuas audibiles.



(margin: Albert. Sueſſa Themiſt. Alphara.)

Nota. IIII. Modum audiendi fore iſtum. Quia facto contactu corporum durorum cum violentia tunc in aere medio (eo ꝙ dura corpora non tangunt ſe immediate) producitur quædam qualitas ex fractione aeris: & eſt ſonus: qui tunc orbiculariter defluit per ſphiras & circulationes, ſicut in lapillo proiecto in aquam, ait Bœtius libro primo muſicæ, capitulo decimoquarto, perueniens tandem realiter vel intentionaliter tantum vſꝗ ad organum auditus, immutat ſpiritum audibilem cōfuſa auditione: qui per neruos ad cerebrum aſcendens, excitat animam: quę videns ſpiritum immutatum, ꝓducit ſimilem qualitatem in repręſentando: & vocatur auditio perfecta. ¶ Vnde ſi ſoni circulatio obſtaculum reperit: tunc reuertitur/ nō aliter/ ꝙ̄ circulatio in aqua lapilli, ad centrum regreditur: & ſonus echo dicitur: vt in textu meminit Ariſtoteles, Sicut experimur ſyluas nobis & valles acclamantibus: eſto ꝙ plurimū ſoni etiam ſyluas penetret: magna tamen pars verſus centrū redit: Vnde in ſtuba ſonus etiam repercutitur: verum in tam propinqua reflexione: auditus non diſcernit/ ſed iudicat vnum ſonum continuum: Et ita ſemper fit Echo ait Auerr. hic.

(margin: Boetius Ariſtot. Auerr.)

Articulus. II.

Concluſio. Vnus eſt ſonus totalis qui a pluribus auditur: plures ſunt ſoni partiales a pluribus audiri exiſtentibus infra ſphęram ſoni: ꝙ̄uis poſſit cōtingere: vt idem ſonus partialis per diuerſas ſpe

cies, extra ſphæram realem ſoni audiatur: hæ partes tres ſatis liquent ex declaratione tertij notabilis: & notanter tertia eſt Summerh. ſuper Alber.

Sūmerh. Albert.

Articulus. III.

Dub. I. An ad ſonum tria concurrant?

Quia hoc fuit dictum in tex. in annotationibus, & notabili primo: ideo oportet plene diffinire: quod fiet ſeq.

Reſpondetur. Varie generari ſonū: primo ex percuſſione duorum planorum adinuicem, aere ex eis expulſo: & potiſſimū/quando multū aeris retinent vt metalla. 2. fit ſonus ex ſciſſione ſolidi/vt frangendo pannum vel lignum: nam tunc & partes aeris franguntur: ſic etiam in fenſa. 3. fit ſonus ex percuſſione aeris in aliquid: vt dum pulmo reuerberat aerem ad partes duras tracheę arteriæ fit ſonus vox. 4. fit ſonus aeris violenta conſtrictione: vt in fiſtula, organis, in cauernis motus aer vel emiſſus. 5. fit ſonus cum partes aeris inundant ſe/vt in ventoſitatibus: Vnde in primo modo illa tria formaliter concurrunt/in alijs ſolum virtualiter.

Articulus. IIII

Ratio. I. Auditus eſt perfectior viſu: ergo prius erat de eo determinandum: Plus enim addiſcimus audiendo quam videndo: Signum huius ponit Ariſt. in paruis. quia cæci a natiuitate ſunt prudentiores ſurdis & mutis. Confirmatur ſonus non eſt ſenſibile per ſe: quia eſt aer fractus: & ita ſubſtantia: Modo ſubſtantia non eſt ſenſibilis per ſe. 2. huius. Si dicis eſt in aere: Contra omne accidens denominat ſubiectum: ſed ſonus nō denominat aerem, ſed potius rem verberatā, quę dicitur ſonora.

Ariſtot.

II. Coloratum dicitur videri/quia in eo eſt ſubiectiue color: ergo & ſonus eſt in corpore ſonante quod auditur: alioquin diceremus audio aerem/ſicut video parietem. Confirmatur aer eſt medium: ergo non eſt ſubiectum.

III. Sequeretur æqualiter diſtantes a ſono/æqualiter iudicare de ſono: quod nō fit/ſi a parte vnius flat ventus, & non alterius. Item ſi fieret per ſpecies ſequeretur quod non audiremus ſonum poſt nos/ſicut non videmus colorem retro nos. Item ſi fieret per ſpecies/tunc audiretur ſonus non exiſtens/vt de audiente & vidente a remotis ſecantem.

IIII. Si Echo eſt: vel eſt vnus ſonus realiter cū primo vel non, Si eſt vnus: tunc ſenſus decipitur iudicans eſſe duos, Si non eſt vnus ſonus: tunc non videtur quomodo fiat tam ampla ſoni multiplicatio, tam diu durans.

Reſpondetur. Q. licet auditus ſit perfectior viſu/quo ad receptionem diſciplinę: non tamen eſt perfectior ſimpliciter, ratione actus in ſe & obiecti. ¶ Ad confirmationem nego ſonum eſſe aerem fractum/eſt qualitas in aere. ¶ Ad improbationem dicit eleganter Nyphus. accidens denominat ſubiectum tenens: ſed non ſubiectū deferens. Tu dicas quod quia ſpecies rarenter vulgo ſunt cognitę: ideo vulgus non denominat aerem a ſpeciebus vel ſono: ſed magis corpus a quo editur ſonus.

Ad. II. Dico nō eſt ſimile in auditu & viſu. quia in alijs ſenſibus intelligitur ſubiectiue, in auditu effectiue: Corpus dicitur ſonorum/quia efficit ſonū: dicitur coloratū/quia habet in ſe colorem. ¶ Ad confirmationem dico quod aer propinquus eſt ſubiectum & medium: non tamen dicitur mediū reſpectu ſoni inhærentis & proximi/ſed diſtantis.

Ad. III. Dico æqualiter diſtantes, cæteris paribus æqualiter iudicare. ſ. medio & organo æqualiter diſpoſitis: hic cætera non ſunt paria. ¶ Ad annexum nego eſſe ſimile de ſpeciebus ſoni & viſus: quia viſibiles multiplicantur per pyramidem, Audibiles per orbes & circulationes: vnde fit quod audio ſonū retro, & non video colorem. ¶ Ad aliud annexum concedo: ſed verba ſentiendi ampliant, vt in dialectica diximus.

Ad. IIII. Echo eſt vnus ſonus: & ſecundum iudicium fit ſecundum ſpecies ſoni/non ſecundum ſonum in ſe.

De odoratu. Cap. VI.

DE odore vero & odorabili non æque bene atque de hiſce quę dicta ſunt diſcernere determinareque poſſumus: non enim ſic patet quale quid ſit odor: vt ſonus vel lumen vel color cuius cauſa eſt nos non habere hunc ſenſum exactum. Sed inferiorem complurium animalium ſenſu. Remiſſe nanque homo olfacit: & nihil odorabilium percipit abſque dolore vel voluptate: propterea quod ſenſus inſtrumentum huiuſce non eſt exactum atque perfectum. ¶ Atque conſentaneum eſt rationi: tam animaliū ea quę duros oculos habent ſic ſentire colores/vt non eorū percipiant differentias: niſi terrore contrarioque ipſius quam hoīm genus odores. ¶ Similē autem rationem ſubire videntur odoratus ad guſtum: & odoris ſpecies ad ſpecies ipſas ſaporū. Verum exactiorem guſtum habemus quam odoratum: ex eo quia guſtus

1 Cōcluſio. Probatur primo autoritas. 2 3

2 Cōcluſio

autoritas. tactus eſt quidam: quem quidem ſenſum homo exactiſſimū habet: in cæteris nāq;
ſenſibus vehementer a cæteris animalibus ſuperatur: at tactu longe cęteris omni-
Corollar. bus excellentius percipit. ¶ Quapropter & prudentiſſimum eſt animalium. Iudi-
autoritas. autoritas. cium autem eſt in hominum genere ob hoc inſtrumentum ſenſus: ingenioſos eſſe
ebetesue: & non ob aliud quicquam. Qui nanq; ſunt duri carne: ħ ſunt inepti men
te. Qui vero ſunt molles carne: ħ ſunt ingenioſi menteq; dextri. ¶ Vt autem ſa-
Probatio alia porum alius dulcis: alius eſt amarus. Sic & odorum quoſdam dulces: quoſdam
appellamus amaros. Verum quędam odorem habent ſaporemq; ſimilis rationis.
Dulcem inquam ſaporem. dulcemq; odorem: quædam contra. Similiter & acer
eſt & acerbus odor: & acutus & pinguis. Nam quia odores non ſunt vti diximus
manifeſti & perinde atque ſapores: ideo nomina odorum deducta ſunt a ſapori-
bus per ſimilitudinem rerum. Alius enim eſt dulcis: vt croci melliſq;: alius a-
3 Cōcluſio. cer: vt thimi ac huiuſcemodi rerū. Idem & in cæteris modus ſeruat̃. ¶ Atqui ſicut
auditus eſt audibilis atq; inaudibilis: & viſus viſibilis atq; inuiſibilis & quiſq; ſimi
4 Inodorabile liter ſenſuū: ſic & odoratus eſt odorabilis atq; inodorabilis. ¶ Inodorabile aūt mul
tipliciter dicit̃: nam & id: qđ oīno caret odore: neq; vnq; odorem habere poteſt:
& id: qđ exiguū habet: & id etiā: qđ malū tetrūq; habet odorem hoc appellari no
mine ſolet: ſimiliter & ipſum inguſtabile dicit̃. ¶ Fit aūt olfactus etiā per mediū: vt
5 Medium aerem aut aquā. Etenim animaliū ea: quę in aquis degunt: vident̃ odorem ſentire:
tam habentia q̄ non habentia ſanguinem. Sicut & ea: quę verſant̃ in aere. Horum
6 nanq; nonnulla odorem alimenti percipiunt eminus: perguntq; ad ipſum. ¶ Quo
Dubium Rñſum circa dubitationem his locus habere videtur: ſi cuncta quidem ſimiliter olfaciunt
homo vero reſpirans: non reſpirans autem ſed ſpirans aut detinens ſpiritū non ol
facit: neq; eminus neq; cominus: neq; ſi in ipſis naribus intus rem olentem poſueri
mus. Atq; ſenſum quidem non fieri: ſi in inſtrumento ſenſus res ipſa ſenſu percipi
autoritas. enda ponatur: cōmune omnibus eſt. Sed non ſentire ſine reſpiratione propriū ho-
minum eſſe videtur: quod quidem experientia late patet. Quare ea: quę ſanguinis
Alia probatio expertia ſunt. Cūm non reſpirent: ſenſum quendam præter eos ſenſus qui dicunt̃
alium habent. At id eſſe non poteſt: quippe cum odorem percipiant: ſenſus em̄ rei
Tertia probatio tam male q̄ bene olentis olfactus ſine controuerſia eſt. Præterea a vehementibus
& ipſa corrumpi vident̃ odoribus: a quibus & homo corrumpit̃: vt bituminis ſul
phuris: & ſimilium neceſſe eſt igitur ipſa olfacere: non reſpirantia tamen. Atq; hu
Differētia organorꝝ. ius inſtrumentū ſenſus in homine perinde videtur ab inſtrumento differre taliū
animantiū: atq; oculi differunt ab eorū oculis animaliū: quę duros oculos habent.
Nam animaliū ea: quę molles oculos habent: palpebras ipſas vti ſepem & tegmen
habent: quas niſi mouerint ac aperuerint: non vident: vt late patet. At ea: quę duro-
rum ſunt oculorū: nihil habent profecto tale. Sed illico res eas vident: quę in perſpi
cuo ſunt. Sic igitur & inſtrumentū olfactus in hiſce qui dicitur quę non reſpirant:
velamine caret. Perinde atq; oculus durus vt diximus. In his autem quę ſuſcipiūt
aerem habet velamen: quod cum reſpirant: aperitur venis meatibusue diſtentis.
7 Corolľ. ¶ Et iccirco quę reſpirant non olfaciunt in aqua: neceſſe eſt enim olfaciant reſpiran
do: at id in aqua facere nequeunt. Eſt autem odor ſicci: ſicut humidi ſapor. Ipſum ve
ro inſtrumentum olfactus eſt potentia tale.

Explanatio tex.

Agit de olfactu, tertio ſenſu.

I. Deo odorē nō poſſumus æque bene diffinire ſicut de dictis: primo quia habemus ſenſum hunc peiorem multis animantibus, ſecūdo quia odores non percipimus ſine delectatione vel triſtitia. tercio quia odorandi organū eſt nobis obtectū/ velut aialia habentia duros oculos, non oēs colores ſentiunt: ſed ſolum eos/ qui nocent aut proſunt.

II. Odores iudicamus ex ſaporibus, probatur primo quia guſtū habemus certū: nam guſtus eſt quidam tactus: tactum autē habemus certiſſimū: hinc enim homo prudentiſſimū animaliū dicit. probat quia duros carne hebetes, molles vero aptos mente dicimus. ſecundo probatur quia nomina ſaporum dedimus odoribus.

III. Odoratus eſt odorabilis & inodorabilis, pro batur quia eiuſdem eſt cognoſcere præſentiā ſenſibilis & abſentiam.

IIII. Inodorabile dicit tripliciter ſ. nō habens odorem, habens exiguū odorem, habens prauū odorē

V. Aer & aqua ſunt media olfaciendi: nam & piſces in aqua olfaciunt nutrimentum.

VI. Dubium eſt. An omia odoris capacia, eodem modo olfaciāt. Rū. Non: quia reſpirantia attractōe ſpūs olfaciunt: quia aīalia inſecta & ſanguine carentia nō faciūt: quod odorēt pbat textus li. et tranſlatōe

VII. Reſpirantia in aqua nō odorant: pbat quia in aqua reſpirare nequeūt & odor eſt ſicci, ſicut ſapor humidi: hinc res cū accendunt ſuauius fragrāt.

¶ Propoſitiones quę venirent annotandę/ in explicatione ſcholaſtica ventilabunt: numero autē primo in fine: ſic habet græcus Ariſto in lrā Aldina πλὴν τὸ φοβεῖσθαι καὶ ἀφοβεῖν, οὕτω δὲ καὶ τὰσ ὀσμὰς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.i. niſi terrore & cōtratio, Sic & odores hominum genus: & ſcdm hoc purga literam.


Explicatio ſcholaſtica.

Q. VII.

An homo praue odorem realem aut intentionalem ſentiat?

Art. I.

Nota I. Potentia odoratiua eſt potentia ſenſitiua apprehenſiua odoris per naſum mediante aere vel aqua, Obiectum ergo eius eſt odor. Vñ odor eſt qualitas ſecunda ex cōmixtione ſic i prędominantis cum humido, a calido digerente cauſata, alteratiua olfactus de potentia ad actum, Eius ſpecies nominanrur ſpeciebus ſaporum ſ. dulcem, amarum, ſtipticum, aromaticū, ſalſum, acetoſum, vnctuoſum, fœtidum, acutum ¶ De modo autem eius multiplicandi dixit Auicēna in. 6. parte natura lium cap. de odore/ & ante eum Plato, Alpharabius & Albefaraab babilonius/ odorem habere tantum vnum eſſe & ideo multiplicari ſolum realiter, Sed oppoſitum voluit Auer. hic com. 97. im probans eos quoniā vultures per quingenta milia ria dicuntur olfeciſſe cadauera; & quia odor multiplicatur ſpherice, Ideo fœtor cadauerum iam eſſet realiter ſparſus per mille milia. ia in circulo:



Vnde dandum eſt odorem realiter multiplicari ad aliquā diſtantiā: & ultra illam intentionaliter: Nam ſic experimur vento agitari vel impediri fœtorem: vt de vento ex Cirinea venient: ait Solinus: nam cum plura habeat animalia peſtifera/ ventus eam tranſiens eſt inſaniſſimus, Et thura cremando odorem emittunt, & fumalem euaporationem. Solinus

Nota. II. De organo olfactus aliquando fuiſſe controuerſiam. Alcmeon voluit idem eſſe organū olfactus & inſpirationis: vnde capras quaſdam dixit per aures olfacere: ſed Ariſtoteles in primo hyſtoriarum de animalibus improbat: quoniam nullum vnum organum eſt diuerſarum operationum. Alcmeon Ariſtot.

¶ Gregorius Niſſenus libro quarto cerebrum ponit olfacere in anterioribus ventriculis: vnde ait cerebrum hui: ſenſui non ſubmiſiſſe neruum ſenſitiuum: ſed in termino ſuo, neruorum eius vſum ad implere & vapores ſuſcipere. Tu dic naſum eſſe organum diſpoſitiuum: eſt autem naſus apertus/ primo vt ſuperfluitates tranſmiſſę a cerebro euacuent. 2. vt cerebrū euentet a ſpiritu intrante per ipſum: eſt enim cerebrū calidū per accidens propter fumos ipſum petentes. 3. quia ſic melius pficit ſic locutio. 4. propter ſternutatōem: nam Ariſtot. in li. hyſtoriarum ait, ſternutamentum eſſe ſignum augurale: & vnum ex ſpirituum omnium generibus ſanctum & ſacrum, Plato ait eſſe ſignum vi ſtorie. G. Niſſe. Plato

¶ Alexander Aphrodiſæus hic, ait vltimate olfactionem perfici in corde. Alexāder aphrodiſ.

Nota III. Naſum eſſe organum remotum odoratus: proxi: in quū vero eſt duæ carunculæ & paruæ portiones carnoſæ, concauæ & ſpongioſæ, ad modum duorū capitum mamillarū figuratæ in ſi ne ipſius naſi, in medio duorum oculorum in ſuperficie interiori frontis ſuſpenſæ: ſuper his eſt cooperculū/ quod ad aeris inſpirationem & reſpirationem, inſtar follis aperitur & clauditur: per has ergo carunculas diffundunt ſpecies odoris ad quādam corpus aereū recluſum in ſummitate naſi continens ſpiritum odorabilem ait Summerhardus. Sūmerha.

¶ Vnde iſte eſt modus olfaciendi. A corpore odorifero, vi caloris odor reſoluitur & per mediū realiter vel intencionaliter, aut vtroque modo diffunditur vſque ad nares: ibi inſpiratione attractus, cooperculo reuoluto ad carunculas attingit: vbi in corpore aereo ſpiritus odorabilis occurrens immutatur: qui ſic immutatus excitat animā: videns illa ſpiritum immutatum, format & exprimit ſimilem actum: & eſt olfactio. ¶ Homo autem praue

olfacit:quia debilius in nobis/ꝙ in multis, differentias odorū comprehendit, Non enim differentias medias percipimus/niſi iudicio rationis: ſed
Sueſſa cōmunes & extremas, Sueſſa Neſtoreum Rodiū
Neſtor. inducit:quamuis Simplicius huic contradicat: at
Rod. tamen primum tene/quod & Ariſt.hic & Auerr.
Simpli. dicunt.¶ Ratio huius eſt duplex, prima quidem
Ariſtot. quoniā homo in proportione ad alia animalia ha
Auerroys bet maximum cerebrum:ideo multę reſudant humiditates in carūculas,ipſas indiſponentes: adeo ꝙ olfactus redditur omnino hebes. Secundo qm̄ ſi homo excellenter olfaceret: iam ita occuparetur odoribus/adeo ꝙ impediretur a ſua ſublimi operatione: ergo conſentaneum eſt tantum extremas differentias percipere: quare verbum Simplicij in
Simpli. diuerſum eſt extra naturam: Hinc ſolet dici, Nos aper auditu,linx viſu,ſimea guſtu, Olfactu vul
G. Niſſe. tur,præcellit aranea tactu. Greg.Niſſenus ait canem viſu,auditu & olfactu excellere hominem.

Nota.IIII. Quamuis homo habeat prauū odoratum: guſtum tamen habet & tactū nobiliores, Ideo homo prudentiſſimū eſt animaliū: quod vel intellige de prudentia large/quę ſequitur imaginationem tantum:& eſt cōmunis homini & brutis:Sicut Simplicius intellexit.Vel ſuperlatiuum
Simpli. pro poſitiuo vſurpa/vt alij faciunt. Subdit ergo Ariſt.molles carne aptos mente. & Auerr.in fine
Ariſtot. com.94.ait cum inſpexeris homines intelligentes,
Auerr. ſemper inuenies eos talis diſpoſitionis, Et intellige molles carne ſ.mollicie aerea,non aquea:quo-
Mollicies niam cum mulieres ſint molliores viris (dicta eſt
Flegmatica enim mulier quaſi mollier, detracta litera r, & o, mutata ait Varro) iam eſſent etiā oēs prudētiores
Sāguinea viris.¶ Vult ergo hic Themiſt.bonitatem tactus
Themiſt. facere bonitatem temperamenti: & carnis temperatam molliciem.In corpore autem molli primus innatusq; ſpiritus animę facilius fundit: & libentius expeditiusq; diſcurrit: ecōtra duricies & craſſitudo meatus obturant ac oppilant: & quaſi repagulo ſunt: ne purus & liquidus tranſmittatur, Etenim omibus ſenſibus ſua cuiq; portio ſpiritus ad functionem & miniſterium tributa eſt:quo circa fieri/vt a prima anima quaſi præciſi, abiuncti ꝙ videantur:at caro non portioni ſpiritus/ſed ſpiritui vniuerſo deſeruit: qui ſe per omnia membra diffundit ac permeat.hæc Themiſtius.Vult ergo
Themiſt. comparando ſenſum ad intellectum vt mediū cognoſcendi:ſic quilibet ſenſus/pro ſuo ſenſibili eſt neceſſarius:ſi autem ſenſus comparentur ad intellectum, vt organa ſunt continentia inſtrumentū, per qđ intellectus ratiocinat: hoc modo tactus eſt magis neceſſarius: ſpiritus enim deſeruiens intellectui eſt totius complexionis: & ille eſt ipſius tactus:& hoc modo intelligit Ariſtot.hic:at hunc
Ariſtot. modum ait Sueſſa, ignorarunt omnes moderni,
Sueſſa Animæ enim ſequuntur corpora in quibus ſunt ſ.ſcđm operationem.

Articulus.II.

Concluſio. Homo praue olfaciens in comparatione ad alia animalia / ſentit odorem realem per intentionalem,id eſt per ſpecies ab odore realiter multiplicatas,Non ſolum enim perfunctorie & obiter ſentitur:ſed diutius inhæret naribus ait B.
B. Amb. Ambroſ.in hexa.lib.6.cap.6.vt cerebrū ſenſusq; depaſcat:ſic Indiani aliqui odore pomi viuunt: ſi verum dicunt.

Alia de odoribus vide in paruis.

Articulus.III.

Ratio.I. Homo non praue olfacit: probatur qm̄ anima hominis eſt cæteris præſtabilior, ergo & vniuerſa eius operatio, Præterea Ariſt.& Auerr. Ariſtot.
de ſenſu dicunt bruta percipiunt cortices ſenſibi Auerr.
lium/homo medullas. Confirmatur ipſe iudicat differentias oīm odorabiliū:ergo omnes ſentit.

II. Odor nō multiplicatur realiter primo quia ſic accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum. 2.qa ſic ſenſibile poſitum ſupra ſenſum ſentiretur. 3.ſi per ſpecies olfieret: iam minus notum duceret in noticiam magis noti.

III. Si homo praue odorat propter frigiditatem cerebri:ergo debuiſſet ingenioſa natura,ad alium locum tranſtuliſſe organum olfactus,Preterea homo odorat tam odores nutrimentales/ꝙ non nutrimentales:Bruta vero ſolum odores nutrimentales, ergo homo melius olfacit.

IIII. Molles carne nō recte aptos mente dicimus: quoniam ſic mulieres eſſent aptiores ad ſtudium viris. Confirmatur Ariſt.in.xxx.particula pro- Ariſtot.
bleumatum probleumate primo vult Ariſt. Omnes ſapientes fuiſſe melancolicos:nullus autem humor eſt diſtemperatior & durior illo.

Reſpondet Ad.I.ſcđm Auer.dupliciter cō Auerr.
ſiderari odores,aut quia ſenſibiles:& ſic a brutis magis percipiunt, Vel vt cadunt ſub iudicio rationis:ſic homo præſtat brutis: ſic illud dictū de ſenſu & ſenſato accipiendum eſt,hominem percipere medullas,non ratione ſenſus præciſe; ſed ratione iudicij rationis. Ad confirmationem dico per idem, contra Simplicium,hominem ſenſu per Simpli.
cipere odores extremos:& a ſigno & coniectura iudicio rationis percipit media.

Ad.II. Nego accidens migrare &c̄.quia aut odor tranſit cum ſubiecto/ſicut odor in fumo thuris:ſic in odoratione pomorū aliquid de ſubſtantia pomi abit:Ideo rugatur pomum & mareſcit. Aliquando ſine ſubiecto defertur per mediū/nō via migrationis/ſed multiplicationis/vt in q.de ſpeciebus declarauimus.Ad ſecundum dico odorem non realiter accipi in organū/ſed per ſpecies: quamuis realiter accipiat in medio, Cōmuniter dicitur,ſenſus percipit odorem extrarium,non intrarium:tu latiſſime improba:oportet enim organum ſenſus eſſe denudatum a natura ſenſibilis.Ad tertium dico non inconuenire,minus notum ducere in noticiam magis noti effectiue: licet non ſub eſſe cogniti.

Ad.III. Quia odoratus eſt ſenſitiuus:& ſenſus cōmunis eſt cōmune receptaculū omniū ſenſationū: ideo oportebat olfactū eſſe propinquū cerebro/in quo eſt ſenſus cōmunis; Præterea cum cerebrū ſit

frigidiſſimū in homine:bonum eſt ipſius frigidita tem temperari per odorem:Ideo dicit Ariſtot.de ſenſu & ſenſato. Odores non nutrimentales conferunt ad ſanitatem cerebri:licet per accidens lædant cerebrum propter excellentiam : Vnde vult Themiſtius hic.ſenſum olfactus ad menſuram datum hominibus : quatenus ſufficere poſſet habentibus acrimoniam: tantum enim habet quantum ſufficit pro vita & vtilitate : maior autem eſt vtilitas in bruto. ¶Ad annexum dico bene probare hominem plus olfacere extenſiue:quoniā non ſolum olfacit cibum/ſed etiam flores aromata: Bruta cibos,non flores olfaciunt: At bruta melius percipiunt odores intenſiue/vt in canibus liquet: qui habentes cerebrum colericum & ſiccum perfectius olfaciunt.Lampertus admittit bruta etiam percipere odores non nutrimentales:at in his non delectentur nec triſtentur.

Ariſtot.

Themiſt.

Lamptus

Ad.IIII. De mulieribus diximus art.I.not.4.ad confirmationem dico melancolicos eſſe aptos ad ſcientiam nō per ſe ratione complexionis/ ſed per accidens propter quatuor.primo quia melancolia aduſta eſt facilis inflammationis: quare ſunt fortiter inuentiui. 2.Quia ſunt infrigidabiles de leui: ideo faciliter recipiunt formas: & ita ſunt doctrinales. 3.Semoti ſunt a curis & voluptatibus:propter quod redduntur apti ad ſtudium. 4.Minus diuertunt ſenſibus ab intento ꝙ alij:quare per accidens ſunt doctiores/temperati autem per ſe:hęc Euricus ex Alpharabio & Albephar.

Euricus
Alphara.
Albefara.

De Guſtu. Cap.VII.

GVſtabile autem eſt quoddam tangibile:atqꝫ hæc eſt cauſa : vt ipſum non ſit ſenſibile per medium corpus extremū:neqꝫ enim tactus tali medio percipit: enimuero corpus etiam id,in quo tanqꝫ in materia eſt ipſe ſapor qui guſtu percipitur,humidū eſt : quod eſt tangibile quoddam.Qua propter ſi etiā eſſemus in aqua,dulce ſane ſentiremus in ipſa poſitum:& non ſenſus illius nobis per aquā, tanqꝫ per medium eſſet:ſed quia permixtū illud eſſet cum humido:quemadmodū in potione fieri ſolet.Color autem non hoc videtur ꝙ miſcetur, neqꝫ defluxibus. Non igitur,vt eſt ibi,& hic eſſe de medio dicere poſſumus:nullum enim extremū eſt mediū,vt diximus. Vt autem viſibile eſt color:ſic eſt guſtabile ſapor:atqꝫ nihil abſqꝫ humiditate ſaporis efficit ſenſum:ſed omne quod ipſius efficit,humiditatem aut tactu aut potentia nimirū habet,vt ſalſum:nam & ipſum liqueſcere poteſt facile:& linguam vt patet, cum liqueſcit,humidiorem efficere poteſt. At vero ſicuti viſus eſt viſibilis & inuiſibilis:& tenebrę nanqꝫ ſunt inuiſibiles:quas etiam viſus diſcernit:& eius quod valde ſplendidū eſt:& hoc enim inuiſibile dicitur quanqꝫ non eodem:ſed alio modo ꝙ tenebrę.Sicut igitur viſus viſibilis & inuiſibilis eſt:& auditus ſimiliter ſoni ſilentijqꝫ:quorū alterum audibile:alterū inaudibile eſt:& etiam ſoni magni perinde atqꝫ ſplendidi viſus.Nam vt paruus ſonus modo quodā inaudibilis.Sic etiam & magnus ac violentus. Inuiſibile vero multifariā dici ſolet: quoddā perinde dicitur tale:atqꝫ in cæteris etiam id:quod impoſſibile eſt quoddā hoc pacto:vt aptum quidem ſit id habere: quo videre poſſit : illo autem careat aut habeat remiſſe vel praue:vt informe dicitur:aut indoctum.Sicut igitur viſus inquā viſibilis & inuiſibilis eſt:& auditus ſimiliter:ſic & guſtus guſtabilis & inguſtabilis:quod quidem aut exiguū habet:aut prauū:aut vaſtantem guſtum ſaporem. Videtur autem potabile & impotabile eſſe principiū:vtrunqꝫ enim guſtu percipitur. Verum alterum eſt prauū guſtumqꝫ deuaſtat:alterum eſt amicū naturæ eſt autem potabile guſtui cum tactu cōmune. At vero cum guſtabile ſit humidū:neceſſe eſt & inſtrumentū ſenſus ipſius neqꝫ humidū eſſe actu : neqꝫ etiam tale : vt humectari non poſſit humidūqꝫ euadere:patitur enim aliquid guſtus ab ipſo guſtabili:ea nimirum ratione qua guſtabile eſt.Neceſſe eſt igitur inſtrumentum guſtus potentia quidem humidū eſſe:humectari autem actu ; ita autem humectari:vt eius conſer-

uetur cum humectatur & ratio. Signū autem eſt linguam: neq; cum eſt valde ſicca neq; cum eſt nimiū humida ſentire. Is enim tactus fit humidi primi perinde atq; ſi cum prægustauerit quiſpiā vehementem acremue ſaporem deinde alium guſtet: & vt in ægrotantibus fit quibus cuncta videnť amara: quia lingua ſentiunt tali humiditate referta. Species autem ſaporū ita ſeſe habent: quemadmodū caloris dulce nanq; & amarū contraria ſimplicia ſunt hæret autem dulci quidem pingue: amaro autem ſalſum. At inter hæc collocantur acre acerbū: accidunt atq; acutum hæ nāq; fere differentię videntur eſſe ſaporum. Quare guſtus quidem inſtrumentū id eſt: quod eſt potentia tale: guſtabile aūt id quod ipſum actu facere poteſt.

Explanatio tex.

Proſequitur quartum ſenſum exteriorem guſtū.

I. Guſtabile eſt quoddā tangibile. ꝓbať quia nō ſentiť medio extrinſeco/ſed intraneo. 2. quia ſapor conſiſtit in humore, ſine quo non ſentitur: modo humor eſt tangibilis.

II. Hinc in aqua ſaporem ſentimus/non ſicut per medium / ſed quia ſapor commiſceť aquæ/vt in potione: at colorem non videmus/quia ſit commiſtus medio.

III. Nihil eſt guſtabile ſine humiditate actu vel potentia: aliqua aūt ſtatim humectant vt ſalſa.

IIII. Guſtus eſt guſtabilis & inguſtabilis: probat a ſimili de viſu & auditu: diſtinguit tamen de inuiſibili ſicut priori capite de inodorabili: ita dixit triplex inguſtabile / quod nequit guſtari, quod debiliter/quod praue guſtatur.

V. Potabile eſt guſtui cum tactu cōmune.

VI. Organū ſeu ſenſorium guſtus non debet eſſe actu humidū/quamuis debeat eſſe humectabile. probať quia debet eſſe potentia tale/ſicut guſtabile eſt actu. probať a ſigno quia lingua exiſtente multū ſicca, aut multū humida, non bene guſtat/ vt in infirmis: quibus cuncta apparent amara: quia lingua eorū eſt humore amaro infecta.

VII. Species ſaporum ſunt hæ,

1. dulce	10. amarum	guſtus inſtrumentū eſt potētia tale: quale guſtabile actu.
2. pingue	9. ſalſum	
3. acre	8. auſterum	
4. acerbum	7. acidum	
5. ſuaue	6. acutum	

Annotanda in exercitio ſcholaſtico explicabim⁹: verum librariorū negligentia, litera eſt in fine corrupta, non Argyropili doctiſſimi inaduertentia: Sic enim legitur poſt dulce, amarum, pingue, & ſalſum. μεταξὺ δὲ τούτων τὸ τε δριμὺ καὶ αὐστηρόν, καὶ στρυφνόν, καὶ ὀξύ. i. at inter hæc acutum, & auſterum, & acerbum, & acetoſum collocanť. Itaq; pro accidunt in textu acidum vel acetoſum legas: ponticum autem acidum & acetoſum hic pro eodem ſumuntur: quamuis vere dixerit Simplicius. Incomprehenſibiles fere eſſe ſaporum ſpecies: quamuis Galenus hic opponat ſe Ariſtot. maxime quantum ad extremas differentias ſaporū/ vt meminit hic Auerr. com. 105. quamuis eum nō omnino repræhendat.

Argyrop.

Simplici.
Galenus
Ariſtot.
Auerr.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. VIII
An guſtus ſit quodāmodo tactus?
Articulus. I.

Nota. I. Guſtum eſſe potentiam ſenſitiuā apprehenſiuam ſaporis in lingua, mediante humore ſaliuali: Eſt ergo obiectum eius ſapor: Sapor eſt qualitas ſecunda ex commixtione humidi prædominantis cum ſicco, a calido digerente cauſata, alteratiua guſtus de potentia ad actum: vnde, ſicut in odore prędominatur ſiccum: ſic in ſapore humidū. ¶ Organum autem guſtus ſeu guſtatorium eſt neruus quidam a cerebro deſcendens in lingua ramificatus, & per eam inſtar ræthis expanſus, continens ſpiritum guſtabilem. ¶ Mediū autem guſtus eſt caro poroſa & ſpongioſa linguæ, delibuta humiditate ſaliuali: quę ab aliquibus dicitur mediū extrinſecum: Eſt enim humor iſte neceſſarius ad guſtationem: quia cum aliqua ſapida ſint ſicca, vt piper, & non guſtantur ſine humectatione vt ait Ariſto. in tex. ideo ſagax & ingenioſa natura, linguę dedit humiditatem ſaliualem comitem. Ariſtot.

Nota. II. Duplicem eſſe carnem linguæ, vna eſt poroſa & exterior: quam diximus eſſe mediū guſtandi & partem ſenſitorij: In hoc enim differunt guſtus & tactus ab alijs ſenſibus: q̄m alij habēt media extrinſeca: iſti vero habent media intrinſeca ſenſitorijs: cuius rōnem dare ſolebā: quia obiecta illorū ſenſuū ſint magis materialia & rudia: ideo q; non ea vigent ſubtilitate/ſicut obiecta aliorū ſenſuū: Præterea q̄m ſi qualitates illę per media extrinſeca quoq; ſentirenť: iam plurima damna inde ꝓuenirent: ad ſalutem ergo viuentiū, ſagax natura hoc prouidit. ¶ Alia eſt caro linguę ſolida & neruoſa: & illa eſt interior per quā expandiť neruus guſtatilis. ¶ Vnde ſic fit guſtatio: nam ſapori ferū corpus lingue admotū diffundit ſe ſapor per humorem ſaliualem, & carnem poroſam: a quo deſcinduntť tunc ſpecies in neruū linguæ, immutantes ſpiritū guſtatiuū, guſtatione cōfuſa: qui regreſſus excitat animā: quę videns ipſum immutatū, ad obiectum ſe conuertit, exprimitq; guſtationem diſtinctam cum iudicio.

Nota. III. Guſtum eſſe quodāmodo tactū, Auer. hic colligit duabus vijs. prima q͞a ſentit abſq; me- Auerr.

dio extrinſeco velut tactus. ſcďa quia tangibile &
guſtabile ſunt idem ſubiecto, Tertiā addit Ægid.
Ægidius quia coeunt in eodem ſenſorio quia in lingua eſt
guſtus & tactus. Quartā addit Alb. de hoie, quia
lingua non guſtat niſi eius vltimū ſit humido com
Ariſtot. mixtū: Hæc forte faciunt/ ꝙ Ariſto. dixit quodā⸗
vide in fine tertij modo guſtū eſſe tactum. ¶ At quia guſtus eſt ſpe⸗
cialis ſenſus: ideo dic guſtum dupliciter vſurpari
Albert. ſcďm Alb. primo vt eſt ſenſus alimenti: & ſic Py⸗
thagorici/ cum non tantū in animalibus / ſed etiā
in plantis poſuerunt: pro quanto alunt̃ relinquen⸗
do nociuū & attrahendo proficuū: Et ſic guſtus
differt a tactu vniuerſalitate & ratōe: Vniuerſali⸗
tate qm̄ tactus eſt cōmunis toti, guſtus alicui par⸗
ti. ſ. linguæ, vel ei ꝓportionali. Ratione quia gu⸗
ſtus percipit tunc primas qualitates vt ſubeunt ra
tionem alimenti: tactus vt ſubeunt rationem qua⸗
litatis. ¶ Secundo guſtus vſurpat̃ pro vi iudicati⸗
ua saporū: & tunc differt a tactu: primo quia ſic gu
ſtus ſolum ineſt animantibus perfectis. ſcďo quia
tactus eſt qualitatū primarū, guſtus qualitatis ſe⸗
cundę. ſ. ſaporis. tertio tactus ineſt toti, guſtus lin
guę: quare differunt forma, obiecto & organo.

Nota. IIII. Q. adhuc remanet difficultas: quo⸗
Auerr. niam Auer. hic vbiq; videtur dicere guſtū ſentire
& humidū & ſaporem: modo ſentire humorem eſt
tangere: præterea initiū ſaporis percipit̃ a guſtu:
Themiſt. ſed Themiſtius ait humor eſt principiū ſaporis: Si
militer actus percipit̃ cum re actuata, vt lumen cū
colore: ſed vt Simplicius dicit, humor eſt actus ſa⸗ Simpli.
porum. ¶ At tu fortiter teneas quod modo dixi⸗
mus: nam nullū ſenſibile propriū percipit̃ per ſe a
ſenſu cuius non eſt propriū: ſed humor ſentitur per
ſe a tactu: ergo non a guſtu: alioquin eſſet ſenſibile
cōmune. 2. quia Themiſt. dicit poculentū percipi Themiſt.
a guſtu & tactu: a guſtu vt ſaporem habens/ a ta⸗
ctu vt humidū. ¶ Quare dicas guſtu proprie acce⸗
pto pro potentia dijudicatiua saporū, non percipe
re humorem/ niſi per accidens/ & tanq̃ materiā:
ſicut dicimur audire campanā: Non tamen intelli
gendo/ ꝙ humor ſit ſubiectum ſaporis/ ſed potius
ipſum humidū: aut quod magis eſt de intentione
autorū, Sapor eſt in humore, ſicut in cauſa; quem⸗
admodum diffinitio quoq; indicauit.

Articulus. II.

Concluſio. Guſtus eſt quodāmodo tactus: di⸗
ſtinguunt̃ tamen illi ſenſus ſpecie, ad ſenſum datū
in q. de potentijs animę; primū autem patet ex. 3.
notabili/ quia habet magnā conuenientiā cum ta⸗
ctu, præter alios ſenſus. Vnde cōmuniter ſolet di⸗
ci. Viſus eſt ſenſus diſciplinę per inuentionem pro
priam: Auditus ſenſus diſciplinę per receptionem
ab alio, Olfactus ſenſus miniſterij: ſeruit enī guſtui
ad vitanda fœtida & noxia, Guſtus eſt ſenſus nu⸗
tritionis, Tactus eſt ſenſus cuſtodię: quia ꝓſeruat
animal a nocumentis extrinſecis. De alijs articulis
ꝙ nulla ſit difficultas, superſedeo.

De tactu. Cap. VIII.

DE tangibili autem & tactu eadem ratio eſt: nam ſi tactus non vnus ſit ſenſus 1
Sed plures: neceſſe eſt & ea: quę tactu percipiunt̃ plura ſenſibilia eſſe. Dubi Quæſtio prima
tationem aūt iſte locus habere videtur. Dubitabit aūt non iniuria quiſpiā.
Vtrum plures ſint tactus an vnus tantū. Et de inſtrumento tactus quid tandem ſit.
Vtrum ipſa caro: & id: quod in cæteris ſimile eſt carni: an ita nō ſit. Sed id quidem Q. ſcďa
ipſum ſit ſenſus huiuſce mediū: inſtrumentū aūt ipſius primū: aliud quoddā ſit in⸗
tus. ¶ Omnis eñ ſenſus vnius contrarietatis eſſe videt̃: vt viſus albi nigriq;: & au⸗ 2 Cōcluſio
ditus acuti grauiſq;: & guſtus dulcis atq; amari. At in tangibili plures inſunt cōtra⸗
rietates vt patet: eſt enim calidū, frigidū, humidū, ſiccū, molle, durū, & iſtiuſmodi
alia. Sed eſſe videt̃ ad hanc dubitatōem quædā ſolutio. Nam in cæteris etiā ſenſi⸗ Solutio
bus plures ſunt contrarietates. In voce nanq; nō ſolum eſt acumen & grauitas: ſed
etiā magnitudo & paruitas: & leuitas & aſperitas vocis & alia huiuſcemodi. Sunt
& circa calorem differentię alię tales. Verū quid nam ſit vnū obiectū tactui: ſic vnū
eſt auditui ſonus non eſſe manifeſtū videtur. ¶ Huius aūt vtrū inſtrumentū tactus
intus ſit: poſt carnem an non ſit. Sed ſtatim ſit ipſa caro: id non eſſe ſignum videtur. 3 Caro non eſt organum
Senſum inquam illico fieri: cum res tactu percipiendæ tangunt̃. Etenim ſi quis nūc
circa carnem ſubtilem pellem extenderit: deinde rem tactu percipiendā tetigerit: 4 Euacuat̃ a ſigno
ſenſus ſtatim ſimiliter fiet: & tamen in illa pelle tactus inſtrumentū non eſſe. Quod
ſi copulata fuerit: velocius vt patet: ſenſus perceptio fiet. Quapropter talis pars cor⸗ Simile
poris perinde ſeſe habere videtur: atq; ſi circumfuſus aer coniunctus eſſet nobis

ac copulatus. Tunc enim vno quodam inſtrumento profecto ſonum & colorem &
odorem videremur ſentire: & vnus quidã videretur eſſe nimirũ ſenſus: viſus: audi-
tus: atq; olfactus. Nunc autem quia ſeiunctũ eſt id per quod fiunt motus: patet in-
5 ſtrumenta iam dicta ſenſuũ eſſe diuerſa. ¶ In tactu autem id ipſum nunc latet: fieri
Cõcluſio negatiua. enim nequit vt ex aere vel aqua corpus animatũ tantũmodo conſtet: quippe cum
ſolidum quoddã eſſe oporteat. Reſtat igitur vt ex his atq; terra ſit mixtũ, quale eſt
ipſa caro & id: quod vicem ipſius ſubit. Quare neceſſe eſt ipſum corpus copulatũ
medium eſſe inter inſtrumentũ ipſius tactus & res ipſas tangibiles: per quod fiunt
6 ipſi ſenſus: qui quidem ſunt plures. ¶ Iudicat autem plures eſſe tactus hiſce: qui in
Aliud argumentũ lingua cõſiſtit: nam eadem in parte & omnes res tangibiles & ſaporem etiã ſentit.
Si igitur & cæterę partes carnis ſentirent ſaporem. Vnus idemq; tunc ſenſus vide-
retur eſſe profecto guſtus & tactus. Nunc aũt quia non fit conuerſio: duo diuerſi
7 Quęſtio ſenſus eſſe cenſent. ¶ At vero dubitabit hoc loco non iniuria quiſpiã: nam ſi corpus
quidem omne profunditatem habet: atq; hæc eſt tertia magnitudo: fieri vero ne-
quit: vt ea corpora ſeſe mutuo tangant: inter quę corpus aliquod mediũ intercedit:
humidũq; non eſt ſine corpore nec humectatũ: ſed neceſſe eſt vel aquam eſſe vel
aquam habere: qui fieri poteſt: vt corpus tangat corpus in aqua: etenim neceſſe eſt:
cum extrema non ſint ſicca: in medio aquam eſſe: qua repleta ſunt ipſa extrema. Qđ
ſi hoc eſt verum: fieri profecto non poteſt: vt corporũ tactus fiat in aqua. Eodem
etiam modo de ijs dici poteſt: quę in aere collocant. Simili nanq; modo ſeſe habet
aer ad ea: quę ſunt in ipſo: & aqua ad ea: quę ſunt in ipſa: latet autem nos magis in
hiſce: quę in aere collocantur: q̃ in naturalibus: quę ſunt in aqua: ſi humectatũ: hu-
8 mectatum tangit. ¶ Vtrum igitur omniũ ſimili modo ſit ſenſus: an ſenſuũ quidam
Dĩa tact⁹ ab alijs vt nunc videtur eodem: quidã diuerſo modo obiecta ſua percipiant. Guſtus qui-
dem & tactus tangendo: cæteri autem eminus. At id profecto non ita eſt: ſed durũ
etiam & molle per alia plane ſentimus. Quemadmodũ & id: quod ſonat & viſibile
ac odorabile. Verũ hæc quidem eminus: illa vero cominus ſentiunt. Quapropter la
Difficultas tet ſi per mediũ illa percipiant. Nam ſenſibilia cuncta per mediũ ſentiunt ſed in il-
lis id ipſum latet vt diximus. Et enimuero ſi per ſubtilem pellem: vt prius etiam eſt
dictũ: poſitã circa carnem ſentiremus omnia tangibilia ipſum non animaduerten-
tes. Sic nos tum vtiq; ſentiremus vt nunc in aere ſentimus & aqua: nunc em̃ vide-
mur res ipſas tangibiles tangere: & nullũ mediũ eſſe. Intereſt aũt inter tangibile &
ea quę ſonant & viſibilia: nam hæc quidem ſentimus: medio in nos aliquid agen-
te. At tangibilia ſentimus nõ a medio: ſed vna cum ipſo medio moti: vti fit: cũ quiſ
piam per clypeũ eſt percuſſus: non em̃ percuſſus clypeus percuſſit. Sed fit: vt am-
9 Cõpatio bo ſint ſimul percuſſi clypeus atq; miles. ¶ Omnino aũt vt aer & aqua ſeſe habent
ad viſum & auditũ atq; olfactũ. Sic caro ac lingua ſeſe ad huius inſtrumentũ ſenſus
habere videnť. Atq; nec ibi profecto: nec hic perceptio ſenſus fiet: cũ inſtrumentũ
ſenſus a re ſenſibili tangiť: vt ſi quiſpiam ſuper extremũ oculi corpus poſuerit albũ.
Ex quo etiam plane patet inſtrumentũ ſenſus ipſius quo res percipiunť tangibiles:
intus eſſe collocatũ: vt diximus. Sic enim & hoc ſenſu fiet id porro Quod in cęte-
ris ſenſibus fieri ſolet. Senſibiliũ enim ſi in ipſis inſtrumentis ponanť ſenſuũ: non
fit vt patet: perceptio. At ſi ſuper carne ponať tangibile: fit vt docet experientia ſen-
10 ſus. Quare ſine dubio ipſa caro mediũ eſt in tactu. ¶ Atqui ea tactu percipiunť: quę
Tãgibilia

corpus ſunt vt corpus eſt differentia. Dico aũt differentias eas: quę rerũ elementa diſtinguunt: calidũ: frigidũ: ſiccũ: ac humidũ: de quibus antea diximus ijs in locis in quibus de elementis ipſis tractauimus. Inſtrumentũ aũt id quo dictæ qualitates ſentiunť: & in quo primo ſenſus is collocať: quem appellare cõſueuimus tactũ: pars ea ſane eſt: quę eſt potentia talis. Sentire: nãq; pati quoddã eſt: vt diximus. Quarę id: qđ agit tale illud facit cum ſit potentia: quale eſt ipſum actu. ¶ Quocirca ſimile 11 Cõcluſio
calidũ atq; frigidũ: & durũ ac molle non ſentimus. Sed exuperationes: quia ſenſus eſt quaſi mediocritas quædã contrarietatis eis: quę in ipſis ſenſibilibus ineſt. Et propter hoc ſenſibilia ipſa diſcernit: nam mediũ ipſum extremorũ eſt iudex: fit em̃ ad vtrũq; ipſorũ alterũ extremorũ. Atq; vt id: qđ albũ nigrũq; percepturũ eſt ſenſu. Neutrũ ipſorũ actu. Sed potentia ſit vtrunq; oportet & in cæteris eodem modo: ſic & in tactu neq; calidũ neq; frigidũ id actu ſit oportet. Sed vtrunq; potentia: quod
vtrunq; eſt percepturũ. ¶ Præterea vt viſus viſibilis ac inuiſibilis quodãmodo eſt 12 Cõcluſio
vti diximus: cæteriq; ſenſus oppoſitorũ ſimiliter. Sic etiam eſt tangibilis ac intangibilis tactus. Intangibile aũt eſt etiã id: qđ exiguã admodũ differentiã tangibiliũ habet: quale paſſus eſt aer: & exuperationes etiam tangibiliũ qualia ſunt ea: quę corrumpere poſſunt. De ſenſuũ igitur vnoquoq; dictũ ſit hoc modo quaſi figura.

Explanatio textus.

Vltimũ ſenſum. ſ. tactus iam eſt abſoluturus.

I. Prima quęſtio eſt; an ſenſus tactus ſit vnus vel plures. ſcđa, an caro ſit organũ tactus, aut ei æquiualens, aut quid aliud interius latens.

II. Apparet ſenſum tactus non eſſe vnũ. probatur quia omnis ſenſus eſt vnius contrarietatis: tactus vero eſt pluriũ. ſ. humidi & ſicci, calidi & frigidi &c̃. Si dicis etiã in ſono eſt acuties & grauitas, magnitudo & paruitas: tñ hoc eſt tranſlaticie.

III. Caro non eſt ſenſoriũ tactus/ſed mediũ: probatur qã ſenſibile ſupra ſenſum nõ facit ſenſatõem ſed ſupra carnem poſitũ facit ſenſatõem ergo.

IIII. Non ſequiť carnem eſſe organum/quia carnẽ contacta, illico res ſentiať: quia ſic pellicula circa carnem extenſa eſſet organũ. Vñ ſicut ſi aer connaturalis auditui eſſet circũfuſus toti corpi/iam totũ corpus eſſet organũ auditus ita eſt hic de tactu.

V. Aer & aqua non ſunt mediũ tangendi. probať quia animatũ debet ſolidũ eſſe & firmũ: & cũ tactus organũ ſit intra carnem: oportet medium eſſe firmũ & ſolidũ/ſicut carnem/nõ fluxũ.

VI. Argumento linguę oſtenduntť eſſe plures ſenſus. probať quia ex eadem parte tangibilia percipit & ſaporabilia: & tamen ſunt duo ſenſus. ſ. guſtus & tactus: ergo a ſimili poſſent eſſe plures ſenſus tactus ex eadem parte corporis.

VII. Quęſtio eſt, an tactio fiat interueniente medio extrario. ſ. aere vel aqua. Reſpondeť. Corpora media tangunt ſe ſine aliquo corpore medio: ſed duo corpora dura non tangunt ſe immediate, corpus em̃ aliquod mediat: patet de duobus lapidibus in aqua.

VIII. In hoc tamen differť tactus a viſu & auditu quia percipiunt diſtantia: tactus proxima: in ipſis mediũ extrariũ afficiť/in hoc proximũ: ſ. caro.

IX. Aer & aqua habent ſe ad auditũ, viſum atq; olfactum/ſicut caro ad guſtũ & tactum: & ſicut in alijs; ſenſibili poſito ſupra ſenſum, nulla fit ſenſatio/ita & in tactu. Coroll.

X. Tangibilia ſunt differentię corporũ. ſ. calidũ; frigidũ, humidũ & ſiccum. ſenſus autem tactus eſt potentia talis/quale tangibile eſt actu. probatur quia ſentire eſt pati.

XI. Simile calidũ, aut durũ &c̃. non ſentimus/ſed eorum exceſſus: quia ſenſus eſt quaſi mediocritas contrarietatis/quę eſt in ipſis ſenſibilibus: quare ſenſus iudicat de extremis. Coroll.

XII. Tactus eſt tangibilis & intangibilis, ſicut in alijs ſenſibus.

Annotatio.

Auerr.

Auerr. contendit philoſophũ non ſoluere primam quęſtionem/ſed argumentari in oppoſitã partem. Quo ad ſcđam q. obijcit Auer. quia Ariſt. in libro de animalibus voluit carnem eſſe organũ: qđ hic neget: ait Auer. tempore quo philoſophus ſcripſit librũ de animalibus non fuiſſe perfectã anatomiã: ſed tempore quo ſcripſit hunc librũ erat comperta: quare alibi dedit organũ carni: hic alicui latenti ſub carne: quãuis & Alexan. & Themiſt. adhuc opinati ſint, carnem eſſe organũ tactus. Ariſtot. Auerr. Alexãder Themiſt.

§. Anima non fit ex ſolo aere vel aqua: hoc loco Ariſt. a Platone & Platonicis diſſentit: qui ad gentilium ritum declinantes, poſuerunt animalia ex igneo corpore, rationalia quidem/ſed immortalia/quę vocabant veſtam & vulcanũ. Alia ex corpore aereo vt Iouem, Iunonem, malarũ potius poteſtatum illuſione (ait Stapulen.) q̃ naturali ratione ad eã ponenda permoti: quibus Ariſt. veritatis aſtipulator, minime in ea re aſſentiť. hęc Faber. Ariſtot. Plato Stapulẽ. Ariſtot.

Q.IX.
An ſenſus tactus ſit plures?
Art.I.

Nota.I. Tactus eſt potentia ſenſitiua, apprehenſiua qualitatis tangibilis in neruo expanſo ad inſtar retis per totum corpus mediante carne: Obiectum itaque tactus eſt qualitas tangibilis, de quibus.2.de generatõe. ¶ De organo tactus antiqui paulo diuerſius ſenſerunt: tamen hoc cõmuniter receptum, in habentibus carnem, eſt neruus a cerebro ortus, per ceruicem ad medullam ſpinę dorſi deductus: atque tenuiſſimis quaſi riuulis hinc diffuſus/ac per modum retis expanſus, plenus ſpiritibus a corde, veluti a totius vitę fonte exeuntibus: In quo ſpecies tangibiliũ receptę/& ad ſenſum cõmunem delatę/animã excitantes, ipſi opportunitatem prętant, tactionem completam perficiendi. ¶ Quod vero Ariſtot. dixit radicem huius organi eſſe a corde, locutus eſt more ſuo: qm̃ neruos a corde, non ex cerebro venire credidit. ¶ Speciale eſt organo iſtius ſenſus eſſe expanſum per totum corpus/vt animal ex omni parte fugeret noxia & corruptiua. Ariſtot.

Nota.II. Medium huius ſenſus proprie nõ eſſe extrinſecum: ſi tamen ponatur, eſt aer vel aqua ſcd'm Ariſto. in textu/ quod duo corpora dura non poſſint ſe tangere, nullo corpore ſubtili intermedio: quod accipe de medio mathematico: Medium aũt proprium huius ſenſus intrinſecũ eſt caro ſimplex & pura, bene diſpoſita, aut aliquid illi proportionabile: dico aũt ſimplex/ad differentiã carnis neruoſę/quę eſt organũ huius ſenſus: Per mortificatam item non fit tactus: debet etiã bene diſpoſita: qm̃ infecta, ſtupida, putreſcens non tangit, aut praue: In piſcibus vero eſt aliquid proportionabile carni: ſuo modo in alijs. Et quia illud mediũ eſt intrinſecum: ideo Ariſto. vocat illud congenitũ & connatum. ¶ Non ægre iam colliges modũ tangendi: quoniam tangibile immutat carnem: a qua per ſpecies immutatur organũ: quod mediante ſpiritu in eo contento, offert ſpecies ſenſui communi: vbi fit obiecti tangibilis conſumata ſenſatio. hæc amicus noſter Iſenach. poſt G. Reiſch. Iſenach. G. Reiſch

Nota.III. Plures ambigere circa q. Ariſt. an ſenſus tactus ſit vnus vel plures. ¶ Cõmunis tamen reſolutio eſt quam ego ab initio ponam ad mentem Card. Came. & Burid. hic Senſum tactus eſſe vnum materialiter ſ. pro organo & neruo &c̃. tamen eſſe plures formaliter. i. in organo illo eſſe qualitates diſpoſitiuas ſpecie diſtinctas, ſcd'm diuerſas contrarietates, de quibus iudicat: iudicat em̃ ſenſus per quoddam contemperamentũ ut mox dicturi ſumus: & in illo ſenſu tactus ſunt diuerſa cõtemperamenta: & ita ponunt hic contemperamenta, vnum pro calido & frigido, alterum pro humido & ſicco: alię contrarietates tangibiles ad has duas referuntur. ¶ Et quamuis in alijs ſenſibus plures reperiantur contrarietates: attamen hę ſunt ad vnũ reducibiles: vt in coloribus ad album & nigrum, In ſaporibus dulce & amarum: tamen aliqui latini plures ponunt/vt Summerha. &c̃. Ab iſto tamen modo loquendi communi, in fine recedit d. Iſenach. quia ſufficiat pro vno organo, vna diſpoſitio: quod & Bruxell. eſt fauorabilius. ¶ Non diſcordat S. Tho. & Ægid. quando dicunt tactũ habere vnum organũ remotum/tamen plura propinqua: per organa propinqua intelligendo qualitatem diſpoſitiuã organi & cõtemperamentũ. ¶ Nyphus ait ſententiã recentiorũ palam eſſe contra omnes græcos Auer. & Auicen. Ideo nititur accedere ad aliam opinionem, quod tactus ſit vnus in genere/ ſicut animal eſt vnum: & ſint plures ratione mediocritatis: at quia mediocritas illa nihil aliud videt̃ eſſe/quam contemperamentum: ideo recidit in ſententiam communem. Ariſtot. Camerac. Buridan. Iſenach. bruxell. Thomas Ægidius Nyphus. Auerr. Auicenna

Nota.IIII. Quoniã tactus habet in ſe mediocritatem tangibiliũ/tamen alij ſenſus non habent, nã organum auditus eſt aſonum &c̃. nam alij ſenſus non continent in ſubſtantia, ea quorũ ſunt perceptiua: Cauſam huius aſſignat Alexander Aphrod. hic: quia alij ſenſus ſunt principaliter dati propter perfectionem: tactus autem primo propter neceſſitatem, & ſecundario propter ſalutem & perfectionem. ¶ Sed id quoque ponderandum/quod iam innuimus, quemque ſenſuũ circa contrarietatem verſari: quod ideo forte ſagax fecit natura/ cum cognitio ſenſitiuę debilis ſit: ſine contrarietate non diſtincte differentias ſenſibiliũ agnoſceret: oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. 1, cœli. hinc eorũ eadem eſt diſciplina: Ea tamen proportione harmonica, contrarietas illa ad ſenſum moderata eſt: vt excellens ſenſibile ſenſum corrumpat: diſconueniens dolore afficiat, Conueniens vero delectationem ingerat: & tanto maiorem delectationem affert/quanto maior eſt eius ad ſenſum proportio. Sic Theologi affirmant humanitatem Chriſti iucundiſſimam/ quod omnium viſibiliũ pulchritudines complectatur: at hæc vltra crepidam. ¶ Homo autem quia temperatiſſimę cõplexionis inter omnia animantia: ideo ſubtiliores tangibiliũ differentias ſentit: vnde & certiſſimũ poſſidet tactũ, ait G. Niſſenus: & quamuis totũ corpus ſenſoriũ ſit tactus/maxime tamen manuũ interiora/& magis adhuc extrema digitorum: quos uelut certiſſimos tactus cognitores habemus: At qui manuũ duriores, ad retentionem valentiores ſunt, molliores uero ad tangendum certiores. A. Aphrodyſęus G. Niſſe.

Articulus.II.

Concluſio. Senſus tactus eſt unus materialiter .i. organo/plures tamen formaliter. i. ſcd'm diſpoſitiones: Eſt mens Ariſtot. in textu, Aphrodiſæi, Simplicij & Auer. Ariſtot. Aphrodi. Simpli. Auerr.

Articulus.III.

Dubium.I. An ſenſibile poſitum ſupra ſenſum faciat ſenſationem?

Præmit. I. Senſum vſurpari variam. vide q. 4. hic capitur pro organo: Organū tamen ſeu ſenſo-rium vſurpatᷣ tripliciter. primo vt diſtinguitᷣ contra potentiā. 2. vt diſtinguitᷣ contra diſpoſitōem connaturalem. 3. vt includit organū, potentiā & diſpoſitionem: hic vero ſumitur organum primo vel ſecundo modo: quamuis Bruxellen. velit ſolū accipi pro diſpoſitione.

Reſpondet Senſibile vere poſitū ſupra ſenſum. i. organum ſenſus immediate non ſentitur directe ſcdm eam partem organi, ſupra quam ponitᷣ. dico ſupra ſenſum. i. organum/ ad excludendā potentiam/ Immediate/ quia calidum ſupra carnem poſitum ſentitur: at caro non eſt organū. Dico directe quia oculus videt colorem ſuū in ſpeculo reflexe: Dico ab ea parte / quia ſecus ab alia parte. ¶ Hinc fit vt oculus non videat colorem ſuū: hinc fit vt lumen in oculo diffuſum nō videamus: hinc fit vt calorem cordis etſi intenſum nō ſentiamus: Et dicunt chyrurgici ait d. Iſenach. ſe expertos: ꝙ cum os & neruus fuerint denudata, nō ſentire punꝗturam ſcdm illam partem. Iſennach.

Articulus. IIII

Ratio. I. Si ſenſus tactus eſt plures: tunc etiam viſus & auditus erunt plures ſenſus: quia ſentiunt plures contrarietates, vt viſus album & nigrum/ rubeum & flauū. auditus acutum & graue, magnū & paruum. Item iam eſſent plures ſenſus exteriores q̄ quinqꝫ. ¶ Confirmatur quia omnes contrarietates exiſtentes in obiecto tactus reducuntur ad vnū genus. ſ. tangibile: ergo ſenſus tactus erit vnus formaliter.

II. Caro eſt organū tactus: ergo non neruus. patet per Ariſtot. de animalibus Caro eſt organum tactus/ ſicut pupilla organū viſus. Præterea in cerebro eſt tactus: & tamen ibi nō eſt neruus: ergo neruus non eſt ſenſoriū tactus. Oportet item recipiens eſſe denudatum a natura recepti ſed tactus non eſt denudatus a natura calidi & frigidi/ cum eorum poſſideat mediocritatem: ergo.

III. Senſibile poſitum ſupra ſenſum ſentitur: ergo: antecedens patet primo quia omne agens naturale fortius agit in propinquum q̄ diſtans. Senſibile eſt agens naturale ergo. 2. exiſtens in naui mota iudicat arbores moueri: & ergo percipit motum: & non motum arborum/ ergo ſpecierum: modo ſpecies ſunt poſitę ſupra ſenſum: Sic homines ſenes dicunt ſe videre paruam nigredinem vel maculā: & tamen illa nō eſt in aere: ergo in oculo: Ita quis videt colorem oculi ſui in ſpeculo.

IIII. Auditus percipit ſonum exiſtentem in aure: & tamen ibi ſenſibile ponitur ſupra ſenſum: Idem cōtingit ſi quis alte clamat in aurem alterius: Item fit guſtatio poſito ſaporoſo ſuper lingua: Ignis itē poſitus ſuper neruum ſentitur: Hoc idem euenit in neruo ſecto.

Reſpondet ad illa ad primam, nego illationem: ad probationem fateor ſentiunt plures contrarietates: tamen omnis contrarietas colorum reducitur ad vnam primam, ſ. albi & nigri: quod hic non contingit. ¶ Ad annexū fateor eſſe plures ſpēs ſenſus exterioris: attamen ponēdo quinqꝫ ſenſus/ tactus vt ſpecies ſubalterna, numeratur pro vna ſpecie: quamuis habeat ſub ſe duas ſpecialiſſimas ¶ Si opponis & bene opponis contra communem reſponſionem: quia ſi ſenſus tactus eſt vnus materialiter. i. organo: ergo ſenſus guſtus & tactus ſunt vnus ſenſus materialiter: quia lingua eſt organum vtriuſqꝫ. ¶ Lampertus reſpondet ꝙ ſit idem organum tactus & guſtus/ ſed non conuertibiliter: quia in pluribus reperitur tactus q̄ guſtus: Ego dico more meo. Organum remotum. i. lingua eſt idem in guſtu & tactu: ſed non organum propinquum: quoniam alio neruo continentur ſpecies guſtatiles/ alio tangibiles. ¶ Ad confirmationem dico tangibile excedere ſenſum tactus: quia aliqua tangibilia, ſcilicet aſperum, acutum &c̄. ſunt tangibilia communia: Tu dic ab vno genere ſubalterno non accipi numerum ſenſuum: quoniam alioquin eſſet tantum vnus ſenſus exterior: ſed ab vna contrarietate primaria. Lamptus

Ad. II. Caro eſt organum tactus remotum: aut loquitur de carne neruoſa: Ad annexum dico in cerebro ſunt cartilagines carnoſæ & neruoſę / per quas fit ſenſus. ¶ Ad aliud annexum dico recipiens eſſe denudatum a recepto / ſcdm modum quem recipit: ſed non oportet ꝙ ſit denudatū ſimpliciter: vnde aerem temperatum non ſentimus: quia talis mediocritas eſt in tactu: qualis in aere temperato.

Ad. III. Ad primam probationem dico ꝙ verū eſt, ſi paſſum ſit intra ſphæram actiuitatis: & agens natum ſit agere in illud: quod hic non contingit/ quia ſentiens agere non poteſt in tangens: cū neceſſario requirantur ſpecies. Tu dic ꝙ intelligendum eſt de agente totali / ſenſus non eſt agens totale. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ ſenſus decipitur iudicando rem moueri: & dico ꝙ non percipit motū: Bene propter motum/ ipſe iudicat arbores moueri: tamen nunquam ſenſit motum. ¶ Ad tertiū dico ꝙ hoc eſt propter indiſpoſitōem organi. ¶ Ad quartū, vidit ille colorem oculi ſui in ſpeculo per lineam reflexam.

Ad. IIII. Nego ſonū illū eſſe ſupra organū auditus: eſt in tortuoſitatibus & amfractibus aurium. Ad annexū dico per idem, clamorem illum eſſe in amfractibus auris: qꝛ ſi ponitᷣ ſuper aurem: iam ledit organū: & nō ſentitᷣ clamor immediatus/ ſed mediatꝰ. ¶ Ad aliud nego linguā eſſe organū/ niſi remotū. ¶ De neruo dico ꝙ neruus nō ſentit ſcdm illā partem nerui/ qua tangitᷣ/ ſed proxima qua nō tangitur: Idem dicimus in ſectione nerui.

De ſenſibus in communi & numero eorum. Cap. IX.

1 Cõcluſio HOc autem vniuerſaliter accipere omni de ſenſu oportet:ſenſum inquã id eſ-
ſe:quod ſenſibiles ſine materia formas ſuſcipere poteſt: & perinde atq; an-
nuli ſignũ ſine ferro vel auro ſuſcipit cæram:ſuſcipit autem æneũ vel aureũ
ſignũ:ſed non aut æs aurũ:neq; ſignum vt eſt aureũ æneumue: ſimili patitur & ſen
ſus vniuſcuiuſq; ſenſibilis modo ab eo quod habet colorem aut ſonũ aut ſaporem
2 Sed non vt vnumquodq; illorũ dicitur:ſed vt eſt tale & ratione. ¶ Inſtrumentũ aũt
Organũ & ſenſus id ſenſus eſt primũ in quo eſt talis vis atq; potentia collocata:atq; ſunt idem. Ratio
vero non eſt eadem:ſed diuerſa:nam id:quod ſentit:aliqua eſt magnitudo: non ta-
men ratio ſenſitiui neq; ſenſus eſt magnitudo:ſed eſt quędã ratio potentiaq; illius
3 ¶ Patet autem ex his & cur ſenſibiliũ exuperationem ſenſuũ inſtrumenta corrum-
Excellens ſenſibile punt. Nam ſi motus ſit vehementior inſtrumentiq; ſenſus ſuperet vires. Diſſoluit
ratio. id autem erat ſenſus. Diſſoluiturq; perinde atq; concentus intentione. Cum
4 vehementer fides pulſant. ¶ Patet præterea & quam ob cauſam nõ ſentiunt plantę
Corol. de plantis tametſi partem aliquam habent animę atq; ab ipſis tangibilibus patiunt: frigeſcunt
enĩ & calefiunt vt patet:nam huius cauſa eſt. Mediocritatem non habere:neq; prin
cipium tale:vt ſenſibiliũ ſine materia ſuſcipiunt formas:ſed cum materia patiantur.
5 Dubitabit aũt quiſpiam:ſi poſſit id ab odore pati:quod olfacere nequit:aut id a co-
Dubium lore quod haud quoq; videre poteſt:& in cæteris ſimili modo. Quod ſi odorabi-
le ſit odor:ſi quid inodoratũ agit:odor ꝓfecto agit. Quare fieri nequit vt ab odore
quicq; patiat eorum:quę olfacere nequeunt. Eadem eſt & in cæteris ratio: nec etiã
fieri poteſt:vt a ſenſibilibus quicq; patiatur eorũ quę ſentiri poſſunt:niſi vt quodq;
eſt ſenſitiuũ. Id ita eſſe patere poteſt & hoc etiã pacto:nam neq; lumen & tenebræ
neq; ſonus neq; odor in corpore quicq; agit. Sed ea nimirũ in quibus ſunt ipſa. Aer
enim qui eſt cum tonitruo ſcindit lignũ. At enim tangibilia ſaporesq; agunt. Si enĩ
non agerent:a quonam inanimata paterent atq; alterarent. Quid igitur agunt ne &
ſenſibilia illa. At vt videtur: non omne corpus ab odore pati/ſonoq; poteſt. & ea:
quę patiunt terminis vacant & nõ manent vt aer:olet enĩ ipſe tanq; aliquid paſſus.
6 ¶ Quid aliud eſt olfacere quidem præter id ipſum:aliquid inquã pati. At enim olfa
Exemplũ di[illegible]orum cere quidem ſentire eſt. Aer autem paſſus cito ſenſibilis fit. ¶ Senſum aũt nullum
alium eſſe præter hos quinq;. Viſum inquã auditũ:odoratũ:guſtũ: & tactum: ex
7 Cõcluſio. hiſcę profecto quę nunc deinceps dicemus:credere quiſpiã poteſt. Nam ſi nunc ſen
Probatur primo ſum omnis eius habemus cuius ſenſus eſt tactus:omnes nanq; rei tangibilis vt eſt
tangibilis affectus nobis ſunt ſenſibiles tactu:nullus vtiq; tactus vel guſtus vel ol-
factus vel auditus vel viſus deeſſe nobis videtur. Præterea ſi ſenſus nobis deficiat
Secundo Tertio aliquis:& inſtrumentũ neceſſe eſt illius nobis deeſſe. Præterea omnis ſenſus per
mediũ ſentit vt patuit. Medium aũt aut coniunctũ:aut ſeiunctũ externũq; eſſe ne-
ceſſe eſt. At nos habemus vtrunq;:& id inquam quod eſt coniunctũ quo quidem
tangentes ſentiamus ſenſibilia tactu & id etiam per quod eminus non tangentes
Quarto ſentimus. Id vero duplex eſt ſpacium ſimplex aer inquam & aqua. Res autem ita ſe
ſe habere videtur:vt ſi ſenſibilia plura diuerſa genere per vnum medium ſentiant.

Neceſſarium ſit eum: qui ſenſus inſtrumentū habeat tale ſenſitiuum illorū eſſe: vt
ſi ex aere ſenſus ſit inſtrumentum: & aer ſit medium in colore ſentiendo ac ſono.
Quod ſi vnū idemq; per plura media ſentiat: vt color per aerem atq; aquā: hęc em̄
vtraq; perſpicua ſunt: is qui alterū tantū habet ipſorū: ſentiet nimirū id quod per
vtrunq; ſentiri poteſt. Nam ex hiſce duobus ſimplicibus tantū inſtrumenta ſunt ſen Declarat
ſus ex aere atq; aqua. Etenim pupilla ex aqua. Auditus ex aere. Odoratus ex horū al- qd dixit.
tero conſtat. Ignis aut nullius eſt inſtrumenti: aut cōmunis omniū eſt. Quippe cum
ſine caliditate nihil ſit ſenſitiuū. Terra etiam aut nullius eſt inſtrumenti aut in tactu 8
maxime cōmixta. ¶ Quocirca reſtat nullū ſenſus inſtrumentū eſſe præter aerem at Coroll.
q; aquā. Hæc aūt nonnulla nunc animaliū habent. ¶ Ab ijs igitur animaliū: quę ſūt 9
pfecta non imperfecta nec membris capta omnes ſenſus habent. Etenim & talpa Cōcluſio.
ſub cute oculos habere videt. Atq; ſi nullū aliud corpus eſt præter ea: quę percipi-
mus eſſe: nec vllus alius affectus pręter eos: qui corporibus hiſce competunt q̄ ſunt
hic: nullus profecto deficit ſenſus. ¶ At vero neq; ſenſus inſtrumentū quicq̄ pro- 10
prium ſenſibiliū cōmuniū eſſe poteſt. Motus inquā quietis figurę magnitudinis: Cōcluſio.
numeri: vnius: quę vnoquoq; ſenſu ſentimus per accidens. Omnia em̄ hęc ſane mo
tu ſentimus: etenim magnitudo motu ſentit. Quare & figura quidem: cū figura quę
dam magnitudo ſit: & id: quod quieſcit: ex eo: quia non mouet: & numerus cōtinui 11
negatione: & ſenſibilibus pprij. Vnuſquiſq; nanq; ſenſus nimirū ſentit. ¶ Quare Oſtendit
patet fieri non poſſe: vt cōmunium cuiuſq; ſit proprius ſenſus. Si enim eſſet pinde qd dixit
tunc fieret: atq; nunc viſu dulce ſentimus: quod quidem propterea fit: q vtrorunq;
ſenſum habemus: quo cum concurrūt agnoſcimus. Quod ſi ita non eſſet nullo alio
modo profecto niſi per accidens ſentiremus: quo pacto filium ſentimus Cleonis:
non enim Cleonis filium. Sed album ſentimus huic autem accidit vt filius ſit cleo
nis. At cōmunium habemus iam ſenſum communem non per accidens ſane. Nul Duo mōi
lus igitur ipſorum ſenſus eſt proprius: nullo enim ſentiremus modo niſi eo: quo di ſentiendi per acci-
ximus filium videre cleonis. Propria autem ſenſibilia ſenſus ipſi per accidens alter dens
alterius ſentiunt: non hoc ſane quo ipſi ſunt. Sed quo vnus: ceu ſimul in eodem ſen
ſus efficitur: ceu bilem amaram eſſe ac flauam: non enim ad alterum pertinet: vnum
ambo hæc eſſe dicere: qua propter & errat & ſi ſit quippiam flauum. ¶ Quare patet 12
autem cuius nam gratia plures ſenſus. Sed non vnum tantū habemus: at vt minus Pluralitas ſenſuum
ipſa: quę ſequuntur atq; cōmunia lateant: vt motus: & magnitudo: & numerus: non
ſi eſſet ſolus viſus: qui quidem eſt & coloris: magis laterent: ac idem eſſe omnia vi-
derentur: propterea quod color & magnitudo ſimul ſeſequuntur & comitantur.
Nunc autem cum in alio quoq; ſenſibili ipſa communia ſint fit inde perſpicuū vnū
quodq; illorum aliquid aliud eſſe atq; diuerſum.

Explanatio textus.

Sigillatim explicatis ſenſibus exterioribus, quid eis cōmune ſit, & numerū eorum attingit.

1. Commune eſt ſenſibus recipere formas ſeu ſpecies ſine materia, probatur a ſimili, ſicut cæra recipit formā ſigilli aurei, ſine materia auri, ita hic.

2. Organum & ſenſus aliquando ſunt idem re & differunt ratione: organum enim eſt magnitudo & ſenſus: tamen non ſentit quatenus magnitudo, ſed quatenus talis vis & potentia.

3. Excellens ſenſibile & exuperans corrumpit ſenſum. probat quia ſenſus eſt cōtemperamentū, velut concentus: ſed ſi quis fides vehementius pulſauerit, confunditur harmonia, & diſperit, ſic in ſenſu.

4. Hinc plantæ non ſentiunt: patiuntur enim a ſenſibilibus: ſed non recipiunt eorum formas ſine materia.

5. Dubium. An aliud a ſenſu poſſit pati a ſenſibili Reſpondetur, nihil aliud a ſenſu poteſt pati a ſen-

ſibili, inquantum ſenſibile: bene tamen aliqd poteſt a ſenſibili pati/ vt affectio & accidens: Sicut tonitru ſcinduntur ligna: non q̄ hoc faciat ſonus/ ſed ſp̄us concomitans/ qui ſono afficitur.

6. Olfacere nõ eſt pati ab odore: q̄m ſic aer olfaceret: ſed eſt paſſum ab odore ſentire: aer autem non ſentit/ ſed eſt ſenſibilis.

7. Tantũ quinq; ſunt ſenſus exteriores. probat̃ primo, quia nos habemus oẽs ſenſus: & nõ ſunt nobis plures q̄ quinq;. 2. quia deficiente nobis aliquo ſenſu, deeſſet nobis organũ illius ſenſus. 3. q̄a ſenſatio fit per mediũ intrinſecũ aut extrinſecũ, at nos habemus vtrunq; mediũ. 4. quia aliqđ organorũ eſt ex humore ut viſus/ aliquod ex aere vt auditus Olfactus in reſpirantibus eſt ex aere/ in non reſpirantibus eſt ex aqua: Ignis nullius eſt organi proprie: ſed cõmunis omnibus: nihil eñ ſentit, calore vacans: Tactus & guſtus habent potiſſimã commixtam terram.

8. Nullũ organũ ſenſus eſt ſine aere & aqua.

9. Animalia perfecta, membris non carentia, habent omnes illos quinq; ſenſus, quoniã etiã talpa ſub cute oculos habere videtur.

10. Non ſunt ponendi plures ſenſus exteriores q̄ quinq;, propter ſenſibilia cõmunia. probat̃, quia quilibet ſenſuũ dictorũ, percipit ſenſibile cõmune & ſenſibilia cõmunia percipiuntur a ſenſu, per ſe, non per accidens.

11. Senſibile cõmune non habet ſenſum propriũ: q̄m niſi per ſe ſentirent̃ a ſenſibus: iam per accidẽs ſentirent̃ ſenſibilia cõmunia: ſicut Cleonis filius/ quia albus ſentit̃: aut cum ſenſus aliquis ſentit ſenſibile per ſe alterius ſenſus.

12. Bene ergo natura conſtitutũ plures eſſe ſenſus, & non vnũ tantũ: Nam ſic per plures, magis eſt explorata nobis ſenſibiliũ differentia/ & propriorum a cõmunibus diſtinctio.

Annotatio.

1. Liquet hic ex Ariſt. ſenſum cognoſcere abſtracte/ non abſtrahendo a conditionibus ſingularibus: q̄m hoc eſt officiũ intellectus/ ſed abſtrahit a materia, non ſimpliciter ſed obiecti.

2. Organum eſt ſedes potentię.

3. Si obiectũ ſuperet vires ſenſus: tunc proportio ſoluit̃ ſenſus/ ſicut in intenſione concentus: q̄n motus chordarũ intendit̃. ¶ Sed queris quomodo ſenſorium corrumpit̃ ab excellenti ſenſibili: cum ſolũ agat in ſenſum per intentiões. Reſpondet̃ q̄ ſenſibili intentionali accidit ſenſibile reale: & illud corrumpit ſenſum: ſic oculus corrumpit̃ ꝑpter lucem/ quę calefacit humorem glacialem & tollit eũ: auditus corrumpit̃ ex ſono reali: & ſic de alĳs.

4. Plantę non ſentiunt. addit Themiſt. aliam cauſam ratione finis: Natura enim nihil incaſſum, aut temere, viceq; fortuita ſuſcipit: Si igitur plantæ ſenſum haberent: vel propter vtile, vel propter neceſſarium Vtile quidem non: q̄m nec ſalutaria proſequi poſſent/ nec vitare contraria: quod animalibus tributũ eſt, plantis negatũ: quia immotę a loco, radicibus ſunt affixę: Propter neceſſariũ vero Themiſt.

minime: q̄m ſuccum hauriunt a terra: nec id agnitione, aut iudicio aliquo cernunt: ideo ſimpliciter plantę otioſi eſſent ſenſus: & hac de re plantas ſenſibus carere non ambigas.

7. Hic S. Tho. dicit Ariſtot. ordiri tertiũ librũ: qđ ante eum Themi. & Simpli. exiſtimarunt: at Ægidius in contrariũ pugnat: q̄m nihil agat hic Ariſt. de intellectu: ſed Aldus tertiũ Ariſto. hic auſpicat̃ quod Sueſſa teſtatur omnes græcos feciſſe: q̄uis Ægidius dicat, ſi ita apud græcos reperiat̃, uicium fore ſcribentis & intitulantis. Verum hoc parum confert ad rem. S. Thom. Ariſtot. Themiſt. Simpli. Ægidius Ariſtot. Aldus Sueſſa

9. Talpa ſub cute oculos habet: Nam quanq; talpæ (ait Themiſt.) viſus deeſt/ oculorũ effigies ineſt: ſi quis membranã ſedi luminũ prætentã detrahat: Sed ais, ergo fruſtra habet talpa oculos a tota ſpecie: cũ deus & natura nihil faciunt fruſtra. Reſpondet Simplicius, in talpa nõ eſſe omnino priuationem viſibilis actionis & facultatis/ ſed expreſſę: ipſa vero participet per tunicas qualis nobis eſt facultas videndi per palpebras: dic tu vt primo cœli. Themiſt. Simpli.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. X.

An tantũ quinq; ſint ſenſus exteriores?

Art. I.

Nota. I. Prę ſuppoſitis his, quę diximus in ſuperioribus de ſenſu/ duplex eſt ſenſus. ſ. interior & exterior: q̄m non loquimur hic de motione/ ſed cognitione nec de quacũq;/ ſed apprehenſiua. Vnde ſenſatio exterior eſt quę ſine alia ſenſatione pręuia fertur in propriũ obiectũ. Interior vero eſt quę fertur in ſuũ obiectũ per ſe, mediante alia cognitione ſenſitiua pręuia. ¶ Vnde ſenſus interior habet ſuũ organũ in cerebro vt ſeq. q. dicturi ſumus: ſed ſenſus exterior habet ipſum extra cerebrũ/ dempto tactu/ qui per totũ corpus diſpandit̃. ¶ Sequit̃ ex q. de potentia, vnũ & eundem eſſe ſenſum interiorem & exteriorem in eſſentia, loquendo de ipſis uiribus vel potentĳs: quamuis per organa & actus ſeparentur: & qualitates diſpoſitiuas.

Nota. II. Q. vbiq; volumus habere pro repetito/ vbicunq; inciderit potentiarũ animę diſtinctio nos habere intelligentiã/ quam in q. de potentĳs dedimus: Tamen ex parte actuum, obiectorũ, organorum, & mediorum ſentiendi, plures reperiuntur cõuenientiæ, & item differentię ſenſuum exteriorum: quas facile quilibet ex dictis poteſt elicere plures vel pauciores. Iſennachius tamen plurimũ noſtro modo loquendi eſt conformis. Ideo quatuor eius ſenſuum conuenientias renarrabimus. Prima, Omnis ſenſatio fit per intus ſuſceptionem. Secunda, omnis ſenſatio eſt ſingularium/ hoc eſt percipit rem ſub conditionibus ſingularibus/ quia hic iam, &c̃. Tertia, Vna eſt origo omnium. ſ. ſenſus communis & cerebri. Quarta, Ad quanq; ſenſationem quatuor requiruntur, ſ. ſpecies, organum, obiectum, medium.

Nota.III. Quattuor eſſe in quibus ſenſus ſeparentur & differant. 1. Cōmunitatem/quia tactus omni animali eſt neceſſarius/nō autem alij ſenſus 2. Neceſſitatem/nam guſtus & tactus ſunt ſenſus neceſſarij ad ſalutem/ alij vero ſenſus ad perfectionem. 3. Varietatem apprehenſionis: uiſus em̄ citius & remotius apprehendit/ diſperitq; continuo: tactus appħenſa tardius, diutius retinet. 4. Organorū & obiectorū diuerſitatem. ¶Addit Lampert. ſufficientiā (vt cum vulgo loquar) qa oīs ſenſus ſentit aut per mediū coniunctum aut ſeiunctū,

Si
- Coniunctū — Sic eſt
  - Toto corpe — tactus
  - parte corpis — guſtus
- Seiunctū cuius organū eſt de natura — Sic eſt
  - Aquę — viſus
  - Aeris — auditus
  - Aquæ vl' aeris — olfact⁹ — terreis, in piſcib⁹

Quę ſi placuerit, eam accepta, quia D. Vſingeñ. eam repetijt.

Articulus. II.

Concluſio. Tantū quinq; ſunt ſenſus exteriores ſpecie diſtincti, ad ſenſum datum: quia anima ſub quintuplici modo nata eſt de foris apprehendere ſenſibilia, ſine cognitione media. Hæc eſt cōmuniter recepta a theologis & philoſophis: & probat eam Ariſt. in textu.

Articulus. III.

Dubium. I. An ſenſus recipiant ſpecies abſq; materia?

Præmit. I. Triplicem eſſe ordinem in cōmunicātibus ſuas formas: Quædā enim cōmunicant formam cum particula materię/ ſicut generans per deciſionem ſeminis: quædam cōmunicant formas abſq; materia/ſed ſub eiſdem cōditionibus/ſicut ſunt in agente: ſicut ignis cōmunicans ligno formam ignis: Quædā cōmunicant formas nec cum materia: nec cum ſimili diſpoſitione/ſicut ſigillū cōmunicat formā ſuā cære/& color oculo.

Præmit. II. Vt ex Themiſt. hic colligitur ſuſcipere rem ſine materia poteſt dupliciter intelligi. vel q recipiat formam ſolam, & non materiā: & illud indubie conuenit cuilibet materię phyſicæ: vel recipere formā ſine materia, eſt materiā recipere formā/ abſq; hoc qđ diſponat̃ diſpoſitione reddente materiā recipientis, eiuſdem modi cū materia agentis: & ſic volunt aliqui accomodare ꝓpoſito: ſed hoc nihil eſt: quoniam ſic in omni diſpoſitione recepta a cœlo & aſtris/materia diceretur recipere formam abſq; materia. ¶Ideo addit tertium modum Nyph. q ſit recipere formam ſine omni diſpoſitione penitus, nec ſimili agenti, nec ſimpliciter, nec huic, nec poſitiue nec priuatiue. ¶Sed contra tunc ſenſus non reciperet ſenſibilia ſine materia: qm̄ ſemper concurrit debita diſpoſitio organi, & medij. ¶Ideo apparet mihi dicendum/q quia ſpecies ſenſibiliū ſunt ſubtiliores ſenſibilibus & non ſunt eis ſimiles virtualiter nec formaliter, ſolum repræſentatiue

Reſpondet Senſus recipiūt ſpecies abſq; materia. probat̃ ex Ariſto. in textu: & per Auer. quia ſi ſenſus reciperet ſenſibilia cum materia, iam haberent idem eſſe in anima & extra eam: at hoc eſt falſum/quia in anima ſunt intentiones & comprehenſiones: Extra animam vero ſunt res materiales comprehenſę. Vnde cum illa actio cenſeat̃ ſpiritualis, ſola forma cenſet̃ agere ait Ægid. & ita ſenſibile agit ſolum ſpiritualiter (melius dixeris intentionaliter) in organū: Sed hic quærunt de generatione ſpecierū ab obiecto, & de generatis vniuoce & æquiuoce: Ideoq; hic addamus duo dubia.

Dubium. II. An ſenſibile producat ſpecies vniuoce?

Præmit. I. Aliter loquendū de generatione vniuoca & æquiuoca in ſubſtantijs, aliter in accidentibus. Vnde in accidentibus generatio vniuoca eſt qñ terminus formalis generationis eſt eiuſdem rationis/cum forma per ſe agendi: vt igne producente calorem in ligno vel aqua: quid ſit terminus formalis vide. 1. phyſ. Æquiuoca eſt qñ terminus formalis non eſt eiuſdem &c̃. vt qñ actus generat habitum/radij ſolares calorem.

Præmit. II. In ſubſtantijs generatio vniuoca eſt qñ generans & genitū ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę/vt leo generat leonem. Æquiuoca qñ generans & genitū ſunt diuerſarū ſpecierū: vt quando equa generat mulum/aut aſina mulum/qñ in pomo naſcitur vermis/in rure mus. Vide prolixe G. Ocham hæc tractantem diſt. 9, q. 2. primi.

Præmit. III. Q. contentio fuit inter Auicen. & Auerr. qui. 8. phyſ. text. com. 66. voluit generata per putrefactionem ſpecie diſtingui a genitis per ſeminalem deciſionem: at G. de Ocham q. 23. ſecundi ab eo recedit: qm̄ mus genitus ex re putri, gignit alium murem ex ſemine: & hæc eſt generatio vniuoca: quare iſti duo mures, non obſtante diuerſitate generationis, ſunt eiuſdem ſpeciei. Auicenna Auerr. G. Ochā

Præmit. IIII. Q. ſpeciebus ſæpe aliquid attribuitur ratione obiectorū vel actuū: hoc ſolebā dicere ſub alijs verbis. ſpeciebus aliquid dat̃, nō formaliter/ſed effectiue vel denominatiue/ſic dicuntur ſpēs eſſe contrarię/ſic dicunt̃ ſe impedire/ſic vna alteri reſiſtere, qđ non eſt intelligendū de ſpeciebus in ſe formaliter/ſed ad modū iam dictū, & ſupra in dubio adnotatū q. 4.

Reſpondet Senſibile producit in multiplicatione reali ſpecies vniuoce/ſed in intentionali æquiuoce: patet ex diffinitionibus datis.

Dub. III. Cum ſpēs ſcd'm Ariſt. ꝓducātur ſine materia, an habeant reſiſtentiā?

Camerac. Præmit.I. Scđm Card. Camera. quadruplicem contingere reſiſtentiã. primo ratione contrarietatis. ſecundo ratione continuitatis/ vt in diuiſione ligni. Tertio ratione ſitus localis: nam quælibet res diligit permanere in loco ſuo naturali. Quarto ratione indiſpoſitionis ipſius ſuſcipientis: ſicut hebetudo diſcipuli reſiſtit doctrinationi.

Præmit.II. Q̃ ad recipiendũ ſpecies audibiles & odorabiles, non requiritur alia diſpoſitio medij ꝙ quies: Sed quo ad guſtum & tactum requiritur bona diſpoſitio carnis, & in guſtu humoris ſaliuaIis: Quo ad viſum requirit̃ bona tranſlucentia medij: quia per tenebricoſitatem impediunt̃ ſpecies viſibiles & per nebulas vel ex toto/ vel quo ad intenſam multiplicationem: quia remiſſius multiplicant per denſas nebulas: forte quo ad celeritatem nebulę non impediunt.

Reſpondet. Medium non reſiſtit multiplicationi ſpirituali ſpecierũ/ niſi quarto modo: tamen multiplicationi reali & materiali, poſſet mediũ reſiſtere ratione contrarietatis, continuitatis & indiſpoſitionis: Nam lingua febricitantis infecta, reſiſtit dulci ſapori &c̃.

Articulus. IIII

Ratio.I. Tantum vna eſt anima ſenſitiua: ergo tantum vnus eſt ſenſus: quoniã ſenſus eſt anima. Confirmat̃ quia guſtus eſt partialis tactus: & ita erunt ſolum quatuor: ſi dicis hoc uerum ratione organi. Contra, ſi ergo vis diſtinguere penes diſpoſitiones: tũc tactus erit duo ſenſus: & ſic erunt ſex.

II. Affatus eſt ſenſus exterior: & habet organũ. ſ. linguam: ergo adhuc erunt ſex ſenſus: Immo apparet ꝙ nullus ſit ſenſus exterior/ quia quilibet ſenſus eſt in corpore. Si autem ſunt plures/ ſequeretur ꝙ duo eſſent viſus: quia diſtinctio fit per organa: & animal habet duo organa viſus.

¶ Ob feſtinantiã alijs omiſſis reſpondeo ad primum. Vnus eſt ſenſus in eſſentia/ plures in operatione. Confirmatio innitendo dictis eſt reuera difficilis: at quia verba plura poſſent effundi: verũ admodũ parua ſequeretur vtilitas: ideo breuibus dicas, guſtum non eſſe partialem tactum: ſed gũſtum eſſe quodammodo tactum: & quod ſi alicubi reperitur, accipiendũ eſt. ſicut tactus iudicat per vniuerſum corpus/ ita iudicat guſtus per linguam ſolum. Quod vero de organo affertur liquet ex ijs quę dicturi ſumus de guſtu & tactu.

Ad.II. De affatu plura poſſemus dicere: verum breuitati ſtudentes dicimus, affatu nos ſentiri potius ꝙ ſentire. Dicuntur autem ſenſus exteriores/ non ꝙ ſint extra corpus/ ſed quia ab exteriori obiecto primã cauſant ſenſationem, Senſus exterior pręſupponit exteriorem. De viſu dico vnũ eſſe organum: nam licet duo ſunt oculi: tñ neruus opticus bifurcatus: & ita reddit vnũ iudiciũ.

De ſenſu communi & imaginatione. Cap.X.

1 Dubium Ratio prima CVm autem ſentiamus nos videre ac audire: neceſſe eſt aut viſu ſentiamus videre: aut alio ſenſu. At ſi alio ſenſu: tum idem ſenſus erit & ipſius viſus & etiã coloris ſubiecti. Quare vel duo ſenſus eiuſdem erũt ſubiecti: vel ſeipſum ſentiet ipſe. Secunda Præterea ſi alius ſit ſenſus: qui percipit ipſum viſum: aut in infinitum fiet abitio: aut erit aliquis ſenſus: qui ſe ipſum percipit ſentientem. Quare id ipſum in primo ſenſu continuo eſt faciendũ. ¶ At hinc oritur dubitatio: nam ſi viſu quidem

2 In contrarium ſentire nil aliud eſt ꝙ videre. Videtur autem color vel id: quod habet colorem. Si quippiam viderit id: quod videt colorem id habebit profecto quod videt primũ. Patet igitur non vnum idipſum eſſe. Sentire inquam viſu: nam cum non videmus: tenebras & lumen viſu diſcernimus: ſed non eodem: vt patet modo. ¶ Præterea id ipſum etiam quod videt colore: quodãmodo delibutũ eſt. Inſtrumentũ enim vni

3 Cõcluſio. uſcuiuſꝙ ſenſus ipſum ſenſibile ſiue materia ſuſcipit vti diximus. Quo circa ſenſibilibus ipſis ſemotis: inſunt in ſenſuũ inſtrumentis ſenſus imaginationes. ¶ At qui operatio rei ſenſibilis atꝙ ſenſus ſua quidem & eadem eſt. At earum ratio non ea

4 Cõcluſio dem eſt. Dico autem ſonum actu: & auditum & actu: fit enim vt is: qui auditum habet non audiat: & id quod habet ſonum nõ ſemper ſonet. Sed cum operat̃ id quod audire poteſt: & ſonat id: quod ſonum efficere poteſt tum ſimul fit & auditus actu & ſonus etiam actu. quorũ alterum quiſpiã auditionem: alterũ ſonationem eſſe nõ incongrue dicere poteſt. Quod ſi motus & actio atꝙ paſſio in eo eſt quod patitur atꝙ mouetur: neceſſe eſt & ſonum & auditũ actu in auditu qui eſt potentia eſſe. Agentis nanꝙ mouentisꝙ operatio in ipſo patiente ſuſcipitur atꝙ ineſt: quo circa

neceſſe eſt id quod motu ciet moueri. Actus igitur ſonatiui ſonus eſt vel ſonatio.
Auditiui vero auditus vel auditio. Duplex eñ eſt auditus: & duplex etiam ſonus.
Eadem eſt & in cæteris ſenſibus ac ſenſibilibus ratio: atq; vt actio paſſioq; non in
agente eſt. Sed in eo quod patitur. Sic & ipſius ſenſibilis actio in ipſo eſt ſenſitiuo.
Sed in quibuſdam nomina quoq; ſunt poſita: vt ſonatio ac auditio: in quibuſdã au-
tem caret alterum nomine. Operatio enim viſus viſio dicitur: at coloris nomine va
cat. Operatio præterea guſtus guſtatio dicitur: at ſaporis nomen non habet. ¶ Hęc 5
cum ita ſint: atq; vnus actus rei ſenſibilis ſenſitiuiq; ſit: quamuis diuerſas habeat ra Coroll.
tiones: ſicuti diximus: neceſſe eſt ſimul corrumpantur: ſimulq; ſint ſalua: auditus ac
ſonus: qui hoc modo dicuntur: & ſapor itidem & guſtus. Cæteraq; ſimiliter. At ea:
quę dicuntur potentia non hanc ipſam profecto neceſſario ſubeunt legem. ¶ Non 6
recte igitur priores naturales philoſophi ſentiebant: qui quidem ſine viſu neq; al- Cōtra an
bum vllum neq; nigrum eſſe dicebant: neq; item nullum ſine guſtu ſaporem: nam tiquos
partim recte: partim non recte cenſebant. Etenim cum dupliciter ſenſus ſenſibileq;
dicatur potentia atq; actu: in his quidem ſecundis fit id ipſum ſane: quod dictũ eſt:
in illis autem primis non fit vt luce clarius extat. At illi de hiſce ſimpliciter loque-
bantur: quę ſimpliciter non dicuntur. Quod ſi vox quædam concentus eſt: vox 7
autem & auditus tum vnum: tum non vnum aut nõ idem ſunt: & ſi concentus eſt Cōcluſio
ratio: neceſſe eſt & auditum quidem eſſe rationem atq; ob id ipſum exuperans q̃d
q; tam acutum q̃ graue corrumpit auditum atq; deuaſtat: & in ſaporibus guſtum:
& in coloribus viſum: id quod nimirum eſt ſplendidum & tenebroſum: & in odo-
ribus vehemens odor. Siue dulcis: ſiue amarus: qui ſenſus ipſe quædam eſt ratio ra
ta. Quocirca ſenſibilium ea quę ſincere talia quæq; ſimplicia ſunt: vt acutum vel
dulce: vel ſalſum cum reducuntur ad rationem ſenſui ſunt iocunda. Tunc eñ ipſũ
delectare videntur. Omnino autem ipſum mixtum magis concentus eſt: q̃ acutũ
vel graue. Tactui quoq; non calidum ſane ſimplex ac frigidum. Sed id: quod eſt ad
rationem redactum amicum eſt atq; iocundum. Enimuero ſenſus ipſe ratio quæ-
dam eſt vti diximus: ſenſibilium autem ea: quę exuperant: ac dolorem afferunt ipſi
aut tandem ipſum corrumpunt. Vnuſquiſq; igitur ſenſus vt ſæpe diximus ſenſi 8
bilis eſt obiecti. Eſtq; in inſtrumento ſuo ea ratione: qua illud ſenſus eſt inſtrumen Cōcluſio
tum: & differentias ſenſibiles obiecti ſui diſcernit: vt album quidem & nigrũ vi-
ſus. Dulce aũt & amarum guſtus: & cæteri ſimiliter ſenſus. ¶ At enim cum album 9
& dulce & ſingula ſenſibilium ad ſingula nimirum aliqua comparemus ac diſcer- Extenſio prioris.
namus & ſentiamus differre: neceſſe eſt id ipſum profecto fieri ſenſu: quippe cum
illa ſenſibilia ſint. Quo patet carnem vltimum inſtrumentum ſenſu non eſſe: nam
neceſſe eſt id: quod diſcernit tangendo diſcernere: fieri igitur non poteſt: vt ſepara
tis diſcernatur dulce diuerſum eſſe ab albo. Sed vni cuipiam ambo nota eſſe opor-
tet. Illo nanq; modo ſane pateret inter ſeſe illa differre: etiam ſi alterum ego: alterũ
tu ſentires vnũ igitur dicat oportet. Diuerſa eſſe dulce ac album. Dicit igitur idem.
Quare vt dicit: ſic & intelligit atq; ſentit: patet ergo fieri non poſſe: vt ſeparatis ſepa
rata dijudicentur. At hinc patet neq; fieri poſſe vt ſeparato in tempore diſcernant.
Nam vt idem aliud eſſe bonum ac malum dicit. Sic quando alterum dicit aliud eſ
ſe: tunc & alterum etiam dicit: atq; dico quando nõ per accidens. Veluti nunc dico
quippiam aliud eſſe: nõ tamen dico illud nunc aliud eſſe. Sed hoc pacto nũc dicit:

Coroll. vt dicat:& nunc illud eſſe. Simul igitur dicit. Quo fit vt inſeparabile & inſeparabili
11 Obiectio tempore ſeparata diſcernat. ¶ At vero fieri nõ poteſt:vt ſimul idem ea ratione qua indiuiſibile eſt & in indiuiſibili tempore motibus contrarijs moueatur. At dulce
Rñſio quidem ſic mouet ſenſum ac intellectum. amarum autem contrario modo:& albũ itidem diuerſo. ¶ Eſt ne igitur quod diſcernit indiuiſibile quidem numero. Separatum autem ratione:partim igitur vt diuiſibile res ſentit diuiſas: partim vt indiuiſibile: nam ratione quidem diuiſibile: loco autem atq; numero indiuiſibile eſt.
12 Improbatio ¶ An id minime fieri poteſt:idem enim potentia quidem eſt ipſa contraria:& diuiſibile & indiuiſibile:actu autem eſſe non poteſt. Sed patiendo diuiſibile eſt: at fieri nequit:vt ſimul ſit album & nigrum. Quare neq; formas ipſorum ſimul ſenſus
Alia ſolutio ac intellectus. Si talia ſint vt patiantur ſuſcipient. ¶ At enim hoc perinde ſeſe habet: atq; id quod quidam punctum appellant. Quod quidem tum vnum eſt: tum duo: quo pacto & diuiſibile eſt quo igitur indiuiſibile eſt hoc vnum eſt:id quod diſcernit ac ſimul. Quo vero eſt diuiſibile:hoc non vnum eſt:bis enim eiuſdem ſigni ſimul ſit vſus. Quo ergo finis vſus ſit vt duorum:hoc duo diſcernit:atq; eſt ſeparata vt ſeparatum. Quo vero eſt vnum:hoc vnius fit vſus & ſimul. Sed de principio qui
Scda pars dem quo dicimus animal ſenſitiuum eſſe ſit hoc modo determinatum. ¶ Cum aũt
13 Queſtio duabus priſci differentijs maximeq; diffiniant animam: Motione inquam loco ac comodata:& intelligendo & diſcernendo ac ſentiendo: conſiderandũ eſt ſi quid
Rñſio antiquorũ interſit inter intelligere ac ſentire. Videtur nanq; tam intelligere q̃ etiam ſapere veluti quoddam eſſe ſentire:etenim his vtriſq; rerum aliquas anima diſcernit atq; cognoſcit. Et veteres idem eſſe ſapere ſentireq; cenſent. Quemadmodum & Empedocles dixit. At pręſens hominum creſcit ſapientia ſemper. & alio rurſus in loco. Hinc varia his ſemper prudentia ſomnia monſtrat. Idem & Homerus his carminibus ſenſiſſe videtur. Tales nanq; inſunt mentes mortalibus ipſis. Quales quotidie ſummi fert rector olimpi. Etenim omnes hi putant ipſum intelligere corporis eſſe:perinde atq; ipſum ſentire:& ſentire ſimili ſimile arbitratur & ſapere:vt in ſuperioribus di-
14 Contra antiquos ximus locis. ¶ Oportebat tamen ipſos de errore quoq; deceptioneue differere. Sũt enim hæc magis propria animalium:pluſq; id temporis eſt: quo in his anima verſatur vt patet:iccirco neceſſe eſt aut vniuerſa:quę videntur:vt quidam inquiunt eſſe vera:aut diſſimilis rei tactum errorem eſſe deceptionemue. Quippe cum id ſit contrarium illi. Simili inquam cognoſcere ſimile. Videtur autem & deceptio & ſci
15 Cõcluſio entia contrariorum eſſe eadem. ¶ Non idem igitur eſſe ſentire ac ſapere patet:illud enim omnibus animalibus hoc valde paucis ineſt. At neq; intelligere idem eſt ac ſentire:intelligere inquam quo recte atq; non recte res percipi ſolent. Quod nanq; recte percipit:id eſt prudentia & ſcientia atq; opinio vera. At q; non recte: id eſt nimirum his dictis contrarium. Etenim propriorum ſenſus ſemper eſt verus & vniuerſis animalibus ineſt. At fit vt falſo quoq; quis ratiocinetur:neq; cuiq; competit
16 cui non ineſt & ratio. ¶ Imaginatio nanq; diuerſa eſt a ſenſu menteq;. Atq; neq;
Cõcluſio. Probatur primo hæc fit ſine ſenſu:neq; exiſtimatio ſine hac eſſe poteſt. Non idem autem eſſe imaginationem exiſtimationemue patet:hic enim affectus in poteſtate ſine controuerſia collocat̃:licet nanq; cum libet fingere quicquid volumus:atq; ante oculos ponere: perinde atq; ij faciũt:qui in artificioſę memorię comparatis atq; diſpoſitis locis ima
autoritas. gines fingentes:atq; ſimulachra collocant. At opinari in nobis non eſt ſitũ. Neceſſe

eſt em̄ opinantem aut veram,aut falſam exiſtimatōem habere. Præterea cū opina- Secundo.
mur aliquid malū eſſe:atq; terribile: continuo perturbamur. Similiter & cum opi
namur quippiam eſſe tale vt in illo ſit confidendū. At cum imaginamur talia:perin
de afficimur atq; ſi in pictura eadem ſpectaremus:ſunt aūt & exiſtimationis ipſius
hę differentię ſcientia:& opinio,& prudentia,& ea,quę ſunt hiſce contraria. De dif
ferentia quorū alius ſit ſermo magis ad id ipſum accomodatus. At vero cum di-
uerſum ſit ſentire ac intelligere:& huius aliud imaginatio aliud exiſtimatio eſſe vi-
detur. De imaginatione primo:deinde de altero dicamus oportet. Si igitur imagi- 17 Cōcluſio.
natio id eſt fantaſia ſit id quo viſum fantaſmaq; aliquod in nobis dicimus fieri: &
nō aliud quicq̄:qđ per tranſlationem hoc eodem nomine nuncupat̄:ipſa profecto
vna quędā eſt potentiarū earū aut habituū:qbus diſcernimus & aut vere ꝑcipim⁹
aut falſo. Tales aūt ſunt ſenſus,opinio,ſcientia intellectus. At ipſam non eſſe ſen-
ſum ex hiſce patere poteſt. Senſus em̄ vel eſt potentia vel operatio,vt viſus vel viſio.
Atq; nonnunq̄ neutrū eſt iſtorū:& tamen apparent aliqua,videmurq; videre,vt ea
quę in ſomnis apparent. Deinde ſenſus quidem ſemper adeſt: imaginatio aūt non Primo
ſemper. Quod ſi idem eſſet imaginatio ac operatio. Beſtijs imaginatio ꝓfecto cun Secundo Tertio
ctis ineſſet. At nō eſſe videt̄ vt api aut formicę,aut vermi. Pręterea illę quidem verę
ſunt ſemper:imaginatōes vero plures fiunt,vt patet,falſæ. Præterea cū exacte circa Quarto
ſenſibile operamur,nō dicimus hoc nobis hominem videri ac apparere. Sed potius Quinto
cum nō clare ſentimus:qn̄ etiam fit vt ſit verus ſenſus & falſus. Atq; nobis qđ qui-
dem paulo antea dicebamus clauſis etiā oculis viſa vident̄,atq; apparent. Atq; 18 Cōcluſio.
nec vllus habituū eorū erit: qui veri ſunt ſemper vt ſcientia vel intellectus. Eſt em̄
& falſa imaginatio nō ſolum vera. Reſtat igitur vt ꝑſcrutemur ſi ſit opinio. Atq; 19 Cōcluſio
fit idem opinio & vera & falſa. Verū opinionem quidem ſequit̄ fides. Quippe cū
fieri nequeat,vt hiſce quiſq̄ non credat quorū habet opinionem. Beſtiarū aūt fides
quidem nulli:imaginatio vero compluribus ineſt. Præterea fides oēm opinionem
ſequit̄:perſuaſio fidem:ratio perſuaſionem. At imaginatio quidem quibuſdā beluis
ineſt:ratio aūt nullis. ¶ At vero patet nec opinionem eſſe:cū ſenſu,nec opinionem 20 Cōcluſio.
per ſenſum:nec opinionis ſenſuſue coniunctionem & per ea,quæ dicta ſunt,& hac
etiā ratione: patet em̄ ſi imaginatio ſit opinionis ſenſusq; coniunctio,opinionem
non cuiuſuis rei. Sed eius eſſe,cuius eſt etiam ſenſus. Dico aūt imaginationem ſi ſit
coniunctio ſenſus opinioniſue,coniunctionem eſſe opinionis albi & ſenſus eiuſ-
dem albi:non em̄ erit ex opinione quidem boni:ſenſu aūt albi. Apparere igitur eſt
opinari rem eam,quā ſentit,& non per accidens. At apparent nonnunq̄ etiā falſa:
de quibus ſimul verā opinionem habet. Sol em̄ pedalis quidem apparet. at perſua-
ſum eſt terra ipſum eſſe longe maiorem:fit igitur vt aut ſuam is opinionem,quā ha
bet veram abijciat re modo eodem ſeſe habente,nō oblitus,nec diſſuaſus:aut ſi ad-
huc illam habeat,eadem ſit ſimul neceſſario falſa ſimul & vera. At conſtat opinio- 21
nem tum euadere falſam,cū res mutata latet. ¶ Neq; igitur vnū eſt iſtorū imagina Infert
tio neq; ex his eſt coniunctū:verum qm̄ fieri poteſt vt aliud moueat̄ ab eo ipſo,qđ
motū eſt. Imaginatio vero motio quædā eſſe videt̄ & non fieri ſine ſenſu. Sed ſenti
entibus,& eorū etiam eſſe quorū eſt ſenſus:fit aūt vt motus oriat̄ a ſenſu iam actu.
Quem qdem neceſſe eſt ipſi ſenſui ſimilem eſſe. Imaginatio motio hæc eſt ꝓfecto 22
quę neq; ſine ſenſu nimirū eſſe,neq; competere nō ſentientibus pōt:atq; multa per Cōcluſio.

ipſam id agere patiue põt:qđ ipſum habet:& inſuper & verã & falſam eſſe.Atq; id
ꝓpterea fit,qđ ſenſus q̃dem propriorũ eſt verus:aut raro admodũ ſuſcipit falſitatẽ.
At eſt ſenſus eius etiã rei:cui ꝓpria ſenſibilia accidunt vbi iam fit: vt ipſe ſit falſus:
Nam nõ eſt falſus:ſi albũ dixerit eſſe:ſed ſi albũ hoc aut aliud eſſe.Eſt p̃terea cõmu
nium ſenſus:quæ q̃dem perinde atq; propria ijs accidunt quę ſunt per accidens ſen
ſibilia.Dico aũt motũ & magitudinem,quę vt patet accidũt ſenſibilibus:circa quę
maxime error deceptioq; fieri ſenſu poteſt.Motus igiť hiſce,qui fit a triplici tali ſen
ſu:differentiã ob id ipſum nimirũ habebit: atq; primus q̃dem cum operatio ſenſus
adeſt eſt verus.Cæteri vero falſi etiã eſſe poſſunt:& p̃ſente,atq; abſente p̃ſertim cũ
23 a ſenſu longe ſenſibile diſtat.¶Si igiť nihil aliud p̃ter imaginatõem habeãt ea:quæ
Diffinitio autoritas. dicta ſunt.Sicq; idipſum,qđ diximus ipſa imaginatio motus is eſt ꝓfecto, qui fit
a ſenſu iam operante.Cum aũt viſus maxime ſit ſenſus,hinc eſt ꝙ nomen imagina
Ratio nominis tio ab ipſo lumine ſumpſit fantaſiaq; diciť:quia ſine lumine viſio fieri nequit:at q̃a
imaginationes immanent.Senſusq; ſimiles ſunt:ideo per ipſas animalia beſtię in=
quam atq; homines multa agunt.Illæ,quia mentis ſunt vt patet expertes,homines:
quia mens perturbatione nonnunq̃ vel morbo vel ſomno ſubmergiť:ſed de ima-
Epilogus. ginatione quidem determinatũ ſit hactenus.Satis enim quidnam ipſa ſit: & cur ſit
hiſce:quę iam dicta ſunt explicauimus.

Explanatio textus.

De ſenſibus exterioribus hactenus:iam de ſenſu cõmuni interiori agit & phantaſia.

I.Dubium eſt/cum ſentimus nos audire & videre an hoc fiat eodem aut alio ſenſu. Q̧ non alio ſenſu:quoniam eiuſdem obiecti erunt iam duo ſenſus: & quis videbit viſum & colorem. ſecũdo tunc abiret in infinitum:quia primi ſenſus,eſſet ſecundus: & ſecundi tertius, & ſic deinceps.

II.Si dixerimus ꝙ eodem ſenſu:Contra iam idem ſentiet ſe.ſecũdo quia videtur qđ aut eſt color aut colore affectũ: ſenſus neutrũ eſt.tertio Non enim modo eodem ſemper diſcernit viſus: quia lucem per lumen iudicat/tenebras autem aliter.

III.Q̧ ſentit eſt affectũ a ſenſibili.probat in viſu: viſus enim afficitur ſpeciebus rei viſibilis: Hinc amotis ſenſibilibus,remanent adhuc ſpecies ipſorũ reſides in organo: quia ſenſibilis actio eſt eadem, eſſe vero non idem.

IIII.Sonus actu & auditio in eo ſunt qđ patiť/& qđ potentia tale eſt. probať quia motus actio & paſſio in eo eſt qđ patitur & mouetur: quare ſonatio eſt actus ſonatiui, & auditio actus auditiui.

V.Quare auditio & ſonatio ſimul ſunt licet nõ auditiuum & ſonatiuũ: priora enim dicunt actum/ poſteriora potentiam.

VI.Antiqui male poſuerunt ſenſibile non poſſe eſſe ſine ſenſu:ratio quia ipſi nõ fecerunt differentiã inter ſenſum in actu & potentia:actũ enim ſenſatũ nõ eſt ſine ſenſu,ſecus de ſenſibili in potentia.

VII.Senſus conſiſtit in quadã proportione & cõmiſtione:patet in vocibus,odoribus &c̃.nam excedentia vel deficientia afficiunt ſenſum dolore: ſed ſimplicia mixta gaudium.

VIII.Præter quinq; ſenſus exteriores eſt alius ſenſus interior.probať quia ſenſus eſt ſenſibiliũ contrariorum:ſed viſus non poteſt diſcernere & iudicare, vnum contrariorum ab alio: ergo hoc facit vnus alius ſenſus.

IX.Sicut eſt vnus ſenſus diſcernens albũ a nigro: ita eſt vnus diſcernens dulce a nigro.probať quia niſi ſit vnus ſenſus apprehendens vtrunq;, nunq̃ poterit ponere differentias inter ambo.

X.Quare vnus ſenſus ſimul & in eodem tempore ſentit & percipit ſenſibilia ſeparata vnius vel plurium ſenſuum.

XI.Si opponis fieri non poſſe,idem ſimul tempore indiuiſibili motibus contrarijs moueri:quare eũdem ſenſum nõ ſimul mouebit album & nigrum. Reſpondetur,ſenſum eſſe vnum numero, & impartibilem, & ſimiliter tempus in quo ſentit: ſed ipſum eſſe plura ratione.

XII.At contra illam ſolutionem aſſumitur ipſam non ſufficere: quia idem numero non poteſt ſimul eſſe album & nigrum:Dat aliam ſolutionem: ꝙ ſicut centrum eſt vnum ad quod plures linee ex circumferentia coeunt: ita ſenſus cõmunis eſt vnus/ quaſi centrum aliorum ſenſuum:ad quem a ſingulis ſenſibus linee diriguntur ſenſiles: & ſic eſt quodammodo vnus ſ.in ſe/ & eſt quodãmodo plures ſ.in reſpectu plurium ſenſuũ/a quibus intentiones accipit.

XIII.Quæſtio eſt ſentire ſit intelligere: Reſponderunt antiqui quod ſic:primo quia vtroq; anima iudicat:ſecundo Empedocles cecinit

Ad præſens hominum creſcit ſapientia ſemper
Hinc uaria his ſemper prudentia ſomnia monſtrat
& Homerus
Tales uanq; inſunt mentes mortalibus ipſis
Quales quotidie ſummi fert rector olympi.

Tertio dixerunt intelligere eſſe ipſius corporis ſicut ſentire;quoniam ſcire eſſet ex ſimilitudine.

XIIII. Antiquorum reſponſio eſt inſufficiens: patet quia nihil dixerunt vnde anima decipiatur: cũ plus verſetur animal in errore/ q̃ in veritate: ſi dicis omnia apparentia ſunt vera: hoc improbaẗ. 4. metaphyſ. Item ſcientia non fit ex ſimilitudine: quia ſcientia eſt contrariorum: modo nihil eſt ſimile contrarijs.

XV. Senſus non eſt intellectus. primo quia intelligere non conuenit omnibus animalibus ſicut ſentire. ſecundo quia intelligere eſt verorum & falſorum: ſed ſenſus ſemper eſt verus circa ſenſibile proprium.

XVI. Imaginatio ſeu phantaſia eſt alia a ſenſu & mente & exiſtimatione: quia imaginari eſt in noſtra poteſtate: ſed opinari non eſt in nobis. ſecundo quia cũ opinamur nobis futura bona letamur/ mala triſtamur: ſed propter horum imaginatõem non ſic afficimur.

XVII. Imaginatio non eſt ſenſus. probatur quia imaginatio fit quando formamus phantaſmata & imagines: modo illa non eſt ſenſus actus nec potentia. probatur quia in ſomno adeſt imaginatio/ ſed non ſenſus operatio. 2. quia omnibus animalibus conuenit ſenſus/ ſed nõ imaginatio/ quia nõ formicæ, api vel vermi. 3. ſenſationes ſemper veræ ſunt/ imaginationes plerũq; falſæ. 4. quia cum perfecte ſentimus rem/ non dicimur eam imaginari/ ſed abſentem imaginamur. 5. clauſis oculis imaginamur/ non videmus.

Scđa pars de fãtaſia

XVIII. Imaginatio nõ eſt ſcientia vel intellectus Probatur quia illi ſunt habitus verorum/ imaginatio eſt falſa.

XIX. Imaginatio non eſt opinio. probaẗ quia opinionem ſequitur aſſenſus/ non imaginationem. 2. quia opinioni annectitur ratio, ſed nõ imaginationi: quia in feris eſt imaginatio non ratio.

XX. Imaginatio non eſt ſemper coniuncta ſenſui, nec ſemper opinioni/ nec eſt vtriuſq; coniunctio. probatur quia tunc eſſet opinio illius ꝙ ſentitur: modo ſtat iudicium ſenſus eſſe falſum/ opinione exiſtente vera: vt viſus iudicat ſolem eſſe bipedalem, opinio, maiorem tota terra.

XXI. Imaginatio nullum iſtorum eſt: non tamen fit ſine ſenſu: & eſt etiam horum quorum eſt ſenſus/ & ſentientium.

XXII. Imaginatio aliqua eſt vera/ alia falſa: vnde pendet ex ſenſu: ſenſus aũt circa ſenſibile ꝓpriũ eſt verus/ ſed ſæpe decipitur circa ſenſibilia communia: quare etiam imaginatio aliqua eſt vera, aliqua falſa. ¶ Vnde ſenſus tripliciter errat/ primo iudicando propria, vt album a remotis. 2. hoc vel illud album. 3. iudicando de cõmunibus propria ſenſibilia conſequentibus: & in hoc differt ab imaginatione quæ eſt tam abſentiũ q̃ pñtium

XXIII. Imaginatio eſt motus factus a ſenſu ſcđm actum: & quia viſus potiſſimus ſenſus eſt/ qui fit lumine: imaginatio dicta eſt a lumine: vnde per eam homines & animalia multa agunt: Animalia quia rationis expertia: homines quia aliquando morbo aut ſomno ſubmerguntur.

Annotatio.

4. Actio eſt in patiente, reſumit ꝓpoſitionem quã in. 3. phyſ. probauit: Vnde hic docet contra antiquos (ait Themiſt.) non omne agens pati a paſſo: quoniã ſenſibilia non patiunẗ a ſenſu. Themiſt.

6. Reſumit hic Ariſto. ꝙ. 5. metaphyſ. &. 2. phyſ. accepit ſ. cauſam in actu & effectum in actu eſſe ſimul/ vt Themiſt. in. 2. phyſ. explanat: quoniã de cauſa poteſtate, hoc nõ oportet: Auicenna tamen metaphyſicorum princeps in ſexto ſuæ metaphyſicæ cap. 2. intelligit eam in vniuerſum in cauſis particularibus reſpectu effectuũ propriorum ac immediatorum: ſic enim limitando nullam recipiunt calumniam. Ariſtot. Themiſt. Auicenna

16. Opinari non eſt in nobis ſitum: non enim opinamur cum volumus: Inducit Holcot q. 1. primi ad hoc, ꝙ etiam credere non ſit in mera poteſtate noſtra: at hoc vltra crepidam vide Picum in apol. concluſ. 8. Holcot Picus

23. Imaginationis nomen dicit Ariſt. in græco a lumine ſumptum: ꝙ viſus perceptiuus luminis ſit maxime ſenſus: unde φαντασία i. imaginatio φῶσ lumen dicitur, vide Celium lib. 11. antiquarum lectionum cap. 11.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. XI.

An præter ſenſus exteriores ſit ſenſus aliquis communis?

Articulus. I.

Nota. I. Suppoſito quid ſenſus exterior, Senſum interiorem eſſe potentiã ſenſitiuam natam apprehendere & etiam iudicare ſenſibile in ſui abſentia: Vnde frequenter ſenſus interior præſupponit exteriorem: quamuis etiam obiecto abſente ipſum cognoſcat. ¶ Vnde ſenſus interior cognoſcit obiectũ abſens/ reſeruat ſpecies ſenſibilis prius ſenſati/ & ex ſpeciebus ſenſatis elicit ſpecies non ſenſatas: ſicut ouis ex ſpeciebus lupi viſi, elicit ſpecies inimicitiæ non ſenſatæ. ¶ Primus autem ſenſus interior dicitur cõmunis (ſemper ad intellectũ in q. de potentia datum) ita appellatus cõmunis reſpectu ſenſuum exteriorũ/ qui dicuntur ſenſus particulares: Ipſe autem cõmunis dicitur non ſcđm prædicationem, neq; ſcđm exiſtentiam/ ſed cõmunitatẽ cognitionis: quoniam quod ſinguli ſenſus exteriores cognoſcunt, hæc omnia ipſe ſolus cognoſcit.

Nota. II. Senſus cõmunis eſt qui percipit obiecta omnium ſenſuum particulariũ, & actus ſcđm differentias eorum immediate: Vnde propterea comparatur centro, ad quod ducuntur omnes lineæ a circumferentia: ſic a quinq; ſenſibus exterioribus ducuntur lineæ ſpecierum ſenſibilium ad ſenſum cõmunem. ¶ Iudicat autem ſenſus communis immediate actus ſenſuum exteriorũ: quoniam memoria iudicat mediate. ¶ Vnde D. Card. hic poſt Albert. ponit tres actus ſenſus cõmunis. primus eſt cognoſcere ſenſus & ſenſibilia omnium ſenſuũ ex.

teriorum/etiam ipſis abſentibus: vnde non videmus nos videre/ſed ſentimus nos ſentire: Senſatio enim exterior non eſt reflexiua: ſed interior poteſt reflecti tam ſuper exteriorem/ꝙ interiorem. Secūdus actus eſt conuenientias & differentias inter obiecta ſenſuum diſcernere: Iudicat enim albedinem non eſſe ſonum/quod ſenſus exterior nequit: cum quilibet alterū illorum, non ambo ſentiat: Iudicat item mel eſſe dulcius zaccharo. Tertius actus eſt abſentias obiectorū iudicare/vt in tenebris iudicamus nos non videre, in inani nihil tangere.

Nota. III. De organo ſenſus cōmunis, pugnantes eſſe ſententias Primo Ariſt. lib. de ſomno & vigilia videtur ſentire ſenſum cōmunem eſſe in corde: licet organa manifeſtationis operis ſint in cerebro: quoniā omniū ſenſuum exteriorū actus corde percipere videmur: quacunꝗ etiam parte corporis lęſa, ex corde dolere dicimus. Contra medici, vt d. Iſenachius renarrat, Galeni & Auicennę freti autoritate, dicunt ſenſum cōmunem eſſe in anteriori parte cerebri: quod ex eo probant/ q̄m lęſa anteriori parte cerebri, lęditur iudicium ſenſus cōmunis, Sicut lęſo occipite, memoria diſtrahitur: vnde ſicut ex eo euincitur occiput eſſe locum memorię: ita a ſimili probatur ſinciput eſſe organum ſenſus cōmunis: Cæterum omniū exteriorū ſenſuū nerui, in anteriori parte cerebri concurrunt: quare eo loco probabile eſt eſſe ſenſum cōmunem: Præterea ſi cor eſſet organum ſenſus cōmunis: iam in ſomno (cum ipſum ſit calidiſſimum) non ligatur: vnde nec ſenſus cōmunis ligaretur: cuius oppoſitū experimur: vnde dominis medicis in eorum harena facile cederem, quamuis ante eos idem Plato in Timęo dixerit.

Nota. IIII. Pręceptorem noſtrum Ioan. Vrachiū dum iſta pręlegeret, dediſſe concordiā horum dictorum: quoniam ſenſus cōmunis radicaliter ſit in corde, inſtrumentaliter vero in cerebro: quam reperio etiam apud d. Iſenachium: qui negat ſenſationem interiorem fieri in cerebro: ſed quia omnes ſpiritus ſenſibiles, primo in cerebro congregant̄: ac ſubinde petunt cor: vbi fit conſumata ſenſatio: Vnde omnis operandi efficacia eſt a corde dante & cōmunicante ſpiritum vitalem. At verius dici poſſet hic ſenſum operari/vbi habet organum ſuū Nam iſte apparet modus ſentiendi ſenſus communis: nam ab obiecto deſcinduntur ſpecies vſꝗ ad organum ſenſus exterioris: in quo receptę deſcindunt de ſe ſpecies ſubtiliores quę cum ſpiritu immutato mouentur per neruos ſenſuum vſꝗ ad cerebrum, organum ſenſus cōmunis: vbi anima excitata completam facit ſenſationem, cognoſcendo, iudicando, & diſcernendo de ſenſatis ſenſu exteriori. Corollarium. Senſus communis non ſolum apprehendit/ſed etiam iudicat. Iſenach.

Articulus. II.

Concluſio. Senſus communis eſt ponendus, probatur autoritate Ariſtot. in textu, & eius rationibus: quas partim notabili. I. & II. repetiuimus: conſentit Auguſtinus libro. 2. de libe. arbi. cap. 3. Eædem etiam probant contra Themiſtium, ſenſum cōmunem non eſſe vnum ſcd'm rem cum ſenſibus proprijs. Themiſt.

Articulus. III.
Dubium. I. An ſenſus exterior percipiat ſuam operationem?

Præmit. I. Hic ſapientes contraria opinari: nam primo Sueſſa vult ſenſum biuariam conſiderari. Vno modo vt ſenſum, & ſic eius eſt percipere obiecta, nō eſſentiam aut operationem. Secundo modo vt ſenſum humanum: & ſic primo & recto intuitu attingit obiectum: & ſecundario ſeu reflexe operationem, non potentiam. Vnde citat S. Thomam, dicentem ſenſum in hoc differre ab intellectu: quia intellectus perfectum faciat circulū: poſt ꝙ enim intellectus egreditur ad obiectū: tunc dein regredit̄ ad operationem/& ab illa ad potentiā & eſſentiā: q̄m intellectus & ſe & eſſentiā animæ cognoſcit: & ita circulus eſt completus: Senſus vero egreditur a ſeipſo ad obiectum, & regreditur ad operationem: in potentiā vero & eſſentiā non poteſt: Euocat teſtes aſſertionis ſuę Auer. Simplicium, Iamblychum & Albe. de quibus art. 4. Sueſſa S. Thom. Auerr. Simpli. Iamblyc. Albert.

Præmit. II. Ægidium nouum expoſitorem hic alius eſſe ſententię: q̄m ſenſus cōmunis bene ſentiat operationem ſenſus exterioris: ſed hoc nō faciat ſenſus exterior: qui nō eſt reflexiuus ut art. 1. not. 2 diximus: Quod ex his comprobat primo quia ſenſus eſt virtus materialis: quę nō redit ad ſe. 2. quia ſic quis abiret in infinitum vt argumentat̄ Ariſt. in textu. 3. quia obiectū ſenſus, puta viſus eſt color aut aliud ſenſibile cōmune: modo viſio nō eſt color: quę ſi videret̄: iam color non eſſet propriū & adæquatum obiectum viſus. 4. quia Ariſt. in lib. de ſomno & vigilia, negat viſionem videri, & quilibet experitur: quibus pręmiſſis Ægidius Ariſtot. Ariſtot.

Reſpondetur. Senſum exteriorem non ſentire ſuam operationem: patet per Ariſto. ab initio textus: & per inducta in ſcd'o pręmiſſo.

Dubium. II. An plures ſint ſenſus interiores?

Præmit. I. Sententiam eſſe Ariſt. hic & in paruis, tantum duas eſſe vires ſenſus interiores: Nam vna dixit eſt dūtaxat cognitiua & iudicatiua ſenſibilium: hæc eſt ſenſus cōmunis: Alia eſt receptiua & reſeruatiua ſpecierū & imaginum rerum ſenſibilium: hæc phantaſia dicitur & imaginatiua ab imaginibus rerum.

Præmit. II. Diuerſam eſſe medicorum ſententiā

cui fauet Auer. & Albertus: hi ponunt quinq̧ ſpecies ſenſus interioris. ſ. ſenſum cõmunem, imaginatiuam, cogitatiuã, eſtimatiuã & memoriã. Hę organa habẽt in cerebro, ſubtiliſſimis pelliculis per cauernulas diuiſa: partiunt enim cerebrum in tres ventriculos: & duos priores rurſus bipartiunt ſingulos in duas cellulas: qm̃ in ventriculo

primo	dextra / ſiniſtra	cellula eſt	a. ſenſus cõmunis / b. imaginatiua.
Secundo	dextra / ſiniſtra	cella eſt	c. cogitatiua / d. formatiua

Tertio eſt ſedes ſ. memorię in occipite.



Præmit. III. Quoniam officium ſenſus cõmunis iam expoſuimus: Porro ſenſus cõmunis receptas ſpecies facta ſenſatione per neruorũ meatus imaginatiuę tranſmittit: cuius operatio eſt receptas ſpecies & imagines reſeruare: Ob eam cauſam organũ eius dicitur eſſe ſiccum & frigidum: q̃m frigidi & ſicci eſt bene retinere. ¶ Vnde vis imaginatiua aliquibus videtur eſſe tm̃ receptiua: ita q̧ nullũ omnino habeat actum: alijs tamen videtur cognoſcere rem ſenſatam / quamuis abſq̧ differentia temporis pręſentis vel pręteriti.

Præmit. IIII. Vis cogitatiua / quę & elicitiua dicitur in brutis ex ſpeciebus ſenſati elicit ſpecies rei nõ ſenſatę: & hoc vel naturali inſtinctu / ſicut ouis lupi, & mus felis / vel experimento: Sicut aſinus timet appropinquare ponti / vbi ſemel cecidit: nã ex ponte viſo elicit ſpecies caſus non viſi: Sic hyrundo in alto nidificat, aranea ręte expandit / vbi eſt muſcarum copia Auicen. 6o. naturaliũ: Sequit̃ vim cogitatiuam eſſe actiuam: nam cognoſcit ſenſatum / & elicit cognitionem rei nõ ſenſatę: de formatiua ſeu phantaſia mox dicturi ſumus.

Pręmit. V. In poſtremo ventriculo eſſe memoriam: quę reſeruat ſpecies ab omnibus prioribus acceptas, vſq̧ quo iterum ſit per eas operandum: & hoc cum differentia certa temporis pręteriti: & in hoc vltimo differt ab imaginatiua / quę ſine differentia temporis imagines retinet: de memoria plura in paruis.

Reſpondet Quinque ſunt ſenſus interiores iuxta notata ſecundi pręmiſſi.

Dubium. III. An phantaſia ſit ſenſus interior?

Præmit. I. Qꝫ duplex eſt vis imaginatiua vt hic Summerh. meminit: vna ſolum recipit imagines ſenſibiliũ: & hęc a nobis dicta eſt imaginatiua dubio priori: alia componit imagines receptas ab inuicem / & compoſitas diſiungit: hæc latine etiam imaginatiua dicitur: tamen magis inualuit nomen græcum / qđ phantaſia dicitur: vt ſi de die caſtrũ vidi / & aureos numeraui, vel aureum cyphũ vidi: Vis illa in ſomno phantaſia, imaginem auri componit imaginem caſtri: & tunc ſomnium fit de aureo caſtro: ſic in ſimilibus quiſq̧ experitur ſomnijs ¶ Coroll. Hinc recte virtus illa a neotericis D. Iſenach. & d. Vſing Formatiua dicitur: qđ ad inuicem formet & componat imagines in memoria vel imaginatiua aut ęſtimatiua inuentas: quomodo autem compoſitio phantaſię differat a compoſitione intellectus lib. 3. dicturi ſumus. Iſennach. Vſingẽ.

Præmit. II. Phantaſiam diffiniri ab Ariſt. phantaſia eſt motus factus a ſenſu ſcđm actum: vbi ſatis liquet phantaſiam non diffiniri pro organo, vel potentia / ſed pro actu: quare ita debet intelligi. Phantaſia eſt motus. i. actus cognitiuus uirtutis ſenſitiuę factus a ſpeciebus ſenſationem exteriorem cauſantibus. Ariſtot.

Præmit. III. Phantaſma tripliciter capi: primo pro ſpecie: ſic ait Ariſt. oportet intelligentem phãtaſmata ſpeculari. 2. pro ſpecie reſeruata in memoria. 3. vſurpat̃ pro actu phantaſię: Sic ait Ariſtot. in lib. de ſomno. Somnium eſt phantaſma factum in ſomno. Ariſtot.

Præmit. IIII. Vulgatum eſſe illud. ſ. fortis imaginatio ſeu phantaſia tranſmutat corpus: de quo plures magis ſuperſtitioſe loquuntur q̧ bene & vere: ad mentem tamen Auicennę hæc afferantur. Auicenna
1. Licet omnes animę noſtrę ſint eiuſdem ſpeciei: non tamen omnes ſunt æquales in uirtutibus: nam vna eſt plus immerſa materię q̃ alia. 2 Anima in nobilibus proprietatibus eleuata vltra corpus poteſt agere in ipſum. 3. Hoc põt anima / qñ eſt fortis & fixa affectio / & ſubiecto corpe ad tranſmutationem diſpoſito: Anima etiam ipſa non victa a paſſionibus ſenſibilibus.

4. Animę ergo nō ſunt æquipotentes: cum nō quę
libet ſit nobiliter eleuata, & a paſſionibus ſenſibi-
libus ſemota. 5. Sicut enim lapides & herbę ha
bent mirabiles virtutes tranſmutandi corpora: a
fortiori anima bene diſpoſita debet habere præ-
potentes virtutes. 6. Imaginationis phantaſticę
mirabiles liquet eſſe effectus: nam gallina vincens
gallum ex imaginatione erigit caudā ſicut gallus,
coire tentat cum alijs gallinis (quamuis ſolum oua
ventoſa naſcantur) & ex imaginatione naſcitur ei
cornu in crure, ſicut gallo: Sic aliquis tranſit ſuper
trabe in terra ſecurus: qui in alto caderet: Sic puer
genitus aſſimilatur frequenter ei de quo mater for
tem habuerit imaginationem: Alterat ergo imagi
natio corpus proprium non alienum: Ridiculū eſt
ꝙ Sauanorol. credidit ex forti imaginatione im-
mutari aerem ad pluuiam.

Reſpondet Ad dubium affirmatiue.

Articulus. IIII

Ratio. I. Omnes ſenſus ſunt interiores: ergo nul-
lus eſt exterior: Si dicis dicitur interior quia præ-
ſupponit ſenſationem exteriorem: Contra, ergo
nullus eſſet ſenſus communis: quia ſenſus non eſt
vniuerſalium / ſed ſingularium. ¶ Confirmatur
quia commune non diſtinguitur contra particula
ria: ergo ſenſus communis nihil aliud eſt ꝙ ſenſus
Themiſt. particulares: & illius ſententię fuiſſe Themiſtium
Nyphus. oſtendit Nyphus: puta ꝙ ſenſus cōmunis in re ſit
quinqꝫ ſenſus exteriores: & vt vtitur oculo circa ui
ſile dicitur viſus &c̄.

II. Omnes ſenſus ſunt in corde. ergo. probatꝛ quia
omnes actus ſenſuum veniunt ex calore: ſed princi
pium caloris & fons eſt cor. ¶ Confirmatur quia
cerebrum eſt humidum: ſed humidum non bene re
tinet. 2. de gener. ergo ſaltem memorię organum
non poteſt eſſe in cerebro.

III. Senſus exterior ſentit ſuum actum: probatur
per Auerr. tex. com̄. 139. Senſus. i. ſenſationes mo-
uent virtutes / ſicut ſenſilia quę ſunt extra, mo-
uent ſenſus. ſimile dicit com̄. 138. ¶ Confirmatur
per Simplicium, allegantem ad hoc Iamblychū:
Senſitiuū humanū ſuā ſentire operationem.

IIII. Memoria nō eſt ſenſus interior. probatꝛ quia
ſenſus eſt ſentire: memoria non ſentit: ſed ſolum re
ſeruat ſpecies. ¶ Confirmatur memoria intellecti-
ua non differt ab intellectu: ergo memoria ſenſiti-
ua non differt a ſenſu: eadem ergo erit vis cogniti
ua & reſeruatiua.

Reſpondet ad primam vt in aſſumptione:
ad improbationem dico ſenſum non dici commu
nem / quia ſentiat vniuerſale: ſed quia ſentit obie-
cta ſingulorum ſenſuum exteriorum. ¶ Ad confir-
mationem dico ꝙ aſſumptum eſt verum de com-
muni, cōmunitate prędicationis: Senſus cōmunis
eſt cōmunis ſolū apprehenſione & iudicio: a The-
miſtio ſi ita ſentit recedimus / quoniam recedit a
magiſtro / qui nihil ſine ratione dixit, ait Auerro.
de Ariſtotele.

Ad. II. Senſus eſſe in corde diſtinguit Lamper-
tus, aut quo ad organa & operationes ſic negatur:
aut quo ad efficaciam operandi: ſic datur: quoniā
omnis efficacia eſt ex ſpiritu vitali: qui diffunditꝛ
a corde. ¶ Ad confirmationem fateor cerebrū eſ-
ſe humidum a dominio: tamen inæqualiter humi-
dum: vnde in ſicciori parte eſt memoria in compa
ratione ad alias partes.

Ad. III. dico vt in dubio ſenſum exteriorem nō
poſſe reflecti ſuper ſeipſum: neqꝫ arbitror aliquem
voluiſſe oppoſitū ex citatis per Nyphū: ad Auerr.
enim dico bene ſenſus mouere virtutes interiores Nyphus.
obiectiue: ſed nego ꝙ moueant ſenſus exterio- Auerr.
res: alias enim abiret in infinitū in actibus / vt do-
cte ratiotionatur Ariſtot. in textu: Idem dico de Ariſtot.
Iamblycho Senſitiuum humanū ſuam ſentire ope- Iamblyc.
rationem: ſed hoc nō facit per ſenſum exteriorem /
ſed cōmunem interiorem: Quod ſi etiam de exte-
riori loqueretur: non eſſet accipiendum / ꝙ ſenti-
ret ſuam operationem obiectiue per cognitionem
ſed formaliter: quoniam operatio vitaliter immu
tat ſenſum.

Ad. IIII. Nego omnem potentiam ſenſitiuā ſen-
tire, ſufficiat ꝙ aliquid faciat & concurrat ad ſen-
ſationem: modo memoria & imaginatiua reſeruāt
ſpecies. ¶ Ad confirmationem nego conſequentiā:
& ratio eſt / quia in immaterialibus facile eſt can-
dem potentiam recipere & cognoſcere: ſed in cor
poreis potentijs: hoc vna & eadem nō poteſt.

DE ANIMA LIBER. III.

De intellectu poſſibili & agente. Cap. I.

1 Intentio DE animę autem ea parte qua cognoſcit atqꝫ ſapit: ſiue ſit ſe
parabilis ſiue non ſeparabilis, magnitudine / ſed ratione.
Conſiderandum deinceps eſt quam differentiam habet,
2 Cōcluſio quoqꝫ pacto tandem ſit intelligere. ¶ Si igitur ipſum intel
ligere ſit vt ſentire, aut pati quoddam erit ab ipſo intelligi
bili / aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipſa paſſione / ſed
formę ſuſceptiuam eſſe oportet / & potentia talem, Sed nō

illam eſſe:& ſimilitudinem ſubire cum ſenſu:vt quemadmodũ ſeſe habet ad ſenſi-
bilia ſenſus:ſic ſeſe habet ad intelligibilia intellectus. ¶ Quare neceſſe eſt ipſum cũ 3
vniuerſa intelligat non mixtũ eſſe,Sicut Anaxa. dixit:vt ſuperet atq; vincat: id eſt vt Coroll.
cognoſcat atq; ꝑcipiat. Alienũ nanq; cum apparet iuxta prohibet atq; ſeiungit. 4
Quo fit vt neq; vlla ſit ipſius natura,niſi ea ſolũ qua poſſibilis eſt. Is igitur qui intel Duplex in
lectus animę nuncupat̃. Dico aũt nunc eum quo ratiocinat̃ anima & exiſtimat,ni- tellectus
hil eſt actu prorſus eorũ,quę ſunt antea ꝙ̃ intelligat ipſe. ¶ Quocirca neq; cũ cor- 5
pore mixtũ ipſum eſſe conſentaneũ eſt rationi:qualis eñ quidã fieret calidus aut Cõcluſio.
frigidus:& inſtrumentũ aliquod ipſius eſſet,ꝑfecto,ſicut eſt ſenſus:nunc aũt ipſius
nullũ prorſus eſt inſtrumentũ. ¶ Atq; bene recteq; cenſent,qui formarũ locum ani 6
mam inquiunt eſſe. Attamen neq; tota eſt locus,ſed intellectiua: neq; eſt actu,ſed Cõcluſio Dĩa ſen-
potentia formę. At qui paſſionis vacuitatem nõ ſimilem eſſe ſenſitiui atq; intellecti ſus & int.
ui patet in ſenſuũ inſtrumentis atq; in ipſo ſenſu. Senſus eñ ex vehemente ſenſibili 7
ſentire nõ poteſt. Auditus aũt nanq; non audit ſonũ poſt magnos ſonos, & viſus
non videt:neq; odoratus olfacit poſt vehementes colores atq; odores. At intelle-
ctus aliquo valde intelligibili intellecto,nõ minus ſane,ſed magis percipit intelli
gitq; inferiora. Senſitiuũ enim nõ eſt ſine corpore:at intellectus ab eodem eſt ſepa
rabilis. ¶ Factus aũt vnumqđq; perinde atq; is qui dicit̃ actu ſciens qđ quidem tũ 8
accidit cum ipſe per ſeipſum operari poteſt:eſt quidem & tunc quodãmodo poten Eſſe in potentia du-
tia. Sed nõ perinde vt erat antea ꝙ̃ didiciſſet vel inueniſſet: atq; tunc ſeipſum etiã pliciter.
intelligere poteſt. ¶ Cum aũt aliud ſit magnitudo,aliud magnitudinis eſſe:& aliud 9 Diuerſi
aqua,& aliud aquę eſſe:& in alijs itidem multis:non eñ vniuerſis hic modus acco modi in-
modat̃:ſed ſunt in quibus hæc ipſa ſunt eadem nõ diuerſa:aut alia ſane:aut parte q telligendi
dem eadem,Sed aliter ſeſe habente:carnem & eſſe carnis diſcernit. Caro nanq; nõ autoritas.
eſt ſine materia:Sed perinde atq; ſimũ, hoc eſt in hoc. Senſitiua igitur parte calidũ
diſcernit & frigidũ:quorũ quædã eſt ratio caro:alia vero eſſe carnis diſcernit aut ſe
parabili:aut ſeſe habente ad ſeipſam proinde atq; ſeſe habet cũ extenſa fuerit linea
flexa. ¶ Rurſus in his & quę in abſtractione conſiſtunt,eadem eſſe vident̃: rectum Cõparatio.
enim ſe habet vt ſimũ: eſt enim ipſum cũ continuo ſemper. Quod ſi quidditas ſit
diuerſa:aliud profecto eſt recti:aliud eſt ipſum rectũ vel ibi. Sit enim dualitas. Qua-
re fit,vt hæc etiam alia vel alio modo ſeſe habente parte diſcernat. Omnino igitur
vt res ſeparabiles ſunt a materia:ſic ſeſe habent & ea,quę ſunt circa intellectũ ipſũ.
¶ Dubitabit aũt nõ iniuria quiſpiã,quonã modo intelliget intellectus:ſi ipſe qdem 11 Dubium
ſimplex ſit ac paſſionis expers:nihilq; habeat cũ vlla re prorſus cõmune ſic Anaxa-
goras aſſerit:intelligere aũt pati quoddã ſit vt diximus. Quo nãq; quippiã eſt vtriſ Rñſio
q; cõmune:hoc nimirũ alterũ agere,alterũ pati videt̃. ¶ Præterea ambiget quiſpiã 12 Dubium
ſi ipſe etiam intelligibilis ſit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus:niſi ali[illegible] ne
ſit intelligibilis ipſe. Intelligibile aũt vnũ quoddã eſt ſpecie:aut aliqd ipſe mixtũ ha
bebit:qđ ipſũ intelligibile ꝑinde atq; cætera facit. At eñ ipſum pati dictũ eſt prius Rñſio
vna quadã ratõe cõi. Atq; intellectus potentia qdem eſt quodãmodo intelligibilia
ipſa:actu vero nihil eſt eorũ antea ꝙ̃ intelligat ipſe:oportet aũt in ipſo nihil eſſe ꝑ
inde atq; in tabula nihil eſt actu ſcripta anteaꝙ̃ in ipſa ſcribat̃: hoc enim in ipſo fit
atq; accidit intellectu. Eſt etiã intelligibilis & ipſe:vt intelligibilia cũcta:nã in hiſce autoritas.
qdem:quę ſine materia ſunt intelligens & id qđ intelligit̃ idem eſt:etenĩ idem eſt

13 Cõclusio contemplatiua ſcientia:& id:quod ita ſub ſcientiã cadit.¶Sed cur nõ ſemper intelli git conſideranda eſt cauſa.In ijs autem: quę materiã habent vnumquodq intelligi bilium potentia eſt.Quare illis quidem nõ inerit intellectu.Nam intellectus taliũ

14 Duplex intellectus potentia ſine materia eſt:ipſe aũt intelligibilis rationem ſubibit.¶Cum aũt in omi natura ſint quædã:quorũ alterũ quidem vnicuiq generi materies eſt:qd'id eſſe pa tet quod eſt potentia illa cuncta:alterũ vero cauſa eſt:& efficiens:omnia nimirũ ef

15 Corolł. ficiendo atq agendo talem ſubiens rationem,qualem ars conditõem ad materiã ſubit.¶Neceſſe eſt & in anima differentias has eaſdem ineſſe.Atq quidã eſt intel lectus talis vt omnia fiat:quidã talis vt omnia agat atq efficiat:qui quidem vt ha

16 Conditiones intellectus. autoritas. bitus eſt quidã & perinde ac lumen.Nam & lumen colores:qui ſunt potentia actu colores quodãmodo facit.¶Et is intellectus ſeparabilis eſt,& nõ mixtus,paſſione q vacat,cum ſit ſubſtantia actus.Semper eñ id quod efficit atq agit præſtabilius eſt eo,quod patiť,& ipſum principiũ omnino materia.Scientia aũt ea,quę eſt actu, eſt idem quod res.Ea vero,quę eſt potentia in vno prior eſt tempore. Abſolute

17 Quæſtio autoritas. aũt neq tempore:ſed non nunc quidem intelligit:nunc aũt non intelligit.Separa tus vero id eſt ſolum quid eſt:atq id ſolum eſt immortale perpetuũq. Non recor damur aũt:quia hoc quidem expers eſt paſſionis.Intellectus vero paſſiuus extin guitur: & ſine hoc nihil intelligit.

Explanatio textus.

¶Hoc tertio expedit potentias intellectilem & motiuam: & primo capite diſcutit de intellectu poſſibili & agente

I.Dicendũ eſt de potentia intellectiua animæ,an a cæteris magnitudine vel ratione differat.

II.Intellectus aliqualiter patitur ab intelligibili: non autem patitur inquantum effectiuus intellectionis/ſed inquantũ ſuſceptiuus eius: nam in hoc habet quandam ſimilitudinem cum ſenſu.

III.Intellectus eſt immixtus:nõ enim obtinet propriam ſpeciem & determinatã rei: ſed quia in potentia habet ſpecies omnium.probatur quia alias ſpecies propria impediret ſpeciem alienam.

IIII.Intellectus eſt duplicis naturę:ſ.agentis & poſſibilis: quia intellectus nihil eorum actu eſt/quæ intelligit ante eorum intellectionem.

V.Intellectus non eſt immixtus corpori.probať, quia ſic haberet proprium organum ſicut ſenſus: quod iam calidum eſſet iam frigidum.

VI.Anima potius debet dici locus formarũ,nõ tota/ſed intellectiua,eo q poſſibilis eſt.

VII.Non eſt ſimilis paſſibilitas in ſenſu & intellectu.probatur quia a forti ſenſibili impeditur ſenſus ad intelligendũ minus ſenſibile:ſed non ſic excellens intelligibile impedit intellectum: cuius ratio eſt quia ſenſus eſt corporeus,intellectus non.

VIII.Intellectus dupliciter eſt in potentia: ſicut dupliciter aliquid dicitur ſcire in potentia: vnde intellectus factus in actu ſeipſum poteſt intelligere

IX.Iudiciũ aliud eſt ſenſus,aliud intellectus: probatur quia ſenſus calidum & frigidum iudicat &c̃ ſed intellectus eſſe & eſſentias eorum.probať quia intellectus apprehendit materialiter carnem,ſimã magnitudinem &c̃. & intelligit etiam abſtractiue eſſe magnitudinis & aquę &c̃. probatur a ſimili quia ſic abſtractiue intelligendo/habet ſe vt linea recta:ſed intelligendo rem in materia,eſt quaſi linea reflexa.

X.Vnde intellectus intelligendo formam abſtractiue eſt vt ſimplex vnitas/ſed intelligendo in materia,eſt ut dualitas:primum poteſt intellectus ſe ſolo:in ſecundo indiget adminiculo ſenſus.

XI.Dubium eſt quomodo intellectus intelligat cum ſit paſſionis expers vt ait Anaxag.& intelligere eſt pati.Reſpondeť.intellectum eſſe quoddã cõmune ad agentem intellectum quo agit/ & poſſibilem quo patitur. Anaxag.

XII.Dubium eſt an intellectus ſit intelligibilis. Reſpondeť.quia prius dictum eſt intellectũ pati: & quomodo ſit intelligibilia in potentia:actu vero nullum,anteq intelligat:ſicut tabula in qua nihil eſt ſcriptum.Vnde intellectus intelligitur ut reliqua intelligibilia: quoniã in ſeparatis a materia idem eſt intellectus & quod intelligiť:ſicut eadem eſt ſcientia contemplatiua & ſcibile.

XIII.Intellectus noſter nõ ſemper actu intelligit: quia non ſemper eſt factus in actu,vt ſciens:in materialibus autem non eſt idem intellectus & quod intelligitur.

XIIII.In anima eſt intellectus poſſibilis & agens. probatur quia in omni natura eſt aliquid vt materia & potentia/aliquid vt actus & efficiens.

XV.Quare eſt aliquis intellectus qui omnia fit: & eſt aliquis/qui omnia facit: primus intellectus potentię dicitur,alter agens.

XVI.Intellectus agens eſt ſeparabilis impmixtus actus,nobilior paſſibili,intelligens & intelligibilis,poſterior intellectu poſſibili:Non ſimpliciter Conditiones intellectus agentis

tempore: ſed non intelligit/ q̃ primum eſt eſt intellectus potentię: Et q̃ ſit nobilior probat/ quia agens eſt pręſtantius paſſo.

XVII. Cur non reminiſcimur poſt mortem: quia intellectus ſeparatus vere eſt impaſſibilis & immortalis: Sed intellectus paſſiuus quo reminiſcimur, corrumpitur.

Annotatio.

Ariſtot. — A. Aphrodyſæus — Auerr. — Hie. Donati. — Iamblyc.

Is tertius de intellectu, eſt cæteris obſcurior: quod multis viſum ſit, Ariſto. de immortalitate intellectus & vnitate dubitaſſe: quamuis autem facile eſſet ad mentem iuniorum Ariſtot. explicare: at quia non videntur aſſecuti intelligentiã eius: ideo Alexandri aphrodiſæi explicationem ſequar: qui melius cæteris videtur hoc loco Ariſt. intellexiſſe: q̃uis Auer. nõ viſo/ multa abſurda impoſuerit/ quę nunq̃ dixit: latine autem iam legimus Alexandrũ Hieronymi Donati Veneti eruditiſſimi viri beneficio. Voluerũt autem primi expoſitores Ariſt. hic ſolum agere de intellectu inparticipato .i. diuino: q̃m ille ſit ſummus actus, ac vita optima, & per ſe ab anima ſeparabilis: vbi idem ſit intelligens & intellectũ: Iamblychi ratio contra illos, cõmuniter improbat: alia vrgentior contra illos eſt: quia Ariſt. ait De parte autem animę: ſed intellectus diuinus nõ eſt pars: Item ait: quõ fit intelligere: modo intelligere dei non fit/ q̃ eſt æternũ.

Plato.

2. Proponit Ariſt. an intelligere ſit pati: quoniam Emped. dixit intelligere eſſe agere: Plato intelligere nec agere nec pati voluit: Ariſto. inter vtrunq̃ medius incedit.

6. Anima intellectiua eſt locus formarum: recentiores & antiqui intelligunt hic per formas ſpecies intelligibiles: quas anima intentionaliter continet in eſſentia/ ante earum productionem.

5. Intellectus non eſt ex miſtione .i. complexione corporis: ita non eſt virtus organica.

Ariſtot. — Simpli.

9. Aliud eſt magnitudo & magnitudinis eſſe: Aliqui verba, non intentionem Ariſt. attendentes ineptiſſime collegerunt quantitatem a re quanta: q̃a alia ſit magnitudo & magnitudinis eſſe: Et cur nõ colligunt aquam diſtingui ab eſſe aquę/ quod hic quoq̃ aſſumit Ariſt. Tu ergo dic ſc̃d'm Simpliciũ anima tria iudicat ſ. accidentia, quidditatem, & habens quidditatem: Accidentia mediante ſenſitiuo iudicat: quidditatem abſtracte intellectu in ſe conſiſtente: habens quidditatem intellectu ſe habente vt linea circumflexa a quidditate ad ſenſibiles conditiones.

13. Anima ab initio eſt tanq̃ tabula nuda. vulgata autoritas, animam ab initio expertem eſſe cognitionum: de quo latius infra. Ego autem in ſingularibus oſtendo animam non creari nudam a deo quo ad habitus: cum ei infundantur habitus luminis naturalis, ſynderesis cum pluribus alijs: ſed iam miſſa facio.

16. Agens eſt pręſtantius paſſo: quod quomodo debeat intelligi vide alibi.

Explicatio ſcholaſtica.

Q. I.

An intellectus ſit virtus paſſiua?

Ariſtot. — Aphrodiſ. — Simpli. — Themiſt. — Auerr. — Ammon. — Albert. — Thomas — Ægidius — Io. grãma — Iandun. — Alphara. — Auenpac. — Nyphus.

Anteq̃ more meo ad q. veniam deciſionem: hoc pręfari volui. Omnes iuniores ferme literã Ariſt. torquere atq̃ aliter accipere/ q̃ Ariſt. ipſe intenderit: at tamen eorum explanationem veritati & fidei noſtrę conformiorem recipio, veluti veriorem: Ideo ne alterum negligamus. vtrorumq̃ fundamenta deſpiciamus. Primo ergo hic in vnũ congeram totam Ariſt. de intellectu ſententiã ex probatiſſimis eius interpretibus ſ. Aphrodyſæo, Themiſtio, Simplicio, Auerroe, Ammonio, Alberto, Ægidio, Thoma aquinate, Ioanne grammatico, Ianduno, Auicenna, Alpharabio, Auenpache, Nicoleto, Nypho, Algaçele, Beſſarione &c. hãc ego ante .xij. annos adhuc adoleſcens ferme in hanc formulam redegeram.

Sententia Ariſto. de intellectu, mirifice declarata ab Eckio.

Ariſtot. — G. Ochã — Scotus — Themiſt. — Simpli. — Beſſario — Nicole. — Sybilla

I. Anima hominis immortalis eſt Ariſt. ſententia, contra Iuſtinũ martyrem, G. Ocham q. x. quarti, Sco. diſt. 42. quarti dicentem eum fuiſſe dubium: Et non ſolum non interit anima: ſed etiam æterna a parte anteriori fuit, contra communem: Ita voluerunt Themiſtius, Simplicius, Beſſario, Nicoletus, Sybilla &c.

Apuleius. — Plotinus. — Iamblyc. — Ficinus — Seuerus

II. Et in hoc ſicut & de initio mundi Ariſto. a pręceptore ſuo nõ deſciuit: quoniã vterq̃ animas ęternas dixit/ & a deo ſimul productas via deriuationis, aut alio modo nobiliori fontalis emanationis Ita Apul. Plotinus, Iamblychus & alij ſtatuerunt, quamuis Ficinus referat Seuerum Atticum & Plutarchum aliter ſentientes.

Algazel — Auguſt. — Plato

III. Æterno ergo etiam apud philoſophos produci non repugnat: & hę ſunt radices veritatis ait Algaçel: ita teſtatur A. Auguſt. mundum habuiſſe initium ſubſtitutionis ſc̃d'm Platonem: & tamen fuiſſe æternum: ſicut ſi pes ab æterno ſteiiſſet in puluere, ab æterno cauſaſſet veſtigium: Si ſol ab ęterno fuiſſet, ab æterno fuiſſet ſplendor eius. In his enim productum eſt coæuum producenti: ſimile dicimus in theologia, filium productum eſſe coæternum patri. vide Auguſt. x. de ciui. dei ca. 31.

Auguſt. — Alcinous

¶ Alcinous tamen videtur retuliſſe in conſeruationem/ cum ait, Mundus genitus dicitur/ nõ q̃ aliquando non fuerit: ſed quia ſemper in generatione perdurat.

Empedo.

IIII. Non ergo Ariſto. attendit ſolum, quomodo agens particulare incipit operari, cum in .7. phyſ. &. 12. metaph. agat de agente vniuerſali: & exitũ vniuerſi a deo non ſolum diſputando/ ſed aſſerendo tenuiſſe videtur. 8. phyſ. contra Empedoc. quoniam ibi dicit eſſe entia optima, inalterabilia &c. a quibus cunctis deriuatum eſt eſſe & viuere.

Hoc tamen iuniores voluerunt exitum illum non
S. Thom. fuiſſe per motum/ſed voluntatem. vide S. Tho.
q.3.de potentia arti.17.Et ad hunc ſenſum forte
Cuſanus dixit Cuſanus de docta ignorantia.deus res æter‐
nas non ſolum intelligit/ſed etiam eſſentiat.

Plato V. Sequitur iam Platonem ſibi nõ contradixiſſe:
S. Iuſtin. cum mundũ genitum dicat / & cum hoc æternũ:
Ariſtot. vt eum S. Iuſtinus arguit: quare multis viſum eſt
Simpli. Ariſt.eum non re/ſed ſolo nomine improbaſſe. te
Bœotius ſtis Simplicius, Bœotius, Picus/qui concordiã in
Picus ter eos meditati ſunt: teſtes Beſſario, Ficinus, Ni‐
Beſſari. coletus.&c̃. Vnde quod Ariſt.2.cœli accipit pro
Ficinus confeſſo omne habens principium habere finem:
Nicolet. id antea Plato dixit in phedro. & ante Platonem
Xenocra. Xenocrates: teſtatur Simplicius.2.cœli.

VI. Prima cauſa illorum opinione libere produ‐
xit res æternas & neceſſario: ita ꝙ ſi vellet, poſſet
eas in nihilum redigere: at quia obſtat ſibi volun‐
tatis ſuę æterna determinatio: ideo incorruptibi‐
Marſilius les ſunt & æternæ: ita declarat Marſil.de inghen
de inghen in primo q. & Algaçel ait Si vellet deus, deſtru‐
Algazel eret cœlum: non vult autem: quoniam æterna eius
voluntas eſt, vt eſſe cœli ſit perpetuum.

VII. Vnde conſectarium eſt, Ariſt.admiſiſſe pro
ductionem alicuius ex nihilo: & ita aliquo modo
creationem: ꝙ ea quę immediate produxit ſcd'm
Ariſtot. Ariſto. ab æterno & neceſſario produxit ſe ſola:
quę autem prima cauſa produxit mediante cauſa
ſcd'a ſunt corruptibilia &c̃. ſcd'm elegantem theo‐
Ægidius ricam Ægid. 1. de generatione. Et ob id caute di‐
xit primo auſcultationum Ex nihilo nihil fit/ſicut
omnes naturaliter loquentes affirmant: nam illi ſo
lum loquuntur de factis per motum. At ꝙ modo
deus poſſit aliquid creare Ariſtot.negaſſet contra
Thomas. Tho.de argentina: Beſſario tamen lib.3.cap.19.
Beſſario primum reijcit.
Auicenna
VIII. Sequitur Auicen.non tenere ſententias prę‐
ceptorum, cum aurea catena intelligentiarum ſ.ꝙ
vna intelligentia creet aliam: & infima creet ani‐
mas intellectiuas in corpore diſpoſito: quę ſic inci‐
pientes ſint deinceps perpetuę: liquet ex dictis
Si opponis de Auerr.ꝙ inter deũ & intelligentias
non eſt cauſa vel cauſatum, actio vel conſecutio.
Intelligo non producit eas per actionem/ quę eſt
extractio de potentia ad actum: ſed ſolum per actũ
Capreol. intellectus & voluntatis Capreolus diſt.3.q.1.
primi.

IX. Sic liquet quomodo anima venit deforis.3.
de anima &.16.de animalibus: ita vt ſingulis ho
minibus, ſingulę animę dentur/contra impijſſimũ
Auerr.ponentem vnum intellectũ numero in om‐
Auerr. nibus hominibus: in quem pulchrum cauillum cu‐
Stapulen. dit Iac.Faber Stapul.in politicis: Mentem Auerr.
Nyphus. preter alios bene explicat Nyph.hic & in libro
Themiſt. de intellectu: & quia Themiſt.videtur in eandem
concedere ſententiam libro.3.hic.cap 32.&.33.
ideo in quo diſſentiant aperit. Et ſcias ꝙ Marſil. Marſili.
plantator ſtudij Heidelbergen.imponit Ariſto.ꝙ Ariſtot.
poſuerit vnũ intellectũ in omnibus hominibus.
Sed illa abſurda opinio non eſt primo magiſtro
(ita Ariſtotelem appellat Auer.primo de genera‐ Auerr.
tione, primus magiſter ait, nihil dixit ſine ratõe)
attribuenda: cum Græci cõmuniter & Arabes ab
Auer.hic recedant, dempto Abubacher eius ſocio Abubach
& Auenpache pręceptore. Auenpac.

X. Cum ergo mundus fuerit æternus, & infiniti fu
erint homines/Algazel & Nicoletus ſcd'm Ariſt. Algazel
infinitas eſſe animas admittunt: neq; volunt pro‐ Nicole.
hibitam eſſe infinitatem: vbi non eſt ordo eſſen‐ Ariſtot.
tialis rerum ad inuicem: Vnde cum dicitur omne
habens multitudinem poteſt eſſe numeratum: de‐
bet intelligi de multitudine quantorum per ſe exi‐
ſtentium: nõ autem de indiuiſibilibus inexiſtenti
bus vt puncto, neq; de ſeparatis.

XI. Alij hoc abſurdum fugientes in alia inciderũt:
nam alterum illorum dicere oportet (vt recte col‐
legit Beſſario lib.3.)aut infinitas eſſe animas, aut Beſſar.
animas circuire de corpore in corpus, vel vnicum
intellectum in omnibus aſſerere: Opinatur autem
Beſſario Ariſt.non diſcedere a pręceptore: non ꝙ
tranſmigrationem animarum more Pythagorico
crediderit/ꝗ improbat(nam Pythagoras veram Pythago.
& realem tranſmutationem animarum credidit/
ſicut hodie referũt adhuc exiſtimare in regno Man
chi/Non ſolum ſimilitudinariam, aut imitationis Manch.
vt Ioan.Capnion in Cabala opinatus eſt: nam il‐ Capnion.
lam tranſmigrationem poſuit/cum dediſſet animã
immortalem/neſciens quorſum anima poſt mortẽ
pergeret)Sed arbitratus eſt Beſſario Ariſt.poſuiſ
ſe circuitum animarum vt corporibus ſolutis ali‐
quando ad corpora velint reuerti.

XII. Anteꝗ autem animę corpori inſint, Plato Plato
eas ad ſtellas locauit: ꝙ ab Ægyptijs aiunt eum ac
cepiſſe: vnde Hyleg & Alchohoden aſtrologorũ:
Sed verius arbitramur Ariſt.animabus ſine corpo
re nullum dediſſe locum: cum ſcd'm eum in nullo
loco ſint per ſe/ſed ſolum per accidens: Nam im‐
partibile ſcd'm Ariſtot.nec eſt in loco per ſe/nec
mouetur per ſe.6.phyſ & Plato ait ſubſtantia ani
mę immobilis eſt: annuit Themiſt,1.de anima. Themiſt.
cap.16.Quod autem Plato dixit animam eſſe nu
merum ſe mouentem, Intelligitur non localiter,
ſed operando Ficinus li.1.theologię.

XIII. Præter tamen animam intellectiuam primã
riam, concedimus aliam eſſe formã in homine co‐
gitatiuam, eductam de potentia materię & corru‐
ptibilem: vt ſic omne generabile ſit corruptibile: Alphara.
Ita Alpharab. Theophraſtus, Themiſt. Aphrodiſ. Theoph.
Ioan.Grãmaticus & alij teſtantur: vnde Syneſius Themiſt.
ait. Intellectus habet ſe ad animam vt ens ad gene‐ Aphrodi.
rabile: vide.12.metaphyſ.com.17. Io.grãma.
Syneſius.
XIIII. Anima immortalis duas habet in ſe pote‐

ſtates, agentem ſ. & poſſibilem: dicitur autem intellectus poſſibilis/ Non quia recipiat ſpecies in eſſentia: ſed quia ſimilis eſt recipienti, eo q de nouo intelligit actu: & quia idem eſt cum agente, nō corrumpitur per eſſentiam/ vt colligit Aphrodiſ. Ad eum ſenſum accipi debet verbū Themiſtij & Ammonij animam componi ex materia & forma: Nō equidem vt vulgo accipiunt: ſed quia idem eſt intellectus qui facit omnia intelligi, & fit omnia. A. Aphrodyſeus Themiſt. Ammon.

XV. Sequitur triplicem eſſe intellectum in homine apud peripateticos ſ. agentem, poſſibilem & materialem/ qui eſt ipſius animę cogitatiuę: duo primi incorruptibiles ſunt/ tertius quia genitus eſt & caducus, cū corpore oritur, & cum eo diſſipatur: hic quoq intellectiuus paſſiuus dicitur: recipit enim phantaſmata, & facit ea actu intellecta: Ita Themiſt. declarat hic c. 33. Et teſtatur cap. 28. & 37. hunc apud Ariſtot. nuncupari & Theophraſtum intellectum communem. Themiſt. Ariſtot. Theoph.

XVI. Illud idem apparet fuiſſe de mente Platonis in Timæo/ vt & Themiſt. vbi ſupra teſtatur: placet tamen/ vt ipſius Platonis verba hic ponamus. Hinc & Proculus triplicem videtur poſuiſſe cognitionem in nobis propoſ. tione. 3. ſ. animalem, intellectiuam & diuinam: Audiamus etiam ſuper ea re verba Ariſtot. Plato. Themiſt. Proculus. Ariſtot.

XVII. Vnio autem intellectus ad corpus eſt naturalis ſcdm quid: eius autem ſeparatio eſt ſimpliciter naturalis: Fit enim vnio illa propter conſtitutionem nobiliſſimę ſpeciei ſ. humanę: Sic Auerr. quamuis impie ex omnibus hominibus vnā ſphæram integram ait conſtitui/ quam vocauit orbem humanum, inferiorem orbe planetarum: at in hoc vltimo non eſt recipiendus: attamen differentiam & conuenientiam orbis humani ad alios orbes recenſet hic Nyphus ex ſententia Auer. quam credo eſſe mera ſomnia: ideo iſta non recenſeo. Auerr. Nyphus.

XVIII. Quando vnitur intellectus corpori vt forma, habet tunc in ſe formas rerum vniuerſales ſibi ab æterno inditas & inabolibiles: Quo intellectu iam certum eſt nihil nos de nouo intelligere: nihil enim in ſe ſubiectiue recipit, nihil amittit.

XIX. Sic Plato dixit noſtrum addiſcere eſſe antiquorum reminiſci: nam quod ſcimus aliquid fit ſine omni nouitate facta in intellectu: & Beſſario voluit hoc eſſe de mente Ariſto. cum ait in intellectu non eſſe alterationem. 7. phyſ. vti eo loco totus platoniſat: quod etiam adnotauimus: Sic idem ſentit cum Simplicio & Themiſt. dum ſentit animam fieri ſcientem ſine ſui mutatione, ſicut columna fit dextra. Plato Simpli. Themiſt.

XX. Ob id Beſſario lib. 3. cap. 28. noluit dictum Ariſtot. animam ab initio eſſe velut tabulam nudam, referendū ad eſſe intellectus ſimpliciter/ ſed ad corporariam actionem & cogitatiuam cognitionem: ad quam intellectus perinde ſe habet, ac tabula in qua nihil eſt ſcriptū: quia nihil phantaſmatarię cognitionis poſſidet: & Ariſtot. hic non diſſentire a Platone voluit & Auer. hic com. 5. Et ita intellexit Alexander maxime omnium legitimus interpres. Beſſario Ariſtot. Ariſtot. Plato Auerr. Aphrodi.

XXI. Fit ergo ſcientia in nobis acquiſita ex ſola vnione animę ad phantaſmata vnita ſcdm Simplicium. 7. phyſ. & Alpharab. vt Nicoletus Theatinus renarrat: Ex illa enim intellectus expergeſit: cum phantaſia ſit in actu circa particulare, ex naturali ordine ipſius ad intellectū: intellectus fit in actu circa vniuerſale quieſcens in anima. Simpli. Alphara: Nicole.

XXII. Ex quo infert Alexander c. 29. animā dici eſſe omnes res, nō quidem ſimpliciter eis eandem: ſed ſolum quatenus excipit ſpecies rerum: & ita ſigillatim cuiq rei anima ſeſe pręſtare ſimilem poteſt: Ea ratione res omnes quadam tenus & eſt & fit: intellectus vero nō recordatur veterum: cuius cauſam aſſignant immerſionem in corpus fluxile, caducum, & nutrimentis obnubilatum, Sicut in epilenticis contingit & ebrijs ſcdm Ammonium & Nicoletum. Alexāder Ammon. Nicolet.

XXIII. Viſum eſt multis ob eam rem hominem tenere medium in rebus cognitiuis: quoniam ſupremę ſubſtantię ſolum vniuerſalia, bruta ſolum particularia intelligant: Homo vtrunq cognoſcat ob colligantiam phantaſmatum cum intellectu: Hinc illud amicum S. Thomę. Singulare non eſſe intelligibile: quoniam reuera intellectus ille ſeparatus ſcdm eos eſt ſolum vniuerſalium/ non ſingularium. S. Thom.

XXIIII. Ob eam cauſam autumant altiſſimā reputaſſe Porphyriū conſiderationem, An vniuerſalia ſint in ſolis nudis puriſq intellectibus: Non inquā vt vulgo traditur, q de humano, angelico, & diuino inquiſiuerit intellectu: ſed an vniuerſalia in intellectu ſint materiali, aut illo ſeparato &c. & ita Ammonius intellexit Porphyr. Porphyr.

XXV. Negarunt ergo peripatetici ſicut & Plato intellectum immixtum & abiunctum aliquam cognitionem recipere: nam & Theophraſtus Ariſto. ſucceſſor in lib. de intellectu & phantaſia citatur: Alias inquit, ſi intellectus nouas acciperet formas eſſentialem quandam ſubiret mutationem: Themiſtius quoq lib. 7. phyſ. c. 4. ait, Neq is actus/ qui ad intellectum pertinet, generatione vlla, alteratione ue prouenit: quippe quę omnia temporali perfunctione nō parantur/ neq perficitur eſſentia eorum tempore: quamuis extante & fluente tpe intelligamus & contemplemur. Theoph. Ariſtot. Themiſt.

XXVI. Ex hoc aperitur ſententia illa Ariſt. in. 7. phyſ. Anima ſedando & quieſcendo fit prudens: non quidem intelligendo de quiete corporali (vt ſolet ab ineruditis citari) Sed ſicut muſtum reſi- Ariſtot.

dentibus groſſioribus partibus, & poſtquam eſferbuerit, paulatim vinum, & natiuus eius ſapor clareſcit: ita notiones intellectus paulatim in tenebricoſis & fluidis corporibus eluceſcunt; ſicut in pueris experimur.

Plato. XXVII. Ideo forte Plato appellauit ſcientias reminiſcentias: quamuis non deſint/qui ſcire ad cogitatiuam, intelligere ad intellectum agentem referunt: inducentes illud Ariſt. 4. topic. Contingit plura ſcire/intelligere vero nõ plura: Non tamen me preterit/quomodo alij aliter intelligant Greg. Ariminen. q. 1. art. 2. prologi, G. de Ocham q. 12 quarti: Et Themiſt. primo huius ſcire ad complexa, intelligere ad ſimplicia retulit.

Ariſtot. G. Arim. G. Ochã Themiſt.

XXVIII. Naturalis cognitio intellectus eſſet/vt ſe intelligeret/& ea quorum habitus formales haberet concreatos: ſecundo diſcedens a ſe intelligeret phantaſmata: tertio totaliter flueret ad extra cognoſcendo ſingularia; at nunc contrarius eſt modus ſcd'm Themiſt. & Proculum propoſitione. 15 de cauſis: quoniam nihil eſt in intellectu/quin prius fuerit in ſenſu: & liquet ex prohœmio metaph. ſiue illud Ariſto. ſit aut Theophraſti.

Themiſt. Proculus. Ariſtot. Theoph.

XXIX. Hoc experiebantur philoſophi; quamuis rationem ignorarent: vnde ordo naturę in cognoſcendo eſſet inuerſus: At nos fide credimus ex peccato Adæ factum/vt intellectus in hanc redactus ſit ſeruitutem/vt a ſenſibus pendeat: Quare phantaſma quod eſt impreſſio ſeu veſtigium ſenſus, facit nos intelligere, & intellectionem experiri: oporter enim intelligentem phantaſmata ait Ariſtot. Notio autem ſeu conceptus eſt operatio animi in ſubiecto phantaſmate, vt latius explicat Themiſt.

XXX. Cum ad mortem ventum fuerit, intellectus quia immortalis/ſeparabilis eſt a corpore ſcd'm Platonem & peripateticos: non quidem per loci mutatõem/ſed quia ceſſat informare: Simplicius dicit intellectum pro tanto ſeparabilem: quia ceſſat illuſtrare phantaſmata corrupta: intellectus autem materialis corrumpitur.

Plato Simpli.

XXXI. Vnde quia recentiores quibus nos in Germania vtimur, nunquam aduerterunt duos intellectus in homine ſcd'm Ariſtot. quod & Galli & Angli fœcerunt: ideo tam pugnantes emerſerunt ſententię: vt alij vellent Ariſtot. animam poſuiſſe immortalem: quod S. Thom. & communis ſchola exiſtimauit: Alij mortalem, vt S. iuſtinus, G. de Ocham. q. x. quarti: alij dubium fuiſſe Ariſtot. vt Scot. Quod ſi probe aduertis, reddendo ſingula ſingulis, & animã poſuit mortalem ſ. cogitatiuã, & animam poſuit immortalem ſ. intellectum.

Ariſtot. Thomas Iuſtinus G. Ochã Ariſtot. Scotus

XXXII. Conſectarium eſt Plinium, Lucianum, & inſanum Feſtum (qui S. Paulum inſanum arguebat/quod immortalitatem animę athenien. prædicabat) & ſimiles, vix habuiſſe animam/quod animam mortalem prędicarunt: & eundem eſſe interitum (vt ſapiens in perſona eorum meminit) hominum & iumentorum. ¶ Execratur enim plurimũ hic Auerr. (quamuis & ipſe in inſignem inciderit errorem) poſitionem mortalitatis animorum: hęc enim eſt cauſa ait, quare plurimi non amplius conſueuerunt ſe dare philoſophię: Dicit etiam hanc eſſe cauſam: quare philoſophi nõ vtantur bonis moribus: dicit Sueſſa eos nunc prauos in omni genere virtutis: quoniã tempore ſuo non viderit aliquem philoſophum/qui moribus ſiſtat/ac virtutes ſeruet: ſcripſit hæc Sueſſa. xxi. annos ante nos: qui talia ſcribimus iã in calce anni grę. 1518. an interea ſint meliores facti: expertus iudicet: in moralibus de his plura Auerro. & in principio acroaſum. 7. etiam phyſ. com. xx. ait Caſtitas eſt virtus deſeruiens fœlicitati.

Plinius Lucianus inſa. Feſt. Paulus

Auerr.

XXXIII. Separata autem ab homine intellectu (& vt Hermolai verbis vtar) perfecti habitu: tunc cogitatiua corrumpitur cum habitibus acquiſitis: cũ corrupto animali corrumpatur ſcientia eius ait Ariſtot. in categorijs: Hinc enim fit/vt non reminiſcamur poſt mortem: quoniam intellectus paſſiuus corrumpitur: vbi per intellectum paſſiuum/intellectum materialem ſeu cõmunem intelligit: Hinc quoque Ariſtot. teſtatur. 1. ethic. fragile quoddam & paruũ redundare in mortuos ex fœlicitate vel infœlicitate viuentium.

Hermol. Ariſtot.

XXXIIII. Clariſſime voluit hoc Themiſt. ex Ariſto. ſententia. Nemo recordatur, inquit, earum rerum, quas hic didicit, tractauit, chariſſimas habuit Nec mirum/cum habitus illi a phantaſmatibus dependent ſcd'm Auerr. hic com. 5. & inferius ait intellecta ſpeculatiua ſunt colligata phantaſmatibus, & corrupta ad corruptionem eorum.

Themiſt Auerr.

XXXV. Quid autem fiat de intellectu ſeparato res eſt apud philoſophos dubioſiſſima: nam more andabatarum, hoc loco in tenebris pugnauerunt: quorum ſtulticię magis eſt commiſerandum/quam inſultandum: Nam ſcd'm Platonicos reuertitur ad ſtellam lactei circuli/poſtea procedendo, vſque quo purgetur. Vide Macrobium in ſomno Scipionis: Algazel teſtatur peripateticorum eſſe ſententiam, intellectum euolare & coniungi intelligentię ſi meruit. At ſemper difficilis fuit apud omnes philoſophos, de fœlicitate diſputatio: & magnas ſuper ea paſſi ſunt (ait S. Tho. lib. 3. cap. 46. contra gentiles) anguſtias: Iſta enim quæſtio non receſſit a cogitatione Auenpache per tempus vnius oculi, ait ſuus diſcipulus Auerr. 3. de anima Cõm. 36. De modo autem fœlicitatis peripatetici ſunt pluſque diuerſi.

Macrob Algazel S. Thom.

XXXVI. Quoniam Alpharabius babylonius & Auenpache negarunt animam videre poſſe deum per eſſentiam: ſed ſolum per ſeparationem formæ intellectę a formis imaginationis, aut per abſtractionem. vide S. Tho. diſt. 49. quarti. Alexander

Alphara. Auenpach Alexãder

autem dixit animam coniungi intelligentię / vt
Auicenna ipſa ſit quod intelligitur, & qua intelligatur. Auicenna vero exiſtimat intellectum beari per intentiones impreſſas: Simplicius. 6. phyſ. explicat tunc
Simpli. animam ſeparatam fœlicitari: quando ad ſe reuertitur: & tunc ſe & meliora contemplatur / ex quo
Alcinous maxime delectatur. Hinc Alcinous contemplationem actioni prępoſuit: ſicut & D. IESVS aſſeruit Mariam optimam partem elegiſſe. Sed hęc longe maiori indigent diſcuſſione / quam ſit inſtituti noſtri: Hoc ſolum adiecto quod S. Thom. in theologia
S. Thom. peripatetice ſtatuit beatitudinem eſſe in viſione, & actu intellectus: Rex glorię IESVS Chriſtus, excuſſis tenebris ignorantię cęcę gentilitatis: ducere dignetur nos ad æterna & nunquam intermoritura gaudia paradiſi.

Deo gloria 1518
x. Decemb.

Præmiſſa itaque Ariſtotelis & peripateticorum gentilium ſententia: incipiamus tertium iſtum commentari ad mentem recentiorum: qui etſi minus aſſequantur ſententiam Ariſtot. plus tamen obtinent veritatis.

Art. I.

Nota. I. Intellectum varie vſurpari: aliquando pro ſententia orationis / aliquando pro ſpecie vel actu intelligibili / vt veritas eſt adæquatio rei ad intellectum. id eſt. intellectionem: aliquando pro habitu ſpeculatiuo principiorum: & ſic diſtinguit a ſcientia & ſapientia. 6. ethico. hic accipitur pro potentia potente intelligere: Sic virtus hic vſurpatur pro potentia: & ita quęrit quęſtio an intellectus ſit potentia paſſiua? ¶ Vnde anima intellectiua diuiditur principaliter in intellectum & voluntatem: Intellectus eſt perfectio animę per quam potens eſt ad eliciendum actum qui eſt intelligere: Voluntas eſt perfectio animę qua potens eſt cognitum per intellectum, eligere ſicut bonum, aut fugere ſicut malum. ¶ Corollarium. Duo ſunt actus poſitiui voluntatis, ſcilicet nolle & velle: Velle diligendo vel deſyderando: Nolle odiendo vel fugiendo.

Nota. II. Potentiam actiuam & paſſiuam prius diffiniuimus: at potentiam paſſiuam triplicem ponit Buridanus cum recentioribus, ſcilicet corruptiuam, doloroſam & perfectiuam ſeu ſaluatiuam. vide in ſecundo huius q. de ſenſu. Adde quomodo
Auguſt. ego in Theologia applico iſta: quoniam cum Auguſtinus ait 4. ſuper geneſim Corpus non agit in ſpiritum: intelligo ego, corpus non agit in ſpiritum corruptiue: quia bene poteſt agere in ipſum doloroſe, aut perfectiue: nam obiectum agit intellectionem in intellectum: vt mox dicemus. ¶ Intellectum tamen corrumpi poteſt intelligi vel per eſſentiam: & ſic non corrumpitur: vel quo ad actus: & ſic bene eſt corruptibilis: quoniam læſo organo phantaſiæ, impeditur cognitio: Sic memoria ſenſitiua corrupta, impeditur etiam intellectiua: vt pulchre declarat Scot. diſt. 45. quarti. q. 3.

Nota. III. Quod ad intellectionem requiruntur duo, ſcilicet obiectum & intellectus: & quia obiectum non poteſt immutare intellectum per ſe & immediate: ideo immutat per ſenſum & ſpecies intelligibiles. ¶ De cauſalitate tamen intellectionis non concordant: nam Henricus Gandauen. voluit H. de gan ſolum intellectum eſſe actiuum intellectionis: eo quod obiectum inanime non poſſet agere in intellectum viuum: tanquam in præſtantius. Contra voluit Gotfridus de fontibus, intellectum ſe habere Gotfred. pure paſſiue ad intellectionem, eam recipiendo ab obiecto: quia agens & patiens ſint diſtincta ſubiecto: & ſecundum philoſophum. 2. phyſ. materia & efficiens nunquam coincidunt: motiua illorum & modum ponendi prolixe declarat Scotus diſt. 3. q. 7 Scotus primi: & ibi renarrat prolixe ſubtilem ſententiam D. Henrici quomodo intellectus ſit paſſiuus. ¶ At his repugnat tota iuniorum cohors, A. Auguſtini Auguſt. autoritati innixa. 9. de trinitate dei cap. 12. inquientis. Liquido tenendum eſt / quod omnis res quam cognoſcimus, congenerat in nobis noticiam ſui: ab vtroque enim paritur noticia cognoſcente ſcilicet & cognito: ſic ſecundo de trinitate. Ex viſibili & vidente gignitur viſio. ¶ Colligitur ergo obiectum in ſe præſens vel in ſua ſpecie, & intellectum, conſtituere vnam cauſam totalem creatam intellectionis: ſic tamen quod intellectus eſt cauſa principalior per iſtam maximam: quando duæ cauſæ concurrunt ad eundem effectum: tunc vniuerſalior eſt principalior: modo intellectus eſt cauſa vniuerſalior in actione intelligendi: cum plura alia obiecta poſſit intelligere.

Articulus. II.

Concluſio. Intellectus eſt virtus paſſiua non corruptiue / ſed perfectiue & quaſi doloroſe: patet Ariſtot. ex Ariſtot. in textu: nam recipit in ſe ſpeciem intelligibilem & intellectionem: recipit interdum errorem vel falſam opinionem: quę diſconueniunt intellectui: & ob id dicitur ab eis pati ¶ Scias autem hoc concluſum poſuiſſe Ariſto. contra Platonicos: qui negarunt intelligere eſſe pati, aut intel- Ariſtot. lectum eſſe paſſiuum: eo innixi fundamento: quia intellectus participatus cum ſit locus participatus diuinorum intelligibilium: quo anima rationalis conuertitur ad ſua principia: ideo non patitur ab intelligibili: Sic etiam de minimo intellectu. i. ratione aſtruunt: quare dicunt animam rationalem eſſe eſſentiam puram, habentem in ſe loca intelligibilium & formarum: hos autem merito non recipimus, quorum contraria experimur.

Articulus.III.

Dubium.I. An neceſſe ſit intelle‑ctum humanum antequam intelligat, eſſe denudatum ab eo quod intelligit?

Præmit.I. Hic controuerti vnum cõmune: an recipiens debeat eſſe denudatum a natura recepti? ex quo fluit: an intellectus debeat eſſe denudatus a naturis formarum materialium: ponunt hic triplicem intellectum ſcilicet humanum, angelicum, & diuinum. ¶ Item noticiam aliam eſſe abſtractiuam, aliam intuitiuam: aliam complexam, aliam incomplexam: aliam rectam, aliam reflexam: de quibus q.1. prologi dialectices: Hoc ſolo addito/ quod noticia reflexa qua intellectus intelligit ſe vel actum ſuum/ non eſt ſine imperio voluntatis: Hoc ita eſſe experimur: Et per hoc dilues difficillimam rationem/ in qua G.Ocham ſuccubuit q.1. prologi & q.4.quodl.1.de ſtatu intellectionum, & Greg.Arim.diſt.3.primi. G.Ochã G.Arim.

Præmit.II. Intellectum recipientem eſſe denudatum, varie fuit acceptum a varijs: Primo aliqui dixerunt/ vniuerſaliter omne recipiens denudatũ a ſpecie recepti: diſtinctum a natura ſpeciei cognoſcibilis. Non tamen oportet ꝙ ſit ſeparatũ ſcd'm eſſe a ſpecie intelligibilis: quoniam ſpecies rei eſt in cognoſcente. Ioan.de Ianduno intelligit. Recipiens eſt denudatum ſcd'm rem, & eſſentialiter a naturis receptis. ¶ At quia iſta non ſatiſfaciunt: ideo forte magis peripatetice dixeris. Recipiens non debet eſſe denudatum, id eſt, ſeparatum a natura recepti ſcd'm genus tranſcendens: quoniam recipiens & receptum ſunt entia: Nec ſcd'm genus remotum vel propinquum: quia materia recipiens & forma ſunt eiuſdem generis, ſcilicet ſubſtantie: Nec ſcd'm ſpeciem: ſic ꝙ recipiens non habeat aliquod indiuiduum eiuſdem ſpeciei cum recepto: Nam oculus niger adhuc recipit & videt nigredinem. ¶ Eſt ergo ſenſus, omne recipiens ſit denudatũ a natura recepti, id eſt, non habeat aliquod indiuiduum eiuſdem ſpeciei cum re recepta, tanquã rationem & cauſam recipiendi: Alioquin idem eſſet ratio recipiendi ſeipſum: vt quamuis oculus ſit coloratus: tamen color oculi non eſt ratio videndi colorem/ aut recipiendi ſpeciem viſibilem coloris. Iandun.

Reſpondet Intellectus qui recipit omnes formas materiales rerum intelligendo: eſt denudatus a formis materialibus: ita ꝙ non ſunt ratio vel medium aut cauſa recipiendi talem cognitionem in intellectu: vnde non oportet hic recurrere (vti facere ſolent) ad noticiam rectam & reflexam: nam ſolum vult intellectũ eſſe denudatum a formis materialibus/ vt prolixe declarat Auer, hic com.4. Auerr.

Dubium.II. An intellectus ſit forma ſubſtantialis corporis humani?

Præmit.I. Per corpus humanum intelligi hic materiam organiſatam pro receptione animę humanæ: Dein præmittimus formã aliam eſſe aſſiſtentem/ aliam informantem: hic ambigimus an intellectus ſit forma informans.

Præmit.II. Triplicem eſſe hic ſententiam: prima eſt eorum qui poſuerunt animam eſſe mortalem/ ꝙ intellectus ſit forma corporis & ſimul intereat: quia ſit eductus de potentia materiæ: Sic Plinius, Lucianus, Feſtus & reliqua inſanientium turba exiſtimauit. ¶ Iſtam opinionem imponit Auerroys Alexandro Aphrodyſæo: ſed iam tranſlato Alexandro videmus Auerr. falſum ei impoſuiſſe: quod prius ante nos etiam Nicoletus vidit: nam alibi fatetur ſe librum Alexandri non vidiſſe: quare illud ei non debebat imponere tam famoſo viro (vt ipſe Auerroys ait) in Ariſtotele exponendo: Plures Ariſt. attribuunt vt dub. ſeq. Plinius Lucianus inſa.Feſt. Alexãder Auerr. Nicole.

Secunda eſt ſententia Auerroys aſtruentis, intellectum eſſe immaterialem, immixtum, æternũ, non eductum de potentia materiæ, vnum in omnibus hominibus: qui non informet corpus humanum / ſed aſſiſtat ei mediante anima cogitatiua/ ſicut motor mobili, & nauta naui: quare admittit intellectum eſſe actum corporis ſcd'm mouere/ ſed non ſcd'm eſſe: Hanc quoqꝫ fuiſſe ſententiã Ariſto. plures autumant vt Marſilius q.1.ſecundi, & Paulus Venet. 1.poſteriorum: Aliquibus vt Scot. viſus eſt dubitaſſe & Nypho: quod in ſecundo huius ait, eſſe adhuc immanifeſtum, an anima rationalis ſit actus corporis/ ſicut nauta nauis. ¶ Scot. diſt.43.q.2.quarti dicit fictionem illius maledicti Auerr. non eſſe intelligibilem, nec ſibi nec alijs: quia nec ipſe neqꝫ aliquis eius ſequax potuit explicare illam vnionem intellectus cum phantaſmatibus omnium hominum. Paulus Scotus Nyphus.

Tertia ſententia vera & catholica, Animam eſſe formam corporis non eductam de potentia materiæ/ ſed a deo ex tempore creatam, & corpuſculo infuſam: Vnde ob id negant doct. Petrum Longobardum in.3. quia poſuit animam ſeparatam eſſe perſonam: Vnde per hoc differt ſpeciuoce ab angelo: quem eſſe formã corporis eſt impoſſibile.

Reſpondet. Anima intellectiua eſt forma corporis humani: Conſtat ex fide noſtra & probatur hodie in cle.vni.de ſumma trinitate & fide catholica.§.porro: patet etiam ex diffinitione animæ/ quæ debet conuenire omni contento ſub diffinito: Adiecto eo quod intelligere eſt propria operatio hominis: igitur ſequitur propriã formã.

Dubium. III. An intellectus ſit perpetuus?

Ariſtot. Democri Lucre. Plinius Iuſtinus G. Ochã

Præmit. I. Aliquos intellexiſſe Ariſtot. ꝙ poſuerit animam mortalem / ſicut Democritus & Lucretius ac Plinius poſuerunt: Ita cum intellexit S. Iuſtinus chriſtianus philoſophus & G. de Ocham q. x. quarti: quoniam alias cum infiniti fuiſſent homines: iam infinitę eſſent animę: cum ipſe improbet infinitum in multitudine in. 3. phyſ. Item. 1. cœli & . 3. phyſ. Omne quod habet principium habet finem: ſed intellectus habet principiũ: ergo habet finẽ. Item in categorijs de p̃dicamento ad aliquid. Corrupto animali, corrumpiť ſcientia: Idem repetit de longitudine & breuitate vitę / ſubdens, quemadmodum ſcientia in anima / ſic & anima in corpore erit: & ipſius alia corruptio præter corruptionem / qua corrumpitur corrupto corpore: Et in tertio huius dixit Nõ reminiſci nos poſt mortem / quia intellectus paſſiuus corrumpitur. Tertio item ethic. Terribiliſſimũ omnium eſt mors: terminus enim: & nihil videtur mortuis neq; bonum neq; malum: Et. 1. huius intellectus corrumpitur in nobis, quodam interiori corrupto. Primo quoq; ethico. Mortui non habent eſſe / niſi in memoria hominum / ſicut iniuſta recitata in tragœdijs. Vltimo Sco. colligit talem rationem quia, 7. metaph. tex. com̃ 60. vult ꝙ omnes partes quę poſſunt manere ſeparatę a toto ſunt elementa. id eſt, partes materiales: & præter tales neceſſe eſt in toto ponere aliquam formam / quę totum eſt illud quod eſt: quę non poteſt manere ſeparata a parte materiali, toto non manente. Ergo ſi Ariſto. conceſſit animã intellectiuam eſſe formã hominis, non ponit eam manere ſeparatam a materia, toto non manente, Alias rationes omitto.

Scotus

Ariſtot.

Ariſtot. S. Thom. Albert. Cicero Ariſtot. Beſſario Richard.

Secundo plures amicitius de Ariſto. ſentientes eum intelligunt animum poſuiſſe immortalem: id quod S. Thom. Albertus, & alij ei aſcribunt: Cicero quoq; in eo ordine ſtatuit Ariſtot. vt animam ſentiat immortalem: quod & Beſſario aſtruit, Richard. lib. 2. diſt. 19. Colligunt autem hoc iſtis motiuis: quoniam Ariſto. ait. 2. de anima de intellectu. Separatur autem hoc ab hoc tanquam perpetuum a corruptibili: Non euadis, ſeparari ipſum ſcd'm operationem: quoniam firma eſt conſequentia apud eum. Separari poteſt ſcd'm operationem / ergo & ſcd'm eſſe. 1. de anima, text. com̃. 7. Item 12. metaphyſ. tex. com̃. 16. Mouentes cauſę velut prius exiſtentes: quæ autem vt ratio, cum cauſato, vt toto: quando enim ſanatur homo: tunc & ſanitas eſt: Si autem poſterius aliquid manet, perſcrutandum eſt: In quibuſdam enim nihil prohibet: ut ſi anima eſt tale, non omnis / ſed intellectus: Non euadis dicendo Ariſt. loqui dubitatiue: quoniam non dubitat de intellectu: ſed de omni anima / cũ ſubdit. Vt enim omnis permaneat, fieri fortaſſe non poteſt, Et non illum tex. quia rotunde probat intentum. Item. 16. de animalibus, idem in. 2. de generatione animalium c. 3. vt eum citat Fran. Philelphus li. 7. epiſtolarum ad Antonium Canobium. Relinquitur inquit mentem ſolam extrinſecus aduenientem ingredi: & eandem ſolã eſſe diuinam. Tercio quoq; ethico. vult virum fortem debere ſe exponere morti pro rep. idem vult. 9. ethi. ꝙ non videtur conſultum ſi anima vna cum omnibus virtutibus irrecuperabiliter amitteretur / cum ſcd'm Auguſti. li. 3. de libe. arb. non eſſe appeti nõ poteſt. Præterea. 2. poſter. renarrat Pythagoram dicentem deum tonare minarum cauſa: vt hi qui in tartaro ſunt timeant: Franciſcus tamen Maron. diſt. 45. quarti dicit Socratem primum dixiſſe animam immortalem.

Ariſtot.

F. Philel. An. canc. Auguſt. Pythago. F. Maro. Socrates

Scotus

Tertio Quia hæc dicta viſa ſunt Ioanni Duns Scoto inuicem pugnare: ideo concludit dubium eſſe quid ſenſerit philoſophus: varie enim loquiť in diuerſis locis: & habuit diuerſa principia: ex quorum aliquibus videtur ſequi vnum oppoſitum / ex alijs aliud; vnde probabile eſt ꝙ in illa concluſione ſemper fuerit dubius: & nunc magis accedere ad vnam partem / nunc ad aliam: iuxta quod tractabat materiam conſonam magis vni parti, ꝙ̃ alteri. ¶ Vnde etiam philoſophi non omnia eorum dicta probarunt ex per ſe notis, uel experientia notis, aut ex his euidenter deductis: ſed frequenter non habuerunt niſi probabiles perſuaſiones, vel vulgarem opinionem præcedentium philoſophorum: Id quod ingenue faſſus eſt Ariſtot. 2. cœli. tex. com̃. 60. Cum autem duæ ſint dubitationes / de quibus quiuis non immerito dubitauerit: enitamur id dicere quod nobis videtur: atq; hunc omnium veneratione potius dignum / ꝙ̃ temerarium arbitrari oportet: Et ſi quiſpiam ob philoſophię ſitim exiguas etiam in hiſce rebus facultates amet: de quibus maximas dubitationes habemus. Quid autem ſenſerit Ariſto. immo non dubitauerit: nos explicando eius ſententiam aperuimus: ſed pro modulo veritatis

Ariſtot.

Auguſt. Socrates Plato Cleantes Chryſip. Cato Lactanti. Hieron. Theobro. Daniel Zeno Plato.

Reſpondetur. Intellectus a deo creatus eſt perpetuus & immortalis: hoc fide creditum: de quo pulchre A. Auguſtinus ait lib. 13. de trinitate cap. 9. Humanis quippe argumentationibus hæc inuenire conantes: vix pauci magno præditi ingenio / abundantes otio / doctrinis ſubtiliſſimis eruditi / ad indagandam ſolius animę immortalitatem peruenire potuerunt: Ita Socrates, Plato, Cleantes, Chryſippus & Cato voluerunt / vt renarrat Lactantius lib. 3. ca. 18. ſuarum inſtitutionum: & B. Hieronymus ſuper Daniele Zenonem teſtatur inferos & immortales animas conceſſiſſe. Theobrotus lecto Platonis de immortalitate libro ex muro ſe præcipitem dedit. ¶ Vnde ſapiens inter impios reponit animam dicentes mortalem. Ex nihilo nati ſumus inquit, & poſt hoc erimus / tanquã nõ fuerimus. Item vnus eſt interitus hominis & iumentorum / & æqua vtriuſq; conditio Eccl̃s. 3.

Auguſt. Boetius Cicero

¶Ratione probatur reſponſum. Deſyderium naturale nō eſt fruſtra.2.phyſ.primo cœli.3.de anima:ſed omnes homines naturali deſyderio appetunt beatitudinem.1.ethicorum/& Auguſtinus libro tertio de trinitate cap.8. Quod non ſatiabit in hac vita calamitoſa ſcdm Auguſtinum lib.22. de ciuitate dei:& Boetium libro.3.de conſolatione philoſophiæ:ergo in alia vita ſemper duratura aliquando deſyderium illud naturale ſatiabitur: ſaltem non fruſtrabitur a tota ſpecie: Da dulcis, ne in me fruſtretur.vide omnino Ciceronem/& vtitur pulchra perſuaſione.

Dubium.IIII. An intellectus agens & poſſibilis diſtinguantur?

Sūmerha. Albert.

Præmit.I. Q vulgata eſt diuiſio intellectus in agentem & paſſibilem ſeu poſſibilem: an tamen voluntas etiam ſic debeat diuidi eſt ſatis dubiū: voluntas enim recipit actum ſuum / ſicut intellectus/ſed non recipit ſpeciem volibilem.vide Sūmerhard.hic ſuper Alberto magno.

Ariſtot. Ægidius Th.argen Iandun. Scotus Ariſtot.

Præmit.II. Apud Ariſtot.duplicem eſſe intellectum poſſibilem:vnum proprie immaterialem & perpetuum: qui eſt locus formarum & ſpecierum omnium rerum intelligibilium:alium ponit intellectum communem / quem etiam aliquando vocat paſſiuum:eo q ipſe patiatur de nouo recipiendo ſpecies intelligibiles & intellectiones:is:Quod nō attendentes hic diuerſiſſima opinati ſunt: nam Ægidius, Thomas argentin.intellexerunt intellectum poſſibilem incorruptibilem, Ioannes de Ianduno/agentem incorruptibilem: Scotus de vtroq intellectu accepit:at de his dicas Ariſtotel.ſenſiſſe vt adnotauimus.

Præmit.III. Intellectum agentem diffiniri ab Ariſtot.per quem anima ſit potens omnia facere: Poſſibilis ſit per quem anima eſt omnia fieri. ¶Quod aliqui ad ſpecies referunt intelligibiles: quas producit intellectus agens irradiando lumine ſuo ſuper intentionibus ſenſibilibus:Intellectus vero paſſibilis eaſdem ſic productas recipit: Alij vero referunt ad intellectionem: vt quia partialiter intellectus efficit intellectionem, dicit agens: & quia recipit eam dicitur poſſibilis.¶Corollar. Non dicitur poſſibilis, quia poſſit eſſe/ſed quia poſſit ſubeſſe, hoc eſt,non eſt in potentia obiectiua/ſed ſubiectiua.

Thomas. Ægidius. Scotus. Bonauen. Thomas

Præmit.IIII. Varias adhuc fuiſſe ſententias de illis duobus intellectibus: quia S.Thomas lib.2. diſtin.17.q.3.cum Ægidio Romano & alijs tenet eos realiter diſtinctos, Scotus formaliter: Bonauentura, Thomas argentin.& alij adhuc aliter:At recentiores pertæſi pluralitatis rerū abſq neceſſitate ſtatuerunt eundem eſſe intellectum agentem & poſſibilem in eſſentia: diuerſa tamen ſortiri nomina ex diuerſis officijs: Nam vterq eſt virtus non organica, Impaſſibilis immaterialis, immixtus, ſimplex, & æternus &c. Tamen agentis intellectus eſt cum phantaſmate producere ſpeciem intelligibilem, & illuminare intellectū poſſibilem, & omnium rerum ſpecies facere: Contra intellectus poſſibilis eſt recipere ſpeciem & illuminari, & omnium rerum formas in ſe recipere:ideo diuerſa ſortiuntur nomina: Ita ſtatuit Guilhelmus de Ocham q.24.ſecundi, Gabriel diſti.16.& D.Cameracen.hic. ¶Hoc ſolum addito q intellectus non dicitur intelligens a productione intellectionis: ſed quia recipit eam / quæ vitaliter ipſum immutat. G.Ochā Gabriel Camera.

Reſpondet Idem eſt intellectus agens & poſſibilis: Vnus eſt enim idem qui producit & recipit tam ſpecies intelligibiles/q intellectiones

Articulus.IIII

Ratio.I. Intellectus non eſt virtus paſſiua.probatur primo per Ariſtotelem quia eſt impaſſibilis: Secundo quia ſi pateretur maxime ab intelligibili:ſed hoc non: primo quia ignobilius non agit in nobilius: cum agens ſit præſtantius paſſo: ſed multa intelligibilia ſunt ignobiliora intellectu.ergo.Confirmatur quia corpus non agit in ſpiritum Auguſtinus.4.ſuper Gen̄.ſed plura intelligibilia ſunt corpora: ergo non agunt in intellectum/qui eſt ſpiritus: Præterea apparet q ſit virtus paſſiua corruptiua:quia intellectus paſſiuus corrumpitur. ¶Si dicis ſicut Scot.diſtin.45.q.1.intellectus paſſiuus,id eſt,ſenſus: Contra tu exponis homo,id eſt,aſinus,vnam ſpeciem pro alia:& ex toto ordine conſtat Ariſtot. hic loqui de intellectu & non de ſenſu. Item non videtur quomodo idem ſit actiuum & paſſiuum reſpectu eiuſdem. Ariſtot. Auguſt. Scotus Ariminū. ſimiliter exponit

II. Intellectus intelligit ſeipſum: & tamen non eſt denudatus a ſeipſo:ergo Confirmatur quia ſenſus non eſt denudatus a ſenſibili: ergo nec intellectus ab intelligibili: antecedens patet quia oculus eſt coloratus, & tamen percipit colorem.

III. Intellectus non eſt forma ſubſtantialis corporis humani. probatur nullum accidens eſt forma ſubſtantialis intellectus eſt accidens.probat quia omne q aduenit enti in actu eſt accidens:ſed intellectus aduenit enti in actu: quia materiæ quæ eſt ens in actu:Præterea omne q abeſt & adeſt præter ſubiecti corruptionem eſt accidens:Intellectus adeſt & abeſt materiæ præter eius corruptionem. ¶Confirmatur quia omne q recipitur ad modum recipientis recipitur Boet. ſed corpus humanū eſt

materiale: ergo non recipit niſi animam materialem; intellectus autem eſt immaterialis. Praeterea homo eſſet perpetuus: quia materia ſua haberet no biliſſimam formā: & ita eſſet appetitus eius ſatiatus. aeque bene ſicut materiae coeli.

IIII. Intellectum eſſe corruptibilem. probatur per autoritates in dubio. III. adductas. Item intellectus eſt abiunctus & ſeparatus a materia: ergo nō eſt forma ſubſtantialis corporis humani: tenet cō ſequentia quia corpus humanum eſt materia

Reſpondet Ad primam. Intellectus eſt impaſſibilis corruptiue. Secundo patitur ab intelligi bili: & dico agens eſt nobilius paſſo, id eſt, agens in agendo ſimpliciter ſe habet nobiliori modo ꝙ̄ paſſum vide de generatione. ¶ Ad confirmationem Corpus non agit in ſpiritum corruptiue. Ad annexum dico, Ariſtoteles loquitur de intellectu cogitatiuo genito ex materia: & in hoc errauit. Ad aliud annexum, dico idem bene poſſe eſſe acti uum & paſſiuum reſpectu eiuſdem/ſed non in eodem genere cauſae ex diffinitione oppoſitorum re latiue: modo intellectus eſt agens in genere cauſae efficientis/ & paſſibilis in genere cauſae materialis ¶ Contra materia & efficiens non coincidunt ſecundo phyſic. dico ꝙ efficiens & materia proprie dicta/quae eſt

Aristot.

Ad. II. Quomodo oporteat aliquid eſſe denudā tum diximus in dubio.

Ad. III. Intellectus non eſt accidens: ad probationem materia non eſt ens in actu formali / ſed entitatiuo tantum vide. i. phyſi: Ad ſecundum in tellectus non abeſt & adeſt logicaliter / ſed realiter. vide Porphyrium. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ omne receptum ad modum recipientis recipitur: non ꝙ ſimile recipienti: ſed quia eo modo re cipitur quo recipiens natum eſt recipere: & ergo/ quia materia nata eſt recipere ſubiectiue animam intellectiuam: & cum ea eſſentialiter vniri: ideo ſic anima intellectiua recipitur.

Ad. IIII. Dico ſicut in Notulis Ariſtoteles locutus eſt de quodam intellectu genito/qui ſit corru ptibilis: & Guilhelmus Ocham ponens animam ſenſitiuam diſtinctam ab intellectiua habet idem dicere: at nos improbauimus. De annexo dico ꝙ Ariſtoteles ita opinatus eſt de intellectu aduenien te foris: at nos negamus eum: Si autem ſeparatus exiſtit intelligendum eſt quo ad operationem/ quia eſt virtus non organica.

De intellectione. Cap. II.

INdiuiſibilium igitur intellectio in hiſce conſiſtit. circa quae falſitas non eſt. At in quibus & falſitas iam & veritas ineſt in hiſce compoſitio quaedam iam eſt conceptuum intellectus, quaſi ipſi ſint vnum. Atꝙ vt Empedocles dixit. Multo rum certe capita, admirabile dictu. Ceruicibus ſine ſunt extorta in luminis aura. Illa tamen dulcis poſt hoc concordia iungit. Sic & haec ſeparata componi ſolent: vt incōmenſurabile & diameter. Quod ſi eorum etiam qui fuerunt vel erunt fit com poſitio: & tempus inſuper intelligitur, atꝙ additur: falſitas enim in compoſitione ſemper conſiſtit: nam ſi album non album eſſe dicat, ipſum tum non album compo nit: licet autem diuiſionem etiam omnia dicere: attamen falſitas aut veritas non ſolum conſiſtit in hoc cleon eſt albus. Sed in his etiam cleon erat vel erit albus. Id vero quod ſingulos dictos conceptus componit vnumꝙ facit: ipſe eſt intellectus. ¶ Cum autem dupliciter indiuiſibile dicatur: aut potentia, aut actu, nihil prohibet intellectum: cum longitudinem intelligit: indiuiſibile intelligere: & in indiuiſibili tempore: eſt enim indiuiſibilis actu: & tempus perinde: atꝙ longitudo diuiſibile ac indiuiſibile eſt: non igitur dici poteſt, quid in vtroꝙ temporis dimidio intellige bat: non eſt enim ſi non diuiſio fiat, niſi potentia. At cum vtrunꝙ ſeorſum intelligit: diuidit ſimul & tempus: atꝙ tunc vt longitudines illa intelligit Quod ſi longi tudinem vt ex vtriſꝙ conſtantem intelligat: in eo quoꝙ tempore nimirum ipſam intelligit: quod ex vtriſque pari modo temporibus conſtat atꝙ componitur. ¶ Quod vero non quantitate: ſed forma eſt indiuiſibile id indiuiſibili tempore &

1 Cōcluſio. Empedo. 2 Indiuiſibile Primū Secundū

animæ indiuiſibili percipit atq; intelligit per accidens autem:& nõ hoc ſane, quo illa diuiſibilia ſunt:id quo intelligit & tempus,in quo intelligit.Sed hoc quo indiuiſibilia ſunt:ineſt enim & in his indiuiſibile quoddam:at fortaſſe non ſeparabile:
Tertium quod quidem vnum tam tempus ipſum q̃ ipſam longitudinem facit: atq; id in omni ſane continuo & tempore & longitudine ſimiliter ineſt. ¶Punctum autem omniſq; diuiſio:& id quod eſt ſic indiuiſibile perinde atq; priuatio cognoſcit manifeſtumq; euadit.Similis eſſe videtur, & in alijs ratio. Hoc enim modo malum cognoſcit:atq; etiam nigrum:contrario nanq; quodammodo cognoſcit: id autem quod cognoſcit,potentia nimirum eſſe: & in ipſo potentiã ineſſe oportet. Quod ſi cauſarum alicui nullum ſit omnino contrarium: illa ſeipſam profecto cognoſcit:
3 Cõcluſio & eſt actus & etiam ſeparabilis. ¶Eſt autem dictio quidem quippiam de quopiã: quemadmodum affirmatio. Atq; omnis eſt vera vel falſa. At intellectus non omnis, Sed qui eſt ipſius quid eſt ad formam accomodati eſt verus: & non quippiam de quopiam dicit.Sed vt viſio proprij ipſius eſt vera. Si non album hominem eſſe dicat,non ſemper eſt vera.Sic ſeſe habent ea,quæ ſine materia ſunt.Scientia autem ea quæ eſt actu,eſt idem quod res: ea vero quæ eſt potentia,in vno prior eſt tempore:ſimpliciter autem neq; tempore.Sunt enim vniuerſa quæ fiunt ex eo,quod a-
4 Conuenientia ſenſus & intellectus ctu eſt. ¶Senſibile autem ad actum ex potentia ſenſitiuum ipſum deducere actuq; videtur efficere. ¶Non enim patitur ac alteratur, Qua propter alia quædam eſt hæc ſpecies motus. Nam motus actus eſt imperfecti: at actus ſimpliciter qui qui-
Prima dem eſt rei perfectę:alius eſt omnino diuerſuſq; ab illo.Sentire igitur ipſi dicere ſo
Secunda lum ac intelligere ſimile eſt. ¶Cum aũt ſenſus iocundum aut moleſtũ diſcernit:
Tertia quaſi affirmauerit aut negauerit, Tum pſequit̃ aut fugit. Atq; delectari aut dolere: eſt operari ipſa medietate ſenſus ad bonũ aut ad malũ vt talia ſunt:& fuga & appetitus:qui eſt actu hoc ſunt & nõ aliud eſt appetitiuũ:aliud fugitiuũ:nec alia ſunt iſta
Quarta a ſenſitiuo: quanquam ipſorum ratio non eſt eadem ſed diuerſa. ¶Animæ autem quę etiam principiũ eſt ratiocinandi ipſi fantaſmata perinde atq; ſenſibilia ſenſui ipſi ſubijciunt:atq; cum bonũ aut malum eſſe dicit affirmando,aut negando tum fugit aut perſequitur. Qua propter ipſa anima ſine fantaſmate nunq̃ intelligit.
Quinta Fit autem & hic perinde vt ibi: nam aer quidem pupillam talem efficit: ipſa autem aliud:& auditus ſimili modo:ipſum verum vltimum vnum quidem eſt:& medietas vna: & ipſius plures ſunt rationes.quo vero dijudicat atq; diſcernit calidũ a dulci differre:deinde & prius eſt & nunc etiam eſt dicendum.eſt enim vnũ quid ipſum: & ita vnum vt terminus.Atq; hæc ipſa vnum ſunt aut ſimilitudine rationis aut numero quem habent ad vtrunq;: vt illa inter ſeſe habent.Quid enim intereſt,ſi quo nam pacto diſcernit aut ea,quæ ſub eodem genere collocantur:aut contraria dubitemus vt album ac nigrum. Si igitur vt eſt A.quod eſt albũ ad B.quod eſt nigrum ſit.C.ad.D.quare mutato ordine comparationem etiam eorundem
A C albũ dulce vere facere licet.Si igitur.C.D.ſint vnum:ipſa profecto ſeſe habebunt perinde atq;
B D nigrũ amarũ A.B.vt ſint idem & vnum,non eandem autem habeant rationem & illa ſimili modo eadem erit omnino ratio:& ſi.A.quidem ſit dulce.B.vero album.Intellectiuum igitur ipſas formas in fantaſmatibus ipſis intelligit.
Sexta ¶Et vt in illis ipſi definitum eſt id quod fugiendum eſt vel ſequendum: ſic & ſi-

ne ſenſu cum in fantaſmatibus eſt mouetur: ſentiens enim ſignum face datũ ignem
eſſe. videnſq; ipſum cõmuni ſenſu agitari motu cognoſcit hoſtem accidere. at non
nunquam hiſce, quæ ſunt in anima fantaſmatibus, aut mentis conceptibus quaſi vi
dens ad ea, quæ ſunt præſentia ratiocinatur atq; deliberat de futuris. ❡ Et cum dixe- Septima
rit hic vt ibi rem, eam eſſe quæ voluptatem aut dolorem affert: tum fugit aut proſe-
quitur & omnino aliquid agit: ipſum etiam verum ac falſum, quæ ſine actione ſunt,
in eodem genere ſunt, in quo ſunt bonum ac malum: ſed abſoluti differunt atq; cu-
iuſpiam ratione. ❡ At vero res eas, quę vocitantur ob abſtractionem abſtractę: hoc Octaua
pacto intelligit: nam vt ſi quiſpiam ſimitatem non vt eſt ſimitas: quo quidem pa-
cto percipi ſeparata non poteſt, Sed vt concauitas eſt intelligeret actu, ſine ea cum
ipſam intelligeret carne in qua concauitas eſt. Sic cum res intelligit mathematicas,
tum ſeparatas ipſas vt ſeparatas intelligit. Omnino autem is intellectus, qui actu in
telligit, res ipſe eſt vti diximus. Si vero fieri poſſit vt aliquam ipſe non ſeparatus a
magnitudine ſeparatarum rerum intelligat nec ne. conſiderandum eſt poſtea.
❡ Nunc autem ea, quæ de anima dicta ſunt, quaſi ad quædam capita redigentes, 5
rurſus dicamus animam ipſam ea vniuerſa quodãmodo eſſe, quæ ſunt: nam ea quæ Cõcluſio.
ſunt, aut intelligibilia ſunt, aut ſenſibilia ſunt: atq; ſcientia quidem eſt res eæ quodã autoritas.
modo, quæ ſub ipſam ſcientiam cadunt: ſenſus autem ipſę ſenſibiles. Verum quo
pacto id ita eſt quęratur oportet. Sciditur igitur in ipſas res ſcientia atq; ſenſus:
Is quidem qui eſt potentia in res potentia tales: is vero qui eſt actu in actu ſimili-
ter tales: & ſcientia pari modo: ſenſitiuum autem animæ & id quod ſcientis affici
poteſt, hæc potentia ſunt: hoc quidem id quod ſub ſcientiam cadit, illud vero ſen-
ſibile. ❡ At qui neceſſe eſt aut res ipſas aut formas in anima eſſe. At non ſunt in ea 6 Cõcluſio.
res ipſę profecto. Non enim ipſe lapis in anima, ſed forma lapidis ineſt. ❡ Quare autoritas.
anima eſt vt manus: manus enim inſtrumentorum eſt inſtrumentũ, & intellectus 7
formarum eſt forma: & ſenſus itidem ſenſibilium forma. ❡ Cum autem nulla res Coroll. autoritas.
ſit præter magnitudines ſeparata, vt videtur res ipſę ſenſibiles, in ipſis profecto ſen- 8
ſibilibus formis: ipſę ſunt intelligibiles formę: tum earum rerum, quæ abſtractę vo Cõcluſio.
cantur, tum eorum etiam ſenſibilium quæ ſunt habitus atq; affectus: iccirco & qui
non ſentit nihil diſcere vel intelligere poteſt. ❡ Et qui contemplatur neceſſe eſt vna 9
cum fantaſmate contemplari: ipſa nanq; fantaſmata veluti ſenſibilia ſunt attamen Cõcluſio
ſine materia: eſt autem aliud fantaſia ab affirmatione negationeue. Verum enĩ vel
falſum complexio eſt conceptuũ intellectus: at mentis primi conceptus quo quæ-
ſo different, vt non fantaſmata ſint. At neq; cæteri ſunt fantaſmata, non tamen ſine
fantaſmatibus ſunt.

Explanatio textus.

❡ Conſtituit animam intellectiuam & potentias eius. ſ. intellectum agentem & paſſiuum: Iam proſequitur eius operationes & differentiã a ſenſu.

I. Duæ ſunt operationes intellectus ſ ſimplicium compoſitio, & eorum compoſitio vel diuiſio. i. affirmatio vel negatio: Eſt autem compoſitio alia falſa/alia vera: alia de præſenti, alia de præterito vel futuro.

II. Indiuiſibile dicitur dupliciter ſ. actu & potentia: Vnde licet magnitudo ſit diuiſibilis potentia tamen ipſa poteſt apprehendi vt vnum: quia actu non eſt diuiſa: ideo in vno tempore indiuiſibili ſimul totam apprehendit: Indiuiſibile autem forma (vt angelus homo) intelligit indiuiſibili tempore: licet per accidens ob protractionem vocis per ſyllabas, ſucceſſiue appareat intelligi. Indiuiſibile autem quantitatis vt punctum & vnitatem, intellectus intelligit priuatiue.

III. Oĩs affirmatio & negatio eſt vera vel falſa: ſ; non omnis intellectus apphenſio eſt vera: ſed illa quę eſt proprię quidditatis: quoniam tunc ſicut viſus nõ fallitur circa colorem: ita nec intellectus cir

ca ſuũ obiectũ:ſed componendo ſæpe decipit.
IIII. Senſibile potentia eſt prius ꝙ̃ ſenſibile actu/ ita & intelligibile: Item ſenſus non proprie altera tur ſentiendo / ita nec intellectus intelligendo. Tertio conueniunt quia ſenſus ſequitur iucundũ/ refugit moleſtum: Sic intellectus proſequitur bonum & refugit malum. Quarto ſicut ſenſui ſubijciuntur ſenſibilia/ſic intellectui phantaſmata: quia ſine phantaſmate anima nõ intelligit. Quinto ſenſatio fit per plura media, mouetur enim primo aer dein pupilla, dein abditus ſenſus: ſic & intellectio fit per plura media: & ſicut in ſenſu peruenitur ad vnum ſenſum cõmunem iudicantem de cõtrarijs/ ſic & in intellectu: quoniam ſi poteſt iudicare album & dulce: iudicabit album & nigrum. Sexto Sicut ſenſus conijcit vnum ex alio: & ex ſpeciebus rei præteritę iudicat futura: perinde facit intellectus ex præteritis deliberãs circa futura. Septimo, ſicut voluptas & dolor habent ſe ad ſenſum: ita & bonum & malum ad intellectum actiuum/verum & bonum ad intellectum ſpeculatiuum Octauo, ſenſus non cognoſcit ſeparate: ita & intellectus aliqua intelligit coniuncta: quamuis etiam abſtracte intelligat: quoniam etſi mathematica nõ ſint re ſeparata a materia ſenſibili: tamen per intellectionem abſtracte intelliguntur: vt nullus eſt circulus quin ſit ligneus vel ferreus &c̃. tamen hoc mathematicus non conſiderat.

V. Anima eſt quodammodo omnia. probatꝛ quia, omnia ſunt ſenſibilia aut intelligibilia: ſenſus autem eſt ſenſibilia/ſcientia ſcibilia: diſtinguendo tamen illa actu & potentia.

Conuenientię ſenſus & intellectus VI. Anima non eſt omnia realiter/ſed quia habet formas. i. ſpecies omnium. probatur quia lapis nõ eſt in anima/ſed ſpecies eius.

VII. Anima habet ſe vt manus. probatur quia ſicut manus eſt organum organorum, ita anima eſt forma formarum.

VIII. Res magnę ſenſibiles, adhuc ſeparatæ poſſunt intelligi: Antecedit enim ſenſus intellectum: ideo deficiente ſenſu, deficit illa ſcientia geometriæ.

IX. Intelligens per phantaſmata intelligit: ſunt autem phantaſmata media inter res materiales & notiones abſtractas: vnde phantaſia eſt ſine vero vel falſo: quia ſine complexione: & ita primę notiones non ſunt phantaſmata/ſed non ſine phantaſmatibus.

Q. II.

An omnis intellectio ſimplex ſit vera?
Articulus. I.

Nota. I. Quadruplicem eſſe veritatem. ſ. entis, propoſitionis, ſuppoſitionis & moris. Veritas moralis eſt virtus vt in. 4. ethicorum. Veritas propoſitionis ſignificans ita eſſe ſicut eſt in re, aut ita nõ eſſe. Veritas entis eſt in compoſitione vel vnione ipſius eſſe: nam nõ ens eſt diuiſum, & falſum: Ens autem eſt vnum & verum: vt eleganter declarat Ioannes Picus in ſolutionibus obiectionum Cita- Picus dini: vnde quia Chymera ſignat partes nunꝙ̃ potentes coire/ſed ſemper diuiſas: ideo eſt falſum & non ens &c̃. Aliquod eſt tamen falſum ſcd̃m qd/ vt falſum aurum: quod etſi aurum verum non ſit: eſt tamen ſuum verum ſ. æs vel aurichalcum &c̃. Veritas ſuppoſitionis ſeu repræſentationis eſt termini ſupponentis pro re poſſibili: Hanc quartam ponunt iuniores: arbitror coincidere cum tertia apud bene intelligentem.

Nota. II. Q. in his omnibus verum eſt/quod de veritate dixit Boetius. Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum: In veritate enim entis eſt adæquatio rei ad intellectum: eo ꝙ omne ens habet eſſe poſſibile: & pro tanto habet verum eſſe non falſum: ſecus de chymæra, In veritate ſuppoſitionis eſt veritas reſpondentię rei potentis eſſe, ad eius conceptum. Veritas propoſitionis eſt adæquatio rei ꝙ ſic ſit vel non ſit/ſicut propoſitio ſignificat eſſe vel non eſſe: ſicut falſitas in omnibus his eſt obliquitas. Boetius

Nota. III. Quomodo nõ ens intelligatur vt diximus in fine ampliationum: Adde præterea ꝙ impoſſibilia intelliguntur & ſignificantur: ſed nõ poſſunt aliquo conceptu ſimplici & proprio intelligi / ſed ſolum compoſitiue vt ibi late meminimus/ & pugnantes ſententias magiſtrorum adduximus quę volo habere pro repetitis.

Articulus. II.

Concluſio. Omnis intellectio ſimplex, id eſt non compoſita eſt vera ſ. entitatiue / ſeu veritate reſpondentię: Non ſic intelligendo/ ꝙ ſit vera entitatiue quia ſit ens. Nam & hoc terminis fictis conuenit/ qui ſunt entia: vt adnotauimus in q. de natura communi in Porphyrio: ſed pro tanto omnis intellectio ſimplex eſt vera entitatiue: quia omnis ſimplex & formalis cognitio rei, habet rem vnam poſſibilem ſibi reſpondentem: dico formalis cognitio/quia actus cognoſcendi nihil habet reſpondens: dico ſimplex: quoniã omnes conceptus impoſſibiles ſunt compoſiti. Porphyr.

Articulus. III.

Dubium. I. An ſpecies intelligibilis ſit ponenda diſtincta ab actu intelligendi & intellectu?

Præmit. I. Habere nos pro repetitis omnia quæ diximus in ſecundo de ſpecie ſenſibili: quibus adde duplices eſſe ſpecies ſ. ſenſibiles & intelligibiles: Intelligibilis eſt duplex ſ. impreſſa & expreſſa: Expreſſa eſt ipſa intellectio: impreſſa eſt quodam præuium intellectioni, remanens etiam poſt intellectionem: Alij dicunt eſſe duas ſpecies intelligibiles. Vna ſit expreſſa præuia actui intelligendi/alia ſit impreſſa remanens poſt actum: primũ apparet verius.

Præmit. II. Duas eſſe opiniones ſup dubio. Pria

Scotus est Scoti in primo diſt. 3. q. 6 Grego. Ariminen.
Ariminē. diſt. 7. q. 2. & . 3 ſecundi, S. Thomæ, Petri de pa
S. Thom. lud. Card. Cameracen. & communis vię Bruxell.
P. de pal. Burida. Marſilij & c̃. illi volunt eſſe ponendas ſpe
Camera. cies intelligibiles ab intellectione actuali & habi-
bruxell. tuali realiter diſtinctas: vnde ſpecies cauſatur ab
Buridan. obiecto & intellectu: ſic quia obiectum relucet in
Marſilius phantaſmate ſenſuali: quod aſpiciens intellectus
agens & percipiens immutationem ſenſus produ-
cit ſimilem ſpeciem in intellectu poſſibili. 2. Spe
cies illa gerit ſimilitudinem ipſius obiecti a quo
cauſatum fuit phantaſma. 3. Species illa eſt prę
uia intellectioni & cauſa eius partialis: unde & ob
iectum dicit̃ cauſa partialis intellectionis, inquan-
tum obiectum relucet in illa ſpecie. 4. Species
manet etiam poſt actum intelligendi. 5. Facit er
go ſpecies velut medium intellectum immateria-
lem aſſimilari obiecto materiali/ & vnit obiectũ
cum potentia ad productionem actus intelligen-
di. 6. Facit hæc ſpecies, vt etiam abſente obie-
cto, videatur quaſi imaginem & ſimilitudinem
intellectus intueri.

¶ Secunda opinio eſt Henrici de Gandauo, Got- H. de gan
fri. de fontibus, G de Ocham q. 15. ſecundi, Ga- Goifred.
briel diſt. 3. q. 2 ibi. Rob. Holcot q. 4. ſecundi: G. Ochā
illi negant ſpecies intelligibiles: quamuis Rober. Gabriel
Hol. admittat ſpecies ſenſibiles: dicunt enim duo: Holcot
primo omnia quę alij ſaluant per ſpeciem intelli-
gibilem pręuiam: hoc ipſi ſaluant per phantaſma-
ta & intentiones: nam obiectum dicunt eſſe ſuffi-
cienter pręſens intellectui/ quando relucet in phan
taſmate. Secundo dicunt omnia quę alij ponunt
ſaluari per ſpecies intelligibiles poſteriores actua-
li intellectioni: ipſi ſaluant per habitus derelictos
ex actibus: qui alioquin ſuperfluerent.

De noticijs diximus in prologo dialecticę, & ſpar
ſim per logicam: nolumus ergo agere actã. iſtam
ſecundam opinionem amplectentes.

De potentia motiua. Cap. III.

CVm autem animalium anima hiſce duobus ſit diffinita: diſcernendi inquam 1
potentia quod quidem eſt opus officiumq; mentis atq; etiam ſenſus & in- Intentio
ſuper etiam mouendi motu ad locum accomodato potentia: de ſenſu qui-
dem & intellectu hęc ſint determinata ac pertractata. Deinceps autem de eo quod
mouet, quid nam ſit ipſius animę conſideremus oportet: vtrum vna quędam ipſius
ſit pars ſeparabilis magnitudine vel ratione: an ipſa anima tota: & ſi pars ſit aliqua:
vtrum ſit alia quædam propria præter eas, quę dici ſolent, & eas, quas diximus, an
iſtarum aliqua vna. ¶ Atq; hic exiſtit continuo dubitatio: dubitabitq; non iniuria 2 Contra antiquos
quiſpiam quō nam partes animę & quot oporteat dicere: nam infinitę quodammo
do & non eæ ſolum eſſe videntur quas diuidendo quidam dixerunt rationis in- Primo.
quam particeps & iraſcendi ac cupiendi principium: velut alij rationis particeps &
rationis expers. Per differentias enim quibus haſce diuidunt, & ſeparant partes & Secundo.
aliæ partes eſſe videntur: quę maiorem inter ſeſe q̃ dictæ diſtantiam habent: vege
tatiua inquã quæ quidem & plantis & vniuerſis animalibus ineſt & ſenſitiua quã
nec vt rationis expertem nec vt eiuſdem participem quiſq; facile ponet, Præterea
imaginatiua, quę ratione quidem ab omnibus eſt diuerſa. Cui vero ſit iungenda vt Tertio
ſit idem quod illa: aut a qua eſt ſeiungenda vt ſit alia ab illa: magnam dubitationem
habet ꝓfecto: ſi quis ſeiunctas animę partes ſeparataſq; ponat: inſuper appetitiua,
quę & ratione & vi alia diuerſaq; ſine dubio ab vniuerſis eſſe videtur: abſurdũ au-
tem eſt hanc a cæteris diuellere partibus: ſit enim & in participe rationis voluntas:
& in ratione vacante cupiditas atq; ira. Quod ſi tres in partes diuiditur anima in
vnaquaq; profecto partium inerit appetitus. ¶ Sed vt redeamus vnde digreſſi ſu- 3
mus: quid eſt id, quod mouet ipſum animal loco: quo de nunc diſputatio noſtra eſt Intentio
inſtituta: motu nanq; eo, quo incrementa decrementaq; ſuſcipiuntur: qui quidem
omnibus animantibus ineſt: id mouere ſane videtur, quod vniuerſis ineſt eiſdem
principium inquam generandi ac nutriendi: de reſpiratione autem expiratione

ue & ſomno atq; vigilia poſterius conſiderare oportet: nam & hæc ipſa magnam
Cõcluſio. dubitationem difficultatemq; habent. Nunc eſt de motu ad locum accomodato
conſiderandum quid nam id tandem ſit quod ipſum animal motu mouet progre
diendi. ¶ Patet itaq; non eſſe ipſam potentiã nutriendi: nam alicuius gratia ſemper
hic motus efficitur: eſtq; cum imaginatione vel appetitu: nihil enim non appetens
aut fugiens hoc motu cietur: niſi forſitan vi: prẹterea plantẹ quoq; tali cierentur pro
4 fecto motu partemq; aliquam ad hunc motum vt inſtrumentum haberet. ¶ Pari
Cõcluſio modo nec ipſam ſentiendi vim motus huiuſce principium eſſe conſtat: ſunt enim
autoritas. animalium multa, quẹ ſenſum quidem habent manent tamen & ſemper immobi-
lia ſunt: Quod ſi natura nihil facit fruſtra/neq; neceſſariorum quicq; omittit/niſi
in animalibus membris captis ac imperfectis, atq; animalium hæc & perfecta ſunt
& non membris capta: cuius id iudicium eſt & generant enim & ſtatũ decremen-
taq; ſuſcipiunt haberent & eas ipſa profecto partes, quẹ progrediendi ſunt inſtru-
5 Cõcluſio. menta. ¶ At vero neq; ratiocinandi uis & id quod etiã intellectus appellat̃ princi-
pium eſt mouendi: intellectus enim contemplatiuus nihil eorũ, quẹ ſub actionem
cadunt contemplatur: neq; dicit quicq; omnino ſi ſit fugiendum an perſequendũ.
At motus ſemper aut fugientis aut perſequentis quippiam eſt. Actiuus etiam cum
rem aliquam huiuſcemodi contemplatur: inde iam fugere, aut perſequi iubet: atta-
men ſi res illa terribilis ſit, cor ipſum mouetur: ſin afficiens voluptate, pars aliqua
alia corporis agitatur. Præterea intellectus nonnunq; iubet: ratioq; fugere aliquid
aut perſequi dicit: at non obtemperat homo neq; mouetur, ſed agit cupiditate, vt in
ipſo fieri ſolet incontinente: omnino autem perſepe fieri videmus, vt non medeat̃
hiſce, qui medicinam habet: nec hiſce conficiat ſtatuam, qui ſtatuariam habet artem
6 propterea q; non ars ipſa neq; ſcientia, Sed aliquid aliud hanc habet vim & poten-
Cõcluſio. tiam ipſam artem aliquid, ſcientiamq; agat. ¶ At vero nec appetitus auctor atq;
particeps huius eſt motionis: continentes enim quanq; appetunt atq; cupiunt: non
7 tamen agunt ea quẹ cupiunt, ſed intellectum ipſum ſequuntur, rationiq; obtempe-
Cõcluſio. rant. ¶ Videntur igitur duo hæc eſſe mouentia vel appetitus vel intellectus, ſi quis
Suppoſitio prima imaginationem vt quandam intellectionem eſſe ponat: nam & homines magis
imaginationem q; ſcientiam plærunq; ſequuntur: & in cæteris animalibus non in
autoritas. tellectio neq; ratio, ſed imaginatio ineſt. Hæc igitur ambo intellectus & appetitus
Suppoſitio ſcda mouendi motu dicto principia ſunt. Intellectus is inquam, qui alicuius gratia ratio
8 cinatur quiq; principium eſt agendi. Atq; hic fine ab intellectu contemplatiuo dif-
Probatio concluſionis fert. ¶ Appetitus etiam omnis alicuius eſt gratia: cuius em̃ eſt appetitio id eſt princi
pium intellectus actiui at ipſum vltimum principium eſt actionis: quare non ſi-
ne ratione principia mouendi videntur hæc eſſe duo appetitus inquã & mens ea,
quæ principium eſt agendi: ipſum enim appetibile mouet: & propterea mens mo-
uet quod appetibile ipſius principium eſt. Imaginatio quoq; cum mouet nõ abſq;
9 appetitione mouet. ¶ Vnum igitur eſt id, quod mouet ipſum inquam appetitiuũ:
Cõcluſio. nam ſi duo intellectus atq; appetitus mouerent per aliquam communem vtiq; for
mam mouerent: nunc autem intellectus quidem non videtur abſq; appetitu moue
ri: voluntas enim appetitus eſt quidam: atq; cum ſit motus, per rationem & etiam
per voluntatem fit. Appetitus autem abſq; ratione mouet: Cupiditas enim & ipſa
quidam eſt appetitus. Intellectus igitur rectus eſt omnis: at appetitus atq; imagi-

natio & recta eſt & non recta. ¶ Quocirca ſemper quidem ipſum appetibile mo- 10 Cōcluſio.
uet: hoc autem eſt aut vere bonum, aut apparens bonum: at tamen non omne bo-
num mouet: ſed id quod ſub actionem cadit: ſub actionem autem cadit, quod ali-
ter ſeſe habere etiam poteſt. ¶ Patet igitur talem animæ vim atq; potentiã princi- 11 Cōtra an-
pium eſſe mouendi: quæ quidem eſt ea, quam appetitum conſueuimus appellare: tiquos
conſtat eos oportere, qui partes animę diuidunt. Si modo potentias ipſas diuidant
atq; ſeparent complures ipſas eſſe concedere nutriendi principium ſentiendi intel
ligendi deliberandi & appetendi: hæc enim plus inter ſeſe differunt, quam po-
tentia cupiendi, ac iraſcendi. ¶ Cum autem appetitiones inter ſeſe contrarię fi- 12 Cōcluſio.
ant: quod quidem tum fit, cum ratio cupiditasq; contrarię ſunt: idq; fieri ſolet in hi
ſce, quę ſentiunt atq; percipiunt tempus: mens enim ob futurum, retrahere iubet
Cupiditas vero præſens ipſum perſequitur: nam quod iam afficit voluptate id &
ſimpliciter afficere voluptate: & abſolute bonum eſſe videtur ex eo ſane quia fu-
turum non perſpicitur. ¶ Specie quidem vnum id eſt profecto quod mouet appe- 13 Cōcluſio.
titiuum inquam vt appetitiuum eſt atq; appetibile omnium eſt mouentium primũ
Hoc enim mouet & non mouetur mente at imaginatione perceptum: numero vero
plura ſunt ea, quæ mouent. At vero cum tria ſint in animalium motu: vnum id quod
mouet: ſecundum id quo mouet: & tertium id quod mouetur: atq; id quod mouet
ſit duplex: nam aliud eſt immobile, aliud mouet atq; mouetur: immobile quidem
id bonum eſt, quod ſub actionem cadit: id vero quod mouet atq; mouetᷣ eſt ipſum
principium appetendi: mouetur enim id quod appetit ea ratione qua appetit. Et ap
petitio eſt motus quidam vel operatio. Id autem quod mouetur eſt animal ipſum:
at quo mouet appetitus vt inſtrumento. Id iam corpori tribuendum eſt. Quocirca
de ipſo tunc eſt contemplandum: cum de communibus animæ corporiſue operi-
bus atq; officijs contemplabimur. Nunc vt in ſumma dicamus id, quod mouet vt
inſtrumentum: ibi eſt collocandum vbi idem principij rationem finiſue ſubit: vt in
cardine fit. Hic enim conuexum & concauum eſt: quorum alterum finis, alterum
principium eſt. Quapropter alterum quieſcit alterum mouetur. Sunt ratione qui-
dem diuerſa. Magnitudine vero non ſeparantur vniuerſa nanq; pulſu tractuq; mo-
uentur. Iccirco oportet perinde atq; in circulo aliquid manere, & hinc incipere mo
tum. ¶ Omnino igitur vti diximus, hoc ſui ipſius motiuum eſt animal, quo eſt ap- 14 repetit
petitiuum. At appetitiuum ſine imaginatione non eſt: omnis autem imaginatio aut
rationis eſt particeps: aut eſt ſenſitiua: atq; huius & belue participes ſunt. At enim dubitat
conſiderandum eſt etiam, quid nam ſit id, quod imperfecta animalia motu ciet: qui
bus ſenſus ineſt tantummodo tactus: atq; inueſtigandum eſt: ſi his etiam inſit ima
ginatio cupiditaſue nec ne: etenim dolor atq; voluptas his ineſſe videtur. Quod ſi Rñdet
hæc inſunt, & cupiditatem neceſſe eſt eiſdem ineſſe. At quonam pacto his imagi-
natio ineſt. An aſſerendum eſt vt videtur hæc & in his ineſſe imaginationem in-
quam atq; cupiditatem: verum vt indeterminate mouentur, ſic & hæc ipſis inſunt
indefinite. ¶ Imaginatio igitur ſenſitiua ratione etiam in expertibus vti diximus 15 Dubium
animalibus ineſt. At deliberatiua his ineſt tantũ in quibus ratio ineſt: nã vtrũ hoc
agat an hoc: rationis iam opus atq; officium eſt. Atq; neceſſe eſt vno quodam me- Rñſio
tiri. Maius enim perſequitur, quare poteſt vnum ex pluribus fantaſmatibus facere.

& hæc eſt cauſa ſane, cur non omnis imaginatio videtur opinionem facere: quia eam quę eſt ex ratiocinatione non habet: at hæc illam nimirum habet. Quapropter deli beratiuum appetitus non habet. Vincit autem interdum appetitus mouetq; voluntatem: interdum hæc illum: appetitus inquam appetitũ vt ſphæra. cum in continen tia fit atq; ſemper ſuperior magis eſt princeps mouetq; natura quo fit vt tres iam
16 Diuiſio motus efficiantur. ¶ Ea vero ratio, cui ſcientiæ tribuuntur non mouet: ſed manet: cum autem extimationum ac rationũq; alia ſit vniuerſalis alia ſingularis: illa nanq;
Cõparatio. dicit omne bonum honoribus eſſe afficiendum: hæc vero dicit aut me bonũ eſſe hæc iam opinio mouet: non illa vniuerſalis: quin potius ambæ mouent: at illa quieſcens magis: hæc autem non quieſcens.

Explanatio tex.

Hoc capite agit Ariſt. de potentia motiua animę.

I. Dicamus de vi motiua animæ, an ſit pars animę ab alijs diſtincta.

II. Antiqui non bene diuiſerunt animã in ſuas potentias, ſcilicet in iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationalem. probat. 1. quia infinitę ferme tales poſſent aſſignari. Secundo quia vegetatiua plus differt a ſenſitiua q̃ iſtæ tres: Igitur prius debebant eam poſuiſſe. ſimiliter & vis imaginandi. Tertio quia dubium eſt cui vis appetitiua ſit iungenda/ an ſit in omnibus tribus.

III. Vis vegetatiua non eſt motiua, & loquimur de motu locali. probatur quia motus progreſſiuus fit alicuius gratia cum imaginatione & appetitu/ ſed vegetatiua vis caret imaginatione. ſcd'o quia tunc plantę mouerentur progreſſiue.

IIII. Vis ſenſitiua non mouet animal. probat̃ primo quia multa animalia ſentiunt & non mouent̃ vt affixa: & tamen natura nihil fruſtra facit, neq; deficit in neceſſarijs: hæc autem animalia non ſunt imperfecta aut mutila.

V. Intellectus non mouet animal, probatur quia intellectus ſpeculatiuus non conſiderat quid fugiendum aut proſequendũ: neq; actiuus intellectus/ quia intellectus bene præcipit fugam rei triſtis/ ſed non mouet: Vnde ſæpe ratio iubet fugere/ q; non fugit homo/ vt in intemperantibus. Tertio, quia medicus non ſemper medetur/ nec ſtatuarius ſemper facit ſtatuam.

VI. Appetiſus non mouet animal: quoniam continens appetit/ & non mouetur: quia ſequitur rationem.

VII. Appetitus & intellectus mouent animal: & ſub intellectu comprehendimus phantaſiam & imaginationem: quia homines plus imaginatione q̃ ratione reguntur. Secundo intelligit de intellectu practico qui fine differt a ſpeculatiuo.

VIII. Probatur concluſio, quia omnis appetitus eſt propter aliquid proſequendum vel fugiendũ: Et cuius eſt appetitus eſt principium practici intellectus: eſt enim vltimum & in quod reſoluitur actionis principium: ergo virtus actiua cognoſcens mouet gratia rei appetitę.

IX. Intellectus & appetitus mouent vt vnum mouens: cum enim fit motus a ratione, fit & ab appetitu: appetitus tamen etiam mouet ſine ratione: vnde ratio ſemper eſt recta: ſed imaginatio & appetitus ſunt recti & non recti.

X. Non omne bonum mouet appetitum ad mouendum animal: Eſt enim appetibile apparens bonum aut verum: vnde ſolum illud bonum mouet/ quod eſt contingens in noſtra poteſtate.

XI. Non æqua fuit diuiſio potentię in iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationalem. Nam plures debuerant poſuiſſe potentias. ſ. nutriendi, ſentiendi, appetendi &c̃.

XII. Quomodo fit vt appetamus contraria. Reſpondetur q; hoc fit quando ratio & cupiditas cõtrariantur/ & hoc in percipientibus tempus.

XIII. Vnum eſt mouens non motum: & vnum eſt mouens & motum: nam appetibile mouet: appetitus mouet & mouetur: Vnde tria ſunt hic, vnum quod mouet, aliud quod mouetur, & tertium id quod mouet & mouetur: adde & organũ quo animal mouetur: quod fit in iuncturis animaliũ.

XIIII. Vnde mouentur animalia imperfecta, vt muſcæ/ quæ imaginationem non habent. Reſpondetur q; ſicut habent motum vagum & indeterminatum: ita & confuſam habent imaginatõem.

XV. Cum in brutis ſit imaginatio ſenſualis, in homine rationalis & ſenſualis: vtra illarum mouet: Reſpondet iam illa iam altera: nam aliquando ratio vincit, aliquando cupiditas trahit voluntatem in conſenſum/ ſicut ſuperior ſphæra cœleſtis omnes inferiores rapit. Differenter tamen quia ſuperior motus ſemper rapit inferiorem: at hic ſenſualitas inferior aliquando rapit & trahit voluntatem ſuperiorem in conſenſum.

XVI. Cum duplex ſit apprehenſio, ſcilicet vniuerſalis & particularis: vtraq; mouet/ ſed magis particularis, vt actioni propinquior.

Annotatio.

7. Intellectum actiuum differre a contemplatiuo/ ſeu ſpeculatiuo fine: liquet ex.2.metaphyſi.&.6. ethicorum: quia finis intellectus ſpeculatiui eſt ſcire & veritas: finis vero practici eſt opus: At de hoc q.4.prologi dialecticę.

9. Quæ potentia recta dicatur/quæ non, hic aperit Ariſtot.& pulchre digreditur hic Stapulen̄. at quia eius digreſſio eſt prolixior ideo omittenda: Hoc tamen non prætereundum/ quomodo triplicat illas vires ſcilicet imaginationem, appetitum, & memoriam: & ſcd'm has triplicem conſtituit vitam: vt in hac formula vides

imagiatio	prima	vita ſecunda	Tertia
memoria	ſenſual.	Rōnal. inferior	Roal. ſuperior
apperitus	brutal.	humana	ſupra hoīem

Hic enim vita prima prauorum qui ſcd'm imaginationem & appetitum ſenſualem viuunt; eſt infra hominem & bruta: Secunda vero eſt ſcd'm hominem/nam ſit ſcd'm intellectum rationalem & appetitum: ſed non adeo diuinis rebus intentum: bene tamen ſe gerit in rebus mundanis: ſicut ſapientes & boni viri etiam apud Ethnicos. Tertia vita eſt eorum/ qui penitus ad diuina eleuantur/ vt martyres ſancti confeſſores &c̄.

Q.III.

An omnibus animantibus inſit vis motiua ſcd'm locum?

Articulus.I.

Nota.I. Quomodo diximus motum eſſe quadruplicem vt in 5.phyſi. hic loquimur de motu progreſſiuo: ubi addas motum animalem aliquem eſſe ſpiritualem, vt intelligendo & appetendo: uocamus enim motus animi: Alium eſſe corporalem & executiuum: quando membra animalis mouentur: & de illo hic loquimur. ¶ Adde ſecundo tres virtutes concurrere ad motum animalis ſ. cognitiuam appetitiuam & executiuam. Nam per primā cognoſcit an illud ſit bonum vel malum. per ſecundam inclinatur ad illud fugiendum. per tertiā exequitur fugam vel perſecutionem eius. ¶ Vnde potentia appetitiua eſt potentia qua animal inclinatur ad perſecutionem vel fugam eius quod cognoſcit: vide.1.phyſi.quomodo appetitus eſt triplex, naturalis, animalis & intellectiuus: Item quomodo materia appetat large. ¶ Quibus adde tercio Appetitum ſenſitiuum eſſe duplicem, ſcilicet concupiſcibilem & iraſcibilem. Concupiſcibilis eſt qui fertur in bonum verum vel apparens delectabile: quies eius eſt in boni deſyderati obtentione. Iraſcibilis eſt quæ contra malum inſurgit: & fertur in bonum arduū. ¶ Adde quarto in his ſpeciales oriri paſſiones vt hic D.Card.Cameracen. late explicat nam a concupiſcibili oritur, gaudiū ſpes: ab iraſcibili, dolor, timor: Gaudemus em̄ de bono præſenti/ſperamus abſens: dolemus de malo pręſente, timemus futurum. ¶ Adde quinto cor dici organum illarum paſſionum/ quod ad eas dilatatur vel conſtringitur. vide plura in Cameracenſi & eius diſcipulo Gerſone.

Nota.II. Q. vis appetitiua dicit̄ imperans/ & executiua imperata: vnde in deo illæ duæ potentiæ non diſtinguuntur: quoniā quicquid vult exequitur: at in creaturis, executiua diſtinguitur a volitiua: vnde hic executiua eſt motiua. ¶ Et dicitur eſſe triplex.ſ.naturalis, vitalis & animalis: vnde pro iſtis & dicendis hanc formulam accipito

vitalis		corde		pulſus		arterias
nālis	eſt in	epate	mouet	hūores	per	venas
aīalis		cerebro		membra		neruos

Naturalis in epate ex nutrimento ſanguinem operatur: quem per venas mittit ad membra/vt inde nutriantur. Vitalis operatur in corde: cuius feruorem motibus dilatationis & conſtrictionis per aeris inſpirationem & expirationem temperat: & in ſanguine p arterias a corde ortas, ad ſingula membra exiens, omnia viuificat. ¶ Adde hic quia cor attrahit aerem a pulmone: tunc arteriæ cordi proximæ, attrahunt aerem a corde: ſed quæ ſunt coniunctæ cuti/refrigerantur per poros: Inter has mediæ, ſanguinem a venis recipiunt ſubtiliorem. Coroll. Illa vis ſolū eſt in habentibus pulmonem: at in plantis vis naturalis viuificat omnia. ¶ Animalis in cerebro eſt/a quo per neruos inde exeuntes ſenſibus vigorem / & reliquis membris motū influit.

Nota.III. Ex his patere quod dici ſolet, triplex eſt virtus ſ.naturalis, vitalis & animalis: triplicia ſunt membra ſ radicalia, deſeruientia & officialia: Radicalia ſunt cor, epar, cerebrum: quibus & genitalia adiunctur pro conſeruatione ſpeciei data. Deſeruientia ſunt nerui, venæ & arteriæ. Officialia membra ſunt manus, pedes &c̄. ¶ Sic triplex dicitur ſpiritus ſ.naturalis qui nutrit & vegetat. Vitalis viuificat. Animalis mouet & ſentit. ¶ Vnde ſpiritus eſt ſubſtantia ſubtilis aerea, facilis ad motum ex ſanguine circa cor generata, ad ipſum corpus nutriendum, viuificandum & mouendum: Veniunt autem a tribus membris ſuperius deſcriptis: licet Ariſtot. crediderit omnes venire a corde: vnde & ſcd'm ipſum poſuimus in corde in diffinitione.

Nota.IIII. Cerebrum quod ſub craneo locatur duabus inuolui pelliculis, exterior dicit̄ dura mater/interior pia mater: A prima oriunt̄ nerui/qui ſunt principium motus voluntarij/nam tranſeunt per puppim capitis, & per totum corpus ramificantur: & in muſculis & lacertis confluunt: per hos motiua vis dilapſa, animal mouet: a pia matre de-

ſcendunt nerui per proram capitis ad organa ſenſuum. ¶ Modus autem mouendi animal eſt iſte: quia obiectum per apprehenſiuam cognitum, ab appetitu appetitur aut reſpuitur: Appetitiua dein vi motiuę exiſtenti in neruis, muſculis, & lacertis imperat: vt moueat corpus ad fugiendum vel proſequendum cognitum: quę ligamenta membrorũ contrahit & relaxat, & membra officialia mouet primo propinquiora/dein remotiora, diffuſo cõtinue ſpiritu animali ¶ Sequitur eam vim mouendi eſſe multiplicem: nam aliqua & cõtractiua/vt in vermibus aliq̃ progreſſiua: & illarum vna eſt greſſibilis, alia volatilis, alia reptilis, alia natatilis, vocatiua, & operatiua. vide Cameracenſem, & Margaritam.

Articulus. II.

Concluſio. Omnibus animantibus ineſt vis motiua ſcd̃m locum: quamuis non omnibus inſit vis progreſſiua: Nam primũ exigit ratio alimenti: ſecundum autem patet de affixis terræ: quę etſi moueantur motu conſtrictionis & dilatationis: nõ tamen progrediuntur.

Articulus. III.

Dubium. I. An natura nihil faciat fruſtra: nec abundet in ſuperfluis aut deficiat in neceſſarijs?

Præmit. I. Quid ſit natura & q̃ multiplex, de quo in. 2. phyſ. Adde etiam quomodo aliquid poſſit fruſtrari. 2. cœli.

Præmit. II. Sic etiam ipſam non deficere in neceſſarijs poteſt duobus modis intelligi. aut quo ad totam ſpeciem: & ſic nunq̃ deficit in neceſſarijs naturalibus: aut quo ad indiuiduũ: & ſic poteſt deficere/non ex parte naturæ ſcd̃m ſe/ſed ex concurſu alicuius extrinſeci vt de monſtris diximus ſecundo phyſic.

Reſpondet. Naturã non fruſtra operari nec deficere nec ſuperhabundare ad ſenſus iam datos.

Rationes quę hic ſolent adduci, pauci aut nullius ſunt momenti: & facile ex dictis ſolubiles: ideo ſuperſedeo de quarto art.

De potentiarum animæ comparatione. Cap. IIII.

Neceſſe eſt igitur omne, quod viuit animãq; habet nutriendi vim habere ab ortu generationeue vſq; ad interitũ corruptionemue ſuam: neceſſe eſt eñ omne q̃ eſt ortum accretionemue & ſtatũ & decretionem habere: quę quidem vt patet ſine nutritione fieri nequeunt: neceſſe eſt igitur, vniuerſis his, quæ acreſcunt atq; decreſcunt ineſſe potentiam nutriendi. At nõ in omnibus viuentibus neceſſe eſt ſenſum eſſe. Etenim ea poſſunt tactum habere, quorũ corpus eſt ſimplex quæ non ſine materia formarũ ſunt ſuſceptiua: neq; fieri poteſt vt ſine hoc ſenſu animalium quicq̃ in rerũ ſit ratione: animal autem neceſſe eſt ſenſum habere: ſi nihil facit fruſtra natura: nam vniuerſa quę natura conficiunt gratia ſunt alicuius: aut ſunt caſus eorum, quæ alicuius cauſa fiunt. Si igitur corpus quod habet vim gradiendi non haberet ſenſum: corrumperet ſane, & non ad ſuum proficiſceret perueniretq; finem: quem quidem opus eſſe naturę conſtat. Quo nanq; pacto nutriet: immobilibus eñ adeſt nutrimentũ eo in loco, vbi ſunt orta. quo nutriri poſſunt ſuapte natura. Fieri autem nequit, vt corporũ quicq̃ mobile atq; ortum animã quidem habeat diſcernentemq; mentem. Senſu autem vacet. Cur enim nõ habebit: aut eñ animæ aut corpori idipſum melius erit: at neutri videtur melius eſſe: illa nanq; ob hoc nõ intelliget magis. Illud autem nõ ob id ipſum magis perſiſtet. At vero neq; corpus quicq̃ ingenitum aniſnatũ ſenſum habere neceſſe eſt: nullũ igitur vti diximus non immobile corpus habet animã abſq; ſenſu: atqui ſi ſenſum habet: neceſſe eſt ipſum vel ſimplex corpus vel mixtum eſſe: ſed fieri non poteſt vt ſit ſimplex: non enim habebit tactũ: at hunc ſenſum ineſſe neceſſe eſt. Quod quidem ex hiſce perſpicuũ euadere poteſt: nam cũ animal omne corpus ſit animatũ: corpusq; oẽ tangibile ſit. Tangibile autem ſit id, quod eſt ſenſibile tactu: neceſſe eſt & animalis corpus vim

habeat ſentiendi tangendo: ſi debeat ipſum animal conſeruari. Cęteri nanq; ſenſus per alia quædam externa ſentiunt. Odoratus inquam viſus ac auditus. Tangens autem niſi ſenſum habeat, nõ poterit alia quidem fugere, alia autem capere. Quod ſi ita ſit fieri non poteſt, vt ipſum animal conſeruetur. Quapropter & ipſe guſtus quaſi tactus eſt quidam. Eſt enim alimenti ſenſus. At alimentum corpus eſt quod tactu percipitur. Sonus autem & color & odor non nutriunt: nec accretionem decretionemue faciunt. quare neceſſe eſt ipſum guſtatum tactum quendam eſſe: quia rei tangibilis ac nutritiuę eſt ſenſus: hi igitur ſenſus neceſſarij ſunt animali. atq; perſpicuum eſt fieri non poſſe vt ſit animal abſq; tactu. At cæteri ſenſus boni ſunt gratia & definito iam generi non cuiuis animalium ſed vllo diſcrimine, Sed cuidam vt gradiendi neceſſe eſt inſint: nam ſi conſeruari debeat, non ſolum tangendo, ſed eminus etiam ſentire ipſum oportet. Quod quidem erit ſi per extremũ ſentire medium poſſit hoc pacto vt a ſenſibili quidem medium: ab hoc autem ipſum patiat̃ ac moueatur. Nam vt in motu ad locum accomodato fieri ſolet, cum per multa efficitur, primũ nanq; mouens pellit ſenſum pellendoq; facit vt illud pellat id, quod deinceps poſt illud eſt collocatũ: fitq; hoc pacto motus per mediũ: atq; primũ quidem pellit & non pellitur: vltimũ autem pellitur & non pellit. Mediũ vero pellit̃ atq; pellit: & interdũ plura ſunt media: interdũ pauciora ſic & in alteratione fieri ſolet hoc excepto dũtaxat id inquã, quod alterat eodem in loco manere: veluti ſi quiſpiam in cæram tinxerit vſq; ad id mota eſt vſq; quo tinxit: lapis autem non mouet̃: at aqua ad diſtantiam longã. Aer autem ad longiorem mouetur atq; agit & patit̃: ſi maneat ſitq; vnus & non diuiſus. Quapropter & de reflexione melius eſt aerem a figura coloreq; pati: quouſq; ſit vnus: eſt autem vnus in ipſo leni: q̃ egredientem viſionem frangi atq; reflecti cenſere. Quo circa curſus hic mouet viſum, perinde atq; ſignum: quod in cæram imprimitur tranſmitteret̃ vſq; ad finem. At qui perſpicuum eſt fieri non poſſe corpus animalis ſit ſimplex igneũ inquam aut aqueum aut aereũ: nam nullus alius ſenſus abſq; tactu haberi poteſt. Corpus enim animalis omnis, vt dictum eſt vim habet ſentiendi tangendo: cætera autem elementa præter terrã inſtrumenta ſenſus fieri poſſunt: atq; omne tale per aliud ſentiendo ſenſum nimirum efficit: & per media: at tactus in tangendo ſenſibilia ſua conſiſtit. Quapropter & hoc nomine nuncupat̃: atq; tametſi cætera quoq; ſenſuũ inſtrumenta tactu ſentiunt tamen per aliud mediũ ſentiunt: at ipſe tactus per ſe ipſum ſolus ſentire videtur. Quibus efficitur, vt nullũ talium elementorũ corpus ſit animalis: at vero neq; terreũ eſſe poteſt. Tactus em̃ veluti mediocritas eſt omniũ tangibilium & inſtrumentũ ipſius non modo terrę differentiarũ eſt ſuſceptiuũ: ſed etiam calidi frigidiq; cęterorũq; omniũ tangibiliũ: & ideo neq; oſſibus neq; pilis neq; talibus partibus vllis omnino ſentimus: quia terrea ſunt. hinc & plantæ omniũ ſenſuũ ſunt vt patet expertes: quia & ipſæ terreæ ſunt: at abſq; tactu fieri non poteſt: vt alius quiſq; ſit ſenſus: huius autem inſtrumentum ſenſus neq; terræ eſt neq; cæterorũ vllius elementorum. Hæc cum ita ſint: patet animalia neceſſario mori: cum hoc ſolo ſenſu tactus priuantur: neq; enim fieri poteſt vt hunc ſenſum non animal habeat: neq; ſi animal eſt alium ſenſum præter hunc habere, neceſſe eſt: & propterea fit vt cætera quidem ſenſibilia, non corrumpant ſuis exuperationibus animal:

color inquam ſonus & odor.ſed ipſa tantum ſenſuum inſtrumenta: niſi per accidens vt ſi ſimul cum ſono pulſio actusq; fiat:& ſi a rebus quæ vident atq; ab olentibus alia moueantur,quæ tactu corrumpunt:ſapor etiam hoc ſane corrumpit: quo ſimul accidit ipſum tangibile eſſe:exuperationes autem tangibilium vt calidorum frigidorũ & huiuſmodi ipſum interficiant atq; interimant animal. Exuperatio eñ ſenſibilis cuiuſuis ſenſus deſtruit inſtrumentũ atq; deuaſtat:quare & tangibile exuperans ipſum deſtruit tactum:atq; hoc ſenſu definitum eſt animal:ſine nanq; tactu fieri non poſſe vt ſit animal demonſtrauimus. Quamobrem exuperationes eorum quæ tactu percipiuntur:non ſolum inſtrumentum ipſius ſenſus,verum etiam animal ipſum interimunt atq; corrumpunt:quia neceſſe eſt animal hunc ſolum habere:cæteros autem ſenſus animal habet:non vt ſit:ſed vt bene ſit vt antea diximus. Viſum enim habet vt videat: Quoniam & in aere & in aqua & omnino in perſpicuo degit. Guſtum autem ob id,quod voluptate afficitur,aut dolore:vt in alimento ea ſentiat & cupiat ac moueatur: & auditum vt aliquid ſignificetur:linguã præterea,vt ipſum aliquid alij per ipſam ſignificet.

Explanatio textus.

Abſolutis animæ varijs potentijs:iam eas adinuicem comparat.

I. Omne viuens habet animam vegetatiuã a principio vſq; ad mortem.probatur qiua omne augeſcit vſq; ad ſtatum/dein minuit vſq; ad mortem.

II. Non omne viuens eſt ſenſitiuum.patet de plantis:quę non habent tactũ:ergo nec ſenſum.

III. Omne animal eſt ſenſitiuum.probat quia cum natura nihil faciat fruſtra: ideo animalia mouent aut quærant eſcam:affixa autem coniunctum diſcernunt alimentum.

IIII. Non fit vt animal corruptibile habeat mentem, & non ſenſum.probat quia neq; corpori melius eſſet nec animæ: Secus de incorruptibili animali: quod neq; ſenſum habet/neq; animam vegetatiuam.

V. Corpus animalis non eſt ſimplex,probat quia tunc non haberet tactum.

VI. Senſus tactus eſt neceſſarius animali pro eius conſeruatione:patet quia animal eſt corpus & tangit corpora proxima: ergo ne ab eis lædat: habet ſenſum tactus,vt fugiat noxia.

VII. Guſtus eſt neceſſarius omni animali.probat quia eſt quodammodo tactus ipſius alimenti.

VIII. Viſus,auditus & olfactus non ſunt ſic animali neceſſarij:patet quia non dedit omnibus animalibus/ſed quibuſdam maiorũ boni gratia; & alimentum a remotis quærentibus.

IX. Animalia greſſibilia & longe ſentiunt: quia ſenſibilia remota mouent media/quibus motis mouetur ſenſus; ſicut fit in motu locali, & alteratione:niſi q immutans ſenſus manet in eodem loco/ſed non pellens rem e loco.

X. Quarę melius eſt ſic dicere,aerem agere in viſum,q̃ q viſio fiat extramittendo: ſicut ſi ſigillũ ingrederetur vſq; ad finem cæræ/& ibi imprimeret figuram.

XI. Corpus animalis non poteſt eſſe ſimplex. probatur quia in corpore ſimplici non poteſt eſſe tactus,aut alius ſenſus; & licet alij ſenſus poſſint eſſe per elementa vt per media:nam habent media extrinſeca;ſed tactus ſentit per medium intraneũ.

XII. Corpus animalis non eſt terreũ: quia tactus etiam aliorum elementorum differentias percipit: quare oſſa pili & plantæ non ſentiunt/quia terrea ſunt: Nullus autem ſenſus eſt ſine tactu.

XIII. Animal ſine tactu moritur. quia tactus non ſine animali/nea animal ſine tactu.

XIIII. Hinc fit vt excellentię aliorum ſenſibiliũ, corrumpant ſenſum,non animal: ſed excellentiæ tangibiles corrumpunt etiam animal:quia corrupto tactu corrumpitur animal.

XV. Senſum tactus habet animal vt ſit;alios ſenſus habet vt bene ſit: Viſum enim vt videat in perſpicuo;Guſtum vt voluptate afficiatur aut dolore in alimento: Auditum vt aliquid ei ſignificet: linguam vt ſignificet.

Annotatio.

4. Dubium alicui videri poſſet: q Ariſto. primum omne animal dixit habere ſenſum:iam vero negat ſenſum ab animali incorruptibili: D. Stapulen. in paraphraſi ſua intellexit Ariſto. q aſtruat animal non poſſe carere ſenſu/ſiue ſit corruptibile,ſiue incorruptibile:at illud literę obuiat/vt liquet cuilibet intuenti: & Themiſtius optimus Ariſto. omnium iudicio paraphraſtes ſic intellexit Ariſtot. q neget ſenſum ab animali immobili: Et hoc ita eſſe ex eo quoq; comprobatur: quoniam Stapul. ait hoc eſſe Platonicorum: & citat Platonem,in Timæo:at Plato ibi negat ſenſum in animali perpetuo: hoc eſt ipſo mundo: audiamus Platonem: Nec immerito ſũma eum æqualitate tornauit:nec eñ oculis indigebat: quia nihil extra quod cerni

poſſet/relictum erat: Nec auribus/ cum nihil ſuper eſſet foris quod audiretur: nec erant aere circumfuſa externa mundi/ vt reſpirationem requireret &c. nihil clarius & expreſſius/ quam illud animal immortale Platonicum ſcilicet mundum nullos habere ſenſus: Ad Ariſtot. vero dicimus, ipſum bene aſtruxiſſe omne animal habere ſenſum: quoniam mundum eſſe animal negauit. Q. vero iam dixit animal immortale non habere ſenſum/ non fuit dictū ex ſententia/ ſed ex Platonicorum placitis.

Q.IIII
An ſenſus tactus cuilibet animali ſit neceſſarius?
Art. I.

Nota. I. Eſſe mentem Ariſto. in textu ſenſum tactus eſſe diſtinctiuum alimenti: quod ſic induco, quoniam ſicut vita animalis requirit temperamentum qualitatum primarum: cum quarum excellentia non poſſet ſtare/ vt de longitudine & breuitate vitæ: ita & in alimento requiritur quoddā temperamentum qualitatum primarum: ergo ſequitur nutrimentum non ſolum iudicari conueniens penes ſapores: ſed etiam penes qualitates primas / quæ ſunt tangibiles: & ita iudicantur per tactum. Iſtud eſt etiam de mente Ariſtot. in ſecundo huius de vegetatiua: vbi ait. Tactus enim alimenti ſenſus eſt: ſiccis enim & humidis, calidis & frigidis aluntur omnia viuentia: horum autem ſenſus eſt tactus.

Nota. II. Guſtum eſſe duplicem: vnus eſt diſtinctiuus ſaporum proprie: alius eſt velut vnus tactus diſtinctiuus nutrimenti penes qualitates tangibiles: de illo plura diximus in ſecundo huius de guſtu. ¶ Adde iam quod guſtus proprie qui eſt diſtinctiuus ſaporum, non eſt abſolute neceſſarius animali vt ſit: quoniam dulce vel amarum aut ſimile guſtare, eſt plus ad bene eſſe/ ad delectationem & amœnitatem palatus, quam ad neceſſitatem: cum illud quod ſæpe guſtus iudicat conuenientiſſimum ſit minus conueniens alito: & contra quod guſtus refugit, eſt interdum ſalutare animali / vt liquet in potione amara medicinali.

Nota. III. Quod alicui eſſe aliquid neceſſarium varie intelligitur, primo pro eo ſine quo fieri non poteſt vt res diu ſit. Secundo ſine quo non bene aut faciliter res eſt. Tertio quod ſimpliciter & abſolute eſt neceſſarium: alias acceptiones omitto. vnde primus modus dicitur neceſſitatis ex ſuppoſitione Vltimus autem ſimpliciter. Nota nulla creatura eſt neceſſaria realiter & ſimpliciter/ ſed ſolus deus: quomodo attribuitur propoſitioni, eſt propoſito impertinens: philoſophi tamen ſæpe dixerunt violentum quoque neceſſarium: ſic Sophocles voluit vim neceſſitatem eſſe: Vis enim ſæua premit/ & fieri quod improba cogit.

Nota. IIII. Ariſtot. hic ab initio dicere viuens vel augeri, ſtare, vel diminui: quod pertractans Ægid. negat viuens ſecundum veritatem vnquam eſſe in tempore ſtatus/ in quo nec augeatur nec diminuatur: Sed videmus quod Ariſtot. contradicit: & cōmuniter medici ponunt viuens habere pro certo tempore conſiſtentiam: in quo ſecundum naturam nec augeatur nec minuatur, vt in homine a.xxxi. vel.xxxij. vel.xxxiij. anno ſecundum varietatem complexionis: Et hoc ſatis ex eo probatur quod inter quoslibet motus oppoſitos ſit quies intermedia. 8 phyſic. ſed augmentatio & diminutio ſunt motus oppoſiti: ergo eſt quies intermedia ſ. ſtatus: quod ſit quando plus nec minus per calorem reſtauratur in nutritione/ quam fuit deperditum.

Articulus. II.

Concluſ. Senſus tactus eſt omni animali neceſſarius accipio ſubiectū confuſe & ſcientifice: ideo non curo ſophiſmata. loquor etiam de neceſſitate ex ſuppoſitione. probatur Ille ſenſus eſt neceſſarius animali per quem cognoſcitur exceſſus & habundantia qualitatū tangibilium: talis eſt tactus &c. maior probatur quia omnis animalis complexio eſt ita conſtituta/ quod inter omnia mixta facilius patitur paſſione corruptiua ab excellentibus qualitatibus tangibilibus: nam facilius corrumpunt proportionem/ quam requirit anima in corpore: quare ſi animal non haberet vim iudicatiuam iſtarum qualitatum ſtatim corrumperetur ab eis.

Articulus. III.

Ratio. I. Excellentia ſonorum & viſibilium/ etiā corrumpunt animalia: quare eadem ratione Ariſt. debuiſſet dixiſſe alios ſenſus eſſe neceſſarios/ ſicut tactum: aſſumptum probatur de tonitru & baſiliſco. Confirmatur nullum animal eſt neceſſario, nec aliquis ſenſus: ergo nec ſenſus tactus alicui neceſſario ineſt: tenet conſequentia quia ineſſe præſupponit eſſe, ſaltem tranſcendenter.

II. Tactus non eſt neceſſarius animali. probo quia ſi eſſet neceſſarius animalibus: hoc eſſet ea ratione qua animal eſt corpus mixtum / aut ea ratione qua eſt mixtum animatum: Non primum quia ſic omne mixtum tangeret: nec ſecundum quia ſic omne animatum haberet ſenſum tactus: cuius oppoſitum conſtat ex plantis.

III. Animal poteſt viuere ſine ſenſu tactus: ergo tactus non eſt ei neceſſarius. probatur de animali habente perfectum ſomnum: patet etiam de apoplecticis: qui carent ſenſu tactus ſecundum illam partem ſecundum quam viuunt.

IIII. Tactus non eſt magis diligendus quam viſus: ergo non eſt magis neceſſarius: tenet conſequentia quia magis neceſſarium eſt magis diligendum: cum maior neceſſitas videatur ratio maioris dilectionis.

Reſpondet Ad. I. Diſtinguo tonitru eſſe corruptiuum animalis. vel inquantum ſonus ſic nego: aut inquantum vehementer impellit hominem vel arborem ex violento motu aeris: ſic poteſt de per accidens corrumpere animal: Similiter ſi de per accidens ex nube exiret aer venenoſus cum tonitru: Idem dicas de baſiliſco ꝙ de per accidens interficit propter venenum/non propter colorem. ¶ Ad confirmationem dico tu probas tactum non eſſe neceſſarium ſimpliciter: quod admitto: eſt tamen neceſſarius ex conditione: ſi animal diu velit viuere naturaliter.

Ad. II. Dico ꝙ propter neutrū: ſed quia eſt mixtum habens complexionem magis reductam ad medium/ꝙ̄ mixtum vel animatum requirat: vnde ſine tactu non perueniret ad periodum naturalem/ſicut tamen plantæ poſſunt peruenire ſine tactu: quia eorum proportio nō eſt tam faciliter diſſolubilis: nec ita reducta ad medium/ſicut in animali.

Ad. III. Dico hominem dormientem non habere actum tactus/ſed potentiam: quare admoto calido expergeſit. Idem eſt ſi per pharmaca aut potiones/quis redditur inſenſibilis: De apopleticis iudicant medici: tamen iam placet mihi ſolutio Lamperti/ꝙ in illa parte ſcd'm quam patitur apoplexiam, non eſt ſenſus tactus ſcd'm actum ſecundum: tamen adhuc eſt ibi potentia ſenſitiua tactus & propterea adhuc uiuit: licet cerebrum & cor nō influant in tale membrum: influxu autem redeunte, iterum tangunt per illa membra.

Ad. IIII. Dico hoc fundari ſuper falſo/ꝙ ſ. maior neceſſitas ſit ratio maioris dilectionis: quia maior bonitas eſt ratio maioris dilectionis: Dico tamen etiam hoc, ſi daretur animali priuari vno, magis pateretur ſe priuari viſu/ꝙ̄ tactu: D. O. M. tamen viſum & incolumitatem nobis det hic temporarie, in beatitudine perpetuo, Amen.

ARISTOTELIS STAGYRITAE DE SENSV ET SENSATO LIBER VNVS.

DE COMMVNIBVS PASSIONIBVS ANIMAE ET SENSVVM COMPARATIONE. CAPITVLVM PRIMVM.

QVoniam autem de anima ſcd'm ſeipſam determinatū eſt 1
prius & de virtute qualibet ex parte ipſius: conueniens eſt Intentio
facere conſiderationem de animalibus & vitam habentibus omnibus quę ſunt proprię & communes operationes eorum. Quę igitur dicta ſunt de anima ſubijciantur. De reliquis autem dicamus & primū de primis. Videntur autem maxima & communia & propria animalium cōmunia eſſe & corporis & animæ: puta ſenſus: & memoria: & ira: & deſiderium & omnino appetitus: & cum his gaudium & triſticia: etenim hæc fere inſunt omnibus animalibus. Cum his autem hæc quidem omnium ſunt vita participantium communia: hæc vero animalium quibuſdam: exiſtunt autem horum maxime quatuor coniugationes ſolæ nūero: velut vigilia ſomnus & iuuentus & ſenectus: & expiratio, & reſpiratio: & vita, & mors: de quibus conſiderandum eſt: quid enim eſt vnumquodq; eorum: & quibus pro cauſis accidit. ¶ Verum phyſici eſt de ſanitate & infirmitate prima inue 2
nire principia. Nec enim ſanitatem nec infirmitatem poſſibile fieri carentibus vita Coroll.
¶ Quare fere phyſicorum plurimi & medicorum qui magis phyſicæ artem proſequuntur: hi quidem finiunt ad ea quæ de medicina: hi vero ex his quæ de natura Coroll. autoritas.
incipiunt de medicina. ¶ Quod autem omnia dicta communia ſint animæ & cor- 3 Cōcluſio probat aſ
pori, non immanifeſtum eſt: omnia enim hæc cum ſenſu accidunt: hæc vero per ſumptum
ſenſum: quædam autem hæc quidem paſſionis huius entis exiſtunt: hæc vero habi prius
tudines: hæc autem conſeruationes & ſalutaria: hæc vero corruptiones & priuationes. Senſus autem quoniam per corpus ſit animæ manifeſtū eſt & per ſermonem & abſq; ſermone. Sed de ſenſu & ſentire quid ſit: & quare accidit animalibus hæc
paſſio: dictum eſt prius in his quæ de anima. ¶ Animal autem ſcd'm quod animal 4 Cōcluſio.
neceſſe eſt vnumquodq; habere ſenſum: per hoc enim determinamus animal eſſe & non animal. proprie autem ſcd'm vnumquodq; tactus & guſtus inſequitur omnia neceſſario. Tactus quidem propter dictam cauſam in his quę de anima: guſtus vero propter eſcam: delectabile enim & triſtabile diſcernit ipſe circa eſcam: vt hoc quidem fugiat: hoc autem proſequatur: & omnino ſapor eſt nutritiuę partis

animæ paſſio. Senſus autem qui per exteriora proficiſcentibus ipſorum inſunt quemadmodum odoratus, auditus, viſus, omnibus quidem habentibus vitam cauſa ſalutis inſunt: præſentia proſequantur alimentum: mala autem & corruptiua fugiant. Et habentibus autem prudentia eius quod bene gratia: multas enim annunciant differentias, ex quibus contemplabilium eſt diſcretio & agibilium. Horum autem ipſorum ad neceſſaria quidem melior eſt viſus & ſcd'm ſe, ad intellectũ autem & ſcd'm accidens auditus. Multas quidem differentias & multimodas viſus annunciat potentia: quia omnia corpora colore participant: quare & cõmunia magis per hoc ſentiuntur. Dico autem cõmunia magnitudinem motum quietem figuram numerum: auditus autem ſoni tantum differentias: paucis autem & eas quæ vocis. Scd'm vero accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partem: ſermo enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ: non ſcd'm ſe, ſed ſcd'm accidens. Ex nominibus enim conſtat. Nominum vero vnumquodq́ ſymbolum eſt. Quare ſapientiores a natiuitate priuatorum vtroq́ ſenſu ſunt cœci mutis & ſurdis. De virtute itaq́ quam habet ſenſuum vnuſquiſq́ dictum eſt.

Explanatio textus.

Poſt libros principales philoſophiæ naturalis/ annectit Ariſtoteles parua quædam naturalia appellata: inter parua naturalia primum locum obtinet liber de ſenſu & ſenſato tractans de corpore ſenſitiuo: Et hoc capite agit de ſenſibus in cõmuni.

I. Quia dictum eſt de anima & eius viribus: ideo oportet determinare de operationibus tam cõmunibus q̃ proprijs animalium. probatur quia aliqua ſunt cõia tam corpori q̃ animę/ vt ſunt ſenſus/ memoria/ appetitus/ ira/ delectatio/ triſticia &c̃.

II. Vnde phyſicus inuenit principia ſanitatis & ægritudinis probatur quia ſunt paſſiones cõmunes animalibus. Hinc etiam plurimi medicorum ſtudent phyſicę: nam vbi phyſicus deſinit/ medicus incipit.

III. Prius numerata ſunt communia corpori & animæ/ vt patet inducendo.

IIII. Senſus guſtus & tactus ſunt neceſſarij omni animali, vt diximus in li. de anima.

V. Senſus auditus & viſus in animalibus prudentia preditis ſunt altioris boni & diſciplinę gratia/ quia plurimas rerũ differentias nobis oſtendunt.

VI. Viſus per ſe confert ad plures rerum differentias cognoſcendas/ ſed auditus per accidens: Nam plura percipimus viſu q̃ auditu: Sed auditus plurimum confert diſciplinæ: quia ſermo eſt ipſius auditus: modo ſermo parit diſciplinas, non modo ſonorum/ ſed etiam colorum & quarũcũq́ rerũ.

VII. Hinc cœci a natiuitate ſapientiores ſunt mutis.

Annotatio.

Symbolum cum varias habeat ſignificantias/ vt Beroaldus in ſymbolis Pythagoræ explicat: hic pro ſigno & ſignificatiuo vſurpatur.

Q. I.

An ad phyſicæ complementum requirantur libri paruorum naturalium:

Articulus. I.

Nota. I. Supponendo quæ diximus q. 1. primi de anima/ quomodo triplex habeatur conſyderatio de operibus animę: quamuis Albertus variet: hic agitur de potentijs & operibus animę/ vt a corpore vel toto cõiuncto dependent: nam certę operationes requirunt certas corporis diſpoſitiones & habitudines: ſicut in proceſſu explicabitur: & paſſiones tales cõmunes nominat Ariſto. in textu: vnde tam ſenſus q̃ ſenſationes/ q̃ qualitates ſenſibiles hic conſyderantur vt ſe tenent ex parte corporis, ſcd'm rationem cõmunem & genericam: quoniam in ſpeciali de his tractat, dein in libro de vegetabilibus, de plantis, de animalibus &c̃. Quare Ariſt. vt conſumatam relinqueret nobis philoſophiam, de ſingulis paſſionibus ſpeciales edidit tractatus: qui paruorum naturalium intitulari ſolent/ quorum principales numerantur. xij. ſ.

1. De ſenſu & ſenſato.
2. Somno & vigilia.
3. Longitudine & breuitate vitæ.
4. Motibus animalium.
5. Memoria & reminiſcentia.
6. Iuuentute & ſenectute.
7. Inſpiratione & reſpiratione.
8. Vita & morte.
9. Motu cordis.
10. Nutrimento & nutribili.
11. Intellectu & intelligibili.
12. Phyſionomia.

Quod ſi plures reperies ait Burida. hi ſunt de bene eſſe & ad prænominatos reducibiles vt de coloribus reducitur ad librũ de ſenſu & ſenſato: de mundo reducitur ad librum de mundo: de punctis ad 6. phyſ. &c̃.

Nota.II. Noſtra tempeſtate a philoſophantibus tractari ſolum quatuor libros ſ. de ſenſu & ſenſato, ſomno & vigilia, longitudine & breuitate vitæ, & de memoria & reminiſcentia: ideo hos ſolum cō mentabimur breuibus/quoniam ſunt facilis intelligentiæ: & magna pars principiorum tradita ſit in libris de generatione & de anima: & quamuis ratione perfectionis liber de intellectu & intelligibili eſſet prior alijs: tamen liber de ſenſu & ſenſato ordine quo ad nos primum obtinet locum: quod operatio iſta ſenſilis, animę & corpori communicans, magis teneat ſe ex parte animæ/ꝙ corporis: ideo immediatiori loco poſt librum de anima collocatur. ¶ Vnde pro ſubiecto primo huius partis aſſignat Bruxell. corpus ſenſitiuū/ & pro paſſione attribuit ei tangibile vel guſtabile: Rectius dixeris Corpus naturale eſſe ſubiectum/aut corpus animatum: & paſſionem eius ſenſitiuum/vt ſenſitiuū proprium ſit, nō differentia: de quo in quinqꝫ vocibus: In iſto ergo libro inquirit naturam organorum ſenſuum/& ſenſibilium generationem.

Nota.III. Quomodo phyſicus habet ſe ad medicum: tradit em̄ phyſicus principia/medicus principiata: Ideo medicina ſubalternatur philoſophiæ naturali: tractat phyſicus in generali de motibus & alterationibus contingentibus, medicus in ſpeciali morborum & ſanitatis cauſas ſcrutatur: Phyſicus ſpeculatiue ac theorice agit de his/medicus practice: Empericus omnino mechanice: Hinc ex textu vulgatum illud ſumptum eſt verbum: vbi phyſicus deſinit, medicus incipit: noſtri addunt: vbi medicus deſinit ſacerdos aut potius veſpilio incipit. ¶ Quomodo omni animali ſenſus guſtus & tactus ſunt neceſſarij, in libris de anima diximus: quare iam illa miſſa facimus.

Nota.IIII. Duos hic ab Ariſt. poni ſenſus diſciplinę ſ. viſum & auditū: quoniam iſti ſenſus plures nobis rerum differentias oſtendunt: modo quanto ſenſus vniuerſalioris fuerit obiecti/tanto amplius potentiæ intellectuali, circa vniuerſalia negociantī ad diſciplinæ acquiſitionem deſeruit: ſunt etiam huiuſmodi ſenſus ſubtiliores alijs/& quaſi ſpiritualiores: Hoc idem aſtruit Ariſt. 1. metaphyſ. Vnde quilibet ſenſus eſt ſenſus diſciplinę ſui ſenſibilis: ſed non adeo vniuerſaliter & eminenter/vt hi duo ſenſus: nam deficiente nobis aliquo ſenſu/ deficit nobis ſcientia ſ. propria & in ſe huius ſenſibilis. 1. poſte. ¶ Vter horum magis conferat? dicas primo plures eſſe artes quarum opus ſine viſu exerceri nō poteſt vt fabrorū, latomorū &c. in his acquirendis præſtat viſus auditui. Secundo, aliæ ſunt artes quę ſine auditu exerceri nō poſſunt: & in his cæcus prę ſtat ſurdo: hinc cæci noſtra ætate optimi hydraules reperti ſunt/vt qui Cōſtantię fuit & alter apud Palatinū Rheni. Tercio loquente de ſcientijs ſpeculabilibus: tunc quo ad principia & quo ad inuentionem ſcientię viſus plus confert: cū inuentio diſciplinarū fiat per experientiā: ſed quo ad concluſiones ſcibiles per diſcurſum & rationem/in quo pōt iuuari per modicā doctrinā ab alio acceptā: tunc cæcus audiens p̄cellit ſurdum videntem. ¶ Vnde recte concludit viſum per ſe magis conferre ad diſciplinas/ſed magis auditū per accidens: Et cæcū eſſe prudentiorem in ſpeculabilibus, ſurdum in factibilibus.

Articulus.II.

Concluſio. Ad philoſophię naturalis conſumatam traditionem, recte Ariſt, hos paruorū naturalium libros adtexuit: patet ex his quę primo notabili diximus: tractant enim de re naturali ſub rōe motus & mutationis: ideo ad phyſicā pertinent.

Articulus.III.

Problema.I. Quomodo contingit ſcientiā in anima corrumpi: cū omne ꝙ corrumpit̄ a ſuo contrario corrumpat̄. Reſpondet̄, ꝙ anima ꝙdiu eſt in hoc mortali corpore eget frequenti exercitio, conſideratione, & memoria circa ſcibilia/quorum ſcientiā vult retinere. ¶ Vnde non omne ꝙ corrūpitur a ſuo contrario corrumpit̄: lumen enim in medio non a contrario corrumpit̄/ſed ob defectū cauſæ cōſeruantis ſ. lucis: hoc idem euenit in ſcientia: cuius habitus ab actibus conſeruat̄/ſicut & generatur. vide de his in p̄dicamentis fol. 57.

Problema.II. Quare quanto quis plus ſcit/tanto plura dubitat. Reſpondet̄, quia tanto fortiores nouit opponere rationes & acutius: ideo facit per rationes rem ſibi dubiam/quā iners, ad pauca reſpiciens, habet pro indubitata. Videmus in iunioribus magiſtris & bacc. q ſunt addicti opinioni Scoti Ockam vel Thomę: dum fiunt ſeniores/reputāt materiam eſſe problematicam/ quam prius habuerunt pro diſcuſſa.

Problema.III. Cur a natiuitate ſurdi ſunt etiā muti. Reſpondet̄ quamuis nō deſit eis potentia interpretatiua: tamen quia carent auditu/deeſt eis cōmunio vocum ad placitū ſignificantiū: & ob id non poſſunt interpretari/non ex defectu potentię/ ſed defectu cognitionis vocum.

Proble.IIII. Vnde prouenit tanta diuerſitas linguagiorū. Reſpondet̄ ſcd'm Ariſtot. ꝙ hoc eſt ab arte humana ſcd'm ꝙ diuerſa nomina a diuerſis ſūt impoſita pro ſignificantia rerum: Scd'm verū linguagia diuerſa fuerunt indita a deo per miraculū: dum terrigenæ ædificarent turrim Babylonis Geneſ. xi. Vide in. 1. perihermenias fol. 71. col. 2.

Proble.V. Quo linguagio loqueretur: qui nullo fuiſſet vſus hominum conſortio. Reſpondent aliqui talem locuturum Hæbraice/ꝙ lingua iſta ſit nobis magis naturalis: Sed hoc nulla ratione fulcitur: vnde videtur ꝙ non loqueretur aliquod idioma linguæ/ſed ad placitum formaret ſibi nomina placentia.

De organis ſenſuum. Cap.II.

1 Intentio IN quibus autem habent fieri inſtrumentis corporis nunc quidem quę ſcd'm e-
lementa corporũ:non potentes autem ad quatuor quinq; exiſtentibus,coaptare
2 Contra antiquos cupiunt de quinto.¶Faciunt autem omnes viſum ignis quia paſſionis cuiuſdã
ignorant cauſam.conſtricto eñ & moto oculo videtur ignis lucere:hoc aũt in tene
bris habet accidere & palpebras ſuper velantibus:fiunt enim & tunc tenebræ . Ha-
bet aũt dubitationem hoc & aliam:ſi eñ non eſt latere ſentientem & videntem vi-
3 Cur oculus ſcintillare videt̃ ſibile quidem neceſſe erit ſe videre oculũ:quare ergo quieſcente illo hoc nõ acci-
dit.¶Cauſa quidem huius & obiectõis & putandi ignem viſum eſſe hinc ſumen-
da:leuia eñ in tenebris nata ſunt fulgere non tamen lucem facere: oculi aũt vocatũ
nigrũ & mediũ leue:apparet aũt hoc moto oculo quia accidit quaſi duo fieri vnũ:
hæc aũt celeritas facit motus:vt videatur aliud eſſe videns & viſum: quare & nõ fit
niſi celeriter & in tenebris hoc accidat:Leue eñ in tenebris natũ eſt fulgere:quem-
admodũ quædã capita piſcium & ſepię turbidę lente moto oculo:nõ accidit vt vi-
deatur ſimul vnũ & duo eſſe videns & viſum:illo autem modo ipſe ſeipſum videt
4 Alia ratio contra antiquos oculus: quemadmodũ & in refractione.¶Quoniã ſi ignis eſſet vt dicit Empedo.
& in timæo ſcribitur:& accideret videre exeunte:quemadmodũ & lucerna lumen
quare non in tenebris videret̃ vtiq; viſus:dicere aũt ꝙ extinguatur in tenebris egre
Euaſio platonis diens:ſicut Timæus dicit:vanũ eſt omnino:quæ eñ extinctio luminis eſt:extinguit̃
Im̃pbatõ enim aut humido,aut frigido:calidum & ſiccũ qualis videtur quidem in carboni-
bus ignis & flamma quorũ neutrũ in lumine apparet exiſtens:ſi igitur eſt quidem:
ſed propter debilitatem latet nos oportebat per diem & in aqua extingui lumen :
& in glaciebus magis fieri tenebras : flamma eñ & ignita corpora patiuntur hæc.
5 Opi.emp. nunc autem nihil accidit.¶Empedocles aũt videtur exiſtimare,ꝙ exeunte lumine
ſicut dictum eſt prius videre:ait enim vt quando quis progreſſum meditans prope
rauit lucernam hyemalem per noctem ignis ardentis attendens:vt omniũ ventorũ
impetus ꝓhibeat: ventorũ eñ ſpiritũ diſpergit flantiũ: lumen aũt extra diſiliens
quanto magis expanſum fuerit:illuſtrat per velum domitis radijs :ſic quod mirin-
gis concitatum antiquũ lumen ſubtilibus linteis diffunditur circulo per pupillam:
quæ aquæ quidem profundũ reuelauerit circumfluentis:lumen autem extra perue
nit quanto magis expulſum fuerit:aliquando quidem igitur ſic videre a't aliquan
.i.ab atomis defluentibus. do autem defluxibus his quæ ab his quę videntur.Democritus autem quoniã qui
dem aquam dicit:eſſe bene dixit:quia autem putauit ipſum videre eſſe illam appa-
6 Opi. Democri. ritionem non bene:hoc enim accidit quoniam oculus leuis eſt : & eſt non in illo,
ſed in vidente:paſſio enim refractio eſt: Sed omnino de apparentibus & de refra-
Improbat̃ ctione nondum ipſi manifeſtum erat:vt videtur: incongruũ autem erat & non ſu-
peruenire ipſi dubitare:quare ſolus oculus videt , nullum autem aliorum in quibus
apparent idola:quod viſus nanq; eſt aquę:verum quidem.Non tamen accidit vide
re ſcd'm quod aqua eſt:ſed ſcd'm quod perſpicuum:qd' & aeri cõmune eſt: ſed ma-
7 Cõclusic. gis ſeruabilius eſt aqua aere & magis ſpiſſum.¶Quare re pupilla & oculus aquę
ſunt:Et hoc eſt quid in ipſis operibus manifeſtum:videtur eñ aqua ꝙ diſcurrit cor
ruptis oculis:& in omnino formatis nouiter frigiditate excedens & claritate:& al-
bum oculi in habentibus ſanguinem pinguem,& craſſum ꝓpter hoc eſt:vt perma-
neat humidũ incoagulatũ:& ideo corporis minime eſt frigens oculus ; nulli enim

vnquam quod infra palpebras eſt friguit:animaliũ vero quę ſine ſanguine ſunt:du- autoritas.
rę pellis ſunt oculi: & hoc facit protectionem. ¶ Irrationale omnino eſt exeunte 8 Cõtra ali-
quodam viſum videre:& aut extendi vſq; ad aſtra:aut quodam tenus prodeunte ꝙ quos
adhærere: ſicut quidam dicunt. iſto enim melius eſt in principio coniungi oculi: Platonici
ſed hoc ſtultum. Quid enim coniungi eſt lumen lumini: vel quo modo hoc poſſibi-
le eſſe: non enim quodlibet coniungitur cuilibet: & interius exteriori quomodo i. tunica o-
enim miringa intus eſt. ¶Quod quidem igitur ſine lumine eſt impoſſibile videre, culi ſcd'm
Dictum eſt in alijs, Sed ſiue lumen ſiue aer eſt quod eſt inter rem viſam & oculum alb.
motus qui eſt, ipſum facit videre: Et rationabiliter quod interius, aquæ eſt: aqua enĩ 9 Cõcluſio
perſpicua eſt: videtur autem ſicut exterius non ſine lumine, ita & interius: perſpi- prior.
cuum igitur oportet eſſe: neceſſe igitur aquam eſſe: quia non eſt aer. ¶Non enim 10 Contra
in vltimo oculi anima aut animæ ſenſitiuum eſt: ſed manifeſtum quoniã interius: Democ.
quare neceſſario perſpicuum eſt: & receptibile luminis quod interius oculi: & hoc Probatio prima
etiam ab accidentibus manifeſtum. Iam enim quibuſdam vulneratis in bello iuxta Secunda.
tempora, ita vt abſcinderentur pori oculi, accidit fieri tenebras, ſicut lucerna extin-
cta, eo ꝙ quaſi lampas quędam abſciſſa fuit perſpicuum vocatum pupilla. Igitur ſi
quidem in his accidit, ſicut diximus manifeſtum. ¶Quod ſi oportet ſcd'm hunc 11 Cõcludit
modum attribuere & aſſignare vnumquodq; ſenſitiuorum vni elementorũ oculi
quidem viſiuum aquæ exiſtimandum: aeris vero ſonorum ſenſitiuum: ignis autem
odoratiuum. Q; enim actu odoratur, hoc potentia odoratiuum eſt: ſenſibile enim
facit agere ſenſum: quare neceſſe ipſum exiſtere potentia prius: odor vero fumalis
euaporatio eſt: fumalis eſt autem euaporatio ab igne propter & circa cerebrum lo-
co odoratus proprium ſenſitiuum eſt: potentia enim calida quę frigidi materia eſt:
oculi autem generatio eundem habet modum: a cerebro enim conſtat, Cerebrum autoritas
autem frigidius & humidius omnibus partibus corporis. Tactiuum autem terræ:
guſtatiuum vero ſpecies quædam tactus eſt: & ideo iuxta cor ſenſitiuũ eſt ipſorum.
ſ. guſtus & tactus. Cor enim oppoſitum eſt cerebro: & eſt calidiſſimum partium: &
de ſenſitiuis quidem partibus corporis hoc modo ſit determinatũ.

Explanatio textus.

Hoc capite Ariſto. docet cuiuſmodi naturæ ſit organum viſus & coloris naturam abſoluit.

I. Antiqui coaptabant ſenſus elementis: at oritur difficultas, quia quinq; ſunt ſenſus, elementa quatuor.

II. Viſus non eſt de natura ignis contra Platonem & Emped. probatur quia tunc igne deberet videri in oculo quieſcente, ſicut in oculo conſtricto.

III. Apparet tamen ignis in conſtrictione oculi: non quia in oculo ſit ignis: ſed quia corpora lenia mota vt aqua ſolent fulgere in tenebris: ita pupilla oculi: quæ in medio nigra apparet: hunc in modum leuis eſt: quare in tenebris conſtricta fulget.

IIII. 2. improbantur, quia ſi per exitum luminis ab oculo viderentur res: tunc plus deberemus videre in tenebris illud lumen: quia tunc minus obfuſcaretur a lumine maiori: Nec valet dicere ꝙ extinguatur: quia extinctio luminis fit a contrario ſ. humido vel frigido: vnde lumen debile magis videt in tenebris, ꝗ̃ in lumine: Et minus videtur in die & in aqua: vnde ſcd'm illa glacies videri non poſſet: quia extingueret lumen plus ꝗ̃ tenebræ.

V. Emped. exiſtimauit lumen eſſe inter pelliculas oculi, ſicut lumen in lucerna: non tamen negat viſionem etiam fieri defluxibus a corporibus factis: improbatur æque vt Plato.

VI Democritus autem bene dixit viſum eſſe a dominio aquæ, ſed male ſenſit viſionem eſſe fulgorem oculi. probatur quia iam diximus vnde veniat fulgor oculi: nec ipſe oſtendit quare ſolus oculus uideat: cum & in alijs appareant idola: vnde accidit videre oculum, non quia aqua, ſed quia eſt perſpicuus & ſpecierum receptiuus.

VII. Ex operibus probatur oculum eſſe aqueum.

primo quia læſo oculo lachrymatur. Secundo quia
oculi recentes excedunt alia membra in frigidita-
te & claritate. Tertio quia ob hoc in habentibus
ſanguinem, albugo eſt pinguis & craſſa/vt humi-
dum oculi conſeruet/ne frigeat; Item in alijs ordi-
nauit quid durum pro oculorũ conſeruatione.

VIII. Inconuenienter dicunt antiqui viſionem fie-
ri extramittendo. quia ſic illud lumen emiſſum ſu-
bito protenderetur ad aſtra: ſi autem antea coniun
gerentur: tunc eſt dubium: vbi, quando, & quomo
do lumen lumini vniretur.

IX. Cum ergo viſio non fiat ſine lumine: rationa-
bile eſt oculum eſſe aqueum: cum medium viden-
di ſit aër vel aqua.

X. Viſio non fit in ſuperficie oculi/ſed abintra: pa
tet quia & abintra oculus eſt perſpicuus. Secundo
quia aliqui vulnerati circa tempora, efficiebantur
cœci in illo oculo: vbi tamen oculus non exterius
lædebatur/ſed in profundo.

XI. Si aptabimus ſenſus elementis viſus eſt de na-
tura aquę, auditus aeris, olfactus ignis, guſtus & ta
ctus terræ. Et de olfactu probat ex fumali euapo-
ratione odoris: & ꝙ ob hoc eius organum eſt vici
num cerebro.

Annotatio.

Habes antiquiſſimam Emp. opinionem, viſionem
fieri emiſſione radiorum viſualium ad rem viſam:
ita ꝙ baſis pyramidis ſit in oculo/& conus in re vi
ſa: Vnde per medium pyramidis poſuerunt vnum
radium a centro baſis pyramidis: & hunc vocaue-
runt ſagittã. Empedoclem ſecutus videtur eſſe Eu-
clydes & Achindeus, Gilbertus Alpharabius item
& alij: qui conueniunt in hoc/ꝙ nihil ſenſibiliũ for
marum ſit in anima: ſed ſicut ſpiritus luminoſi in
corpore diſcurrentes vehunt virtutem animę ad di
uerſas partes corporis: ita viſuales radij pyramida
liter protenſi vſq; ad viſibile, vehunt virtutem vi
ſiuam vſq; ad rem viſam: vt diſcernat per radios
accipiendo formas rerum: Plato in principali con-
cordat: quamuis dixerit viſionem fieri concurſu lu
minum ſ. videntis & rei viſę.

6. Democritus defluxum atomorum poſuit a re vi
ſa vſq; ad oculum: ſed in ſuperficie oculi, contactu
illorum corporum atomorum, viſionem fieri exi-
ſtimauit.

10. Per tempora læſos viſu priuari tradit Ariſtot.
quod Friburgi in Blumeckio quodam vidimus: cu
ius ratio eſt/quia neruus lęditur, in quo ſpiritus vi
ſiuus continetur: quod ſi etiam neruus per chirurgũ
reſolidetur: oppilantur tamen pori/ꝙ ſpiritus de-
ferri nequeunt: & teſtatur Albertus magnus mili-
tem ſuo tempore in tempore ſiniſtro læſum, amiſiſ
ſe viſum in oculo dextro.

Q. II.

An viſus ſit a natura aquæ?

Art. I.

Nota. I. Senſum eſſe de natura elementi poteſt
varie intelligi (vide in ſimili. 1. cœli. q. 1. not. 4.)
vel in ſubſtantia; & ſic organa ſenſuũ ſunt mixta/
& non ſunt de natura alicuius elementi: Vel acci-
dentaliter, hoc eſt/quo ad dominiũ elementi: &
quo ad aliquas conditiones ſenſus plus cõuenit cũ
illo accidente ꝙ̃ cum alio: & ſic accipiendum eſt
præſenti loco: Nec te prętereat ſenſum hic nõ vſur
pari pro potentia ſed pro organo: & ita viſus pro
oculo diſpoſito &c. Vnde ſenſus eſt de natura ali-
cuius elementi/non quo ad qualitates primas/ſed
quo ad qualitates ſecundas. ¶ Et ſic viſus dicit̃ eſ-
ſe a natura aquę: quoniã ſicut aqua eſt clara diapho
na tranſparens & fluida: ita & oculus diſpoſitus
cum ſuis humoribus: Sic auditus eſt de natura aeris
quia in auribus eſt quoddam corpus ſubtile aereũ,
plus conueniens cum aere ꝙ̃ cum alijs.

Nota. II. Quod quia ſenſatio non fit ſine calore:
ideo omnes ſenſus ratione huius viuifici caloris cõ-
ueniunt cũ igne: tamen ſi ſenſus debent aptari qua-
tuor elementis (quod conditionaliter ponit Ariſt.)
tunc olfactus dicitur eſſe naturę igneę: quod nõ eſt
accipiendũ ratione eius diſpoſitõis intraneę/ſcd'm
quam eſt de natura aeris & aquę: Sed quia organũ
olfactus immutat̃ cum fumali euaporatione: & or-
ganum debet eſſe tale in potentia/quale obiectum
eſt in actu: ideo organũ ipſum dicitur potentia eſſe
calidũ: ſicut odor eſt actu calidus & ſiccus: Sic &
de tactu & guſtu qui dicuntur eſſe de natura terræ
ſ. quo ad qualitates motiuas: & quo ad alias quali-
tates/quia organa eorum oportet eſſe terreſtria, groſ
ſa, opaca, & compacta: tamen ratione humidi ſali-
ualis, ſi guſtũ dixeris eſſe de dominio aquę, nemo
poterit te improbare.

Nota. III. Præſuppoſitis his quę diximus lib. de
anima de organis ſenſuũ & modo ſentiendi, fulgo
rem varie poſſe apparere in oculo: Aliqñ enim ap-
paret fulgor in oculo proprio: & hoc propter citã
& violentã compreſſionem: quã rationem Ariſto.
in textu expoſuit: Aliqñ in oculo alieno: ſicut in o
culis luporũ, piſciũ: & hoc quia oculi eorũ ſunt bñ
terſi & leues: & ſic ab eis bene poteſt refrangi co-
lor vel lumen: & hoc quando partes ipſius vnifor-
miter iacent velut ſpeculũ: qñ enim lumen refran-
geretur diſperſe: tunc lumen reddit̃ nimis debile
non potens immutare viſum: ſicut etiam in die nõ
lucent felis oculi: quia a maiori luce obfuſcantur.
¶ Oculo aũt percuſſo apparet lumen in oculo/non
aũt eo quieſcente: qm̃ oculus exiſtens rotundus ſal-
tem hominis, refrangit lumen totũ a dextra, & non
in ſe, nec ab vna parte verſus aliam: Sed qñ incur-
uatur comprimit̃, aut percutit̃: tunc vna pars re-
frangit lumen verſus aliã partem: & ita ſplendor
ille non eſt in oculo/ſed eius ſuperficie.

Nota. IIII. Quod Ariſto. ponit principiũ guſtus &
tactus hic in corde: de quo in li. de anima: vnde re-
cte hic Ariſt. ſtatuit cerebrũ & cor in complexioni-
bus opponi: Eſt enim cor calidiſſimũ, cerebrũ frigi
diſſimũ: quare habentes parua capita in compara-
tione ad alia membra ſunt impetuoſi, vehementes
celeres: quia calorem cordis paruitas cerebri tem-
perare nõ poteſt. Contra, magna habentes capita
ſunt nimis tardi & pigri: quia caloris motiuitas &
vehementia, cerebri frigiditate comprimat̃ & he-

betetur:ob id forte cor ſicut eſt fons caloris:ita dicitur eſſe & fons ſenſus guſtus & tactus:quia virtus ab eo per omnia membra dimanat.

Articulus.II.

Concluſ. Viſus eſt a dominio de natura aquę. patet autoritate Ariſt. & eius rationibus.

Articulus.III.

Problema.I. Cur oculi magni citius infirmanť ꝙ̃ parui? Reſpondeť quia in oculis magnis humidum eſt multū diuaricatū & diſperſum:ideo facilius lædltur: & ita non tam fortiter reſiſtit contrarijs. Et vbi humidū ſic eſt vnitum: cōmuniter ſuperficies oculoꝝ ſunt denſiores & difficilius recipiunt ſpecies:ideo illi bene vident prope:cum autem humidum non ſit ita profundū in oculo, nec pellis ita denſa:tunc bene vident a longe: Vnde quia in magnis oculis cōmuniter humidū eſt turbidū & diuaricatum:ideo communiter non bene diſcernunt a propinquo.

II. Cur comprimimus oculos quando volumus acute videre? Reſpondeť ꝙ hoc facimus vt humor chryſtallinus adunetur: & ex ipſa adunatione confortetur:quia omnis virtus fortior eſt vnita ꝙ̃ diſperſa:acutius etiā recipiunť ſpecies viſibiles compreſſo oculo: ſic etiam illa compreſſione adunatur ſpiritus viſiuus: & ſic fortificatur:quibus omnibus fit vt acutius videamus.

III. Quare ſi quis inſpexerit ſolem, & poſtea literas nigras:quę tamen apparent ſibi virides? Reſpōdetur, quia adhuc remanent ſpecies radioſę luminis in oculo:cum quibus miſcentur ſpecies viſibiles nigrarū literarum. ex quorum cōmixtione apparet color viridis, aut alius color medius.

IIII. Quomodo euenit aliquos nō videre niſi viſibili ſuper oculo eleuato: vulgo appellamus eos iberſehnig? Reſpondeť, quia humorem chryſtallinum nō habent in centro oculi/ſed verſus inferiorem ſuperficiem oculi: & ob hoc ſpecies viſibilis lumine uecta non ingrediť directe ad humorem chryſtallinū/niſi fuerit eleuata ſuper oculum vel iuxta: vnde quia frequenter in his humidū eſt bene adunatum:ideo ex ea parte acutius vident: ſicut & habentes profundos oculos acutius vident/ꝙ̃ habentes oculos prominentes & magnos.

De coloribus. Cap.III.

DE ſenſibilibus autem his quæ ſcđm vnumquodꝙ ſenſitiuū: puta dico colo 1 Intencio
re & ſono & odore & guſtu & tactu vniuerſaliter dictum eſt:quę actio ipſo
rum in his quæ de anima:& quid operari ſcđm vnumquodꝙ ſenſitiuorū.
quid autem oporteat dicere quodlibet eorū ſ. quid color:quid ſonus:quid odor:qd
ſapor:ſimiliter & de tactu conſiderandū eſt, Et primū de colore. Eſt quidem igiť Diuiſio
vnumquodꝙ ſimpliciter dictum:hoc quidem actu:hoc aūt potentia quomodo qui ſenſibiliū
dem igitur actu color & ſonus. & quomodo eſt idem vel alterū his qui ſcđm actū
ſenſibus:puta viſioni & auditioni dictum eſt in eis quæ de anima. quid autem vnū
quodꝙ eorum exiſtens faciat ſenſum & actum nunc dicamus. Quemadmodum
igitur dictum eſt de lumine in alijs quod ſit color perſpicui ſcđm accidens:quando
enim ineſt aliquid ignitum in perſpicuo:præſentia quidem lumen eſt:priuatio ve Perſpicuū
ro tenebræ:quod autem dicimus perſpicuum non eſt proprium aeris vel aquæ, vel
alicuius ſic dictorum corporū:ſed eſt quædam cōmunis natura & virtus:quæ ſepa autoritas
rata quidem non eſt:in his vero eſt:& in alijs corporibus. In his quidem magis: in
his vero minus. ¶Quemadmodum ergo & corporum neceſſe eſt vltimum eſſe: 2
& huius luminis quidem igitur natura in determinato perſpicuo eſt: ipſius autem Coloris diffinitio
quod in corporibus perſpicui vltimum quod quidem erit vtiꝙ aliquid palam eſt: inducitur.
quod autem hoc ſit color ex accidentibus manifeſtum. namꝙ color in extremitate
aut extremitas eſt: vnde Pythagorici epiphaniam colorem vocabant: & quidem Probatur primo
enim in corporis extremitate:ſed non eſt extremitas corporis:ſed eandem naturam
oportet exiſtimare qua exterius coloratur hanc & interius. ¶Videntur autem aer Secundo
& aqua colorata; & enim aurora tale; ſed ibi quidem: quoniam in determinato

accidit non eundem colorem habet accidentibus prope & longe: nec aer nec mare: In corporibus vero niſi continens faciat tranſmutationem determinata eſt & fantaſia coloris: manifeſtum igitur quod idem & ibi & hic ſuſceptiuum coloris eſt perſpicuum ergo ſcd'm quod exiſtit in corporibus: ineſt autem: aut plus, aut minus, in omnibus colores facit permutari. Quoniam autem in extremitate color huius vtiq; extremitas aliqua erit. Quare color vtiq; perſpicui erit extremitas. in determinato corpore: & ipſorum autem perſpicuorum puta aquæ: & ſi quid aliud tale quorum cunq; videtur aliquis color proprius eſſe ſcd'm extremitatem ſimiliter omnibus ineſt.

3 Colores extremi

¶ Eſt ergo ineſſe in pſpicuo hoc qui quidem in aere facit lumen eſt autem nō: ſed priuatum eſſe: quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen hoc vero tenebræ: ita & in corporibus ineſt album & nigrum.

4 Mod' primus antiquorum.

¶ De alijs autem coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri dicendum. Contingit enim ſecus inuicem poſitis albo & nigro ita q; vnumquodq; eorum ſit inuiſibile propter paruitatem: quod autem ab ambobus viſibile ſit fieri: hoc enim neq; album poteſt videri neq; nigrū: quoniam autem neceſſe quidem eſt quendam colorum habere: neutrum autem horum poſſibile eſt: neceſſe eſt cōmixtam eſſe & ſpeciem quandam coloris aliam: Eſt quidem ergo ſic accipere plures colores eſſe q; album & nigrū: Multos autem proportione: tria enim ad duo & tria ad quatuor: & ſcd'm alios numeros eſt ſecus inuicem latere: hi autem omnino ſcd'm nullam proportionem ſunt ſed ſcd'm abundantiam quandam & defectum incommenſurabilem. Eodem itaq; modo hoc oportet habere conſonantijs. Qui quidem in numeris ꝑportionatiſſimi ſunt colores: quem admodum ibi concordantias: hi autem delectabiliſſimi colorum eſſe videntur: veluti croceus & puniceus: pauci autem tales propter cauſam propter quam quidem & ſymphoniæ paucæ: qui autem non in numeris alij colores: vel etiam omnes colores in numeris eſſe ordinatos: inordinatos autem & hos ipſos/quando nō puri ſunt quia non ſunt in numero tales fieri. Vnus ſiquidem modus generationis colorum hic eſt.

Inordinatus color ſicut in numeris improportionatis

¶ Vnus autem apparere per alteros. quemadmodum animalium pictores faciunt alterum colorum ſuper alterum manifeſtiorem ſuperponentes. quemadmodum quando in aqua vel aere volunt aliquid facere apparens & quemadmodū ſol ſcd'm ſe quidem albus videtur: per caliginem vero & fumū puniceus. Multi autem & ſic erunt colores eodem modo prius dicto. proportio enim erit vtiq; quædam eorum qui in ſuperficie ad eos qui in profundo. Quidam aūt & omnino non ſunt in proportione.

Secundus modus

5 Improbat prim' modus

¶ Dicere autem ſicut antiqui defluxionem eſſe colorem & videri propter talem cauſam incongruum. Omnibus enim modis per tactū neceſſe ipſis facere ſenſum. Quare mox melius eſt dicere per moueri inter medium ſenſus ſenſibili fieri ſenſum: quoniā tactu & defluxionibus. Inſecus inuicem qdem poſitis. neceſſe igitur ſicut & magnitudinem accipere inuiſibilem ita & tempus inſenſibile: vt lateant motus peruenientes & vnum putetur eſſe propter ſimul apparere. hic autem nulla neceſſitas, Sed quid in ſuperficie color immobilis exiſtens & motus a ſuppoſito non ſimilem facit motum: quare aliud apparebit & nec album nec nigrum. Quare ſi non contingit nullam magnitudinem eſſe inuiſibilem ſed quamlibet ab aliqua diſtantia viſibilem: & hæc quædam vtiq; colorum commixtio & illo autem modo nihil obſtat: quin appareat quidam color communis eis qui a longe: quando enim non eſt vlla magnitudo inuiſibilis in eis quæ deinceps conſiderandum.

¶Si autem commixtio eſt corporum non ſolum ſcd'm hunc modum quem putant Improbatio ſcda.
quidam ſolum ſecus inuicem poſitis minimis : in manifeſtis autem nobis propter
ſenſum:ſed omnino omniũ apud omne ſicut in eis quæ de commixtione dictum
eſt:vniuerſaliter de omnibus:illo enim modo miſcentur hæc ſolum quæcunq; con-
tingit diuidere ad minima quemadmodũ homines equis:aut ſemira: hominũ eñ
hominem minimũ:equorum vero equum. Quare horum ſecus inuicem poſitione
multitudo cõmixta eſt:quæ ſimul vtrorumq;:hominem vero vnum vni equo non
dicimus cõmiſceri: Quæcunq; vero non diuiduntur ad minimum: horum cõmix-
tiones non contingit fieri ſcd'm hunc modum : ſed per cõmiſceri ex toto:quæ qui-
dem & maxime cõmiſceri nata ſunt. Quomodo autem hoc fieri poſſibile in eis quę
de mixtione dictum prius. ¶Simul autem quæ ſit neceſſitas commixtis illis & co 6
lores miſceri manifeſtum eſt:& hanc cauſam eſſe principalem:quoniam multi ſunt Improbat modus ſecundus cũ
colores:ſed non ſupernatationem:nec ſecus inuicem poſitionem. non enim de lon expoſitõe
ge quidem:de prope autem non videtur vnus commixtorum colorum: ſed vnum- mentis q̃
quodq;. ¶Multi autem erunt colores:quoniam multis contingit proportionibus priẽ
commiſceri ſibi inuicem commixta:& hoc quidem in numeris hoc autem ſcd'm 7
abundantiam ſolum & alia eodem modo quo quidem nec ſecus inuicem poſitis Sententia propria
coloribus:aut ſupernatatione contingit dicere & de commixtis:Sed qua de cauſa co
lorum ſpecies terminatę & non infinitę & ſaporum & ſonorum poſterius conſide
randum:quid quidem igitur ſit color & de qua cauſa coloris multi colores dictum
eſt.

Explanatio textus.

Agitur hoc capite de viſibili .ſ. colore.

I. Senſibile aliquod dicitur actu, aliud potentia: de quibus & de lumine plura libro de anima.

II. Color eſt extremitas perſpicui in corpore terminato : Eſt enim perſpicuum commune aquæ & aeri:& corpora terminata ſcd'm extremitatem lumen recipiunt:& fiunt perſpicua. Et de colore probatur primo quia ob hoc Pythagorici vocauerunt colorem Epiphaniam:vnde ſicut apparet exterius color:ita credendum eſt interius eſſe in profundo. Secundo quia interminata corpora vt aer aqua, ſæpe videntur colorata:quamuis ſic appareat ob diſtanciã vel diuerſum ſitum: Sed in corporibus terminatis pſeuerat apparitio & determinatus color.

III. Album & nigrum habent ſe in coloribus ſicut lumen & tenebræ in aere.

IIII. De medijs autem coloribus erant duo modi antiquorum. primus eſt colores medios fieri ex cõmixtione colorum extremorũ: vbi vtraq; pars propter ſui paruitatem ſit inſenſibilis : ideo medius enaſcatur color ſcd'm variam proportionem varius:ſicut prouenit ex commixtione harmoniarum. Scd's modus eſt q; medij colores fiant : quia colori color ſit additus, & color colore videatur/ſicut pictores ſolent facere:patet in ſole qui eſt lucidus:viſus tamen per obſcurum apparet rubeus.

V. Primus modus nõ valet. primo quia ſicut nulla magnitudo eſt inuiſibil'/ſic nulla albedo vel nigredo:quare videretur in illa mixtione vel in propinquo. Secundo quia indiuiſibilia nulla ſunt quę hoc pacto miſceantur vt dictum eſt. 6. phyſic. & . 1. de generatione.

VI Secundus modus non valet. primo quia plures ſunt medij colores quibus nullus alius ſupraponit. Secundo quia colores apparentes ex ſuppoſitione aliter apparent longe, aliter prope.

VII. Medij colores non apparent ex diuerſis deſluxibus atomorum. probatur quia viſio non fit contactu corporum habes in probatione prima

VIII. Colores medij fiunt iuxta diuerſam contemperationem & mixturam eorum ex quibus generantur colores.

Annotatio.

2. Corpus terminatum ſicut opacum vel lucidum: Interminatum quod eſt perſpicuũ vt aer aqua, vide. 2. de generat. non enim capitur hic pro corpore finito vt in. 3. phyſ.

2. Pythagorici vocauerunt colorem ἐπιφάνειαν, hoc eſt apparitionem, ſuper apparitionem, ſuperficiem. ſicut nos feſtum trium magorũ dicimus epiphaniam domini:quod D Ieſus gentibus apparuit per mirabilis ſyderis illuſtrationem.

4. Veteres dixerunt colores iucundos ordinatos & bene compoſitos qui ex bona proportione miſcebantur:alios vero inordinatos, nõ puros dixerunt minus gratos:velut etiam in numeris contingit.

Q.III.
An color recte diffiniatur?
Articulus.I.

Nota.I. Præſuppoſitis his quæ diximus de lumine & luce in ſcdo de aīa, & quomodo color large ſumatur: hic tamen ſumit ſtrictius pro qualitate ſecunda: de eius vero quidditate non conuenerunt philoſophi: Nam Albertus magnus videt ſentire lucem eſſe hypoſtaſim omniū colorum: & ita colorem nihil aliud eſſe q̄ diuerſam terminationem lu is in diaphono: ſicut liquet in iride & collo columbę verſo ad radios ſolis, aut chryſtallo: quare nihil videretur ſcdm eum niſi lux vel lumen: Vnde iuxta hoc habet dicere ſicut & Ioan. de Mechlinia eius ſequax fatetur corpus ſcdm profundū nō eſſe coloratum actu/ſed ſolum potentia: quæ reducat ad actum per diuiſionem corporis: at quia ſectio ligni vel maſſæ auri non cauſat nouā qualitatem colorum tam cito: Ideo iſta ſententia cōmuniter non eſt recepta: quia aurū non ſolum eſt flauū in ſuperficie/ſed etiam in profundo: vnde experimur q aliquando eſt idem color in profundo & extremitatibus aliquando alius. ¶ Rectior ſententia eſt, colorem eſſe qualitatem ſimplicem ſecundā ex qualitatibus primis genitā: ſic frigiditas dicitur mater albedinis, & caliditas nigredinis: ſic ex actione calidi in humidū gignitur nigrum/ſicut patet in carbone genito ex ligno humido: & ex actione calidi in ſiccum gignitur album, ſicut liquet in cinere genito ex carbone peruſto: Dum enim cætera fuerint paria frigus albificat materiā humidā, vt in niue, pruina, canitie, phlegmate &c. & denigrat ſiccam Contra, calor denigrat humidū vt in vſtibilibus 4. meteorou. & in nigro oculi. Et albificat ſiccum vt in cinere, calce &c.

Nota.II. Ex textu colligi talem diffinitionem colorū. Color eſt extremitas corporis perſpicui in corpore terminato: quam præceptor noſter ſic intellexit: q color ſit qualitas in extremitate corporis terminati: quę tangit perſpicuum: Vnde color nō eſt extremitas perſpicui per inhærentiam: non enim color inhæret aeri ſed parieti: ſed dicitur eſſe in extremitate perſpicui ſcdm contingentiam qualitatiuā: Nec per hoc negat Ariſt. colorem actu exiſtere in profundo corporis terminati: ſed ſolum quod non ſit actu viſibilis: Ariſt. autem hic diffinit colorem actu viſibilem: quod fit per lumen cum quo ſimul color ſuas ſpecies multiplicat: Vnde nō cenſeo voluiſſe Ariſto. dare diffinitionem colorū/ſed ſolum notificationem: qua exprimit requiſita ad hoc vt

Nota.III. Q, colores prius dicti appellantur extremi: alij vero dicuntur medij: nominatores ſunt quinq; ſ. rubeus æque diſtans ab extremis, glaucus & puniceus ſunt inter album & rubeum: viridis uero & purpureus ſunt inter nigrum & rubeum: Vnde colores medij aliquando videntur ſolum ſcdm apparentiam ſ. per iuxta poſitionem colorum extremorū, per interpoſitionem colorati perſpicui, per uariam irradiationem & incidentiam luminis: quę ſigillatim proſequi non eſt inſtituti noſtri: at hoc pacto colores non vere extant: Sed præter dicta ſunt colores veri & reales medij: qui non fiunt extremoꝝ colorum commixtione: quia ſunt æque ſimplices ſicut extremi: tamen dicuntur participare naturam extremorum: quia ex diuerſo cauſarum extremorum concurſu generantur: Et ita capiendū eſt ſi alicubi reperies medios colores ex mixtione extremorum generari. i. ex mixtione cauſarum extremorum. vide Scot. & alios diſt. 15. ſecundi. Colores enim non ſunt qualitates actiuæ: ideo nō poſſunt gignere alios colores medios. ¶ Nigrum eſt priuatio albi, non q nigrum ſit terminus priuatiuus: ſed quia nigredo eſt minus perfecta: vel quia minimum participat de luce in comparatione ad albedinem: Et ſic vnum contrariorum aliquando dicitur priuatio reſpectu alterius perfectioris.

Articulus.II.

Concluſio. Dictum in textu non fuit coloris diffinitio/ſed quædam notificatio, quę requirant ad colorem videndum

Articulus.III.

Problema.I. Quare aliqua animalia vident de nocte & non in die, vt bufo, nycticorax &c. Reſpondetur q hoc eſt propter debilitatem viſus nō poſſunt ferre lumen ſolis diurnum.

II. Quare in collo columbæ verſo apparent varij colores? Reſpondetur, quia illi colores tam varij apparent & relucent ex reuerberatione ſplendoris in plumis: ideo ſcdm diuerſitatem ſitus aſpicientium, variatur diſpoſitio relucentię & coloris propter figuram reuerberationis, patet in iride, chryſtallo, vitro &c.

III. Quare animantia cœca citius impinguantur q̄ videntia: ſicut anſeres ob hoc excœcantur? Reſpōdetur, quia in cœcis non impeditur potentia nutritiua nec diſtrahit a ſua operatione/ſicut in videntibus pluribus intentus &c.

IIII. Vnde prouenit tanta diuerſitas colorū in pennis auium? Reſpondetur, hoc prouenit ex diuerſitate nutrimenti miſſi ad ſingulas partes: quod eſt inæquale: & ab eo reſoluto ſaltem impuro generant plumæ tam variæ: ſic capilli varij generantur pro diuerſitate fumorum a corpore reſolutorum: nam ex phlegmate generantur albi, ex ſanguine ruffi, ex naturali melancolia glauci, ex aduſta melancolia nigri, ex defectu caloris naturalis cani &c.

V. Quare exiſtentibus de die in profundis fontibus apparent ſtellę? Reſpondetur, quia radij ſtellarum directe perueniunt ad oculos in fonte: & lumen ſolis non cadit ſupra viſum eorum diſgregans radios cauſatos a ſtellis: nec maius lumen permittitur obfuſcare minus lumen: oppoſitum contingit exiſtenti ſuperius.

De obiecto guſtus. Cap.IIII.

DE ſono autem & de voce prius in his quæ de anima, eſt dictum. De odore 1
vero & ſapore dicendum:fere enim eadem eſt paſſio:non in eiſdem autem Intentio
eſt vtrunqꝫ eorum. Manifeſtum autem eſt nobis ſaporum genus ꝙ odoris: autoritas.
huius autem cauſa:quoniam peiorem habemus aliȷs animalibus odoratum:& ipſis
ſenſibilibus quæ in nobis:tactum vero certiſſimũ aliorum animaliũ:guſtus vero ta
ctus quidam eſt. ¶ Quod quidem igitur aquę natura vult ſapor eſſe,neceſſe eſt ita 2
ꝙ in ipſa aqua habere genera ſaporũ inſenſibilia propter paruitatem, ſcd'm qd' Em Empedo.
pedo. dicit vel materiã talem ineſſe quemadmodũ panſpermiã ſaporum & omnia aliȷ antiq.
quidem ex aqua fieri:alia quidem ex alia parte vel nullã habente differentiã aqua Improba-
faciens cauſam eſſe:ac ſi calidũ & ſolem dicat quis:horum autem ſicut Empe. dicit, tur Emp.
multũ apertum mendaciũ. Videmus enim permutari per calorem ſapores oblatis
fructibus ad ſolem & ignitis/tanqꝫ non ab aqua trahere ſapores tales factos: ſed in
ipſo fructu tranſmutantes & reſudantes & iacentes propter tempus auſteros a dul
cibus & amaros & omnimodos factos & decoctos & ad omnia ſaporum genera
vt eſt dicere, tranſmutatos. ¶ Similiter autem & panſpermiæ materiã eſſe aquã im- 3 Cõtra ali
poſſibile:ex eodem enim videmus ſicut ex eſca factos alios ſapores. Reſtat igitur os antiq̃s.
in pati aliquid aquã tranſmutari, Quod quidem igitur non a calidi ſolũ virtute ac-
cipit hanc virtutem quã dicimus ſaporem manifeſtũ eſt. Subtiliſſimũ enim omniũ
humorũ aqua eſt & ipſo oleo:ſed prætenditur oleum plus ꝙ aqua, propter viſcoſi-
tatem: aqua autem frangibilis eſt: quare & grauius eſt ſeruare aquam in manu ꝙ
oleum:quoniã autem calida facta aqua non apparet ingroſſata aqua ipſa ſola: mani
feſtum quoniã alia quædã vtiqꝫ erit cauſa. Sapores enim omnes groſſitudinem ha
bent magis:calidũ autem cum cauſa. ¶ Apparent autem ſapores quicunqꝫ quidem 4
in fructibus hi exiſtentes & in terra: Quare multi antiquorũ phiſiologorũ dicunt Cõcluſio.
talem eſſe aquã per qualemcunqꝫ terrã tranſeat:& hoc manifeſtũ eſt in ſalſis aquis
maxime. Sal enim quædã terræ ſpecies eſt. & quę per cinerem colatę ipſo amaro exi
ſtente, amarũ faciunt ſaporem. Sunt quoqꝫ fontes multi hi quidem amari: aliȷ vero
acuti:hi aũt omnimodos ſapores alios habentes. ¶ Rationabiliter itaqꝫ in naſcen- 5 Sapores
tibus fit ſaporũ genus maxime. Pati enim natũ eſt humidũ quemadmodũ & alia in fructi
à contrario. Contrariũ autem ſiccũ quare & ab igne patitur quid:ſicca enim magis bus
natura:ſed proprium ignis calidũ eſt:terræ vero ſiccum ſicut dictum eſt in his quę
de elementis: qua quidem igitur ignis & qua terra nihil natum eſt facere vel pati
nec aliud quicqꝫ. Qua autem ineſt contrarietas in vnoquoqꝫ:hæc omnia faciunt &
patiuntur. Quemadmodũ ergo qui lauant in humido colores & ſapores:talem fa-
ciunt habere aquã. ¶ Sic & natura ſiccũ & terreũ & terreũ per ſiccũ colãs & mouẽs 6
per calidũ quale quid humidũ facit & hoc eſt ſapor a dicto ſicco paſſio in humido Diffinitio
guſtus ſcd'm potentiã alteratiuã in actum: ducit eñ ſenſitiuũ ad hoc potentia prę- ſaporis
exiſtens. non enim ſcd'm diſcere ſed ſcd'm ſpeculari ſentire eſt. Quoniã autem nõ 7
omnes ſicci, ſed nutritiui:ſapores autem paſſiones ſunt, aut priuationes, oportet ſu- Cõcluſio
mere:hinc quoniã nec ſiccum abſqꝫ humido:nec humidũ abſq; ſicco. Eſca eñ ipſis
animalibus nihil vnũ ſolum, ſed cõmixtũ:neqꝫ ipſis plantis ſed mixtũ. & ſunt obla
ti cibi animalibus tangibilia quædã ſenſibiliũ & augmentũ facientia & decremen

tum:horum enim cauſa calidum aut frigidum oblatum: hæc enim faciunt & au-
autoritas. gmentum & decrementum. Nutrit autem ſecundum quod guſtabile oblatum: om-
nia enim nutriuntur dulci vel ſimpliciter vel commixto. Oportet quidem igi-
Probat tur de his determinare in his quæ de generatione. Nunc autem quantum ne-
ceſſe tangere de ipſis. Calidũ enim augmentat & ſtruit nutrimentũ: eo q leue qui-
dem attrahit: amarũ autem & ſalſum relinquit propter grauedinem. Quod itaq fa
cit in exterioribus corporibus exterior calor: hoc quidem in natura animaliũ & plan
tarum. ¶ Quare nutriuntur dulci: cõmiſcentur autem alij ſapores ad cibum eodem
8 Cõcluſio. de dulci modo ſalſo & acuto pro condimento: hoc aũt propter contrahere eo q nimis nu-
tritiuũ ſit dulce & ſupernatatiuũ. ¶ Quemadmodũ autem colores ab albi & nigri
9 Sapores medij cõmixtione ſunt, ita & ſapores & a dulci & amaro. Et ſecundum proportionem: etiã eo
q magis vel minus vnuſquiſq eſt ſecundum numeros quoſdã cõmixtiones & motus
ſiue indeterminate. Qui aũt delectationem faciunt: cõmixti hi in numeris ſolum:
qui quidem ergo pinguis eſt dulcis ſapor: amarũ autem & ſalſum fere idem ſunt:
ponticus vero & auſterus & ſtipticus & acutus in medio. Fere enim æquales hu-
morum ſpecies & colorũ ſunt. Septem enim amborũ ſpecies ſiquis ponat ſicut ratio-
nabile liuidũ, nigrũ aliquid eſſe. Relinquitur enim flauũ quidem albi eſſe: quemad
modũ & vnctuoſum eſt dulcis: puniceũ vero & alurgon & viride & ciariũ in me
dio albi & nigri: alij vero mixti ex his. Et quemadmodũ nigrũ priuatio eſt in perſpi
cuo albi, ita amarũ & ſalſum dulcis in nutrimentali humido. Quare & cinis combu
ſtorum amarus omniũ. exalatũ eſt ex ipſis potabile. ¶ Democritus aũt & plures
10 phyſiologorũ quicunq dicunt de ſenſibilibus incongruiſſimũ aliquid faciunt: om
CõtraDemocritũ nia enim ſenſibilia tangibilia faciunt: etenim ſi hoc taliter ſe habet manifeſtũ quod
& aliorũ ſenſuũ vnuſquiſq tactus quidam eſt: hoc autem quod ſit impoſſibile, nõ
difficile eſt diſcernere. ¶ Amplius autem cõmunibus ſenſuũ omniũ vtuntur quaſi
11 proprijs. magnitudinem enim & figurã & aſperum & lene, amplius autem acutum
Contra antiquos & obtuſum quid in glebis cõmunia ſunt ſenſuũ, & ſi non omnium, ſed viſus & ta-
ctus: Quare & de his decipiuntur: de proprijs autem non decipiuntur velut viſus
de colore, & auditus de ſonis. ¶ Quidam autem propria ad iſta reducunt quem-
12 CõtraDemocritũ admodum Democritus album quidem & nigrum hoc quidem aſperum dicit eſſe:
hoc vero lene eſſe: ad figuras autem reducit ſapores: quamuis autem nullius vel ma
gis viſus eſt omnia cognoſcere: ſi ergo guſtus magis minima quidem certiſſimi ſen
ſus eſt diſcernere circa vnumquodq genus: Quare oportebat guſtum & alia omnia
ſentire maxime & figurarum eſſe diſcernentiſſimũ: amplius ſenſibilia quæ omnia
habent contrarietatem velut in colore nigro album, in ſapore dulci amarum: figura
autem figuræ non putatur eſſe contrarium. Cui enim polygoniarum, circũferens
contrarium: Amplius & figuris exiſtentibus infinitis, neceſſe & ſapores eſſe infini-
tos. Quare enim hic quidem facit ſenſum: hic vero non faciet. de ſapore & guſtabi
li quidem igitur dictum ſit: aliæ nanq paſſiones ſaporum propriam habent conſi-
derationem in philoſophia de plantis.

Explanatio textus.

Obiectum guſtus hic abſoluitur.

1. De ſono dictum eſt lib. de anima: iam vero de odoribus & ſaporibus: & prius de ſaporibus, qua nobis notioribus: olfactum enim habemus prauũ, ſed tactum certiſſimum: modo guſtus eſt quodam modo tactus.

II.Sapores non ſunt de natura aquę: contra Emp. nam voluit atomos de ſaporũ genere eſſe in aqua, ob paruitatem inſenſibiles: qui ſuo fluxu ſapores efficiant: Sic alij voluerũt omnes ſapores eſſe in aqua velut in vniuerſali ſemine generante. Im,pbat Empe. quia ſapores fructuũ mutant ad ſolem & ſimiliter in coctione ignis: ſed illam varietatem saporum ab aqua trahere nequeunt/ſed a varia decoctione.

III.Aqua non eſt vniuerſalis materia ſaporũ, contra antiquos. probat quia ex multis alijs ſapores parari videmus/& ex eodem diuerſos. 2.quia non omnes ſapores fiunt ex aqua: eſt enim ſubtiliſſima humidorũ, ſubtilior oleo: oleum aũt eſt viſcoſius: vnde ex calefactione aqua fit ſubtilior: ſed ſapores exigunt quandam groſſitiem/ vt in fructibus eſt manifeſtum.

IIII.Terra eſt apta materia saporũ. probat quia fructus terrę naſcentes ſunt ſaporoſi. 2.quia phyſiologi dicunt aquã contrahere ſaporem terræ per quam defluit. liquet in aqua ſalſa, lixiuio, fontibus diuerſis.

V.Rationabiliter fructus terrę omniũ ſaporũ differentias tenent. probat quia fructus ſunt humidi & terrei: & ſapores gignunt ex actione calidi cum ſicco in humidũ terreſtre prędominans.

VI.Sapor eſt paſſio humidi a ſicco mediante calore, alteratiua guſtus de potentia ad actũ. Ante em̃ guſtationem guſtus eſt in potentia ad ſapores/ſicut intellectus ad ſpeculationem.

VII.Sapores non conſiſtunt in ſolo ſicco. probat quia natura ordinauit ſapores ,pter diſcretionem nutrimenti: ſed nutrimenta ſunt mixta & non conſtant vno: dulce enim mixtũ eſt ſicco & humido: omnia aũt dulci nutriunt: probat de ſole eleuante dulcem aquam maris, & dimittente ſalſam: modo qđ facit calor exterior in alienis corporibus: hoc facit calor naturalis in proprio corpore.

VIII.Quis omnia dulci nutriant: tamen alij ſapores miſcent: ne natura celerius attrahat nutrimentũ quia dulce eſt nimiũ nutritiuũ & ſupnatatiuũ.

IX Sicut fiunt medij colores inter albũ & nigrũ: ita & medij ſapores inter dulce & amarũ: & poſſunt fieri ſapores delectabiles vel inſuaues: & enumerat ſeptem ſpecies colorũ & ſaporũ. vide libro de anima.

X.Non omnia ſenſibilia ſunt tangibilia cõtra Democ. probat quia alioquin oẽs ſenſus eſſent tactus.

XI.Antiqui defecerunt: quia ſenſibilibus cõmunibus vſi ſunt velut proprijs: ſenſus aũt decipit circa ſenſibile cõmune/non circa proprium.

XII.Senſibilia propria non debent reduci in communia contra Democ. qui album reducebat ad leue, nigrum ad aſperum, ſapores ad figuras. probat primo quia nullus ſenſus plus percipit ſenſibilia cõmunia/ꝙ viſus: cum ergo melius cognoſcat figuras ꝙ guſtus/etiã melius cognoſceret ſapores. 2. quia guſtus in nobis ſicut tactus eſt certiſſimus: ergo figuras etiam minimas guſtus certiſſime diſcerneret. 3.ſenſibilia propria habent contrarietatem Sed figuris nihil eſt contrarium. 4.quia figurę in infinitum abeunt; ſapores autem ſunt finiti: quare antiqui perperam reduxerunt ſapores in figuras.

Annotatio.

2.Panſpermia, ſicut alibi annotauimus, ſeminariũ ſeu totum ſemen ſignificat.

9.Latini codices in colorũ enumeratione ſunt hic apud calcographos maculati: cum alij kyamium legant, alij ciriarium: cum græce habeat Ariſtoteles πρᾴσινον καὶ κυανοῦν, id eſt viride & cæruleũ: græce ergo Cyanus color dicitur ſubobſcurus, nigro viridiꝙ medius: & ſic lege hic Cyanũ. ¶Alurgus, purpureus vt in libro de anima annotauimus.

¶Colorum & ſaporum reſpondentia

Album	Nigrum
Flauum	Liuidum
Puniceum	Purpureum
Viride	Ceruleum
Dulce	Amarum
Pingue	Salſum
Acre	Auſterum
Acutum	Acidum.

12.Polygonia figura eſt multoꝝ anguloꝝ.

Q.IIII
An dulce & amarum ſint extremi ſapores?
Art.I.

Nota.I. Supponendo dicta de ſaporibus in.2.de anima. Sapor eſt qualitas ſecunda ex cõmixtione ſicci cum humido prædominante a calido digerente cauſata, alteratiua guſtus de potentia ad actum: vnde ſequitur Ariſto. cum inquit, ſaporem eſſe paſſionem humidi &c̃. intelligendum, eſſe qualitatem cauſatam ex paſſione humidi cum ſicco. ¶Vnde cũ dicitur humidi, ſtatim exprimitur proprium ſubiectum ſaporis & materia eius: licet illud humidum non debeat eſſe ſimplex: quia tale ob nimiam ſubtilitatem, non eſſet actu ſapidum: ſed oportet ipſũ eſſe cum ſicco terreſtri. Vnde aqua quanto ſubtilior: tanto minus eſt ſaporoſa: ſed aqua diuerſo ſicco commixta, varios ſuſcipit ſapores ſcđm diuerſam cõmixtionem, vt in lixiuio, & aqua per mineras currente experimur: & patet in diuerſitate fontium: Sequitur cur natura ingenioſa addiderit ſaliuam linguę: quia ſicca vt zinziber non ſapientur, niſi humecta.

Nota. II. Habita cauſa materiali ſaporis/eo modo quo accidentia habent materiam in qua: reſtat dicere de cauſa efficiente: & dico cauſam efficientem remotam eſſe calidum digerens/ ſicut fructus ad ſolem digeruntur & matureſcunt: Immediatior tamen cauſa eſt ſiccum ſiccitate non ignea ſed terreſtri, a calido concoctum: Vnde ſcđm diuerſam proportionem & concurſum humidi calidi & frigidi, varij efficiuntur ſapores: Ariſtoteles ponit ſeptem/quem ſecutus eſt Galenus primo ſimplicium: Alij ponunt octo, ſicut in annotationibus memini

mus; Plinius tamen libro.xv.naturalis hyſtoriæ enumerat decem ſpecies

Dulcis	Ariſtoteles tamen eſt contentus nu-
Suauis	meroſeptenario/ſicut in colore: quē
Pinguis	defendit Albertus magnus: quia at-
Amarus	tenta formali proportione ſaporum
Auſterus	in genere: ſint ſolū ſeptem eius ſpeci-
Acer	es: licet deſcendendo in his pportioni
Acutus	bus ſcd'm materiam/eſſent plures ſpe
Acerbus	cies ſaporum: vnde non diſtinguunt
Acidus	inter ſuauem & dulcem, inter acre &
Salſus	acerbum, inter acidū & acetoſum.

Nota.III. Q. de effectibus ſaporum non intendimus loqui: quoniam hoc pertinet ad dominos medicos: ſed de proportionibus & generationibus ſa-
q.15.hic. porū: vnde ſcd'm Buridanū/ſi ſapores diſtinguunt penes qualitates primas: tūc dulce nō eſt extremū/ſed mediū inter amarū & acetoſum ſeu acre. vnde

	Salſus, amarus, acutus		calidus
Sapor	Dulcis	eſt	tēpatus
	Acetoſus, acris, acidus		frigidus

Et hoc eſt rationabile: quia dulce fit a calido tēperato, & humido ei proportionato: Si autem ratio nutrimenti habeatur: ſic dulce opponitur amaro: dulce enim maxime confert nutritioni; amarū repugnat: Et quia natura ingeniauit guſtum & ſapores ad diſcernendum bene nutritiua: ideo nō eſt mirum/ꝙ Ariſtoteles poſuit dulce & amarum pro extremis ſaporum differentijs/quod intellige ſcd'm rationem nutriendi/nō qualitatum ex quibus cauſantur. ¶ Diceres tamen Ariſto. enumerat octo ſpecies ſaporum: reſpondet Albertus, ſtipticum id eſt acrem, reduci ad ponticum id eſt acidum: quia ponticus eſt maioris terreſtreitatis, ſtipticus minoris: ponticus etiam eſt indigeſtior.

Nota.IIII. Breuem formulam generationis ſaporum/quam refer acceptam D. Iſennachio, viro incomparabili/qui ſuperiori anno gratię M.D.XIX.Die.9.Maij, e viuis exceſſit: quia ex ſicco generatur

Calido in humido
indigeſto propter caloris debilitatem — pinguis
bene digeſto — dulcis
male calore
adurente — ſalſus
exurente & exiccante — in ſummo acutus — mediocriter amarus

Et

Frigido in humido ob abundantiam
Frigiditatis. acetoſus
terreſtreitatis, ſtipticus & ponticus.

Infert corollarium ideo dulcedo non infecta inter ſaporum differentias, maxime eſt ſenſus humani delectatiua, omnium ſaporum delectabilium origo, naturę & complexioni amica, ſanguini vicina, ſpirituum confortatiua, ſpiritaliū membrorū amica, ipſorum lenitiua, & aſperitatis mitigatiua, clarificatiua vocis, arteriarum purgatiua, pulmonis & meatuum pectoris apertiua: catarri & humoris ſuperflui diſſolutiua, omnis tumoris ſquinantiæ repreſſiua, ſuffocantis humidi conſumptiua, & oīm membrorum nutritiua hæc ſufficiant.

Articulus.II.

Concluſio. Dulcis & amarus ſapor, ſunt extremi in ratione nutriendi/ſed non ratione qualitatū ex quibus generantur, liquet not.3.

Articulus.III.

Problema.I. Quare ſudor eſt amarus? Reſpondetur, quia in ſudore eſt quoddam terreſtre acutū & indigeſtum ab humido aqueo: quod cauſet ſalſedinem & amaritudinem: hinc antiqui opinabantur aquam maris eſſe ſudorem terræ.

II. Quare cibis ſalſamenta adhibentur? Reſpondetur, ne dulcia nimium nutriant/& ante completam digeſtionem, ſubſtantia ipſos deferens, ad membra trahatur: & poros venarum opilet: Et iterum quia cibi ſupernatant, ſolent adhiberi ſalſamēta & amara: vt prohibeant exceſſum, & ad fundū trahant, bonaq; fiat digeſtio.

III. Quare dulcia citius putreſiunt amaris? Reſpōdetur, quia in amaris eſt quædam aduſtio per caliditatem/qua corroduntur & digeruntur aquei humores ſuperflui/qui ſunt principium putrefactiōis: ſed in dulcibus non eſt huiuſmodi aduſtio.

IIII. Quare fructus anteq̄ matureſcunt, ſunt ſtiptici & inſipidi? Reſpondetur, quia humor in eis non eſt bene digeſtus & decoctus: ideo ob frigiditatem ſtiptici ſunt ſaporis: Similis ratio eſt, cur arbores antiquiores, fructus afferunt mitiores/q̄ recentes arbores: quia in antiquis humores ſunt digeſti & decoctiores, q̄ in nouis & recentibus plantis.

De Odore. Cap.V.

EOdem vero modo oportet intelligere & circa odores. Quod enim facit in hu 1 Aſſ'atio o
mido ſiccum: hoc facit in genere alio. euchimum humidum in aere & in aqua doris & ſa
ſimiliter. Commune autem de his nunc quidem dicimus perſpicuum. Eſt aũt poris
odorabile non ſcđm quod perſpicuum: ſed ſcđm quod lauabile vel mundabile eu 2 Mediũ o-
chymæ ſiccitatis. ¶Non enim ſolum in aere ſed in aqua quod odorans eſt. Manife- doratus
ſtum autem in piſcibus & oſtracodermis: videntur enim odorare: nec aere exiſten-
te in aqua: ſupernatat enim aer: cum fuerit: nec ipſa reſpirantia. Si quis ergo ponat
aquã & aerem vtraq; humida, erit vtiq; quę in humido euchymi ſicci natura odor
& odorabile tale. ¶Quoniam vero ab euchymo paſſio eſt, manifeſtum & per 3 Odor
habentia & non habentia odorem. Elementa enim inodorabilia velut: ignis, aer, ter 1
ra, aqua/quia ſicca & humida eorum achyma ſunt/niſi quod cõmixtum faciat: pro- 2 3
pter quod & mare habet odorem: habet enim humorem & ſiccitatem: & ſal magis
intus odorabile eſt. Manifeſtat autem etiam quod ab illis effluit oleum: vitrum aũt 4
terræ eſt magis: amplius lapis inodorabile: achymus enim ligna autem odorabilia: 5
euchyma enim & horum aquatica minus: amplius in eis quæ metallantur aurum in
odorabile: achymum enim æs autem odorabile & ferrum: quando vero exuritur hu 6
midum, inodorabiles ſcoriæ fiunt omnium: argentum vero & ſtannũ: his quidem
magis odorabilia: his vero minus: aquatica enim. ¶Videntur autem quibuſdam fu- 4 Opi. anti-
malis euaporatio eſſe odor cõmunis exiſtens terræ & aeri: & omnes dicunt ſuper quorum
hoc de odore. Quare & Heraclitus ſic dicit. quod ſi omnia entia fumus fiant: quod
nares vtiq; diſcernerent: ad odorem om̃es inferunt: hi quidem tanq; exalationem:
hi vero ſicut euaporationem: hi autem vtraq; hæc. Eſt autem vapor quidem humidi Vapor
tas quædam: fumalis vero exalatio ſicut dictum eſt cõmune eſt aeri & terræ: & con Exalatio
ſtituitur ex illa quidem aqua: ex hoc vero terræ quædam ſpecies. Sed neutrũ horũ Improbať
videtur: vapor enim aqua eſt: fumalis vero euaporatio impoſſibile eſt in aqua fieri:
odorant em̃ & quæ in aqua ſicut dictũ eſt prius. Amplius euaporatio ſimiliter di-
citur effluxionibus. Si igitur nec illa bene, nec iſta bene. Quoniam ergo contingit re
cipere humidum: & illud quod in ſpiritu: & illud quod in aqua: & pati aliquid ab 5
euchyma ſiccitate nõ immanifeſtũ. Etenim aer humidus natura eſt. Adhuc aũt Odoris ge
ſiquidem ſimiliter in humidis faciat & in aere: quemadmodũ lauatum ſiccum: mani neratio
feſtum quomodo oportet proportionales eſſe odores humoribus. Sed adhuc hoc
in quibuſdam accidit: & enim acetoſi & dulces ſunt odores & auſteri & pontici &
craſſi & amaris proportionales: dicat vtiq; quis putridos. Quare quemadmodum
illa difficilis potationis putrida dyſana pneuſta ſunt. Manifeſtum ergo quoniam qđ
in aqua ſapor: hic in aere & in aqua odor: Et propter hoc frigus & conglutinatio &
ſapores hebetant & odores exterminant. Calidum enim quod mouet & generat:
auferunt infrigidatio & conglutinatio. Species autem odorabilis duæ ſunt: non 6 Species
enim ſicut quidam dicunt: non ſunt ſpecies odorabilis: ſed ſunt. Determinandum odoris
aũt quomodo ſunt: & quomodo non ſunt: hoc quidem em̃ eſt ſcđm ſapores ordi-
natum ipſorum: ſicut dictũ eſt. Et delectabile & triſte habent ſcđm accidens. quo-
niam enim nutritiui paſſio eſt appetentibus quidem delectabiles odores eorũ ſunt.
Plenis autem & nihil agentibus non delectabiles, neq; odores, Et eſca habens o-
dores quibuſcunq; non delectabilis neq; his. ¶Quare iſte quidem velut diximus 7 Duplices odores

ſcd'm accidens quidem habebit delectabile & triſte:propter qd' omnibus ſunt cōes
aīalibus.Quidã aũt ſcd'm ipſos delectabiles odorũ ſunt:quemadmodũ illi qui flo
rum.Nihil em̃ magis vel minus ad eſcã aſſequunť nec conferũt ad deſideriũ quicq̃.
Sed contrariũ magis,verũ em̃ eſt qd' Emped.vituperans Traciũ dixit.Qñ lentem
decoquis,nõ infundas myron:ideo qui nunc cõmiſcent ad potationes tales virtutes
vim faciũt per vſum delectatõi: donec vtiq; a duobus ſenſibus fiat delectabile:quē
8 De odore hominis [illegible]prio admodũ vnũ ab vno. ¶ Hoc quidem igiť odorabile ꝓpriũ hominis eſt.Qd' autem
ſcd'm ſapores ordinatũ & aliorũ animaliũ ſicut dictũ eſt prius. Et illorũ qdem qui
ſcd'm accidens habent delectabile/diuiduntur ſpecies ſcd'm ſapores.Iſtius aũt nõ/ſed
iam propter naturam ipſius eſcæ eſſe: ſecundum ſeipſam delectabilem aut triſtem.
Cauſa autem eſt proprium eſſe hominis talem odorem propter frigus:quod circa
cerebrum: frigido enim natura exiſtente cerebro & ſanguine qui circa illud,in an-
guſtis venis exiſtente ſubtili & puro.De facili autem infrigidabili:propter quod &
cibi fumoſitas infrigidata propter locum infirmantia reumata facit hominibus:pro
reuma fluxus pter quod facta eſt iſta ſpecies odoris.Nihil enim aliud eſt opus ipſius q̃ hoc. hoc
autem facit manifeſte:cibus enim delectabilis exiſtens & ſiccus & humidus mul-
totiens infirmans eſt:qui autem ab odore ſcd'm ſe ipſum odor,operi quomodocũ
9 q; ſic habeat,vtilis vt eſt dicere ſemper. ¶ Et propter hoc fit per reſpirationem non
Odoratus in reſpirantibus omnibus/ſed hominibus & ſanguinem habentibus velut quadrupedibus & magis
participantibus naturam aeris. Aſcendentibus nanq; odoribus ad cerebrũ propter
10 leuitatem caloris quæ in ipſis:ſanius habent circa locum hunc: odoris nanq; virtus
Cauſæ reſpirandi autoritas. natura calida eſt.Vtitur aũt natura reſpiratione ad duo:vt operoſę quidem ad tora
cis adiutoriũ vt aduenticię ad odorem reſpirante enim,ſicut ex tranſitu facit per na
res motum.proprium aũt hominis naturæ tale genus odoris: quia plus cerebrum
& humidius habet aliјs animalibus vt ſcd'm magnitudinem: propter hoc enim &
ſolum vt eſt dicere,aliorum animaliũ ſentit homo/& gaudet florum & taliũ odo-
ribus:cõmenſuratur enim eorum calor & motus ad hyperbolem eius quæ in loco
frigiditatis & humiditatis eſt.Aliјs vero quæcunq; pulmonem habent perſpirare al
terius generis odoris ſenſum dedit natura:vt non duo ſenſitiua faciat:ſufficit enim
Quoniam quidem & vt reſpirantibus quemadmodũ hominibus vtrorunq; odora
11 bilium his alterorum ſolum exiſtens ſenſus. Quæ vero non reſpirant,quod qui-
Nõ reſpirantia odorant dem habent ſenſum odorabilis manifeſtum eſt.Et enim piſces & entomorũ genus
omne diligenter ſentit de longe ꝓpter nutritiuã ſpeciem odoris remota multũ a ꝓ
Entoma.i.i.inſecta. pria eſca:quemadmodũ apes faciunt ad mel & prauarũ formicarũ genus q̃s vocant
qdem ſeinpas & marinorũ purpurę & aliorũ multa taliũ animaliũ acute ſentiũt eſcã
ꝓpter odorem. Propter qd vtiq; dubitabit aliquis quõ ſentiunt odorem:ſi ſpirã-
tibus qdem omnibus fit ſpirare vno modo.Hoc em̃ videť in reſpirantibus accidens
oĩbus illorũ:aut nullũ reſpirat:ſentiunt tñ:ſi nõ aliquis præter quinq; ſenſus illius:
hoc aũt impoſſibile.Odorabilis em̃ olfactus.illa vero nõ hoc ſentiunt,Sed nõ forte
eodem modo,Sed reſpirantibus qdem ſpũs aufert ſupiacens,quemadmodũ coop
culũ quoddã.Quare nõ ſentiunt nõ reſpirantia:his aũt nõ reſpirantibus ablatũ eſt
hoc: quemadmodũ in oculis.Quædã em̃ animaliũ habent palpebras.quibus non
reuelatis minime poſſunt videre.Quæ autem habent duros oculos, non habent.
Quare non egent vllo quo illa reuelet: ſed vident facultate exiſtente in illis ſtatim.

¶Similiter autem & aliorum animaliū quodlibet non indignatur de his quę ſcđm 12
ſeipſa fœtidorum ſcđm odorem: niſi quid accidat corruptiuū exiſtens: ab his autem Bruta olfaciunt
corrumpitur ſimiliter: quemadmodum & homines a carbonū fumo patiuntur gra-
uedinem capitis: & corrumpunt̄ multotiens: ſic & a virtute ſulfuris & corrumpunt̄
alia animalia: & fugiunt propter paſſionem. Ipſam autem ſcđm ſeipſam nō curant
fœtiditatem: quamuis multa creſcentium fœtidos habent odores: niſi quidem con-
ferat ad guſtum vel ad edulium illis. ¶Videtur autem ſenſus qui eſt odorandi in 13
paribus exiſtentibus ſenſibus & numero habente medium imparis: & ipſe medius Odoratus
eſſe tactiuorum: quemadmodū tactus & guſtus & per alia ſenſitiuorū: velut viſus mediꝰ ſenſus
& auditus. Quare & odorabile nutritiuorū eſt paſſio quędam: hoc autem in eodem
genere: & audibilis autem & viſibilis. Quare & in aere & in aqua odorantur. Qua
re eſt odorabile cōmune aliquid horum amborum: quod & tactuali ineſt & perſpi-
cuo & audibili. Quare rationabiliter aſſimilata eſt ſiccitate in humido & fuſibili ve- Epilogus
lut tinctura quædam & lotura. Quomodo quidem igitur ſpecies oportet dicere: & 14
quo modo non oportet odorabilis: in tantum ſit dictum. ¶Quod autem quidā Py- Opi. Py-
thagoricorum dicunt, non eſt rationabile. Nutriri nanq̧ dicunt quædam animalia thag. Improbat
odoribus. Primum quidem enim videmus/quoniam cibum oportet eſſe compoſi- 1
tum. Etenim ea nutrita non ſunt ſimplicia: quare & ſuperfluitas fit cibi aut in ipſis
aut extra: ſicut in plantis. Amplius vero neq̧ aqua vult ipſa ſola nutrire incōmixta 2
exiſtens. Corporale eñ aliquid oportet eſſe conſtitutiuū. Amplius multo minus ra 3 4
tionabile aerem corpulentū fieri. Cum his aūt qm̄ omnibus eſt aīalibus locus rece
ptiuus cibi: a quo qn̄ cibus egredit̄, recipit corpus. Odorabilis aūt ſenſitiuū in capite Odor ſanus
& cum ſpirituali intrat fumoſitate: quare ad ſpiratiuū vadet vtiq̧ locum. Quod qui- 5
dem igit̄ nō confert ad nutrimentū odorabile manifeſtū. Qđ aūt ad ſanitatem & ex
ſenſu & ex dictis manifeſtū. Quare qđ ſapor in nutritiuo & ad nutriendū hoc eſt
ad ſanitatem odorabile. Scđm vnūquodq̧ ꝗdem igit̄ ſenſitiuū determinet̄ hoc modo.

Explanatio tex.

Hoc capite agit P. de odore.

I. Sicut ſapor eſt paſſio humidi a ſicco: ita odor eſt paſſio ſicci ab humido.

II. Aer & aqua ſunt media olfactus ſicut viſus/nō tamen ſcđm rationem diaphoni: nam etiam aquatica ſentiunt odorem.

III Odor eſt paſſio enchimi ab humido aereo vel aqueo, alteratiua olfactus: patet primo de enchimo/quia elementa de ſe non ſunt odorabilia, niſi cōmixta terreſtri. Secundo mare habet odorem/quia humidū cōmixtum enchimo. Tertio ſal habet odorem plus q̄ nitrum/in quo humidum eſt conſumptum. Quarto quia lapides cōmuniter nō ſunt odorabiles, ob humidum in eis conſumptū. Quinto ligna ſunt odorabilia/quando in eis humidum non eſt conſumptum. Sexto aurum, ferrum, ſunt inodorabilia ob defectum humidi: argentum & ſtannū ſunt tamen magis humida.

IIII. Opinio antiquorum fuit, odorem eſſe fumalem euaporationem cōmunem aeri & aquæ: Sed contra hanc obijcit̄ primo, quia in aqua eſt odor: & tamen in ea nō eſt fumalis euaporatio: vnde nec exalatio eſt nec euaporatio.

V. Odor generatur ex ſicco terreſtri paſſo ab humido & calido. probatur quia conueniunt odores ſaporibus: niſi ꝙ humidum eſt ſubiectum ſaporis, ſiccū odoris: & ad vtraq̧ requiritur calidū: & ob id congelatio hebetat ſapores & odores.

VI. Duplices ſunt odores: quidam ſunt delectabiles propter ſapores/vt poma, eſcæ: alij ſunt delectabiles propter ſe, vt in floribus.

VI. Odores primi ſunt omnibus animantibus cōmunes: at ſecundi ſolis hominibus: Vnde dicit aromata miſceri a cocis/non vt faciant ad eſcam: ſed vt ſimul guſtus & olfactus immutentur.

VIII. Odores ſcđm ſe delectabiles vel triſtabiles, non diuiduntur ſcđm ſapores, ſicut odores ſcđm accidens delectabiles. Ratio autem quare odor ſecundum ſe delectabilis eſt ſolius hominis, eſt iſta: quia homo habet cerebrum frigidum: & prope eſt ſanguis ſubtilis in anguſtis venis: vnde ꝓpter hanc infrigidationem, generantur reumata: ideo odores: illi temperant hanc frigiditatem.

IX. In reſpirantibus ſic fit odoratio: quia animali reſpirante. odor aſcendit ad cerebrum ad organū olfactus: & ibi immutatur ſenſus ab odore. i. ſpeciebus eius.

X. Reſpiratio fit propter duo. primo propter refri

gerium caloris in pectore. Secundo vt aer calidus temperet frigiditatem cerebri: Vnde homo habet cerebrũ maius & frigidius ceteris animalibus: ideo ſolus percipit odores ſecũdum ſe delectabiles.

XI. Animalia etiam non reſpirantia olfaciunt, patet de piſcibus, apibus: Sed animalia reſpirantia non olfaciunt niſi cooperculo remoto per reſpirationem: ſed non reſpirantia, non habent coopercu lum: ſicut aliqua animalia habent palpebras oculorum, alia non.

XII. Bruta etiam percipiunt odores per ſe delectabiles/ſed non curant: vnde ꝙ abhorrent fumũ ſulphuris, non eſt ratione odoris qualitatis: ſed quia alia ſunt annexa/quæ ſũt corruptiua & læſiua bruti/& ingerunt quandam grauedinem, ſed fœditatem odoris ſecũdum ſe non curant.

XIII. Senſus olfactus eſt medius inter alios ſenſus: & ita imparitatem ſortitur in quinario ſenſuũ: communicat cum viſu & auditu/quia a remotis ſentit: cum guſtu & tactu/quia magna eſt affinitas odorum & ſaporũ: & odor eſt index ſaporis.

XIIII. Irrationabile eſt animalia nutriri odoribus ſicut dicunt Pythagorici: quia oportet nutrimentũ eſſe groſſum.

Annotatio.

1. Enchyma corpora ſunt quę fundunt de ſe fumalem euaporationem/contra achyma quę nõ diffundunt fumum euaporatõis. χυμος enim humorem fuſum ſignificat: & medici eo vtunt̃ termino iam quaſi latina familia donato.

2. Oſtracodermi ſunt piſces tecti teſteis pellibus vt oſtrea: nam oſtreum græce ὄστρεον dicit̃ & δέρμα pellis.

3. Nitrum eſt quoddam congelatũ ex aqua pluuiali ad æſtum ſolis, ſimile ſali: & dicitur nitrũ a Nitria regione Ægypti, vt meminit Albertus: Plinius li. 31. ait, ſal & nitrum ſulphure concoctum, in lapidem vertitur: Aptum eſt nitrum ad lotionem veſtium: hinc ait Hiere. 2. Si laueris te nitro: & id facit ꝙ herba fullonum/quę borith hæbraice & poan græce dicitur.

3. Scorię feces & purgamenta metallorum.

3. Dyſana pneuſta, omnes hic codices latini, quos vidi ſunt maculati: græce legitur, τὰ σαπρὰ δυσανὰ πνευστα, neſcio cur interpres nõ verterit, putrida grauiter ſeu male olentia ſeu ſpirantia.

7. Myron, liquidum vnguentũ odoriferum.

10. Hyperbole exceſſus.

Q. V.

An odores conferant ad ſanitatem capitis, temperando frigiditatem cerebri?

Articulus. I.

Nota. I. Odor eſt qualitas ſecunda ex mixtione ſicci ꝑdominantis cum humido, a calido digerente cauſata alteratiua olfactus de potentia ad actum, vide. 2. de anima. ¶ Sequitur mox ꝙ ſit ſubiectum odoris/quia ſiccum/Non inquam ſiccum purum/ſicut terra vel ignis: ſed ſiccum mixtum/non quacunque mixtione/ſed vt diffinitio explicat: de duplici multiplicatione odorum vide. 2. de anima: & quę ſint inodorabilia liquet ex textu.

Nota. II. Duplices eſſe odores: aliqui ſunt per ſe delectabiles vel iniucundi: Alij ſolum ſunt ſuaues inquantũ concomitantur nutrimentũ: plura de his in textu. Odor primus æque delectat ſaturum ſicut ieiunum: & nihil confert ad nutrimentum: primus odor eſt tantum hominũ, aut ſi bruta ſentiũt non curant: primus odor eſt ſanitati conducens vel vtilis/ad ſecundum nihil attinet niſi per accidens: primus odor duas habet tantũ ſpecies ſ. ſuauem & fœtidum: ſecundus odor tot habet ſpecies/quot ſapor: vnde quia guſtus in nobis eſt certior ꝙ olfactus: ideo nominamus odores nominibus ſaporũ, de quibus priori capite: & ſic habes quinque differentias illorum odorum.

Nota. III. Odorem aromaticũ ſuauem & iucundum iudicari ſanum/ꝙ calore ſuo ad cerebrum penetret, humores reſoluat, & conſumet, fluxum nociuum reſtringat: & ita conſecutiue cerebrum conforter: ſua puritate ſpiritus reparet: & ſic virtute ſua debilitatem cordis reſtauret. Contra, fœtidus odor quia cauſatur ex corrupta & impura ſubſtantia: ideo ſpiritum odorabilem inficit & contriſtat, vomitum & nauſeam prouocat, dolorem capitis & grauedinem generat, & totã complexionem diſtemperat: patet in leproſis, ſuo fœtido anhelitu alios inficientibus: & Ariſtot. teſtatur ſi equa ſentiat fœtorem candelę extinctæ, tunc abortiat: ꝙ etiam mulieribus pregnantibus vſu venire poteſt: Accidentaliter tamen fœtida conducunt, vt aloe, ſulphur, aſa fœtida. ¶ Tamen adde/ꝙ Ariſtot. dicit odorem ſecũdum ſe delectabilem eſſe propriũ homini Intelligendum eſt, non ꝙ bruta non ſentiant illum odorem/ſed quia non curant.

Articulus. II.

Concluſio. Odores conferũt ad ſanitatem corporis: quia a loco digeſtionis vapor eleuatus ad caput, reſoluit in capite in reuma ob frigiditatem cerebri, ſicut vapor in guttulas in cooperta olla: ſi autem nimis infrigidetur reuma: tunc defluit in partes corporis: & generat varias infirmitates: ita vt reuma dicatur mater ægritudinũ: vnde odores boni reſoluunt reumata: ideo diuitibus faciunt poma aromatica.

Articulus. III.

Problema. I. Quare res odoriferæ exiſtentes in motu plus odorantur? Reſpondetur, quia in motu magis reſoluitur odor & euaporatur: ideo melius ſentitur.

Problema. II. Quare deterius olfacimus in hyeme/ꝙ in æſtate? Reſpondet quia tempore calido odor plus reſoluitur de odore: ſic & thus & myrrha & aliqua alia non odorantur, niſi reſoluta a ca

lido: vnde congelatio reddit hebetes odores.

Problema.III. Quare fœtida dum comedunt non apparent fœtere? Reſpondet quia organū olfactus, velociter repletur odore putrido, quod poſtea non ſentit.

Probl.IIII. Quare os ieiuni plus fœtet, ꝙ refecti? Reſpondet quia in ieiuno calidum non habens nutrimentū, agit in humores indigeſtos: ex quibus reſoluitur odor fœtidus & corruptus.

Proble.V. Quare cōmuniter homines ſub axillis fœtent confricati? Reſpondetur, quia talis locus non euentatur: ideo humores & vapores reſidentes corrumpunt: qui calefacti & moti fœtent: ita eſt de alijs occluſis locis: vnde & Itali nos derident cum fœtidis ſtubis.

Concluſio. Memoria & reminiſcentia differunt, patet ex dictis & Ariſtot. in textu. ¶ Vnde ſeptem colliguntur earum differentiæ. 1. quia memoria fit ratione ſpeciei ſufficientis mouere potentiam ad ſecundam apprehenſionem prius cogniti. abſq; adiutorio alterius ſpeciei: Reminiſcentia vero non. 2. Memoria ineſt etiam brutis, reminiſcētia ſolis hominibus. 3. Memoria quo ad aliquid ſequitur memoriam, quo ad aliquid ſequitur. 4. Memoria eſt continuatio reſeruatio ſpecierum: reminiſcentia eſt quaſi earum reuocatio. 5. Memoria eſt prompta recordatio, reminiſcentia non. 6. Reminiſcentia præſupponit obliuionem partialem: memoria non. 7. Bene reminiſcitiui naturaliter, frequenter non ſunt bene memoratiui.

Articulus.III.

Problema.I. Cur mulieres ſubito in non perſpecto tempore melius reſpondent, quàm diu deliberatę? Reſpondetur, quia humida habent organa cognitiua & fluida: ideo inconſtantes ſunt: dum deliberare incipiunt difluunt de vno medio ad aliud: & ita quanto magis deliberant eo magis confunduntur: quare ſunt minus aptę conſilijs.

Problema.II. Cur memorari volentes moueāt caput? Reſpondetur, quia organum memoriæ, particula cerebri, uermiculo ſimili clauditur, vel aliter opilatur: ſpiritus in quibus deferuntur ſpecies, nec introeunt, nec exeunt, niſi hoſtiolū tale aperiatur: ideo aliqui mouent vel eleuant caput, dum quærunt oblitum.

Problema.III. Cur lotio capitis & pedis cum aqua calida conferat memoriæ? Reſpondet, quia in capite ſunt aliquando multi fumi, perturbantes ſpiritus cognitiuos: qui lotione calidi reſoluuntur & euaporant, apertis poris capitis.

Probl.IIII. Cur volentes memorari aliquando claudunt oculos? Reſpondetur, quia motus maiores impediunt motus minores: ne igitur turbentur vel impediantur ſpecies memoratiuæ per ſpecies viſibiles; quia viſus eſt velociſſimus ſenſuum: ideo claudunt oculos.

Problema.V. Ex quibus attenditur bonitas uel malicia memoriæ? Reſpondetur ſcdm Buridanū ex tribus. primo ex complexione organi: quia ſi fuerit temperata, confert ad memoriam. Secundo, ex apprehenſione: quia ſi fortiter apprehendit cum forti attentione melius id retinet & facilius memoratur. ¶ Corollarium: Hinc iuuenes licet natura minus ſint memoratiui: tamen de peraccidens aliquando melius memorantur vel propter nouitatem, vel admirationem, aut quia adeo complacet: ideo fortius imprimunt: & ſic memorantur Tertio ex motu vel quiete organi: nam qui in magno motu ſunt minus ſunt memoratiui, ſicut infirmi, irati, formidoloſi, pueri & decrepiti.

Proble.VI. Cur poeta vinum dixerit obliuioſum, & Plinius mortem memoriæ? Reſpondetur, quia vinum eſt calidum & fortiter euaporatiuum: ideo perturbat ſuis fumationibus cerebrum, impedit ſpecies, debilitat & corrumpit: vt Vergilius eius incommoda deſcribit & Propertius,

Vino forma perit: vino corrumpitur ætas.

Appendix

De memoria artificiali, cuius inuentor dicitur Symonides & conſummator Metrodorus vt meminit Plinius lib.7. adnotauimus circa textum: ideo nos remittimus ad ſcriptores de eadem & ad Marſilium Ficinum lib.1. de triplici vita.

SCLI DEO GLORIA.
M D XX
xvi. Ian.

DE SOMNO ET VIGILIA LIBER VNVS.

DE DORMIENTIBVS, ET CAVSA MATERIALI ET EFFICIENTE SOMNI. CAP. I.

1 Intentio DE SOMNO aũt & vigilia conſiderandũ eſt quid ſint. &
vtrum animę vel corporis ꝓpria ſint vel cõmunia:& ſi coĩa:
cuius particulę animę vel corporis:& ꝓpter quã cauſam in
ſunt animalibus. Et vtrũ cõicant oĩa ſimul ambobus ipſis
aut alia quidem ſomno:alia vero altero ſolũ:vel alia qdem
neutro: altera vero vtriſq;. Adhuc aũt quid eſt ſomniũ: &
ꝓpter quã cauſam dormientes interdũ quid ſomniant:in-
terdũ aũt non: vel accidit quidem ſemper dormientibus
ſomniare:ſed non meminerunt. Et ſi hoc fiat: ꝓpter quã cauſam fit. & vtrũ contin-
gat futura ꝓuidere:aut non contingat:& qualiter ſi contingat. & vtrũ futura ab ho-
mine ꝓſpiciant̃ ſolum. & vtrũ agenda ab homine ſolũ:vel quorũ dæmonũ habet
2 Cõcluſio. cauſam:& vtrũ a natura fiunt/aut ab euentu. ¶ Primũ quidem igitur hoc manifeſtũ:
qm̃ circa idem animalis vigilia quidem eſt & ſomnus. Opponunt̃ em̃ & videtur
ſomnus vigiliæ quædã priuatio:nam extrema ſemper in alijs & in naturalibus circa
idem ſuſceptibile vident̃ fieri/& eiuſdem paſſiones eſſe. Dico aũt veluti viſus, cæci
tas, turpitudo, pulchritudo, ſanitas, ægritudo, fortitudo, debilitas, auditus, & ſurdi-
tas. Amplius aũt & ex his manifeſtũ. In quo em̃ vigilantem cognoſcimus:in hoc &
eum qui ſomno imprimit̃. Sentientem em̃ vigilare putamus & vigilationem:aut eo
quod eorũ quæ extrinſecus aliquid ſentit. vel eorum qui in ipſo motuũ aliquem.
Si ergo vigilare in nullo alio eſt q̃ in eo quod eſt ſentire:manifeſtũ quoniã quo qui
3 Cõcluſio. dem ſentiunt/hoc vigilant vigilantia:& dormiunt dormientia. ¶ Quoniã aũt non
animæ propriũ eſt ſentire neq; corporis: cuius enim eſt potentia. eius eſt & actio.
Quoniã vero dicitur ſenſus vt actio motus quidam per corpus animæ eſt:manife-
ſtum quoniã neq; animæ paſſio propria/neq; inanimatũ corpus poſſibile eſt ſen-
li. de aĩa tire. Cum autem determinatũ ſit prius in alijs de his quæ dicunt̃ quaſi particulę ani
mæ & de nutritiua ꝙ quidem ſeparat̃ ab alijs in corporibus habentibus vitam:alio
rum vero nullo ſine hoc exiſtente:manifeſtũ quidem quæcunq; viuentiũ augmen-
ti diminutioniſq; participant ſolum:quoniã in his non eſt ſomnus nec vigilia ve-
lut plantis. Non enim habent particulã ſenſitiuã:neq; ſi ſeparabile:neq; ſi non ſepa
4 Cõcluſio. rabile/poteſtate em̃ & eſſe ſeparabile eſt. ¶ Similiter aũt ꝙ nihil eſt quod ſemper
vigilet aut ſemper dormiat:ſed eiſdem inſunt animalium vtreq; paſſiones hæ. neq;
enim ſi animal eſt habens ſenſum hoc contingit:neq; dormire:neq; vigilare:vtraq;
em̃ paſſio hæc circa ſenſum primi ſenſitiui. Non contingit aũt neq; alterũ horum
ſemper ineſſe eidem:veluti aliquod genus animaliũ ſemper dormire/vel ſemper vi
gilare. Amplius quoruncũq; eſt aliquod opus ſcd'm naturã quando exceſſerit tem-
5 Probatur eadem cõ cluſio pus in quanto poſſunt aliquid facere vel aliquod eorum quod poſſunt tempore fa-
cere, neceſſe deficere:vt oculos videntes & quieſcere facientes hoc. ¶ Similiter aũt

manū & aliud oīe cuius eſt opus aliq̄d:ſi itaq̨ alicuius eſt opus ſentire:& hoc vti q̄ excedat quanto erat tp̄e potens ſentire continue deficiet: & non amplius faciet hoc. Si igit̄ vigilare diffinit̄ ſolutione ſenſus:contrariorū vero hoc quidem neceſſe alterū adeſſe:illud vero non:vigilare aūt ei quo eſt dormire contrariū:& neceſſariū omni alterū ineſſe neceſſariū vtiq̨ erit dormire. Si igit̄ huius paſſio eſt ſomnus: hoc aūt eſt in potentia ꝓpter exceſſum vigilandi:vigilandi aūt exceſſus qn̄q̨ q̄dem ab ægritudine qn̄q̨ abſq̨ ægritudine fit quare impotentia & diſſolutio ſimiliter erit/neceſſe omne q̄d vigilat contingere dormire. impoſſibile eīn ſemperagere. Similiter aūt neq̨ dormire ſemper nihil contingit. Somnus eīn paſſio ſenſitiuę particulæ eſt:vt vinculū & immobilitas quædā. quare neceſſe eſt omne dormiens habere ſenſitiuā particulā. Senſitiuū aūt quod poteſt ſentire ſcd̄m actum:agere aūt ſenſu ꝓprie & ſimpliciter impoſſibile eſt dormientem:ſimul ideo neceſſariū eſt ſomnū omnem excitabilem eſſe. ¶ Animalia q̄dem igitur pene omnia ſomnia cōmunicāt & natabilia & volatilia atq̨ greſſibilia:& eīn genera piſciū omniū & quā marinorū vel malaciorū viſa ſunt dormientia & alia omnia quæcunq̨ habent oculos: & eīn quæ duros habent oculos manifeſta entoma q̄d dormiunt: breuis aūt ſomni ſunt huiuſmodi omnia:ideoq̨ latebunt vtiq̨ quidem multotiens:vtrū participant ſomno vel non:eorum quidem quę durant habent teſtā ſcd̄m ſenſum quidem nunq̄ factum eſt manifeſtū ſi dormiunt. Si cui vero veriſimilis dicta ratio eſt ſuadebit̄. q̄d igitur quidem ſomno cōmunicant omnia animalia manifeſtū ex his: eo eīn quod eſt ſenſum habere:diffinit̄ animal:ſenſus aūt modo quidem aliquo immobilitatem & velut vinculū ſomnū eſſe dicimus:ſolutionem aūt remiſſionēq̨ vigiliā. ¶ Plantarum aūt nullā poſſibile quidem cōmunicare neutra horū paſſionū. Nam ſine ſenſu quidem nō exiſtit:neq̨ ſomnus neq̨ vigilia. Quibus vero ineſt ſenſus:& triſtari & gaudere:quibus vero hæc:& concupiſcentia: plantis aūt nihil horū ineſt. Signū aūt quoniā & opus ſuū facit nutritiua particula in dormiendo magis q̄ in vigilando nutriunt̄ aūt & augent̄ tunc magis tanq̄ nihil egentia ad hoc ſenſu. ¶ Quare aūt dormiunt & vigilant animalia:& ꝓpter qualem quendā ſenſum:vel quales ſi ꝓpter plures conſiderandū. quoniā vero quædā animaliū habent ſenſus omnes: quædā vero nō habent:vt viſum:tactū aūt & guſtū omnia habent:niſi ſit q̄d animaliū imperfectū:dictū eſt aūt de his in his quæ de anima. Impoſſibile aūt ſimpliciter quali cunq̨ ſenſu ſentire q̄ dormit animal:manifeſtū quoniā omnibus neceſſariū ineſſe eandem paſſionem inuocato ſomno:nam ſi huic q̄dem:huic vero non:hac dormiens ſentiet:hoc aūt impoſſibile eſt. ¶ Qm̄ autem exiſtit ſcd̄m vnūquemq̨ ſenſum: hoc q̄dem aliquid ꝓpriū. illud vero aliquid cōmune:ꝓpriū quidem velut viſui videre:auditui aūt audire & aliis ſcd̄m eundem modū:eſt aūt quædā & cōis potentia quæ ſequit̄ oēs. quia & quod videt & audit & ſentit. Nō eīn viſu q̄dem videt/qm̄ videt & iudicat. Itaq̨ & poteſt diſcernere:qm̄ alia quidem dulcia ſunt ab albis: nec guſtu nec viſu nec ambobus: ſed quadā cōmuni particula omniū ſenſitiuorū. ¶ Nam eſt quidem ſenſus vnus:& principale ſenſitiuum vnum eſſe:aut ſenſui generis cuiuſlibet alterum velut ſoni & coloris. hoc aūt ſimul tactiuo maxime exiſtit: hoc quidem enim ſeparatur ab aliis ſenſitiuis: alia vero ab hoc inſeparabilia: dictum eſt de ipſis in his quæ de animā theorematibus:manifeſtum igitur quoniam huius eſt paſſio vigiliæ & ſomnus. propter quod omnibus ineſt animalibus.

Vigilādi exceſſus

Probatur eadem cō cluſio inductiue

6 Plantę nō dormiunt

Secunda pars 7 Cōcluſio

li. de aīa

Primo Probat ſenſum cō munem Secundo Tercio

8 Cōcluſio.

Nam tactus ſolus omnibus ineſt. Si enim in eo quod omnes patiuntur aliquid ſenſus fieret dormitio inconueniens: ſi quibus neq; neceſſe neq; poſſibile ineſt aliquo modo agere ſimul hos vacare ſimul & immobiles exiſtere. Contrariũ enim rationalibus accidit eis quã ſimul quieſcere: quemadmodũ autem nunc dicimus rationabiliter ſe habent: & de his: nam cum principale aliorum hominum ſenſitiuorũ: & ad quod tendunt alia patiantur aliquid compati neceſſariũ & reliqua omnia: illorum

Cõcluſio. autem cum aliquid impotens ſit: non neceſſe eſt hoc impotens fieri. ¶ Manifeſtum autem ex pluribus quoniam non in ſenſu ſine operatione eſſe: & nondum vti ipſis

experientiæ ſomnus eſt neq; in non poſſe ſentire: nam & manifeſte in animæ defectionibus tale quid accidit: impotentia enim ſenſuũ animæ defectio: fiunt autem & amentię quędam huiuſmodi. Amplius autem quibus in collo venæ apprehendunt: inſenſibiles fiunt. Sed quando in potentia vſus neq; in ſenſitiuo neq; per quamuis cauſam: ſed quemadmodum dictum eſt nunc in primo quo ſentit omnia: cum enim hoc quidem impotens fuerit: neceſſe eſt & ſenſitiua omnia impotentia eſſe ſentire: cum vero illorum aliquid non eſt hoc neceſſe.

10 Finis ſomni ¶ Propter quam vero cauſam accidit dormire: & cuius paſſio eſt dicendum. quoniam vero modi plures ſunt cauſarum: nam &

Multiplex cauſa quod cuius gratia: & quod vnde principium motus & materiam & rationem cauſas eſſe dicimus. Primum quidem igitur quoniam naturam dicimus gratia huius facere: hoc autem bonum aliquid: quietem vero omni quod natum eſt moueri cũ non poſſit ſemper continue moueri cum delectatione neceſſariã eſſe atq; vtilem: ſomno quoq; propter ipſam veritatem coaptant metaphoram hanc tanquã requies ſit. quare propter ſalutem animaliũ exiſtit.

11 Vigilia finis ſomni ¶ Vigilia vero finis: nam ſentire & ſapere: omnibus finis quibus ineſt alterum eorum optima enim hæc: finis vero optimus.

Corol. Somnᵘˢ neceſſarius ¶ Quod aũt neceſſariũ vnicuiq; animaliũ ineſſe ſomnum: dico autem ex ſuppoſitio ne neceſſitatem: quoniã ſi animal erit ſuam habens naturã ex neceſſitate ineſſe quædam ei oportet: & ex his exiſtentibus alia exiſtere.

12 Effectiuũ ſomni ¶ Amplius autem quali motu & actu in corporibus aduenientibus accidit vigilare & dormire animalibus poſt hoc dicendũ: alijs quidem igitur animalibus quemadmodũ nõ habentibus ſanguinem exiſtimandũ cauſas eſſe paſſionis vel eaſdẽ vel ꝓportionales. Sanguinem vero hñtibus q̃ qdem hoĩbus quare ex his oĩbus ſpeculandũ. qđ qdem igiť ſenſus principiũ ab eadem parte aĩalibus a qua quidem & motus: determinatũ eſt prius in alijs: ipſa vero eſt triũ determinatorũ locorũ qui medius capitis & deorſum ventris habentibus quidem igiť ſanguinem hoc eſt quæ circa cor pars. Omnia eñ habentia ſanguinem cor habent & principiũ motus: & ſenſus principalis huic eſt. Motus quidem igiť & ſpũs manifeſtum qm̃ pͥncipiũ & omnino refrigeratõis eſt hic: & reſpirare aũt humido refrigerari ad ſalutem eius q eſt in hac ꝑticula caloris natura adepta eſt. diceť aũt de ipſa poſt eã ſcđm ſe. nõ hñtibus vero ſanguinem & entomis & nõ ſuſcipientibus ſpũm in ꝓportionali plantatus ſpũs inflans & nõ rediens videť: palã aũt in hoc his q̃ ſunt rotalia puta veſpis apibus & muſcis & quęcũq; hmõi ſunt. qm̃ aũt mouere quidem aliqd vt facere ſine robore nõ eſt poſſibile. vigorem aũt facit ſpũs detentio & ſpirantibus quidem quæ deforis: nõ reſpirantibus vero qui complantatus: ideo & bombantia alata videntur cum moueantur attractione ſpiritus offendentis ad ſuccinctorum rotalorum. Mouetur autem omne aliquo ſenſu facto proprio vel alieno in primo ſenſitiuo. Si vero eſt ſomnus & vigilia manifeſtum.

¶Mouentur autem quidam dum dormiunt: & faciunt multa quæ vigilantiū ſunt: 13 Dubium
non tamen abſqꝫ fantaſmate & aliquo ſenſu. Somniū enim eſt quodammodo ſenſa
tum. dicendum eſt autem poſtea de ipſis: quoniam vero ſomnia memorantur ex-
pergefacti: vigilum vero actus non memorantur: in problematicis dictū eſt. ¶Con Tertia pars
ſequens autem eſt his quæ dicta ſunt pertranſire: quibus factis & vnde principium 14
paſſionis ſit vigilandi & dormiendi: palam itaqꝫ quod quoniā neceſſariū animaliū Suppō prima
ſenſum habeat: tunc primo nutrimentū ſuſcipere & augmentum. ¶Nutrimentum Secunda
autem eſt omnibus extremū: his quidem quæ ſanguinem habent ſanguinis natura:
his vero quæ ſanguinem non habent proportionale. Locus vero ſanguinis ve- Tertia
næ. Harum autem principium cor: palam autem quod dicitur eſt ex anatomia. Quarta
Deforis quidem igitur alimento ingrediente in ſuſceptiua loca fit euaporatio ad Quinta
venas: ibi vero permutatur & in ſanguinem vertitur & vadit ad principiū. dictum
eſt autem de his in his quæ de nutrimento: nunc autem repetendū eſt de ipſis hu-
ius gratia: vt principia motus ſpeculemur: & quid patiente particula ſenſitiua: acci- Sexta
dit vigilia & ſomnus. ¶Non enim eſt ſomnus quælibet impotentia ſenſitiui vt di-
ctum eſt. Etenim amentia & ſuffocatio aliqua & animæ defectio facit huiuſmodi
impotentiā. Iam autem facta fuit fantaſia quibuſdam defectum animæ patientibus
fortiter: hoc quidem igitur aliquā habet dubitationem: ſi enim contingat obdormi-
re defectionem animæ patientem: contingit vtiqꝫ ſomnū eſſe & fantaſma. multa
autem ſunt quę dicunt qui animo defecerunt: & qui viſi ſunt mortui eſſe. de quibus
omnibus eandem rationem opinandū eſt. ¶Sed vt diximus non eſt ſomnus impo 16 Modus
tentia omnis ſenſitiui: ſed ex vaporatione circa nutrimentum paſſio: fit hæc. Neceſſe dormiēdi
enim quod euaporatum pulſum quouſqꝫ impelli: deinde conuerti & permutari ſicut
euripū: calidum vero cuiuſqꝫ animaliū ad ſuperiora natum eſt ferri. Cum autem in
ſuperioribus locis fuerit multū ſimul iterum reuertitur: ferturqꝫ deorſum & reuer-
tendo propellit calorem: & ideo maxime fiunt ſomni a nutrimento: nam repente
tunc multa humiditas & corpulentia ſurſum fertur: conſtans quidem grauat & fa-
cit dormire. Cum vero fluxerit deorſum & reuertens repellit calorem: tunc fit ſom
nus & animal dormit. Signum autem horum & ſomnifera. Omnia enim grauedi- Sigt. a probatiua illius modi
nem capitis faciunt: & potus & cibi: vt opium & mandragora: vinum / & lolium &
qui deorſum feruntur / & qui dormitant / hoc videntur pati / & non poſſunt leuare ca
put & palpebras & poſt cibaria maxime talis ſomnus: multa enim quæ a cibis eua
poratio, Amplius aūt ex laboribus quibuſdā. nam labor qdem colliquatiuū. Colli-
quatiuū vero fit quemadmodū nutrimentū indigeſtū: ſi nō frigidū ſit. & ægritudi
nes quędam quemadmodū illud idem faciunt quęcūqꝫ a ſupfluitate calida & humi
da: vt accidit febricitantibꝰ atqꝫ letargicis. ¶Amplius aūt prior ætas: pueri eñ dor- De pueris
miunt vehementer eo ꝙ nutrimentū ſurſum ferť omne. ¶Signū aūt ꝙ magnitudo 17
ſuperiorū membrorū excedit inferiora in prima ętate: eo ꝙ adhuc fiat augmentū. Probatur idem a tribus
Propter hāc vero cām & epileptici fiunt. Simile eñ ſomnus epilepſię: & eſt quodā
modo ſomnus epilepſia. Et ideo accidit multū principiū huius paſſionis dormien
tibꝰ: & dormientes qdem capiunť: vigilantes v̄o nō. cū eñ multus ferať ſpūs ſurſū
deſcendēdo rurſū venas tumefacit qbus coartat porū q̄ reſpiratio fit. Ideo pueris 18
nō conferūt vina neqꝫ nutricibus. differt eñ nihil forſitan ipos bibere vel nutrices: Documentum notabile
ſed oportet bibere aquaticū & modicū: ſpumoſū eñ vinū: hoc aūt magis nigrum

19 Tercia ꝓbatõ de pueris ¶ Ita vero ſuperiora plena ſunt nutrimenta pueris: qd' ſex menſibus neqꝫ vertunt collum: quemadmodũ enim ebrijs ſurſum fertur humiditas multa. Rationabilem autem hanc paſſionem eſſe cauſam: quare quieſcunt in matricibus embria primũ.

20 Sextũ ſignũ principale ¶ Et ideo amatores ſomni qui occultas habent venas/ & nani & magna capita habentes: nam horum venæ anguſtæ vt non facile defluat/ quæ deſcendit humiditas. Nanoſis vero magna capita habentibus ſurſum impetus multus & euaporatio fit. Manifeſtas vero habentes venas non ſomnolenti propter amplitudinem venarum niſi aliquam aliam paſſionem habuerint contrariã.

De melancolicis ¶ Neqꝫ melancolici. infrigidatus enim eſt locus intus: quare non fit ipſis multitudo euaporationis: propterea & edaces dicuntur exiſtentes: quemadmodũ enim nullo fruentia afficiuntur eis corpora: nigra vero colera cum naturaliter ſit frigida. & nutritiuũ locum frigidũ facit: & alias particulas vbicunqꝫ exiſtit poteſtate huiuſmodi ſuperfluitas.

21 Repetitio modi ſomni ¶ Quare manifeſtum ex his quę dicta ſunt: quod ſomnus eſt quidam conuentus caloris intrinſecus: & naturalis reciprocatio propter prædictã cauſam. Ideo motus multus dormientis: cum autem deficit infrigidatur: & propter infrigiditatem concidunt palpebræ: & ſuperiora quidem infrigidantur & exteriora: interiora vero & inferiora calida: velut quę circa pedes & quæ intrinſecus.

22 Dubitatõ ¶ Quanqꝫ vtiqꝫ dubitabit aliquis quia poſt cibũ fortiſſimus fit ſomnus: & eſt ſomniferũ vinum & alia huiuſmodi caliditates habentia. Eſt autem non rationabile ſomnũ quidem eſſe infrigidationem: cauſas aũt dormiendi calidas.

Prima ſolutio Vtrum ergo hoc accidit quia quemadmodũ venter vacuus cum ſit calidus eſt: repletio vero infrigidat propter motũ: ſic & qui in capite pori loca infrigidantur ſurſum lata euaporatione.

Secunda Vel quemadmodũ profuſis calido ſubito tremor fit: & in aſcendente caliditate congeſta caliditas infrigidat: & quod ſcd'm naturã calidum facit langueſcere ac ſecedere.

Tertia Amplius aũt multo incidente nutrimento qd' calor ſubleuat: quemadmodũ ignis impoſitis lignis infrigidatur quouſqꝫ digerat: fit enim ſomnus quemadmodũ dictum eſt: dum corpulentũ ſurſum fertur a caliditate per venas ad caput: cum vero amplius nõ poſſit: ſed in multitudine excedit qd' eleuatum eſt iterum repellitur: & deorſum fluit. ideo cadunt homines ſubtracto calore qui ſurſum ferebat. Solum enim animaliũ rectum & incidens quidem deſipientiam facit: poſtmodũ vero fantaſiã.

Quarta & vera ſolutio ¶ Vel dictæ quidem nunc ſolutiones contingentes quidem ſunt fiat infrigidatio. Quinimo & proprius eſt locus qui circa cerebrum quemadmodũ dictum eſt in alijs. Omniũ vero quæ in corpore frigidiſſimũ cerebrũ: non habentibus vero quæ æquiualens huic pars quemadmodũ igitur humidum quod euaporata ſolis caliditate cum venerit ad ſupremũ locum propter frigiditatem ſuam infrigidatur & congeſtũ deorſum fertur factũ rurſus aqua ſic in eleuatione calidi ad cerebrũ: ſuperflua quædã euaporatio in phlegma redigitur. ideo & catarri videntur ex capite fieri: nutritiua vero & non ægrotatiua deorſum fertur congeſta & refrigerat calidũ: ad infrigidandũ vero & non nõ facile ſuſcipiendũ euaporationem confert: & tenuitas & anguſtia circa cerebrũ venarũ: Infrigidationis quidem igitur hæc eſt cauſa quanqꝫ euaporatio tranſcendat caliditatem:

23 Cauſa expergefactionis expergiſcũtur autem cum digeſtio facta fuerit & obtinuerit quę inpacta fuerit caliditas in anguſto multa ab eo quod circumſtabat & diſcretis fuerit corpulentior ſanguis atqꝫ puriſſimus.

Triplex ſanguis eſt autem tenuiſſimus quidem ſanguis & puriſſimus qui in capite: denſiſſimus & turbidiſſimus qui in inferioribus partibus. Omnis vero ſanguis principiũ

ſicut dictum eſt hic & in alijs eſt cor. Horum autem qui in cordis vtriſq; talamis cōmunis qui medius quorum vterq; ſuſcipit ex vtraq; vena: & ex ea quæ vocatur magna: & quæ ahorte: in medio vero fit diſcretio. ſed diffinire quidem de his aliorum ſermonum eſt conuenientius. quia vero fit maxime ſanguis poſt nutrimenti oblationem indiſcretus ſomnus fit: quoad ſecernatur ſanguis: hoc quidem puriſſimū ſurſum/illud vero turbidiſſimum deorſum. Cum autem hoc acciderit: expergiſcuntur abſoluta ex nutrimenti grauitate. quæ quidem igitur cauſa dormiendi dictum eſt: Epilogus quia a corpulento quod ſurſum fertur per ingenitum calorem ſubito ad primū ſenſitiuum: & quid eſt ſomnus: quoniam primi ſenſitiui comprehenſio vt non poſſit agere ex neceſſitate quidem factum. non enim contingit animal eſſe non accidentibus. quæ ipſum perficiunt propter ſalutem vere eſt: ſaluat enim quies.

Explanatio textus.

Agit hoc libro Ariſtoteles de vigilia, ſomno, inſomnijs, & diuinatione: Capite primo de ſomno.

I. Somnus & vigilia pertinent ad idem ſubiectum. patet quia oppoſita habent fieri circa idem/tam in arte q̄ in natura. Secundo quia eodem indicio deprehendimus aliquid dormire vel vigilare.

II. Somnus & vigilia ſunt paſſiones cōmunes animæ & corpori: ſunt enim paſſiones ſenſus: plantæ igitur non vigilant/quia ſenſum non habent.

III. Nullum animal ſemper dormit aut ſemper vigilat: ſed omne animal aut dormit aut vigilat. probatur quia potentia fatigabilis requirit requiem in exceſſu laboris: & talis eſt potentia animalis.

V. Animal non ſemper dormire. probatur primo quia aliquando ſentit: ſecundo inductiue de greſſibilibus natatilibus.

VI. Plantæ non dormiunt.

Pars ſecunda, de materia & fine ſomni.

VII. In ſomno ſenſus exteriores omnes ligantur: quia ſi non ligarentur vigilaret: probat dein ſenſum communem eſſe.

VIII. Somnus eſt principaliter paſſio tactus. probatur quia ſomnus fit in omnibus animalibus: nō autem omnes ſenſus habent quædā animalia: ideo ſenſus cōmunis maxime iungitur tactui. Secundo, quia ſenſu tactus ſopito, compatiuntur omnes alij ſenſus.

Coroll. IX. Non omnis impotentia ſentiendi, vel nō vſus ſenſus eſt ſomnus. patet in delyris, extaticis &c̄.

X. Finis ſomni eſt ſalus & conſeruatio animaliū: quia natura agit gratia boni: modo quies apta intercedit motui ad ſalutem: hinc ſomnus requies dicitur.

XI. Vigilia eſt finis ſomni. quia ideo quieſcimus, vt deinceps vigilemus: vnde in naturalibus opti-
Coroll. mum eſt finis aliorū: vnde finis non eſt neceſſarius niſi ex ſuppoſitione propter vigiliam.

XII. Principium effectiuum in habentibus ſanguinem eſt cor, in non habentibus eſt aliquid proportionabile cordi: quia cor eſt in medio tanq̄ principium cordis: quare cor eſt principium ſomni aut vigiliæ.

XIII. Cur dormientes gradiantur & faciant ſimilia vigilantibus: ſed poſtea ſoluetur: & experrecti memorantur ſomnij/ſed non operum: de quo in problematibus.

Tertia pars, de cauſa actiua ſomni.

XIIII. Supponit animali eſſe neceſſariū nutrimentum. 2. propinquum nutrimentum eſt ſanguis vel proportionabile ſanguini. 3. venæ ſunt receptacula ſanguinis. 4. principiū venarum eſt cor. 5. nutrimentum in ſtomacho digeritur, & in ſanguinem conuertitur/& per venas a corde mouetur per diuerſas corporis partes. 6. Non omnis impotentia ſentiendi eſt ſomnus.

XV. Somnus ſic fit/quia ex digeſtione nutrimenti fit fumalis euaporatio ad caput: quæ a cerebro infrigidatur: & ſic ingroſſata recidit/& organa ſenſuum oppilat/& quaſi ſtrangulat ſenſuū organa.

XVI. Modus iſte probatur a ſeptem ſignis. 1. q̄a ex multa potatione vel cōmeſtione fit cito magnus ſomnus. 2. quia omnia ſoporifera multum capta, aggrauant caput. 3. quia labores faciunt ſomnū: reſoluunt enim & euaporatiui ſunt. 4. quia ægritudines faciunt multum ſomnum: cum ſit humiditas indigeſta. 5. pueri multū dormiunt quia multo vtuntur alimento. & in his nutrimentum etiam plus aſcendit.

XVII. Hoc probatur tribus. primo quia ſuperiora plus augentur. Secundo quia pueri multotiens ſunt epilentici.

XVIII. Coroll. nec pueris eſt dandum vinū, quia euaporatiuum. nec nutricibus: quia lac fit fumoſum & euaporabile: non enim refert an pueri lac bibant vel nutrices.

XIX. Tertium ſignum de pueris eſt: quia pueri in primis menſibus/non poſſunt vertere collum faciliter ob corpulentiā & plenitudinem nutrimenti.

XX. Sextum ſignum eſt: quia habentes magna capita vt nani, & habentes ſtrictas venas, ſunt amatores ſomni. Septimum eſt quia melancolici & qui patentibus ſunt venis non ſunt ſoporulenti: Vnde melancolici ſunt bene pigri & tardi ob defectum caloris: & ita paruæ euaporationis/ex qua cauſat ſomnus: Sunt tamen edaces/non quia multa dige-

rant:ſed quia multa indigeſta, purum cum impuro cito emittunt per ſeceſſum.

XXI. Repetit modum ſomni.

XXII. Quomodo vapores ſint cauſa ſomni cum ſint calidi:, & ſomnus frigidus: Reſpondet primo ſcd'm alios/quia tunc partes capitis agunt in vapores: & ſic remittitur calor in agendo. Secundo reſpondent quia vapores ſecum trahunt calorem ab organis ad caput. Tertio reſpondent, ſicut ligna ante victoriam ignis debilitant ignem: ita vapores recidentes, repercutiunt calorem ad cor & debilitant. Quarto reſpondent quia vapores infrigidantur a cerebro & ingroſſantur: & ita obſtruunt meatus, ne calor mittatur ad exteriora: & illa eſt ſolutio vera.

XXIII. Expergefactio animalis fit: quando vapores illi ſomnum cauſantes ſunt decocti & conſumpti: & declarat hoc de ſanguine incocto epatis, & ſanguine cocto cordis: nam ſanguine ibi perfecte digeſto, generantur ſpiritus vitales: qui reſolutis vaporibus & apertis meatibus, emittunt ad membra: & faciunt vigiliam.

Annotatio

5. Malacia ſunt animantia quæ molli cruſta integuntur, μαλακὸς mollis dicitur.

2. Entoma lege, non enthonia vt libri maculati habent: ſunt autem entoma, i, inſecta; tomos ſectio, diuiſio.

12. Iterū lege, entomis: & ſequenter textus habet, rotalia puta veſpis, apibus &c̄. quid velit ſibi rotalia, fateor me ignorare: nec interpretes videntur aſſecuti dempto Stapulen. Fabro: nam græce habet Ariſtot. ὁλοπτερῶν. holos totum, & pteron penna quaſi totipennium.

forte totalia legi debet

12. Bombantia appellat quę ſonum pennis faciunt inſectis, vt veſpæ, apes.

16. Pars maris inter Phocidem & Euboiā: ſepties in die toties in nocte refluens: hic Iuſtinus martyr ſcribit oppetiiſſe Ariſtotelem: ꝙ eius naturam inuenire non potuerit. Valla renarrat eum dixiſſe. qa non poſſum capere Euripum: capiat me Eurypus: at in oratione de philoſophis, varias ſententias de morte Ariſtotelis retexuimus.

16. Mandragora, mas eſt candidus, niger fœmina In poculo & olfactu vis eius eſt ſomnifera: & flores parit. Opium ex ſucco papaueris in vmbra ſiccato fit: vim habens ſoporiferam: & ſi copioſius ſumatur per ſomnum quoq; mortiferam.

16. Lethargicus marcor eſt & quaſi ineuitabilis ſomni neceſſitas: & eſt ſpecies phrenetidis: & quia huic infirmo omnium rerum obliuio incidit: ideo lethargus ἀπο τῆσ λήθης. i. obliuione dicit̃: hinc pro furioſo vſurpatur.

17. Epilepſia. i. correptio, app̄henſio: morbus qui mentem apprehendens, corpus pariter corripit: dicitur & morbus caducus, comicialis; & habentes epileptici, non epilentici.

De ſomnio. Cap. II.

Prima p̄s. Intentio

POſt hoc autem quærendum eſt de ſomnio: & primo cui eorum quæ animæ paſſio hoc ineſſe videtur. Et vtrum intellectiuæ particulæ paſſio eſt hæc vel ſenſitiuæ. his enim ſolum eorū quæ in nobis ſunt cognoſcimus aliquid. ¶ Si

1 Cōcluſio. itaq; vſus viſus viſio: & auditus audire omnino ſenſus ſentire: cōmunia autem ſunt viſum velut figura & motus & magnitudo & alia huiuſmodi: aut propria veluti color ſonus ſapor. In potentia autem ſunt omnia claudentia & dormientia videre. Similiter autem & in reliquis manifeſtum: quoniam non ſentimus nihil in ſomnis. Non ergo ſenſu ſomnium ſentimus.

2 Cōcluſio. ¶ At vero neq; opinione: non enim ſolum aduenìens dicimus hominem eſſe vel equum: ſed & album vel pulchrum: quorum opinio ſine ſenſu nihil vtiq; dicet neq; vero neq; falſo: in ſomnis autem accidit animam hoc facere: ſimiliter enim quoniam homo eſt: & quoniam albus eſt: & quod aduenìens videmur videre.

3 Corollr. ¶ Amplius præter ſomnum aliud aliquid intelligimus quemadmodum in vigilando ſentientes aliquid, de eo enim quod ſentimus ſæpe etiam intelligimus aliquid: ſic & in ſomniis præter fantaſmata alia aliquando intel-

Declarat. ligimus. Videbitur autem alicui hoc ſiquis adhibeat mentem & tentet memorare ſurgens. Iam vero quidam viderunt ſomnia huiuſmodi velut qui videntur ſecundū memoratiuum præceptum ponere quæ proponuntur: accidit eñ eis aliud quid præter ſomnium ponere ante oculos in loco fantaſma. quare manifeſtum: quoniam ne-

Probatur q; ſomnium omne quod in ſomniis fantaſma: & quoniam intelligimus quæ opinione opinabamur, palam autem de his vniuerſis intantum, quoniam eodem quo

vigilantes in ægritudinibus decipimur hoc idem in ſomnio facit paſſionem: & ſanis vero & ſcientibus cum pedalis ſol videtur eſſe: ſed ſiue idem ſiue diuerſum fantaſticum animæ & ſenſitiuum: nihilominus non fit abſq; videre & ſentire aliquid præter videre: ſentire enim & præter audire videntis verum aliquid & audientis: nequaq; tñ id quod arbitratur: in ſomno autem poſitum eſt nihil videre: atq; audire neq; omnino ſentire: ergo non videtur verum: nihil autem pati ſenſum non eſt verum: ſed contingit & viſum pati aliquid & alios ſenſus. Singulum autem horum quemadmodum vigilanti adiacet quidem quodammodo: non ſic autem vt vigilanti. & quandoq; idem opinio dicit quoniam falſum: quemadmodũ vigilans: quandoq; vero detinetur: & ſequitur fantaſma. ¶ Quod quidem igitur non eſt opinantis neq; intelligentis paſſio hoc: quod vocamus ſomniare manifeſtum. ſed neq; ſentientis ſimpliciter: videre enim vtiq; & audire ſimpliciter. Sed qualiter oportet & ſcdm quem modum conſiderandum: ponatur ergo quod & manifeſtum eſt quod & ſenſitiui paſſio & ſomnus. Non enim alicui animalium ineſt ſomnus: alij vero alicui ſomniare/ſed eidem. ¶ Quoniam vero de fantaſia in his quæ de anima dictum eſt: & eſt quidem idem ſenſitiuo fantaſticum. eſſe autem ſenſitiuo & fantaſtico alterum. eſt autem fantaſia qui a ſenſu ſcdm actum fit motus: ſomnium vero fantaſma quoddam videtur eſſe: nam quod in ſomno fantaſma ſomnium dicimus: ſiue ſimpliciter ſiue quodãmodo factum. manifeſtum quod ſenſitiui quidem eſt ſomniare: huius autem ſcdm quod fantaſticum. ¶ Quid autem eſt ſomnium: & quomodo fit: ex his quæ circa ſomnium accidunt: maxime vtiq; ſpeculabimur. Senſibilia enim ſecundum ſingulum ſenſitiuum nobis efficiunt ſenſum: & quæ fit ab eis paſſio nõ ſolum ineſt ſenſitiuis: dum ſenſus agunt: ſed & dum abeunt. Simul eñ paſſio in his & in his quæ feruntur videtur eſſe. Etenim in latis eo q mouit non vlterius contingente mouentur. nam quod motum fecit: mouit aerem quendam: & rurſus motus alium: & hoc itaq; modo quouſq; quidem ſtet: facit motum: & in aere & in humidis. Similiter autem oportet opinari hoc & in alteratione. nam quod calefactũ eſt & calido proximum calefacit & hoc diſtribuit vſq; ad principium. quare & in quo eſt ſentire. quoniam eſt alteratio quædam qui ſcd'm actum ſenſus neceſſe eſt hoc accidere. ¶ Ideo paſſio eſt non ſolum ſentientibus in ſenſitiuis: ſed quieſcentibus. Palam autem cum continue ſentiamus aliquid tranſferentibus enim ſcd'm ſenſum ſequitur paſſio: velut de ſole ad tenebras: accidit eñ nihil videre propter adhuc ſubſiſtentem motũ in oculis a lumine. Et ſi ad vnũ colorem multo tpe aſpiciamus aut album aut viridem eiuſdem modi videtur ad quodcunq; viſum permutemus. Et ſi ad ſolem proſpicientes vel aliquod ſplendidum concluſerimus: obſeruantibus quidem videtur ſcd'm directionem qua accidit viſum videre: primum quidem huiuſmodi colorem donec permutatur in puniceum: deinde in purpureum: quouſq; in nigrum veniat colorem: & euaneſcat. Et ab his quæ mouentur aut permutantur velut a fluminibus: maxime autem ab his quę citiſſime fluunt: videntur enim quieſcentia moueri: fiunt autem & a magnis ſonis obſurdeſcentes: fiunt autem & a validis odoribus difficile odorantes ſimilia: hæc itaq; manifeſte accidunt hoc modo.

¶ Quod autem ſenſitiua cito & modicas differentias ſentiunt: ſignum eſt quod in ſpeculis accidit. de quo eodem inſiſtens vtiq; conſiderabit quis & dubitabit. Simul autem ex ipſo manifeſtum: quoniã quemadmodũ viſus patitur: ſic & facit aliquid.

Marginalia: 4 Cõcluſio (beside "Quod quidem igitur…"); 5 Cõcluſio. (beside "Quoniam vero de fantaſia…"); Fantaſia; Secunda pars. 6 Cõcluſio. (beside "Quid autem eſt ſomnium…"); In proiectione; In calefactione; 7 Præambulum (beside "Ideo paſſio…"); Expientia prima; Secunda; Tertia; Quarta; Quinta; 8 Cõcluſio. (beside "Quod autem ſenſitiua…")

Expientia de ſpecuo in ſpeculis enim valde puris cum menſtruis ſuperuenientibus mulieres inſpiciant in ſpeculum: fit ſuperficies ſpeculi ſicut nubes ſanguinea: & ſi quidem nouū ſit ſpeculum: non facile eſt abſtergere huiuſmodi maculam: ſi vero vetus facile. Cauſa vero vt diximus: quoniam non ſolum viſus patitur aliquid in aere: ſed & facit aliquid & mouet: quemadmodū ſplendida: nam viſus ſplendidorū & habentiū colorem.

Ratio cõcluſionis

9 Ratio experientię. ¶ Oculi quidem igitur rationabiliter cum fuerint menſtrua afficiuntur: ſicut & alia pars quælibet corporis: etenim natura exiſtunt pleni venarum: ideo enim fiunt menſtrua propter turbationem & flegmaſiam ſanguineam: nobis quidem quæ in oculis differentia incerta eſt: ineſt autem. Nam eadem natura ſeminis & menſtruorū: aer quoq; mouetur ab ipſis: & eum qui in ſpeculis eſt aerem continuū exiſtentem qualem quendā facit: & talem velut ipſe patitur: hic vero ſpeculi ſuperficiem. quemadmodum enim veſtium quę maxime mundę ſunt: citiſſime inquinantur. Nam purū diligenter monſtrat quicquid exceperit/& pręſertim minimos motus: æs vero eo q̃ planum ſit qualemcunq; tactum maxime ſentit. Oportet vero intelligere tanq̃ attractionem eſſe aeris tactum: & tanq̃ exterſionem & ablutionem: propter munditiam vero manifeſta fit qualiſcunq; ſit.

a ſimili

Noua rõ. ¶ Nõ exeundi vero celeriter ex nouis ſpeculis cauſa eſt: quod ſit planum: ſerpit enim per huiuſmodi in profundum. & omnino magis in talibus. Nam eo quidem quod purum eſt in profundū: eo autem quod planum omnino. in veteribus vero non immanet: quoniam non ſimiliter ſubit macula ſed ſuperficietenus magis. quoniam quidem igitur & a paruis differentijs fit motus: & quoniam celeres ſunt ſenſus: & quod non ſolum patitur: ſed contra facit colorum ſenſitiuū manifeſtum ex his.

Probat a ſimili Atteſtatur autem his quæ dicta ſunt: & quę circa vina: & quę circa pigmenta eueniunt: nanq; quod proparatū eſt oleum: cito accipit proximorū odores: & vina hoc ipſum patiuntur. non ſolum enim eorum quę inmituntur vel cõmiſcentur: ſed eorum quę prope vaſa ponuntur vel naſcuntur: recipiunt odores.

10 Cõcluſio. ¶ Ad eam vero quę ex principio eſt conſiderationem ponatur: vnū quidem quod ex his quę dicta ſunt patet quod recedente ſenſibili extrinſecus immanent ſimulachra quę ſenſibilia ſunt. Adhuc autem quod facile decipimur circa ſenſus: cum in paſſionibus exiſtimus. alij autem in alijs veluti trepidus & in timore & qui amat in amore: ita vt videatur a modica ſimilitudine: is quidem hoſtes videre: ille vero dilectum. & hoc vtiq; quanto poſſibilior quis fuerit/tanto a minori ſimilitudine videtur. eodem vero modo & in ira & in omnibus concupiſcentijs facile decipiuntur omnes: & magis quantocunq; in paſſionibus magis fuerit. Ideo & febricitantibus interdum animalia videntur in parietibus a modica ſimilitudine linearū compoſitarū.

11 Additio ad priora ¶ Et hi quidem aliquando decertant in paſſionibus: ſic vt ſi vehementer non laborant: non lateat quoniam falſum. quod ſi maior ſit paſſio: & mouet ad ipſa. Cauſa vero vt hæc accidant hæc eſt: quia non ſcd'm eandem potentiam iudicat quod principale eſt: & quo fantaſmata fiunt: huius vero ſignum eſt: quoniā videtur ſol pedalis. contradicit autem aliud aliquid ſæpe ad fantaſiā & permutationem digitorum vnum, duo videtur: attamen non dicimus quoniam duo. dignior enim tactu viſus. Si vero eſſet tactus ſolus: iudicaremus vnum duo:

Rõ deceptionis mentiendi autem cauſa quoniam non ſolum cum ſenſibile mouet: apparent quęlibet. ſed etiam cum ſenſus ipſe moueatur: ſi eodem modo: quemadmodū & a ſenſibili: dico autem velut terra videtur nauigantibus moueri: dum mouetur viſus ab alio. ¶ Ex his itaq; manifeſtū

quoq; non ſolum in vigilando motus a ſimulachris fiunt:& quæ extrinſecus & quę in corpore ſunt.ſed etiã quando fit paſſio hæc quæ vocatur ſomnus: & magis tunc apparent:ſub die enim repelluntur:dum operantur ſenſus & intelligentia,exterminantur:quemadmodũ iuxta magnũ ignem minor & triſticię & oblationes paruæ, ſecus magnas:dum vero quieſcũt/ſupernatant/& parua ſimulachra.Nocte vero propter vacationem particularũ ſenſuum & impotentiam agendi:eo q ab exterioribus ad id quod intrinſecus eſt/fiat caloris reflectio:ad principium ſenſus referuntur: & fiunt manifeſta ſedata turbatione. ¶Oportet autem opinari tanq; modicas vertigines:quæ in fluminibus referuntur ſic motum vnicuiq; fieri continue : ſæpe quidem ſimiles.ſæpe vero diſſolutas in alias figuras propter repulſionem:ideo & poſt nutrimentum & omnino teneris exiſtentibus veluti pueris non fiunt ſomnia:multis eñ motus eſt propter eam quę ex nutrimento eſt caliditatem:& quemadmodũ in humido:ſi quis vehementer moueat:quandoq; nullum appareat idolum:quandoq; vero apparet quidem diſtortum:aut omnino vt appareat alteriuſmodi q̃ ſit:quod ſi quieſcat/pura & manifeſta idola : ſic& dormiendo fantaſma & reliqui motus qui proueniunt a ſimulacris:interdum quidem cum vehementior ſit qui dictus eſt motus:exterminatur omnino : interdum vero conturbatę apparent viſiones & monſtruoſę & deteriora ſomnia:velut melancolicis & febricitãtibus & vinolentis.Omnes enim huiuſmodi paſſiones cum ſpumoſæ ſint:multũ faciunt motum & turbationem.Sedato autem & diſcreto ſanguine in habentibus ſanguinem conſeruatur ſimulacrorum motus ab vnoquoq; ſenſuum/valida facit ſomnia:& apparere & videre. ¶Propterea quidem quæ a viſu deferuntur videre.propterea vero quæ ab auditu audire.Similiter autem ab alijs ſenſitiuis : ex eo enim quod inde progreditur motus ad principium putatur videre & audire & ſentire.Quia autem viſus interdũ moueri videtur:quia non mouetur vt dicimus: & quia tactus duos motus annunciat:eo q vnum duo videatur.Omnino enim quod ab vnoquoq; ſenſu dicit principium:niſi alius dignior contradicat.apparet quidem igitur ſemper . putatur autem non ſemper quod apparet.ſi quod diiudicat nõ detineatur:vel etiam moueatur proprio motu. ¶Quemadmodũ vero diximus: quod aliqui propter aliam paſſionem facile decipiuntur:ita dormientes propter ſomniũ:& quia mouent ſenſitiua & alia accidentia circa ſenſum.quare modicam habens ſimilitudinem videtur illud.Cum enim dormiuerint deſcendente plurimo ſanguine ad principium tum deſcendunt: & mouent qui inſunt motus:hi quidem poteſtate:alij vero actu.Sic aũt ſe habent: vt in motu:hi quidem ſupernatãt ex ipſo motu.Si vero hic corrumpitur & hic:adinuicem itaq; ſe habent quemadmodũ facti ramuli aſcendentes in aqua liquefacto ſale:ita inſunt poteſtate.cedente vero quod ꝓhibebat agũt & ſolutę in exiguo reliquo ſanguine ſenſitiuis mouentibus habentes ſimilitudines.quemadmodũ in nubibus quæ ſimiles dicuntur hominibus & centauris cito permutata. Horum autem vnum quodq; eſt:ſicut dictum eſt reliquiæ eius quod in actu ſimulachri. & abeunte vero eſt verum dicere:quoniam hoc quale coriſcus:ſed non eſt coriſcus.Cum autem ſentiebat non dicebat coriſcum quod proprium : quod & dijudicabat. Sed per hoc illum coriſcum verum.quod itaq; ſentiendo dicit eſſe hoc : ſi non omnino detineat̃ a ſanguine:quemadmodũ ſentiens hoc mouetur a motibus qui ſunt in ſenſitiuis:& videtur quidem ſimile ipſum eſſe quod verum eſt:& tanta ſomni potentia quod ſa

Marginal notes: Tertia pars 11 — Modus q̃ fit ſomniũ — 12 Varietas ſomniorũ — 14 Solutio dubij — 15 Deceptio in ſomnis.

a ſimili cit hoc latere.quemadmodū igitur ſi quæ lateat ſuppoſitus digitus oculo non ſolū
apparebit quidem:nō putabitur autem.Sic & in ſomnijs:ſi ſentiat quidem quoniā
dormit & paſſionem in qua eſt ſenſus dormitionis/apparet quidem : dicit autem
quoniam videtur quidem in ipſo vt coriſcus:non eſt autem coriſcus.ſæpe enim dor
miendo dicit aliquid in anima:quoniam ſomnium eſt quod apparet.Si vero lateat
quoniam dormit:nihil contradicit fantaſiæ.quoniam autem vera diximus : & quot
Vigilans ſunt motus fantaſtici in ſenſitiuis manifeſtum : ſi quis attendens tenet memorare
memor quæ patimur:dormientes quidem & expergefacti.interdū enim quę apparent ido-
ſomnij la dormienti aſpiciet expergefactus eſſe motus in ſenſitiuis . quibuſdam enim iu-
niorum & omnino perſpicientibus & ſi ſint tenebræ idola apparent plura quę mo-
16 Diffinitio uentur:ita vt velentur frequenter timentes.¶ Ex his itaq; vniuerſis oportet ſillogi-
ſomnij ſare quod eſt ſomnium fantaſma quidem aliquod & in ſomno.Nam quę modo di
cta ſunt idola non ſunt ſomnia.Neq; ſiquid aliud ſenſibus ſolutis videtur.neq; qđ
Non oīs in ſomno fantaſma omne.Nam primū quidem aliquibus accidit & ſentire aliquo
apparitio modo & ſonos & lumen & ſaporem & tactum languide quidem & veluti de lon
in ſomno eſt ſomniū ge:iam enim in dormiendo reſpicientes & mox excitati : quod debiliter videbant
lumen lucernę dormientes vt arbitrabantur expergefacti ſtatim cognouerunt/qđ
Interroga lucernę erant:& gallorū & canum debiliter audientes vocem expergefacti cogno-
ti in ſom- uerunt manifeſte.quidam vero reſpondent interrogati.contingit enim & vigilare
no & dormire ſimpliciter altero exiſtente & alterum aliquo modo ineſſe:quorum nul
lum ſomnium dicendum.ſed neq; quæcunq; in ſomno quidem fiunt veræ intelli-
gentiæ præter fantaſmata.ſed fantaſma quod eſt a motu ſimulacrorum cum in dor-
miendo fit:& in eo quod dormit:hoc eſt ſomnium.¶ Iam vero quibuſdam accidit:
17 Aliqui nul vt nullum ſomnium viderint in vita.rarum quidem huiuſmodi eſt : accidit tamen :
la habent & his quidem perſeuerant.quibuſdam vero & multum prouectis ætate accidit: cū
ſomnia primum nullum ſomnium viderint . Cauſam autem quare non fiat ſimile aliquid
oportet arbitrari:quoniam neq; qui poſt cibum dormitauerunt:neq; pueris fit ſom
nium.quibuſcunq; enim hoc modo conſiſtit natura:& ita vt multa aſcendat euapo-
ratio in ſuperiorem locum vel iterum deorſum lata,facit multitudinem motus/con
uenienter iſtis nullum apparet fantaſma:prodeunte vero ætate nihil inconueniens
eſt apparere ſomnia:permutationes enim aliqua facta vel ſcđ'm ætatem vſq; paſſio
nem neceſſarium accidere contrarietatem hanc.

Explanatio tex.

Hoc ſecundo capite agit de inſomnijs

Pars prima,cuius partis animę ſint.

I.Somnium non eſt paſſio ſenſus exterioris: patet quia in ſomno ſenſus iſti nihil percipiunt,nihil apprehendunt.

II.Somnium non eſt in parte intellectiua ſicut opinio.probatur primo quia ſomnium habemus non ſolum de homine/ſed etiam ꝙ ſit albus pulcher &c̄ quę ex ſenſu,nō opinione proficiſcuntur . Secundo quia ſomniamus nos videre,ſimiliter bruta ſomniant/quæ non intelligunt.

Corolř. III.Non omnis apparitio in ſomno eſt inſomniū: patet quis ſyllogiſat in ſomno : ſyllogiſmus pertinet ad intellectum.Secundo probatur de iudicantibus inſomnium eſſe falſum: quia ſicut vigilantes decipiuntur phantaſmatibus,ita & dormientes:& corrigunt vigilantes per iudicium intellectus : ita & dormientes aliquando: & hoc iudiciū eſt ipſius intellectus.

IIII.Inſomnium eſt paſſio primi ſenſitiui:patet q̄a non ſenſus exterioris nec intellectus:ergo ſenſus interioris.

V.Inſomnium eſt paſſio phantaſiæ: non enim mouetur a ſpeciebus ab extra:quare a ſpeciebus reſeruatis mouetur.

Scđa pars,de p̄ambulis ſomnij.

VI.Inſomnia fiunt ſcđm quodlibet genus ſenſibilium.quia ſic projciens primo mouet propinquum & calefactiuū prius calefacit ꝓpinquū/ꝗ̄ remotū/

VII.Species impreſſa manet tam in ſenſu interiori ꝙ exteriori abſente obiecto.probat quinqꝫ argumentis. 1.patet ex loco lucido venimus ad locum obſcurum quaſi nihil videmus. 2.ſi intenſe albū vel rubeum inſpexerimus. 3.ſi ad ſolem reſpiciamus vel aliud lucidum/videndo dein aliquod nigrum. 4 Inſpiciendo aliquid velociter motū vt rotam. 5.Excellens ſonus ſurdaſtros facit vt molitores.

VIII.Senſus cito percipit parua ſenſibilia: & non modo aliquid intus operatur/ſed etiam extra aliquid agit.patet quia menſtruoſa inficit ſpeculum: ſic oculus quia lenis eſt agit in aerem propinquū/vt videatur lucere.

IX.Cauſa huius infectionis eſt/quia oculi ſunt rari & poroſi: & ita in muliere menſtrua aſcendunt fumi & vapores a ſanguine corrupto: & ſic multiplicant ſe ab oculo ad aerem vſqꝫ ad ſpeculū.Cito apparet in mundo ſpeculo/ſicut macula in candida veſte: & ꝙ difficulter deponitur in ſpeculo nouo:eſt quia non aſſit alia qualitas.Illa fortiter imprimitur & incorporatur. probat a ſimili ab oleo vino/quæ faciliter alterantur per iuxta poſitionem alterius ſaporis corrupti.

X.Exiſtentes in aliqua perturbatione facile decipiuntur in ſenſu.vt timidi,amatores,irati,infirmi, febricitantes:Et fit deceptio maior ſcd'm quod apparentia eſt maior.

XI.Frequenter eſt falſum quod nobis apparet ex phantaſmatibus:quia ſpecies reſeruatę manent: & per illas iudicat ſenſus abſentia ſicut præſentia.

Pars tertia,de modo ſomniandi.

XII.Modus ſomnij eſt iſte.quia in ſomno fiunt apparitiones ſpecierum ſicut in vigilia. Non enim ſolum mouent ſpecies in vigilia/ſed etiam in ſomno: Immo hoc plus poſſunt facere debiles ſpecies in ſomno ꝙ vigilia:quia minus impediuntur a fortibus motibus vigilantium exterioribus.

XIII.Aliquando ſunt ſomnia clara,aliquando diſtorta,aliquando nulla: patet ſtatim cibo ſumpto, aut infantes non habent ſomnia: quia eſt nimia in eis commutatio,nimius motus,nimia euaporatio: ideo non reddunt ſpecies/ſed impediuntur: ſicut aqua mota non reddit effigiem.

XIIII.Sępe apparet nobis in ſomno,ꝙ videamus, guſtemus: Reſpondet quia ſpecies rei viſæ remanſit vel guſtatę:Vnde niſi eſſet virtus ſuperior, per inſomnia ſemper deciperemur.

XV.Sicut contingit nos falli in vigilia a fortiori in ſomno fallimur: declarat hoc ſicut in textu: & dein ſicut in vigilia ponens digitum in oculo,iudicat vnum duo: ſic & in ſomno contingit nos falli.

XVI.Inſomnium eſt phantaſma in ſomno factū: Non tñ omnis apparitio in ſomno eſt ſomniū: ſicut debiliter dormiens audit iuxta ſe loquentes.

XVII.Aliqui per totam vitam nulla habent ſomnia.

Quæſtio.

An ſomnus & ſomnium ſint paſſiones ſenſus communis?

Art.I.

Nota.I. Somnum eſſe ligationem ſenſuum exteriorum ex euaporatione alimenti ad cerebrū proueniens:quia impotentia ſentiendi quę prouenit ex infirmitate ſtrangulatione,grauiſſimo morbo,nō eſt ſomnus.¶ Modus quo fit ſomnus declarat̄ per Ariſto.in textu:nam dum nutrimentum decoquit̄ & digeritur:reſoluitur ab eo multus vapor:qui ob caliditatem mouetur ſurſum ad caput: vbi infrigidatur & ingroſſatur a frigiditate cerebri: & ſic ſua grauitate mouetur deorſum, obſtruens vias & meatus ſpirituum vitalium:ne emittantur ad membra exteriora:ideo vniti ad intra fortificantur in membris digeſtiuis: vt fiat digeſtio: & hinc dixit Ariſtot.ſomnum eſſe conuentum calorum & reciprocationem ejus ad cor.

Nota.II.Ex hoc liquere, cuius potentiæ ſit paſſio ſomnus: quia eſt omnium ſenſuum exteriorum in communi:qui ligantur: & eſt primo ſenſus cōmunis:quia ille non recipit ſenſationes in ſomno a ſuis ſenſibus exterioribus. ¶ Vnde varij varie diffiniunt ſomnum. Somnum eſt vinculum primi ſenſitiui.Vel eſt ligamentum virium ſenſitiuarū cum confortatione naturalium: Sic vigilia(quę ei opponit̄ priuatiue)eſt ſolutio virium ſenſitiuarum cum debilitatione naturaliū.¶ Vnde cauſa efficiens ſomni eſt calor cordis euaporans & frigiditas cerebri ingroſſans:cauſa materialis eſt vapor reſolutus a cibo, reuerberatus a frigiditate cerebri: Formalis cauſa eſt meatuum & viarum ſenſitiuarum obſtructio & oppilatio:Cauſa autem finalis eſt confortatio virium naturalium & reſtauratio, ac in ſumma ſalus animalis. iuxta illud Ouidij.xi.metamorph.

Somne quies rerum placidiſſime ſomne deorum
Pax animi quem cura fugit: qui feſſa diurnis
Membra miniſterijs mulces,reparasqꝫ labori.

Et Seneca in Hercule.

Tuqꝫ o domitor
Somne malorum:requies animi
Pars humanæ melior vitæ

Contra ait Ouid.

Stulte quid eſt ſomnus/gelidę niſi mortis imago.

Nota.III. Duplicem eſſe ſomnum: perfectus eſt quando ſenſus omnes ſunt ligati vt nulla pateat via ſpiritibus:Imperfectus eſt quando non omnes meatus ſunt totaliter obſtructi: ſicut dormiens inter confabulationes aliorum.¶ Somnus item alius eſt naturalis eſt qui fit propter reditum ſpiritus vitalis ad interiora/ vt digeratur cibus: Innaturalis eſt qui cauſatur ex euaporatione alicuius materiæ peccantis:ſicut contingit in infectis peſtilentia:vnde poteſt eſſe ſomnus mixtus/quando fit reſolutio partim ex cibo digerendo, partim ex materia peccante.

¶ Ex hoc liquet vnde fiat expergefactio: quia naturalis fit quando digeſtio alimenti eſt abſoluta: ſic ꝙ vapores eleuati & a cerebro ingroſſati non ſufficiunt obſtruere meatus ſpirituū: nam ſicut radij ſolares ad reſolutionem nubis iterum ſe oſtendunt ita & ſpiritus vitales ad reſolutionem vaporū: & facta ſeparatione ſanguinis puri ab impuro: iterum emicant: Expergefactio autem quę fit præter hunc modum eſt innaturalis vel violenta: vnde vigilia eſt poſitiuū: ſomnus priuatiuū: expergefactio ſiue experrectio eſt regreſſus a priuatione in habitū.

Nota. IIII. Somnium eſt phantaſma factum in actu: Nam quando dormienti fiunt apparitiones ſenſitiuę interiores, ex ſpeciebus derelictis a ſenſatis, motis cum ſanguine & calore ad fantaſiam: quę ſic actuata componit vnam ſpeciem cum alia: vel compoſitas diuidit: & illa apparitio ſenſitiua interior, dicitur tunc ſomnium. ¶ Sequitur cuius potentiæ ſit ſomnium: quia eſt ipſius potentię phantaſię: & ſic intelligendus eſt Ariſto. ꝙ ſomnium ſit paſſio ſenſitiui primi ſcd'm quod fantaſtici. ¶ Vnde ſi ſunt meatus obſtructi perfecte inter cerebrū & cor: tunc non fit ſomnium: quia ſpecies nō poſſunt moueri per illos meatus: Si autem nō ſint perfecte clauſi: tunc ſi ſit perturbatio vehemens & motio vt in pueris, non fit ſomnium: ſicut nec relucet facies in aqua mota: Si aūt fuerit ſedata perturbatio: ſcd'm hoc fiunt ſomnia magis tranquilla vel minus.

Articulus. II.

Concluſio. Somnus eſt paſſio primi ſenſitiui, & inſomnium eſt paſſio phantaſiæ: liquet ex art. 1 & Ariſtot. in tex.

Articulus. III.

Problematum & dubiorum.

I. Cur dormientes claudant oculos? Reſpondetur quia palpebrę a vapore frigefacto & deſcendente a cerebro frigefiunt & etiam alia ſuperiora: ideo grauiores redditę clauduntur: Volentes etiam dormire, ſtudioſe illas claudimus: ne ſpecies rerum occurſantium impediant clauſuram meatuum.

II. Cur dormientes pluribus egent integumentis? Reſpondetur, quia calor redit ad interiora repercuſſus a vaporibus frigidis: ideo interna plus calent: exteriora frigent.

III. Cur pōſt ſomnum, homines plus habent de phlegmate / ꝙ̄ dormituri? Reſpondetur, quia aliquis vapor groſſus a cerebro infrigidatus incrudeſcit & fit phlegma: eijciuntur dein in vigilia. Ieiunes, vigiles, ſitias vt reumata cures.

IIII. Cur dicitur, qui bene bibit, bene dormit? Reſpondetur, quia vinum eſt fumoſum & euaporatiuum: ideo cito & fortiter oppilant meatus ſenſuū: hinc. Somni poſt vina petuntur: Et ita eſt de omnibus ſoporiferis, opio, mandragora.

V. Cur pueri ſunt ſomniculoſi? Reſpondetur, quia multum euaporationis mittunt ad ſuperiora: ob id habent capita magna.

VI. Cur nani & magna habentes capita & anguſtas venas ſunt ſomnolenti? Reſpondetur, quia anguſtæ venæ facilius & fortius replentur a vaporibus: ideo longius dormiunt: & magna habentes capita recipiunt plures vapores: qui fortiter infrigidantur a cerebro: ideo dein bene oppilant meatus ſpirituū: eadem ratio eſt de nanis communiter magna capita habentibus.

VII. Cur aliqui expergefiunt ante completam digeſtionem? Reſpondetur, multiplex poteſt eſſe cauſa: Vna conſuetudo: aliqui enim habituantur vt certa hora ſurgant, aut certa hora noctis euigilent. Secundo, ob frigidam complexionem, ſicut ſenes & melancholici: quia calor non reſoluit vapores oppilantes meatus. Tertio, ex ægritudine ex frigido & ſicco nata, vel propter acerbitatem dolorum. Quarto, propter nutrimentum: quia multū ieiunantes, non diu dormiunt. Quinto, propter vehementiam ſenſibilis exterioris, vt non aſſueti molendinæ, campanarum. Sexto, per punctionem: quia tunc natura ſuccurrendo emittit ſpiritus. Septimo, propter vehementem occupationem animi vt cogitabundi, timidi, iracundi, immodici læti: Cor enim impetuoſe mouetur ex illis affectibus: vel non ſinit hunc dormire / vel dormientem expergefacit: Nam nimia ſollicitudo, nimius timor impedit digeſtionem, & ſic euaporationem: & ſic ſomnum.

VIII. Quomodo aliqui dormientes nocte ſurgūt & ambulant? Reſpondetur, quia ſenſus communis phantaſia & imaginatiua, non ligantur in ſomno: & in aliquibus multum leniter ligantur ſenſus exteriores: ideo eis etiam vti poſſunt, & opera per eos exercere: maxime quod virtutes interiores fortius mouentur quandoꝗ a ſpeciebus reſeruatis in ſomno / ꝙ̄ in vigilia: Et ergo imaginatiua poteſt tam fortiter moueri: vt ipſa deinceps moueat membra ad officia ſua, & totum corpus ad gradiendū: Magna enim eſt vis imaginationis: quæ etiam corpora alterat. ¶ Tamen notabile eſt ꝙ in malleo maleficorum dicitur, aliquando hoc prouenire ex dæmone hominibus non recte baptiſatis: quia vocati proprio nomine excitantur: & aliqui rebaptiſati ſub conditione / amplius non ſurgebant in ſomno.

IX. Cur volentes furari: hoc faciunt poſt initium noctis? Reſpondetur, quia tunc ex nutrimento euaporantur groſſiores fumi & plures: fortius obſtruentes meatus ſpirituum: ideo homines tunc fortius dormiunt: ideo fures minus percipiuntur ambulare vel ſe mouere / ꝙ̄ poſt medium noctis: vbi homines propter ſubtiles vapores habent gracilem ſomnum.

Problema. X. Cur homines in principio dormitionis nocturnę parū vel nihil ſomniant? Reſpondetur, quia tunc ſunt multi & groſſi vapores, occludentes vias, non ſolum ſpiritibus, ſed etiam ſpeciebus: Et eadem ratio eſt cur in aurora fiunt ſomnia magis ordinata, ꝗ̄ alio tempore noctis: quia tunc eſt finis digeſtionis & ſunt ſubtiles & tenues vapores: ita ꝙ ſpecies ordinate poſſunt multiplicari ad phantaſiam.

Proble. XI. Vnde eſt ꝙ colericis frequenter fiunt ſomnia/quomodo volent? Reſpondetur, quia in eis eſt vehemens calor mouens & humores & ſpecies in ipſis delatas: ideo motus ille caloris, mouet ſpecies phantaſiæ de volatu: quare multa ſomnia originantur a corpore.

Probl. XII. Cur aliquando nō recordamur ſomniorum? Reſpondetur, quia aliquando meatus ſpecierum inter memoriam & phantaſiam eſt clauſus: aliquando ſpecies nimis debiles fuerunt mouendo non ſufficientes ad memorandum.

De diuinatione. Cap. III.

DE diuinatione vero quæ in ſomnis fit: & dicitur accidere a ſomnis neqꝫ con Cōclusio. 1
temnere idoneum neqꝫ ſuaderi. nam quod omnes quidem/vt plures exiſti- Ratio pro
mant habere aliquā ſignificationem ſomnia: præſtet fidem tanqꝫ ab experi-
entia dictum: & quod de quibuſdam fit diuinatio in ſomnis: non eſt incredibile: ha
bet enim aliquam rationem: ideo & de alijs ſomnis ſimiliter vtiqꝫ quis arbitratur. Rō cōtra
nullam vero rationabilem cauſam videre ſc'ďm quam vtiqꝫ fiat hoc decredere facit.
nam deum quidem eſſe immitentem cum aliqua irrationabilitate & non optimis
& prudentiſſimis ſed quibuſlibet immittere inconueniens: ablata vero quæ a deo
cauſa: nulla aliarū conueniens eſſe videtur cauſa. de his quę ſecus herculeas colum-
nas & quę in boriſtene præuidere aliqua ſuper naturam videtur eſſe prudentiā inue
nire originem horum. ¶ Neceſſe igitur ſomnia vel cauſas eſſe vel ſigna eorū quæ 2
fiunt: aut accidentia vel omnia vel aliqua eorum vel vnum ſolum. dico autem cau- Diuiſo
ſam quidem vt lunam defectus ſolis vel laborem febris. Signum vero defectus ſtel exempla
lam ſubintrare/aſperitatem vero linguę febriendi: accidens vero aliquo ambulante
deficere ſolem. neqꝫ enim ſignū deficiendi hoc eſt: neqꝫ cauſa neqꝫ defectus ambu 3
landi: ideo accidentiū nullum neqꝫ ſemper fit neqꝫ vt multū. ¶ Sunt ergo ſomniorū Diuiſio
hic quidem cauſæ & ſigna velut eorum quæ circa corpus accidunt. dicunt quidem
& medicorum groſſi: quoniam oportet valde intendere ſomnijs: conueniens aūt
ſic exiſtimare: & artificibus autem conſiderantibus aliquid & philoſophantibus.
nam qui in die motus niſi magni valde fuerint: & fortes latent ſecus maiores qui in
vigilando ſunt motus: in dormiendo autem contrariū: etenim parui magni videnť
eſſe. manifeſtum autem ex his quę in ſomnijs accidunt: frequenter arbitramur enim
fulgura cadere ac tonitrua fieri: paruis ſonis in auribus factis & melle & dulcibus
ſaporibus perfrui tenui phlegmate defluente & ambulare per ignem: & calefieri ve
hementer paruo calore circa quaſdam partes facto: expergefactis aūt manifeſta hoc
modo ſe habentia. quare qm̄ parua omniū principia manifeſtū: qm̄ & ægritudinū
& aliarū paſſionū quę in corporibus dicunť fieri. manifeſtū ergo qm̄ neceſſariū hęc
in ſomnijs eſſe patentia magis ꝗ̄ in vigilando. ¶ Aut vero quædā quidem quæ in 4
ſomnijs fantaſmata cauſas eſſe ꝓpriorū cuiuſqꝫ actuū non eſt irrationabile: quemad Somnia
modū eīm debentes agere & in actibus exiſtentes aut olim agentes ſæpe recta his cauſæ
ſomnia intuemur & agimus. Cauſa aūt qm̄ ꝑparatus exiſtit motus a diurnis incho
ationibus: ſic rurſus neceſſe eſt eo qui in ſomno ſunt motus frequenter principiū eē
diurnorum actuum: eo quod præparata ſit rurſus & horum intelligentia in phantaſ
matibus nocturnis: ſic ergo contingit ſomniorū quædā ſigna & cauſas eſſe. ¶ Plu 5
rima vero accidentibus aſſimilanť maxime vt tranſcendentia oīa: & quorū non eſt Extrantia omnia

origo in nobis.Sed de nauali bello & de his quæ procul accidunt ſunt. de his enim
modo eodem ſe habere veriſimile eſt velut quando memoranti de aliquo contin-
git hoc factum eſſe. quid enim prohibet & in ſomnis ita: magis autem veriſimile
multa huiuſmodi accidere.quemadmodum igitur neq; meminiſſe de aliquo.neq;
ſignum neq; cauſa accidendi ipſum.ſic nec ibi poſt euentum ſomnij videnti neq; ſi-
ςυμπτωμα gnum neq; cauſa:ſed hęc ſymptoma:ideo multa ſomniorum non eueniunt. Sym-
i. accidens ptomata enim neq; ſemper neq; vt frequenter fiunt. ¶Omnino autem quoniã &
caſus aliorum animalium ſomniant quædam adeo vtiq; miſſa non erunt ſomnia:neq; fa-
6 Cõcluſio. cta ſunt huius gratia.daimonia tamen:natura enim daimonia non diuina.ſignũ au-
tem valde enim ſtulti homines præuidentes ſunt & recte ſomniantes tanq; deo nõ
7 innitente.¶Sed quorumcunq; quaſi loquax natura eſt & melancholica: multimodas
Somnia a natura viſiones videns:eo enim quod ſcd'm plura & multipharia moueantur cum theore-
matibus fortunati exiſtentes in his ſicut quidã rapiunt contendentes.nam quemad
modum & dicitur ſi multa iacias:alias diſpariter iacis:& in his hoc accidit. ¶Quo-
8 niam autem non eueniunt multa ſomniorũ/non eſt inconueniens: neq; enim eorũ
Cõcluſio. quæ in corporibus ſunt ſignorũ & cœleſtiũ veluti aquarũ & ventorũ: ſi enim alius
vehementior iſto accidit motus a quo futuro nõ ſit ſignum/& multa conſulta bene/
quæ fieri expediebat:diſſoluta ſunt propter alias digniores inchoationes.Omnino
enim non omne fit quod futurũ erat:neq; idem quod erat:& quod futurũ erat:neq;
idem erat & quod futurũ:veruntamen quidem principia dicendum eſſe a quibus
9 Cõcluſio. non perfecta ſunt ſigna:& ſigna nata ſunt hæc/aliquorũ quæ non fiunt ¶De his ve-
ro ſomnijs quæ non huiuſmodi habent origines,ſed dilationes vel temporibus vel
locis vel magnitudinibus vel horum quidem nihil:nõ tamen habentibus in ſeipſis
principia/qui vident ſomnia:niſi præuiſum fiat ab accidente: tale vtiq; erit magis:
quoniam vt dicit Democritus idola & defluxiones cauſans:quemadmodũ enim cũ
quis moueat aquam vel aerem:hoc aliud mouit & quieſcente illo accidit huiuſmo-
di motum prodire vſq; ad aliquid:illo quod mouit non pręſente ſic nihil prohibet
motum aliquem & ſenſum pertingere ad animas ſomniantes:a quibus ille idola fa
cit & defluxiones:& quaſcunq; contingit pertingentes magis ſenſibiles eſſe nocte:
eo quod quæ in die deferuntur diſſoluuntur magis:plus enim ſine turbatione aer
noctis eo ꝙ ſilentiores ſint noctes in corpore facere ſenſum propter ſomnum: ideo
& paruos motus intrinſecus ſentire dormientes magis q̃ vigilantes:hi vero motus
fantaſmata faciunt ex quibus præuident futura de huiuſmodi.Et ideo accidit paſſio
10 hæc quibuſlibet & non prudentiſſimis: in die enim vtiq; fierent & ſapientibus.ſi
Stulti deus eſſet mittens.ſic autem veriſimile quoſlibet pręuidere.nam intelligentia ho-
rum non eſt curis affecta:ſed tanq; deſerta & vacua ab omnibus & mota ſcd'm mo
uens ducitur.& quod quidem extatici præuident cauſa eſt: quoniam proprij mo-
Extatici tus non infeſtant.ſed longe proijciuntur. extraneos ergo maxime ſentiunt. quoſdã
Amici autem recte ſomniantes eſſe notos:de notis maxime præuidere accidit. eo ꝙ qui-
dem noti maxime pro ſe inuicem ſolliciti ſunt:quemadmodũ procul entes maxime
cognoſcunt & ſentiunt:ſic & motus.Notiorũ enim notiores ſunt motus.¶Melan
11 colici autem propter vehementiam quemadmodũ iacentes longe bene coniectant:
Melancolici & propter permutationem cito habitum imaginantur ipſi: quemadmodũ philegi-
dis poeta/& qui furioſi ſunt habita ſimilia dicunt & intelligunt: veluti venerem &

verem: & ſic copulant ad id quod longe. amplius autem propter vehementiã non repellitur eorum motus ab aliquo motu. ¶Artificioſiſſimus autem eſt iudex ſomniorum qui poteſt ſimilitudines inſpicere: recte enim ſomnia iudicare cuiuſq; eſt. dico autem ſimilitudines quoniã ſimilia accidunt fantaſmata eis quæ in aquis ſunt idolis: ſicut & prius diximus. ibi vero ſi multus fiat motus: non ſimul fit apparitio & idola veris: promptus vero erit emphaſes iudicare qui poteſt cito inſpicere & ſentire diſſipata & diſtorta idolorũ: quoniam eſt hominis vel equi aut cuiuſq; & ibi: itaq; aliquid poteſt ſimiliter ſomnium hic: motus enim impedit rectum ſomniũ. quid quidem igitur eſt ſomnus & ſomnium: & propter quam cauſam vtrunq; horum ſit. Amplius autem & de ea quæ in ſomnis eſt diuinatione dictum eſt. 12 Cõcluſio.

Explanatio te.

Reſoluit dubium an per inſomnia fiant diuinationes.

I. Diuinationem ex ſomnio fieri nec eſt pertinaciter aſſerendum / nec temere negandum: patet quia experientia quaſi eſt cognitum ex ſomnijs diuinari, Et contra nulla ratio videtur ſufficiens diuinandi ex ſomnijs: Et maxima ratio eſt pro diuinatione / quia ſomnia ſint immiſſa a deo: & q dicuntur eſſe interpretes ſomniorum in Boryſthene vel Gadibus / adhuc non eſt exploratum.

II. Somnia ſunt triplicia: aliqua ſunt cauſæ præuiſorum: aliqua ſunt ſigna: aliqua ſunt extraria & accidentia his.

III. Somnia aliqua ſunt cauſæ, aliqua ſunt ſigna operationis humanę: probatur q ſint ſigna: quia medici plurimum attendunt ſomnia & per hoc diſpoſitiones corporum: Et ratio eſt / quia motus deliteſcentes in corpore, & impediti motibus diurnis, in ſomno ſe manifeſtant: ſicut ſi humor tenuis flegmaticus fluat per loca phantaſmatũ / ſomniamus nos guſtare dulcia: Si humor colericus / ſomniamus nos eſſe in igne.

IIII. Somnia ſunt cauſæ probatur: quia ſicut ſomnia cauſantur ex operibus in die factis vel dictis: ita fortiter imaginantes, de hoc multum ſomniamus: q aliquando homo expergeſit: & ſurgit ad faciendum illud de quo habuit ſomnium.

V. Somnia aliqua impertinentia ſunt ad actus noſtros: Multa enim ſomniamus: quorum nullũ euenerunt / nec euenient.

VI. Somnia non immittuntur a deo. probatˀ quia & bruta ſomniant & pueri, non habentes vſum rationis: & ſcd'm quod quis magis eſt ſtolidus, mirabiliora habet ſomnia.

VII. A natura fiunt magis ſomnia: ſcd'm enim q aliquis eſt magis colericus, vel melancholicus, vel flegmaticus, ſcd'm hoc alia vel alia habet ſomnia: & caſu aliquando vnum ſomnium fit verum inter multa.

VIII. Non eſt mirum fallere ſomnia / etiam quę a natura eueniunt: probatur quia ſigna futurę tempeſtatis in cœlo aliquando fallunt: ita & in ſomnijs etiam naturalibus: vt qui habet ſomnium ambulare ſe in cœno: non ſemper corripitur putrido humore.

IX. Non inconuenit aliqua ſomnia fieri a corporibus cœleſtibus: quia virtus cœli influit in hæc inferiora: & ita poteſt moueri ſenſum communem: maxime quia tunc ſenſus communis non eſt impeditus: vt in influentia humida, ſomniamus ſubmerſionem, vel balneum aut huiuſmodi.

X. Scd'm hoc contingit nos diuinari ex ſomnio, ſiue oriatur ex virtute cœleſti, ſiue ex diſpoſitione corporis: patet ex dictis. Coroll.

XI. Quod aliquando rectius diuinantur de futuris inertes & maxime melancholici. ratio eſt quia magis abſtractiui ſunt: & minus impediuntur ab extrarijs: & ſi animum adiecerint circa vnam apparentiam: tunc fortificatˀ vis per complexionem & influentiam: ita & de extaticis, phanaticis &c̄.

XII. Optimus ſomniorum coniector eſt / qui valet acutius inſpicere & diſcernere ſpecies rerum: quia ſi ſunt clara ſomnia: tunc eo facilius conijcit: ſi diſtorta: eo difficilius habet perpendere de cauſa huiuſmodi ſomniorum.

Annotatio.

1. Herculis columnę fabulantur ab eo in fine terrę poſitę in hyſpanijs: alij ſentiunt duos montes e regione poſitos vnum in Aphrica, alterum in hyſpania, vbi mare mediterraneum ingreditur, dictas columnas Herculis: Antonius tamen Veronen. teſtatur in fine Atlantis hodie videri prægrandem ſtatuam æneam / quę Herculis dicatur.

1. Boryſtenes fluuius eſt Sarmaticus, influit Euxinum.

10. Extatici, arreptitij, furia correpti.

11. Philegides poeta, carmina ordinatiſſima edidit facile memorabilia.

Quæſtio.

An liceat per ſomnia diuinari?

Art. I.

Nota. I. Diuinationem large vſurpari pro prędictione futurorum: ſed apud Chriſtianos ſemper in malam partem ſumitur ait S. Hiero. ſuper Micheã: eſt enim ſuperſtitionis filia: & dæmoni copulatur: ideo exactior determinatio ad theologiã pertinet: de quo plura doctores diſtin. 7. ſecundi: & copioſe Franciſcus Picus Mirandulanus li. prænotionum. ¶ Vnde varia ſunt genera diuinationum: quia & necromantici ex cõiurationibus, characteribus & formis, reſponſa ſumunt: νεκρος mortuus dicitur: Et illi faciendo apparere figuras dicunt facere præſtigia: Nonnunquam hoc vident in varijs materijs, vt in ſpeculo, calybe, chryſtallo, vngue hominis: ita ſunt auguria, ſortilegia, chiromantica, geomantica, planetaria: de quibus omibus idem Comes Mirandulanus locupletiſſime ſcribit & doctiſſime.

Nota. II. Dæmonem cum idololatriam latiſſime propagaret, & diuinatoriam quoque extendiſſe: nã Telmiſſinum quendam refert Euſebius inueniſſe interpretationem ſomniorũ libro de præparatione euangelica: Vnde & Pythagorici & Platonici plurimum ſomnijs tradiderunt: hoc gentes ſuperſtitioſe obſeruarunt Chaldei, Aſſyrij, Ægyptij, etiã ipſi Romani non omnino contempſerunt, ſicut liquet ex Cicerone li. de diuinatione, & Gręci vt ex Apuleio patet: ſcripſerunt ea de re Dicearchus, Cratippus, Phemonoes, Melampus, Syneſius: quos omnes reijcit idem Comes vide li. 6. prænotionũ: Vnde Algazel multum laborat extendendo prophetiam ad naturalia: tamen mahumeticus ille eſt mihi ſuſpectus: ideo non aſſentior Ægidio Romano ſubſcribenti Algazeli, eſſe aliquam prophetiã naturalem in habentibus bonum ingenium, phantaſiam bonam & rectam, & abſtractionem a ſæcularibus curis: Vnde Algazel lib. 2. ſuæ philoſophiæ tract. 5. in fine ait: ſapientes ſunt medij inter vulgus & prophetam: nam ſapiens proximus eſt prophetæ: propheta proximus eſt angelo: & angelus proximus deo. & concluſit ibi. Neceſſe eſt prophetam eſſe.

Nota. III. Somniorum multiplex eſt cauſa: vna intrinſeca, vt per ſpecies a ſenſibilibus receptas, aut a complexione hominis cauſatas: ſicut ſitiens ſomnium habet de poculis: Alia eſt cauſa extrinſeca: & illa poteſt eſſe vel influxus corporalis, ſic fit ex immutatione aeris, cœli &c. Vel eſt influxus ſpiritualis: & ille poteſt prouenire a triplici cauſa, vel a deo, vel a ſpiritibus bonis, vel a dæmone: propheria dicitur quando a deo diuinitus inſpiratur, & imprimitur vel futurę rei euentus aut præteritæ: quomodo autem prophetia per gradus diuidatur: & quomodo dæmones poſſint imprimere ſpecies: remitto ad theologos, & ad Comitem prędictum vide doct. diſt. 7. & 8. ſecundi.

Articulus. II.

Concluſio. I. Per ſomnia prouenientia ex cauſa naturali intrinſeca vel extrinſeca licet diuinari: puta accenſionem coleræ, multitudinem humorũ, futuras febres, pluuias &c. patet quia illa ſunt in parte ſenſitiua, ipſam potentiam immutantes.

Concluſ. II. Per ſomnia prouenientia a deo licet prædicere futura: patet quia ſic Ioſeph ſomniũ Pharaonis explicuit Geñ. 44. Sic Daniel ſomnium Nabuchodonoſor Dañ. 2. Et in ſomnis moniti ſũt magi, monitus Ioſeph. de hoc vide doctο. theologos: eſt enim vltra crepidam philoſophicã: Vnde ſomnia Pharaonis & Nabuchodonoſor fuerunt immiſſa per angelos.

Concluſio. III. Ex ſomnijs fortuitis aut dæmone immiſſis diuinari eſt prohibitum & illicitũ: hoc eſt illicitum & a Chriſtiano debet eſſe alienũ: nam ſic ait Deutro. 13. Fictor ſomniorũ occidet. &. 18. Nec inueniatur inter te qui ariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia: & Eccleſiaſtici. 34. Somnia extollunt imprudentes: ne dederis illis cor tuũ.

Finis libri de ſomno & vigilia.

INCIPIT LIBER ARISTOTELIS DE LONGITVDINE ET BREVITATE VITÆ.

DE eo autem quod eſt, hoc quidem eſſe longæ vitæ anima- Intentio
lium, hoc autem breuis vitæ: & de vitæ totaliter longitudi 1
ne & breuitate conſiderandum cauſas. principium autem Quæſtio
conſiderationis neceſſarium poſt ex eo quod eſt dubitare
de ipſis. Non enim eſt palam vtrum alterum: aut idem cau
ſa omnibus animalibus & plantis eius quod eſt: hæc qui- Quæſtio
dem eſſe longæ vitæ: hæc autem breuis: & plantarum has ſecunda
quidem pauci temporis: has autem multum durabilem ha-
bere vitam. adhuc autem vtrum eadem quæ longæ vitæ: & quæ ſcd'm naturam ſana
natura conſtantium: aut ſeparata ſunt. Et quod breuis vitæ & langoroſum aut ſcd'm
quoſdã qdã languores appropinquant langoroſa ſcd'm naturã corpora his quæ bre
uis vitæ: ſcd'm quoſdam autem nihil prohibet langoroſos eſſe longæ vitæ exiſten-
tes. De ſomno quidem igitur & vigilia dictum eſt prius. De vita autem & morte Continua
dicendum eſt poſterius. Similiter autem de languore & ſanitate quantum adiacet tio ad aliũ
naturali philoſophiæ. Nunc autem de cauſa eius quod eſt: hoc quidem eſſe longæ librum
vitæ: hoc autem breuis vitæ ſicut dictum eſt prius conſiderandum. ¶ Sunt autem ha 2
bentia differentiam hanc tota genera & eorum quæ ſub vna ſpecie altera ad altera. Cõcluſio
Dico autem ſcd'm genus quidem differre: vt hominem ad equum: longioris enim
vitæ genus hominum ꝙ quod equorum. Scd'm ſpeciem autem hominem ad homi
nem. Sunt eñ & homines: hi quidem longæ vitæ: hi autem breuis vitæ: alteri ſcd'm
altera loca diſtantes. quæ quidem enim & calidis gentium longioris vitæ. quę aũt
in frigidis breuioris vitę: & habitantium autem eundem locum differunt. Similiter
aliqui qui hac differentia ad inuicem. ¶ Oportet autem accipere quid facile in natu 3
ra corruptibile conſtantibus: & quid quod non facile corruptibile: ignis & aqua & Cõcluſio.
his cognata non habentia eandem virtutem exiſtunt generationis & corruptõis cau
ſa in alijs. Itaq; & quælibet aliorum ex his entia & conſtituta participare horum na-
turam. Rationale aũt. quæcũq; quidem compoſita ex multis ſunt vt domus. De his
quidem igitur altera ratio. Sunt enim & proprię corruptiones multis exiſtentiũ: vt
ſcientia ſanitas & ægritudo: hæc enim corrumpuntur, non corruptis ſuis ſuſceptiuis/
ſed ſaluatis: & ignorantiæ quidem corruptio reminiſcentia & eruditio. Scientię aũt
obliuio & deceptio. ſcd'm accidens autem conſequuntur naturalibus quę aliorũ cor
ruptiones. Corruptis enim animalibus corrumpuntur & ſcientia & ſanitas quę in
animalibus. ¶ Propter quod de anima rationabitur quis vtiq; ex his. Si eñ eſt non 4
a natura: ſed quemadmodũ ſcientia in anima. ſic & anima in corpore: erit vtiq; ipſi Dubium
us & alia corruptio præter corruptionem qua corrumpitur corrupto corpore. Itaq;
quoniam non videtur talis exiſtens: & aliter vtiq; habebit ad corporis corruptõem
¶ Forte autem vtiq; quis dubitabit rationabiliter vtrum eſt / & incorruptibile erit 5
quod corruptibile: vbi ignis ſurſum: vbi non eſt contrarium. Corrumpuntur enim Dubium in vtrãq;
qui quidem inexiſtunt contrarijs ſcd'm accidens; eo ꝙ illa corrumpunť. interimunť partem

enim contraria ab inuicem. Scd'm accidens autem nihil contrariorum in ſubſtan-
tijs corrumpitur propter de nullo ſubiecto prædicari ſubſtantiam. Quare cui nõ eſt
contrarium: & vbi non eſt impoſſibile vtiq; erit corrumpi. quid enim erit corrum-
pens: ſi a contrarijs quidem corrumpi accidit ſolis: hoc enim nõ exiſtit: aut totaliter
6 aut hic. ¶ Aut hoc ſiquidem verum eſt: ſic autem non. impoſſibile enim materiam
Rñdet. habenti non exiſtere aliqualiter contrarium. omnino quidem enim ineſſe calidum
aut rectum contingit. omne autem eſſe impoſſibile aut calidum aut rectum aut al-
bum. erunt enim paſſiones ſeparatę. Si igitur quando ſimul fuerunt factiuũ & paſ-
ſiuum: hoc quidem ſemper facit: hoc autem patitur/impoſſibile non permutare: ad-
huc ſi neceſſe ſuperfluum facere: ſuperfluum autem contrarium: ex contrario enim
ſemper permutatio: ſuperfluũ autem aliquis prioris. Si autem omne expellit quod
actu contrarium: & ſi hic corruptibile vtiq; ſic, aut non: ſed a continente corrumpi
tur: ſiquidem ſufficiens ex dictis. Si autem non ſuperponere oportet quia ineſt ali-
7 Corol'. quid actu contrarium. Et ſuperfluum fit. ¶ Propter quod & minor flamma com-
primũ buritur a multa ſcd'm accidens: quia alimentum quod illa in multo tempore conſu
Secundũ Tertium mit fumum: hoc flamma multa cito. Propter quod omnia ſemper in motu ſunt
Quartum & fiunt: aut corrumpuntur. Continens autem aut cooperatur: aut operatur. Et
Quintum Sextum propter hoc tranſpoſita durabiliora quidem fiunt & paucioris durationis natura.
Æterna autem nuſq; quibuſcunq; contraria erunt. Confeſtim enim materia
contrarium habet: quare ſiquidem eius quod vel ſcd'm locum permutat. Si autem
8 quanti ſcd'm augmentum & decrementum. Si autem paſſionis alteratur. ¶ Erunt
Cõclusio. autem neq; maxima incorruptibiliora: equus enim homine breuioris vitæ neq; par
9 ua. Epeteia enim multa entomorum. Neq; plantæ totaliter animalibus. Epeteia
10 enim quædam plantarum. Neq; ſanguinem habentia. apis enim durabilior quo
rundam ſanguinem habentium neq; exanguia. malachia enim. Epeteia quidem ex
11 anguia. Aut neq; quæ in terra. & enim plantæ epeteia ſunt & alia greſſibilia: ne-
lege oſtrakina q; quæ in mari. Et enim ibi quæ breuis vitæ & oſtrakura & malakia. Omnino au-
tem longiſſimæ vitæ in plantis ſunt vt palma & cypreſſus. Et in ſanguinem haben
tibus animalibus magis q; exanguibus: & in greſſibilibus magis q; in aquatilibus:
quare & combinantibus in ſanguinem habentibus & greſſibilibus quę longiſſimę
vitæ ſunt vt homo & elephas: & vtiq; quæ quidem maiora vt ad plus eſt dicere mi
noribus longioris vitæ. etenim alijs accidit his quæ longioris vitæ magnitudo ſic
12 dictis. ¶ Cauſam autem de his omnibus hinc vtiq; quis contemplabitur. Oportet
Cauſa longe vitæ. enim accipere quod animal eſt natura humidum & calidum & viuere tale. Sene-
ctus autem frigida & ſicca: & quod mortuum. Videtur enim ſic materia corporum
exiſtentibus hoc calidum & frigidum: & ſiccum & humidum. Neceſſe igitur ſene-
13 ſcentia deſiccari. ¶ Propter quod oportet non facile deſiccabile eſſe humidum. &
Conditio humidi propter hoc pinguia imputribilia. Cauſa autem quod aeris: aer autem ad alia ignis.
prima. Ignis autem non fit putrefactus. ¶ Neq; ſurſum paucum oportet eſſe humidum:
Secunda facile ſiccabile enim quod paucum: propter quod & magna & animalia & plantæ
lege rurſum vt vniuerſaliter dicere longioris vitæ: vt quemadmodum dictum eſt prius.
Rationabile enim maiora plus habere humidum:

❡Non ſolum autem propter hoc longioris vitæ. Duæ enim cauſæ & quod quantũ Tertia
& quod quale. quare oportet non ſolum multitudinem eſſe humidi: ſed hoc & ca-
lidum: vt neq; facile congelabile ſit. Et propter hoc homines longioris vitæ magis
quibuſdam maioribus longioris vitæ deficiens multitudine humidi: ſi pluri ratõe 14
excedat ſcd'm quale q̃ deficiat ſcd'm quantum. ❡Eſt autem aliquibus quidem ca- Conditio
lidum pingue: quod ſimul facit non facile ſiccabile & non facile infrigidabile: quæ- calidi Prima
dam autem animaliũ habent humorem. ideo oportet firmum eſſe non leuiter cor- Secunda
ruptibile neq; ſuperfluum: interimitur enim quod tale aut languore aut natura con- Tertia
traria: aut eſt ſuperfluitatis virtus & corruptiua: hæc quidem naturæ: hæc autem par
ticulæ. ❡Propter quod coitiua & multi ſpermatis ſeneſcunt cito. Sperma enim ſu- 15
perfluũ & amplius deſiccat emiſſum: & propter hoc eſt mulus longioris vitę equo Corol. Sperma
& aſino. ex quibus genitus eſt. ❡Et femellę maſculis ſi ſint coitiui maſculi: propter Corol.
quod & paſſeres maſculi breuioris vitæ femellis. adhuc autem quæcunq; laborioſa Coroll.
maſculorũ propter laborem ſeneſcunt magis: deſiccat enim labor: ſenectus ſicca eſt 16 Coroll.
Natura eſt vt ad omne dicere maſculi fœmellis longioris vitæ. Cauſa autem quia ca autoritas.
lidius animal maſculus eſt q̃ fœmella. Eadem autem in calidis longioris vitę ſunt q̃
in frigidis locis propter eandem cauſam: propter quam quidem & maiora & maxi
me notabilis magnitudo animaliũ ſolidorum ſcd'n naturam: propter quod & ſer-
pentes & ſaurę & ſolidota magna in calidis locis: & in rubro mari oſtracoderma lege ſaurę i. lacertę
augmenti enim calida humiditas cauſa & vitæ. in frigidis autem locis magis æquũ
humidum quod in animalibus eſt: propter quod facile congelabile. quare hęc qui-
dem non fiunt omnino animaliũ quæ pauci ſanguinis vt ſanguinem habentium in
his quæ ad arctum locis neq; greſſibilia in terra: neq; aquatilia mari. hæc autem fi-
unt quidem: minora autem & breuioris vitæ. aufert enim congelatio augmentum.
❡Alimentũ autem non ſumentia & plantæ & animalia corrumpunt. conſumit eñ 17 Cõcluſio.
ipſum ſeipſum: quemadmodũ enim multa flamma comburit & corrumpit paucã:
eo q alimentum conſumat: ſic naturale calidum primo digeſtiuũ conſumit mate-
riam in qua eſt: aquatilia autem greſſibilibus minus longæ vitæ: non quia humida
ſimpliciter: ſed quia aquoſa. tale autem humidum facile corruptibile: quia frigidũ &
congelabile de facili. Et exanguia propter idem ſi non magnitudine recompenſet.
neq; eñ pinguedinem habet. neq; dulce. in animali autem quod pingue dulce. pro
pter quod apes longioris vitæ alteris maioribus animalibus. ❡ In plantis aũt ſunt 18 Cõcluſio
quæ longiſſimę vitæ: & magis q̃ in animalibus. Primum quidem quia aquoſa mi-
nus: quare non facile congelabilia. Deinde habent viſcoſitatem & frigiditatem &
ſicca & terreſtria exiſtentia. non tamen autem habent facile ſiccabile humidum. De Cauſa h⁹.
hoc autem quod eſt naturam arborum eſſe durabilem oportet accipere cauſam: ha-
bet enim propriam ad animalia præterq; ad antoma. Iuuenes enim ſemper plantæ lege ana-
fiunt: propter quod multi temporis: ſemper enim alterę germinationes. hæ aũt ſe- toma. i. in ſecta
neſcunt: & radices ſimiliter ſed non ſimul. Sed aliquando quidem ſolus ſtipes & ra
mi perierunt: alteri autem iuxta nati ſunt. Cum autem ſic fuerint radices: aliæ gene-
rantur: & ſic ſemper manet hoc quidem corruptum: hoc autem factum: propter qd' 19
longæ vitæ. ❡Aſſimilantur autem plantę anatomis: ſicut dictum eſt prius: diuiſæ Aſſimila-
enim viuunt & duo & multa fiunt ex vno. Etoma aũt vſq; ad viuere peruenerunt: tio & differentia.
multo autem non poſſunt tempore. non enim habent organa: neq; facere poteſt ipſa lege ento-ma

Rō diuer∫itatis principium in vnoquoq;:quod autem in planta poteſt: vbiq; enim habet radicem & germen potentia:propter quod ab hac ſemper prouenit:hoc quidem nouum:hoc autem ſeneſcens modico aliquo differentia in eſſe longæ vitæ.ſicquemadmodum quæ abſplantantur.Et enim in abſplantatione modo aliquo dicet vtiq; aliquis eadem accidere.Particula enim quidem quę abſplantatur. in abſplantatione quidem igitur ſeparans accidit hoc:ibi autem per contrarium.Cauſa autem quia ineſt vbiq;

20 Cōclusio. principium virtute exiſtens.¶Accidit autem idem in animalibus & plantis.in animalibus enim longioris vitæ maſculi vt in pluribus:horum autem ſuperiora maiora ꝙ inferiora.magis enim nanus maſculus ꝙ fœmella. in ſuperiori autem calidū. & frigidum in inferiori: & plantarum quæ capite graues longioris vitæ: tales autem quę non epeteia ſed arboroſa.Superius enim plantæ & caput radix eſt. Epeteia autem ab inferius & fructum accipiant augmentum.ſed de hoc quidem ſcd'm ſe in

Epilogus. his quæ de plantis determinantur.Nunc autem de alĳs animalibus dicta eſt cauſa de magnitudine vitæ:& de vitæ breuitate.reliquum autem nobis conſiderare de iuuentute & ſenectute:& vita & morte: his enim determinatis finem vtiq; habebit quæ de animalibus methodus.

Explanatio textus.

Inquirit hoc libro Ariſtot. omnis philoſophię princeps, de corpore viuente ſcd'm quod naturaliter durabile eſt.

I. Inueſtigando breuitatem & longitudinem vitę, ſupereſt dubitatō:an eadem ſit cauſa longitudinis vitæ in animalibus & plantis: alia dubitatio eſt, an eadem ſit cauſa ſanitatis & longitudinis vitæ.

II. Varietas illa vitæ debet expendi per varietatem ſpecierum, & per varietatem indiuiduorum: quia homo diutius viuit equo. & Indus diutius viuit Mauro vel Lybio.

III. Ex elementis ſumenda eſt corruptio elementorum:nam proximiora elementis faciliꝰ corrumpuntur: ſicut inter formas qualitates primæ citius alĳs corrumpuntur: alia corrumpuntur per ſolam abſentiam conſeruantis.

IIII. Quæſtio eſt.an anima habeat duplicem corruptionem/ſicut ſanitas. Reſpondeo, Non:ſed anima ſolo ſuſceptiuo corrumpitur.

V. An corruptibili poſſit aſſignari locus:vbi ipm ſit incorruptibile:apparet quod ſic:nam ignis in orbis lunæ concauo, non corrumpitur.

VI. Reſponſio. quod nihilominus eſt ſemper corruptibile:quia corruptio fit a contrario: modo habens materiam vbiq; reperit contrarium, immo ipſum continens tandem corrumperet/ſi nihil aliud eſſet.

VII. Infertur primo. Magnum ignem extinguere minorem: & hoc non eſt per contrarietatem/ſed magnus ignis abſumit materiam minoris. Secundo, hinc fit vt omnia viuentia ſint in continuo motu, fiant & corrumpantur ſcd'm ſe tota vel partes. Tertio, corpus continens plurimum iuuat ad corruptionem & generationem. Quarto, Inde tranſplantata & tranſmigrantia. aliquando fiunt durabiliora, aliquando minus. Quinto, hinc æterna ꝙa incorruptibilia, non habent contrarium. Sexto, ꝙa materia habet in ſe contraria: ideo ex ea compoſitum eſt corruptibile.

VIII. Maiora corpore ob hoc non ſunt durabiliora: patet de homine & equo: & homine paruo & magno.

IX. Plantæ non ſunt vniuerſaliter durabiliores animantibus. probatur de epiteis.

X. Neq; habere ſanguinem vel non habere eſt cauſa longæ vitæ. patet de apibus durabilioribus aliquibus animalibus.

XI. Aquatilia non ſemper ſunt longæuiora terreſtribus: Iſta enim probantur de cupreſſo, palma, ceruo.

XII. Cauſæ longæ vitæ ſunt calidum & humidū: breuioris vitæ frigidum & ſiccum. omnia enim ſaluantur calido & humido.

XIII Humidum viuificans, ſic debet eſſe diſpoſitum: primo debet eſſe impucribile: & ſic erit pingue. Secundo debet eſſe multum, non paucū. Tertio ꝙ ſit calidum & non ſuperfluum.

XIIII. Calidum viuificans debet eſſe tale: primo quod ſit pingue. Secundo quod firmum. Tertio quod non ſuperfluum: ita quod proportionetur humido.

XV. Exceſſiue coeuntia cito ſeneſcunt. patet quia deſiccantur. Corollarium. Hinc mulus eſt longioris vitæ aſino vel equo/ quia non coit: contra de paſſerculis. Corollarium. Hinc laborioſi citius deficiunt: quia deſiccantur.

XVI. Inter animalia frequenter mares ſunt durabiliores fœmellis: & nati in regionibus calidis, durabiliores ꝙ in frigidis: ideo ad ſeptentrionem ſūt animalia minora & breuioris vitæ ꝙ ad auſtrū.

XVII. Hinc ſumentiá cibum nō ſumentibus, greſſibilia aquatilis, & habentia ſanguinem, non habentibus, cōmuniter ſunt vitę longioris.
XVIII. Aliquę plantę diutius viuunt animalibus: patet de his qui habent humidum viſcoſum: nec facile gelantur, nec exſiccantur: Secundo quia plantę quotannis ſe renouant, germinando: & rami reſecti, repullulant.
XIX. Plantę aſſimilantur animalibus inſectis: licet differant: quia quacunq; parte ſecentur plantæ regerminant/non ſic annuloſa: & ſectę plantę diu viuunt/ſed non ſecta annuloſa: nam rami etiam reſecti, & implantati/nouas radices faciunt: habet em̄ in ſe virtutem ſeminalem potentem ſe radicare.
XX. Frequenter animalia & plantæ / quę habent ſuperiora maiora ſunt diuturniora, habentibus minora: Nam hic apparet calidum eſſe maius: hinc maſculi ſunt longioris vitæ, quia habent ſuperiora maiora / fœmellæ inferiora maiora: liquet etiam in nanis: quorum plures ſunt maſculi q̄ fœmellæ: liquet & in plantis: tamen radices ſunt in eis ſuperiores, & rami inferiores.

Annotatio.

Epeteia, toties in litera repetita ſunt quę annue creſcunt & cadunt, ἐπετειος id eſt annuus.
1. Philoſophus non vult tranſcendere metā phyſicæ: quia vlteriora pertinent ad medicinam: hinc illud vulgatum. vbi phyſicus deſinit: ibi medicus incipit.
2. De varietate durationis vitæ lubet recenſere Vergilium,
Per binos deciesq; nouem ſuperexit in annos
Iuſta ſeneſcentum, quos implet vita virorum
Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix
Et quater egreditur cornicis ſęcula ceruus
Alipedem ceruum ter vicit coruus: & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales
Quam nos perpetuo decies peruertimus æuo
Nymphæ hamadryades: quarū lōgiſſima vita eſt
Hæc cohibet fines viuacia fata animantum
Cætera ſecreta nouit deus arbiter æui.
3. De obliuione adde illud apud Solinum de meſſala Romano: qui per ægritudinem etiam proprij nominis oblitus eſt.
4. De anima quid ſentiat Ariſtoteles diximus libro de anima.
11. ὀστράκινος, id eſt teſteus.
11. μαλακια, id eſt mollia languida.
16. Oſtracodermi i piſces habentes cutem teſteā.
16. Arctum. i. ſeptentrionem.

Explicatio ſcholaſtica.

An calidum & humidum ſint cauſæ longæ vitæ?

Articulus. I.

Nota. I. Quod pro repetitis habentes/quę li. de generatione & corruptione diximus de modo nutritionis & augmentationis pauca dicamus propoſito deſeruientia: quia magis ſpecialis tractatus pertinet ad medicos: vnde ſecludimus hic vitam/quo modo theologi loquunt̄: vbi peccato moritur anima: loquimur hic de vita naturæ: Vita autem prima eſt ipſa anima: Vita ſecunda eſt operatio vitalis: nam & viuere in viuentibus eſt eſſe. vide li. 2. de anima: at ſicut vita eſt quoddam poſitiuum: ita eius priuatio eſt mors: quamuis cōmuni vſu mors ſit priuatio vitæ primæ, non ſecundæ.

Nota. II. Ambigi in quæſtione de cauſis longæ vitæ: Nō hic inquirimus de cauſa vniuerſaliſſima, deo: non de vniuerſali cœlo & aſtris: & præcipue nobis non eſt curæ / quod planetarij deſcribunt, Hylec & Alcohoden: quę aſtrologorum præſagia præceptor noſter autor Margaritæ philoſophicæ Gregorius Reiſchius ſatis confutauit, poſt illud lumen doctrinarum Ioan. Picum: Non etiam hic inquirimus alias cauſas extrinſecas proximiores/vt ſunt locus continens, diſpoſitio aeris & loci, qualitas cibariorum &c̄. quę omnia medicum exigunt examen: dumtaxat de cauſis proximis & intrinſecis nobis cura eſt: & hæ ſunt calidum & humidū: Nam omnes experimur animalia debilis caloris citius ſubiacere corruptioni: Etenim hyeme muſcę nullæ apparent: quoniam emoriuntur, ob caloris naturalis defectum: ſic æſtate nimium arida, herbæ, flores, gramina, plantæ areſcunt: idem de ſolo arido/in quo ſata citius deficiunt.

Nota. III. Ariſtotelem ſatis luculenter depinxiſſe/quale humidum & calidum eſſe debeat, longitudini vitæ proſpiciens: in quibus ante omnia expende: vt illa ſint proportionata: nam vtcunq; horum aliquid ſuperauit: æque mortem minatur: Nam & humidum nimium ſuffocat calorem: & nimius calor conſumit humidum: quo exalato ſequit̄ mors Corollarium. Sequitur illud humidum non eſſe aqueum: nam ſic mulieres eſſent longæ vitæ: ſed eſt humidum pingue & ſubtile aereum. Corollarium. Illud calidum non eſt igneum: patet quia nimis eſſet aduſtiuum & contrarium humido: ſed eſt calidum mixtum/ſicut humidum/magis tamen aereū: poſſes tamen dicere eſſe humidum & calidū complexionale. Corollarium. Multum coeuntia ſunt breuis vitæ/quia humidum radicale emittitur, & viuens deſiccatur. Corollarium. Laborioſa cito moriuntur: quia ex motu laboris fit calefactio/qua humidum abſumitur. Corollarium. Hinc poſt multum laborem & poſt multum coitum/ inceſſit magna cupido bibendi.

Nota.IIII. Q̃ conſectarium eſt ad prædicta, triplicem eſſe caliditatem/ſic & triplicem humiditatem.ſ.elementarem, mixtam, & vitalem: hoc iuuat pro tanto: quia experimur calorem extrinſecum elementarem putrefacere, velut accidit carnibus in æſtate: qua de re neceſſario alius eſt calor intraneus/qui vegetat & conſeruat: Hinc in diuerſis animantibus variatur velut cibus; quod enim vni ſuaue eſt & ſanum/alteri venenum eſt, vel amarum: rideas tribulos aſini, cum irriſibili Craſſo. ſimiles habent labra lactucas. ¶ Vnde ſequitur ſimul poſſe eſſe in eodem corpe, calorem elementarem, mixtum, & complexionalem.

Articulus.II.

Concluſio. Omne animal viuens ſcd'm quamlibet partem quantitatiuam, habet calidum & humidum, modo in notabilibus explicato: nec debent vel poſſunt gradus caliditatis exprimi/cum ranæ etiam congelatę viuant: Et ita corpus ſic qualificatum & proportionatum in calido & humido eſt ſubiectum verum & proprium vitæ, liquet ex Ariſtot. in textu.

Articulus.III.

Dubium eſt: quibus regionibus habitatio conferat pro longa vita? Reſpondetur, nolumus hic extendere de complexionibus: quia temperata in ſpecie, vtcunq; ſit habetur melior: tamen ad dubium dicitur: cæteris paribus, animalia eſſe diuturniora in regionibus frigidis vbi fortificat calor per antipariſtaſim/q̃ in calidis: vbi calor exalatur: hinc Ariſtot. in problematis, ait fortiores & animoſiores eſſe homines in ſeptentrione/q̃ in meridie: Tamen regio temperata eſſet ſelectiſſima: verum quod habentia calorem imperfectum vt ſerpentes & piſces fiunt maiora in regione calida: Sic homines ſubtiles & debilis caloris, diutius viuunt in locis calidis q̃ frigidis: Reliqua dominis merito venerandis medicis commendentur.

SOLI DEO GLORIA IN EXCELSIS.





Excuſa in officina Sigiſmundi Grym̄ Medici,
& Marci Wirſung Auguſtæ Vindelico
rum. Decimoſexto Cal. Apriles.
Anno reſtaurationis huma
næ. M.D.XX.

9101